
Oratio Dominica v. Fecht-
ius —









Guido bonatus de forliuio: Decem continens tractatus Astronomie.

¶ In noīe dñi amen. ¶ Incipit liber introductorius ad iudicia stellarum: ⁊ est non solū introductorius ad iudicia: sed est iudiciorū astronomie: editus a guidone bonato de forliuio de prouincia romandiole italie: ⁊ collegit in eo ex dictis philosophorū ea que visa sunt sibi fore vtilia ad introducendū volentes intendere iudicijs astrorum ⁊ ea que videbant͛ competere volentibus iudicare ẜm significationes stellarum ⁊ ad alia quedam ipsis iudicijs pertinentia. Monrii S. Petri Salisb.



In nomine dñi nostri ihesu xpi, miseratoris ⁊ pij veri dei ⁊ veri hominis cui nō est par nec cōsimilis nec esse posset eiusq3 beatissime matris marie semper virginis gloriose ac beati valeriani martyris capitanei atq3 gubernatoris ⁊ defensoris cōmunis forliuij qui cum patre simul atq3 spūscto in vnitate essentie atq3 trinitate personarū a fidelibus oratur nec nō ⁊ glorificat͛ trinus ⁊ vnus: nec est alius deus preter ipsum qui celum ⁊ terrā cū omnibus que in eis sunt fecit atq3 firmauit cunctaq3 in hoīm vtilitate produxit: ornauitq3 celū stellis tāq3 lucernis illuminantib⁹ vt suis virtutib⁹ cuncta inferiora disponerent atq3 regerēt hoībusq3 ducatū prout eis cōcessum est similiter exhiberent: preposuitq3 rationales cūctis alijs aīantibus vt oīa eis seruirent ipsosq3 preroganter sentire atq3 intelligere fecit: ipsis etiā corporum supcelestiū motus atq3 ipsorum significata manifestauit: ⁊ extendit eis celū sicut pellem vt possent in eo ⁊ per eū cōicante ⁊ reuelante diuina sapientia non solū preterita vel presentia cognoscere sed etiam futura cauerent prescirent ⁊ nunciare valerent. ¶ Ego igit͛ guido bonatus de forliuio cū aliquid in astronomie studuissem ⁊ multa opera nostrorū predecessorū inspexissem q̄ licet honorandi sunt plurimūq3 a nobis reuerendi tamen quidam eorū breuiloquiū amantes quāuis dicerent se locuturos introducendis fuit eorum intentio loqui prouectis in alijs scientijs licet in astronomia ⁊ maxime in iudicijs introducendi forent ⁊ rudes. volui componere hoc opus atq3 compilare ex dictis antiquorum qui mihi visi sunt incessisse itinere veritatis vtiliora que in ipsis reperta sunt ⁊ in hoc opere ponere ad hoc vt tam͛ illis qui non sunt multū in alijs introducti scientijs q3 in astronomia vtile foret ⁊ ipi leuiter licet forte non multum breuiter venire possent ad optatū finem iudiciorū rogans sapientiam atq3 diuinā benignitatem licet processerim in diebus ꝙ mihi gratiā cum integritate corporis vita comitante prestare dignet͛ ita ꝙ opus inceptū ad dei honorē possim pficere ⁊ oīm aliorū studere volentiū ⁊ pcipue tui bonati nepotis mei vtilitatē. ¶ Et qm̄ opus erit longū atq3 prolixum ⁊ longa ⁊ difficilia multumq3 implicita non possunt paruo numero verborum vndiq3 ad plenū enodari ad maiorem prolixitatē vitandam non intendo ponere disputationes nec multas probationes licet forte aliq̄

possent in hoc opere poni sed studentiũ solũmodo ⁊ tui bonati vtilitatẽ intendo. ¶ Et diuisi hoc opus in sex partes. Quarũ prima est introductoriuz generale. Secunda sunt interrogationes. Tercia electiones. Quarta annorum ⁊ mundi reuolutiones ⁊ includunt etiã coniũctiones. Quinta de natiuitatibꝰ. Sexta de pluuijs ⁊ ymbribus. ¶ Et in introductorio sic incedam quia primo tractabo de vtilitate quam possumus cõsequi de astronomia ⁊ de iudicijs astroꝝ: ⁊ de ipsius confirmatione dicam similiter de eiꝰ nobilitate ⁊ obuiabo quibusdã volentibꝰ iudicijs astroꝝ vel electionibꝰ contradicere ⁊ de pertinẽtibꝰ ad hoc. ¶ Secũdo tractabo de diuisione orbis signoruz ⁊ quõ sic sunt ordinata ⁊ ꝙ non sunt nisi. 12. ⁊ quare sic fiat eoꝝ denominatõ ⁊ de accidentibꝰ ad hoc. ¶ Tercio dicã quid accidit septẽ planetis in semet ipsis ⁊ quid accidit vni eoꝝ ab altero ⁊ de his que ad octauã speram spectãt ¶ Quarto innuam de quibusdã coniunctionibꝰ ⁊ expositionẽ quorundam capituloꝝ. ¶ Quinto de quibusdam cõsiderationibꝰ que cadunt in iudicijs ¶ Sexto postea ponã partẽ iudicioꝝ. ¶ Septimo electiones. ¶ Octauo reuolutiones. ¶ Nono natiuitates. ¶ Decimo ⁊ vltimo temporum reuolutiones siue pluuias ⁊ imbres.

¶ Incipit tractatus primꝰ ad ostendendũ vtilitates quas possumus sequi de astronomia que est in iudicijs. Capitulũ primũ ad ostenstenduz huius vtilitatem in cõmuni.



Anima ẽ nobiliꝰ quod reperit in hoĩe: ipsa eniz dat esse atqꝫ pfectionẽ corpori: ⁊ eiꝰ cibi sunt nobilissimi respectu ciborũ corporis: qm̃ ipsa respectu ipsius nobilissima: ⁊ ipsa gaudet in lucro intellectuali: ⁊ illud pendet ex scia. s. phie: ⁊ in illa gaudet aĩa atqꝫ delectat in ea: ⁊ in quo ipsa gaudet illud est eius cibus: qm̃ cum ipsa sit ex parte veritatis: veritatẽ amat: nec põt eam p aliquã sciam ita veraciter ⁊ ita plenarie apphendere sicut p astronomiã: ⁊ nihil est p̃ter philosophiã primã in quo aĩa tantũ lucret quantũ in astronomia siue astrologia: p ipsam enim scimus ⁊ cognoscimꝰ creaturas impassibiles ⁊ inalterabiles ⁊ imutabiles in alteraz essentiam vt sunt corpora supcelestia. Et p illas creaturas possumꝰ puenire ad cognitionẽ creatoris ⁊ scire de ipso quãtũcũqꝫ mens humana plus possit attingere: ⁊ possumꝰ pcipere ipm̃ esse impassibilẽ ⁊ inalterabilẽ: ⁊ qm̃ p̃dicta corpora sunt a pfecto ⁊ nobilissimo ꝙ nullus hoc diffitet earũ forme sũt nobilissime atqꝫ pfecte. s. sperice quibꝰ nõ inuenit principiũ nec mediuz centro excluso nec finis. Et sic earũ opationes sũt nobilissime atqꝫ pfectissime ceteris opationibꝰ oĩm magisteriorũ que sunt in hoc mũdo: licet magisteriũ medicoꝝ sit de nobilibꝰ imo de nobilioribꝰ magisterijs mundi terrestris tamẽ magisteriũ stellarũ ⁊ earũ opa sunt nobilissima ⁊ excedũt oĩa alia magisteria ⁊ oẽs alias opationes. Causa enim pfecta perfectũ inducit effectũ: Medicꝰ enim intromittit se de corporibꝰ inferioribꝰ ⁊ corruptibilibꝰ ⁊ alterationem suscipiẽtibꝰ ⁊ silibꝰ. Astrologus vͦo intromittit se de opationibꝰ supcelestiũ corpoꝝ que nõ corrumpunt nec alterant: ipsa eñi agũt in inferiora corpora

corruptibilia de quib⁹ medicus se intromittit: in ipsa vero nihil corporeum est quod agat nec patiatur nec patientur vsq₃ in diem illum quē₃ deus voluerit de quo dictū est q̄ neq₃ angeli neq₃ filius sed solus pater ⁊c̄. qm̄ omnia corpora inferiora. s. elemētata cōstant ex quatuor elementis que omnia sūt corruptibilia: ⁊ q̄ hoc sit verum nemo ambigit. Corpora vero celestia constant ex altera essentia que diuersa est ab illis quatuor elementis. s. quinta essentia que est incorruptibilis ⁊ impassibilis quoniā si essent de istis quatuor elementis paterentur ⁊ accideret eis alteratio augmentū. s. ⁊ diminutio sicut accidit istis inferioribus corruptibilib⁹. Et ob hoc dictū est q̄ corpora supercelestia sint ex quinta materia seu ex q̄nta essentia. Et mouentur illa corpa motu naturali vt q̄busdā visū ē: ⁊ q̄b⁹dā visu₃ ē q̄ moueantur motu volūtario qm̄ sūt mobilia ⁊ non mutabilia motu alteratiuo ⁊ sunt lucida ⁊ rotunda. s. ⁊ sperica que forma nobilissima est pre ceteris formis: ⁊ mutationes ⁊ alterationes ⁊ conuersiones que fiunt a motibus stellarum circūdantibus ⁊ mouentib⁹ ⁊ corrumpentibus elementa ⁊ ex earū in finib⁹ vt dictū est ⁊ inquiescibili circūuolutione que non finitur nec finietur nisi vt dictū est. Philosophice dictu₃ est q̄ motus terrestris sit iunctus mundo celesti metaphorice tamen intelligendum est non absolute: ⁊ ob hoc fiunt mutationes ⁊ alterationes ⁊ corruptiones in isto mundo corruptibili. Quoniā soliditas mundi celestis peruenit vsq₃ ad elementa ⁊ circūdat ille ignem. s. ⁊ ignis aerem ⁊ aer aquā ⁊ terram apparentē ⁊ aqua terram ⁊ inde fiunt corruptiones elementorum ⁊ indiuiduorum elementorū.

¶ Capitulū secundū ad ostendendū q̄ stelle imprimūt in inferiora corpora ⁊ q̄ mutationes que fiunt in hoc mundo fiūt motibus ipsarum.

PRincipia nō debent probari sed supponi qm̄ ad vnu₃ principiū quod est ante oīa preter se omnia principia reducuntur: nō eni credo alicui esse dubium quin motus celi circūdans elementa mutet ignem ⁊ aerem: ⁊ ipsi mutent alia elemēta aquam. s. ⁊ terram ⁊ cūcta animātia ⁊ vegetabilia ⁊ cetera que sub lunari circulo esse habent ⁊ in eis existūt ⁊ cūcta mutationē seu alterationē suscipiētia: q₂ sol ⁊ aer operantur in omnibus terrenis indiuiduis sc₃ ⁊ indiuiduorū partib⁹: qm̄ nō accidit terre alteratio nisi ex mutatione solis per signa. s. quatuor anni tp̄a que sunt ver: estas: autūpnus ⁊ hyems: q̄d apparet manifeste in fructibus ⁊ frondib⁹ arborū ⁊ etiā in aīalib⁹ que in ceteris temporib⁹ anni iunguntur simul: ⁊ mouentur ad generationē indiuiduorum suarū specierū: ⁊ maxime in vere plus q̄₃ in alijs temporib⁹ anni ficulnea ⁊ virgulta vegetabiliū si quidem adest fructus manifestatur. Et etiam videmus ex diurnali volubilitate terrā calescere infrigidari desiccari atq₃ humectari. Et videm⁹ etiā siliter in certis temporib⁹ anni excessus aquarū ⁊ alias mutationes que fiūt p̄pter circularē reuolutionē agētis celi: ⁊ inde accidūt alterationes oīb⁹ reb⁹ in terra positis: ⁊ maxime in augmēto atq₃ diminutiōe luminis lune: qm̄ ipsa est magis propinqua terre ceteris stellis ⁊ magis sentiuntur eius impressiones. Et ex calore solis similiter qui p̄ ceteris alijs sentitur licet forte alij planete aliq̄n augeant ei⁹ efficaciā aliquādo diminuāt eā p̄m q̄ est eis naturalis prout ipsi ei applicantur vel ipse illis. Aliarū vero stellaru₃

impressiones nō ita sentiunt sed in longioribꝰ temporibus apparent earum effectus. Apparēt etiā effectus solis manifeste in frondibꝰ ⁊ floribus ⁊ fructibus arborꝫ ⁊ herbarū ⁊ etiā in his que seminant̄ ⁊ que plantant̄ manifestiꝰ q̄ȝ in alijs: quia licet operent̄ non pn̄t ita manifeste apparere vulgo: sciunt̄ tamē a peritis sciarum. Alie vero stelle cum planetis in inferiora agunt per modū motus ⁊ generationis.

¶ Caplm terciū qualiter perueniat ad sciam iudiciorꝫ astrorꝫ ⁊ quō est quod excusari potest

De hac aūt scientia certum est nos scire posse non solum cogitationē p̄sentium sed p̄teritorū rememorationē ac futurorꝫ prouisionē: specierū scȝ ⁊ indiuiduorꝫ ⁊ etiā mundi duorꝫ partium: per subiecta enim scienciarū sciunt̄ earum effectus ⁊ earum vtilitas: licet forte quidam inuidentes dicāt ꝙ astronomia sit nihil. Certum est ipsam esse vnam ex quatuor mathematicis. s. nobilior: ⁊ si nobilior est nobiliores habet effectus ⁊ maior est eiꝰ vtilitas sicut suo loco in sequentibus dicet̄: quoniam subiecta aliarum mathematicarū sunt infra subiectū astronomie. Subiectū enim arismetrice est numerus: geometrie mensura: musice cōsonantia sicut alibi dicit̄ que sunt nobiliora ratione demonstrationis tamē. Subiectū vero astrologie est qualitas motus supercelestiū corporū. Astrologus scit qualis sit oīs motꝰ cuiuslibet corporis supercelestis: si scit qualitates motuum: scit quales impressiones imprimunt ⁊ qualia sint eorū significata: ⁊ omnia que fiunt in terra s̄m ordinem naturalē ⁊ in ceteris elementis fiunt a motibus supercelestium corporum quod nulli videt̄ esse dubiū nisi esset forte insipiēs vl' ydiota: ⁊ ipsa sciunt̄ ab astrologo rōne predicta. Ergo oīa que fiunt p̄sentialiter ⁊ que fuerunt hactenꝰ ⁊ que fiunt in futuro possunt sciri ab astrologo cū ipse sciat qualitates motuū qui fuerūt qui sunt ⁊ qui post erunt: in quibus temporibꝰ erūt ⁊ quid ab ipsis vel ex ipsis concidet.

¶ Caplm quartū contra illos qui dicūt ꝙ sciētia stellarū non pōt sciri ab aliquo.

Qui hanc sciam vilipendendā esse dixerūt licet friuolas: aliquas tamē inuenerūt occasiōes vt reprobēt. Quarū prima est ꝙ scia stellarū nō potest sciri tota dicētes ꝙ celū empireū sit totū stella ⁊ ꝙ īfluat ⁊ īprimat sicut influunt cetere stelle sicut sunt quidā fatui tunicati: ⁊ astrologus non facit de ipso mensionē videt̄ ergo ꝙ scia stellarū nō sciat̄ ad plenū. Quibꝰ videt̄ mihi ꝙ possit vno modo breuiter rn̄deri. s. ꝙ ipsi nō probāt ita esse ⁊ sic eorum cōtradictio nulla est. Sed si vellemꝰ ꝯfiteri de plano ꝙ ita sit videt̄ ꝙ possit eis taliter rn̄deri. s. ꝙ licet eorꝫ obiectiones habeāt apparentiā nō tn̄ habēt existētiā: si nonū celū est totū stella sicut ipsi dicūt nō est ei motus sicut dictū est. Preterea oēs eiꝰ partes sunt eque potētes nec vna pars pōt plꝰ altera vl' minꝰ ⁊ sic oportet ꝙ equaliter ⁊ vndiqꝫ cū oībꝰ suis partibꝰ influat siue imprimat qm̄ oēs eiꝰ partes ⁊ singule sūt coequales ⁊ eque potētes nec differāt lumine nec numero vel virtute aliqua: nec moueat̄ de loco in locū nec ad locū. partes vero aliorū celorū differūt lumine numero ⁊ virtute: nam maior virtus cuiuslibet est aggregata in partibꝰ differentibꝰ. Splendor eni seu lumen cuiuslibet celi septem planetarum est aggregata in vno corpore sensibiliter: lumē vero siue splendor octaui celi est aggregatus in diuersis locis seu

corporibus sensibilibus ad diuersas partes ipsius ad diuersas opationes a prima causa eis deputatas: ꝛ sic possunt imprimere multa ꝛ diuersa significata ꝓut eis primus artifex cōstituit ab eoꝝ formatione. In impressione vero noni celi seruat̄ idemptitas in imp̄ssione vero alioꝝ celoꝝ nō seruat̄ idēptitas sed diuersitas sicut dicā tibi suo loco ꝛ tpe atq̄ȝ sine eis generatio ꝛ corruptio nō fieret. ꝛ impressiones celorū sensibiliū sentiunt̄ ꝫm earū diuersitatē. Et si reciperet impressiones seu influentiā a nono celo differētē seu indifferentē tamē nō possunt influere siue imprimere in inferiora vniformiter sed diuersimode atq̄ȝ differenter: nec posset nonū celū influere neq̄ȝ imprimere in inferiora nisi mediantibus celis sensibilibus quorū impressiones sunt manifeste: ille vero illius sunt occulte: quia nō possunt esse manifeste nisi diuersificent̄ sicut ventus vel aqua dū intrat ꝑ strictos ꝛ angustos meat⁹ magꝭ p̄t ꝛ magꝭ apparet ei⁹ virtus ꝛ magis sentit̄: ꝛ vt aqua que currit per canalez molendini fortius operat̄ ꝛ magis pōt q̄ȝ illa que currit per latitudinē seu spaciositatē aluei fluuialis. Et sicut lumen seu splendor lune cum intrat per aliquem locum angustū si inueniat equū habentē fictam in dorso ꝛ percutiat vulnus ficte funditus q̄ morit̄ inde equus: si vero stet equus totus ad splendorē luminis lune ita etiā q̄ totus aspiciat̄ a luna ꝛ coopiat̄ a splendore luminis eius tam locus ficte q̄ȝ alie partes ipsius equi non nocet ei nec ledit̄ ab hoc equus prout phisici testant̄. ¶ Preterea pōt iri contra eos hoc mō quoniā non sunt qui reprehendant modo astronomiā nisi quidā qui dicunt se theologos cum sint illud quod sunt qui dicunt q̄ astrologi non nouerunt totā astronomiā ꝛ si non sciūt eam totā nō p̄nt ꝫm eā iudicare nec aliquid p̄dicere de futuris cum stelle sint quasi innumerabiles ꝛ astrologi non faciunt mencionem nisi de .1022. earum preter planetas ¶ Ad quod potest responderi q̄ astrologus licet non denominet omnes stellas quia valde prolixum esset tamen vtit̄ eis omnibus: quoniā ipse vtit̄ .12. signis sub quib⁹ fere oēs stelle comprehendunt̄. Et potest eis dici q̄ ipsi etiam nesciunt totam theologiam nihilomin⁹ tamen predicant tota die: si enim ipsi predicant sciendo paucam theologiam multo fortius potest astrologus iudicare sciēdo multam astronomiā: non enim potest sciri de astronomia ita parum quin sit multum respectu eius quod potest sciri de theologia: maius enim est prima causa respectu celi q̄ȝ sit celum respectu grani sinapis: ꝛ astrologus scit de celo plus q̄ȝ granum sinapis: ꝛ ipsi nesciunt de deo respectu ipsius quantum est granum sinapis respectu celi: restat ergo q̄ astrologi sciunt plus de astronomia q̄ȝ ipsi de theologia: multo fortius igitur possūt iudicare q̄ȝ ipsi predicare. ¶ Astrologi enim sciunt de astronomia tantum quantum astra ꝛ celi sensibiles possunt imprimere atq̄ȝ significare. De illo autem celo empireo siue insensibili nichil ad astrologum ꝛ nichil ad iudicia nec ad motus stellarum nec ad ea que concidunt ex ipsis. Illud enim celum sicut est immobile ꝛ immutabile ita est ꝛ non agens quoniam stelle non agunt in ista corruptibilia inferiora in eo q̄ sunt stelle vel in eo q̄ sunt supercelestia sed in eo q̄ habent motum ꝛ q̄ mouentur.

¶ Capl'm quintū contra illos qui dixerūt ꝙ planete vel alie stelle nō habēt significare aliquid sup generatione neqꝫ sup corruptione neqꝫ super aliquod de his que fiunt citra globum lune.

Alia occasio est quorundā illorꝫ qui dixerūt ꝙ planete vel alie stelle nō habēt significare aliquid super generatiōe neqꝫ sup corruptione neqꝫ super aliquo de his que fiunt citra globum lune. Quibus taliter est respondendum ꝙ omnes sapientes cōcordāt in hoc ꝙ inferiora regunt a superioribus nō ꝙ stelle regāt hoīem vel equū vel currū vel nauim vel alia instrumēta corruptibilia per illū modū per quem regūt ea hoīes qui sunt corruptibiles: nō enim cōuenit effectū accedere ad dignitatē sue cause: sed regūt ea mouendo ⁊ corrumpēdo elemēta ⁊ cōuertendo ea: ⁊ ex illis fit generatio ⁊ corruptio ⁊ efficiunt indiuidua ex elemētis que corrumpunt: demū corrūpunt indiuidua ⁊ redeūt in elemēta ⁊ sic annichilat quod ipsi dicunt.

¶ Capl'm sextū cōtra illos qui dicūt ꝙ planete habēt significationē sup rem vniuersalem tantum.

Alia occasio est quorundaꝫ qui dicūt ꝙ planete hn̄t significare tm̄ sup res vniuersales ⁊ nō particulares. Quib⁹ taliter est respōdēdū ꝙ oē indiuiduū ex elemētatis cōstat ex quatuor elemētꝭ ⁊ elemēta cōstituūt illud: nec possent illud ꝯstituere nisi corrūperent a planetꝭ alijs tn̄ stellis nō exclusis mouētib⁹ se circa illa volubilitate cōtinua ⁊ inquiescibili: quia si planete significarēt species vniuersaliter sicut ipsi dixerūt ⁊ essꝫ verꝫ oportet ꝙ ipsi significēt indiuidua ꝯstituētia spēs: ⁊ nō solū indiuidua sed ptes indiuiduorꝫ vt man⁹ pes caput ⁊ silia. Et faciūt etiā planete p cōuersionē elemētorū ⁊ eorū mutationē ⁊ alterationē indiuidua crescere augmētari senescere infirmari ⁊ silia propter elemētorꝫ corruptionē ⁊ cōuersionē ⁊ iterū corrūpi ⁊ in elementa redire.

¶ Capl'm septimū ꝯtra illos qui dixerūt ꝙ stelle significāt tm̄ duo scꝫ necessariū ⁊ impossibile: possibile vero nō.

Alia occasio est quorūdā qui dixerūt ꝙ stelle significāt tm̄ duo necessariū. s. ⁊ impossibile: possibile vero nō: necessariū sicut ignē eē calidū: ⁊ īpossibile sicut equū volare. possibile vō nō vt hoīem moueri vel scribere. Quib⁹ taliter pōt rn̄deri. s. ꝙ quedā sūt necessaria quedā impossibilia. Quedā enim sunt necessaria vt celū volui per naturā suam: quedā impossibilia sicut ignē eē frigidū per naturā suam: ⁊ quedaꝫ sunt possibilia vt aquam esse calidā per accidēs ⁊ nō per naturā suā. Et hoīem loqui p naturā suā possibile est hoīem loqui nūc ⁊ ꝙ fuerit locutus hacten⁹: ⁊ ꝙ sit locutus in futurum sed tamē licet fuerit locutus in duob⁹ tempoꝛib⁹ olim ⁊ nūc non est tamē necessariū ꝙ sit locut⁹ in futurū: qđ eñi est necessariū seu naturale spēi est cuiuslibet indiuidui illi⁹ spēi sicut volare qm̄ i quolibet indiuiduo illarꝫ spērū inuenit hoc. s. posse volare. Qđ vō est possibile spēi est possibile cuilibet indiuiduo illi⁹ spēi. Vn̄ apparet qr est possibile: nō est eñi necessariū hoīeꝫ nere nec est impossibile hoīem nere. vnde videm⁹ quosdā hoīes nere: quosdaꝫ alios nō nere. Et possibile est hunc hoīem cū nascit esse regeꝫ: ⁊ possibile est hunc eundem hominem non esse regem: si aūt non fuerit rex impossibile fuit eum esse regem: sed inter necessarium ⁊ impossibile medium est possibile: ⁊ inter

necessarium ⁊ possibile medium est iudicium: igitur possibile est: ⁊ iudicia stellarum sunt vera ⁊ vtilia quia naturalia: vnde non sunt causa per accidēs ab eo quod est sibi naturale. Unde non sunt iudicia pro nihilo reputanda sicut inuidi dixerunt: ⁊ sic male dixerunt illi qui dixerunt quod possibile non est: quoniam videmus manifeste quod possibile est: ⁊ sic opera stellarū ⁊ iudicia sunt. ¶ Est etiam necessariū vt cum pluit sit aliqua nubes: est impossibile vt cum nō est aliqua nubes quod sensibiliter pluat: sed non est necessariū quod semper cū est nubes pluat: nec est impossibile qui ex qualibet nube posset pluere: sed est possibile quod ex ista nube sit pluuia: ⁊ possibile quod ex ista nube non sit pluuia. Igitur possibile est ⁊ iudicia stellarum sunt: quoniam per motus ⁊ dispositiones corporum supercelestium ⁊ aeris variationē tu potes scire ex qua nube debet esse pluuia ⁊ ex qua non debet esse pluuia prout in tractatu de mutatione aeris dicetur. Item cū aliquis habet rem edibilez in ore possibile est quod comedat ⁊ glutiat eam: ⁊ possibile est quod non comedat nec glutiat eaz: ⁊ istud possibile habet se ad vtrūqz ad necessarium scz ⁊ impossibile: quia cum sit possibile ipm comedere ⁊ si comederit: illud possibile factū est necessariuz exquo puenit in actū ⁊ est ei ablata possibilitas: ⁊ est effecta ⁊ deuenit in diffinitionem necessarij. Similr cum sit possibile exquo non peruenit in actuz impossibile ⁊ deuenit in diffinitionem impossibilis ⁊ est ablata possibilitas. Et sic stelle ⁊ elemēta habent significare possibilia ⁊ non tantū necessaria ⁊ impossibilia. Oportet enim astrologum scire veritatem predicere futura.

¶ Capitulū octauū cōtra illos qui contradicunt iudicijs astronomie: ⁊ qui reprehendunt eam nescientes dignitatem eius eo quod non est lucratiua.

Alia enim occasio est illorum qui dicūt quod iudicia astronomie non valent quia non vident pecuniariam vtilitatē si est ⁊ quando ⁊ quomō sciunt excogitare: dicunt hanc scientiā nihil esse. Quibus videtur mihi taliter respondendum videlicet quod ipsi nō curant de granis: sed solūmodo de palea: ita est enim de scientia respectu pecunie sicuti ē de granis respectu palee: qui enim pecuniarum cōmodum dicunt preferendum scientie iudiciorum astronomie videntur ostendere quod apud eos nihil habeatur tam nobile quam accumulatio pecunialis que leuiter potest perdi. Et dicunt quod qui abundat diuitijs nihil ei deest: quia non nocet ei si non est sapiens dicentes stulticiaz patiuntur opes ⁊ quod fatuus fortunatus non indiget scientia non considerantes errorez suum ⁊ non cognoscentes suas probationes falsas imo nullas. Omnis enim res que subiacet probationi probatur per consimile: sicut probatur scientia per sciam ⁊ substantia per substantiam: ⁊ sepissime vidi hoc quod vulgus non cōmendat aliud nisi accumulationē pecunie: nec mirum quoniā ipsi vident aliquando quosdā tam religiosos quam alios qui credūt sapientes tam in astronomia atqz medicina quam in alijs scientijs attendere circa illa quorum opiniones si bene considerentur satis videtur mihi posse infringi: quoniam scientia respectu pecunie nobilissima est: pecunia enim respectu scientie vilissima est: ipsa enim potest dari sapienti: fatuo probo vili inerti debili ei qui alias pro nihilo reputatur ⁊ quasi nihil est: nec erit aliquis ita diues pecunia si fuerit alias vilis vel fatuus quin dicatur de ipso ⁊ est verum: iste nihil est sed custodit pecuniaz pro alijs

vel alienam: nec datur ei pecunia propter fortitudinē: quia videm⁹ quosdā fortes indigere pecunia: ⁊ quosdam alios fortes abundare pecunia: quosdā debiles indigere pecunia: quosdaꝫ debiles abundare pecunia: quare hoc sit dicetur inferius in iudicio ꝯ negocio: vel forte in tractatu natiuitatū. Nihil solum est qđ sine alterius aminiculo possit nobilitare hominem preter sapientiam. Magnanimitas non potest pefecte nobilitare hominē sine pecunia quia magnanimus non potest perfecte ostendere suam magnanimitateꝫ nisi habeat qđ det alijs: pecuniosus sine magnanimitate atqꝫ volūtate bene faciendi non potest ostendere suas diuitias: q̄a cor eius nō patitur bene facere et ita eius pecunia est thesaurus sepultus. Scientia vero est res que sola potest hominem nobilitare sine alterius adiutorio: ⁊ sic scientia ꝑualet omnibus alijs accidentib⁹: ⁊ si nulla alia causa laudetur: homo laudaẗ propter scientiam: quia omnibus alijs accidentibus potest homo priuari priusq̄ꝫ scientia: ⁊ ipsa non adoptatur alicui propter fortitudinē: nec ꝓpter debilitatē nec propter nationem: nec propter diuitias. possent autem diuitie adaptari propter ipsaꝫ: verūtamen verus sapiens de tempib⁹ nō curat: quia nihil ad euꝫ de his que pn̄t auferri ab eo preter corruptionē subiecti: Et hec est causa quare sapiens non curat de illis: quia non laudatur propter sapientiā ⁊ propter intellectum atqꝫ discretionem ⁊ cognitionem rerum facientium hoīem dignum nobilitate. Homo enim dignior est ceteris animalibus: ⁊ hoc non accidit ei nisi propter sapientiam atqꝫ philosophiam ⁊ cognitionem eorum que non cognoscuntur ab alijs animalibus: ⁊ per instrumentum rationis et rationabilitatis que sunt in homine: ⁊ illud est sapientia ⁊ rerum cognitio: ⁊ illud consistit magis in cognitione eorum que fuerunt que sunt ⁊ que futura sunt. Et scientia tale accidēs ē qđ quanto magis in hoīe augeẗ: tanto magis remouet ipsum ab alijs animalibus ⁊ efficitur dignior ⁊ nobilior eis ꝓpter hoc q̄ ē est in aīa eiusdem scientia ⁊ discretione atqꝫ cognitione rerum que fuerunt que sunt ⁊ que in antea future sunt: ⁊ quanto minus est in eo de sapientia: tanto magis est remotus a rationabilitate ⁊ magis propinquus brut̄. ⁊ hoc non potest ei euenire scꝫ q̄ esset dignior ⁊ nobilior alijs animalib⁹ nisi per sapientiam ⁊ philosophiā: ⁊ illa non potest ei euenire nisi per literaturā nec potest ei euenire propter substantiā accumulatā: sed ex substantia potest viuere in quiete: tn̄ illud non est viuere vt vere viuere: vnde Seneca. Ociuꝫ sine literis mors est ⁊ viui hominis sepultura: vnde si nō esset homo sapiens non eēt dignior ceteris animalibus sicut est: quoniam omnia animalia participant cum eo in alijs preterq̄ꝫ in sapientia: quia que viuunt oīa comedūt: quedam bibunt: ⁊ quedam comedunt ⁊ bibunt ⁊ generant nascuntur crescūt augmentantur diminuuntur senescunt moriuntur sicut ⁊ homines: ⁊ sic per sapientiam ⁊ cognitionem ⁊ intellectum homo est effectus dignior ceteris animalibus. Et si illud quod facit hominem dignum nobilitate est sapiētia oportet q̄ illa sapientia que est nobilior ⁊ dignior ⁊ altior faciat hominem nobiliorem ⁊ digniorem ⁊ altiorem ⁊ magis intelligentē: ⁊ illud est scientia

futurorum quod non potest sciri nisi per scientiam stellarum: igitur scientia stellarum est nobilior ceteris scientijs preter philosophiam primam: nec tñ illa potest sciri neqꝫ haberi perfecte nisi per scientiam stellarum.

¶ Capitulum nonum contra illos qui dixerunt ꝙ scientia stellarum non est vtilis sed potius damnosa eo ꝙ inducit tristiciam ꝛ angustiam illis qui presciuerunt accidẽtia futura vnde tristantur illa de causa anteqꝫ eueniat eis impedimentum.

Alia occasio est illorum qui dicunt ꝙ iudicia stellarum non valent: nec est in eis vtilitas sed potius damnum licet hec scientia sit vera ꝛ eius iudicia sint vera: tamen est potius damnosa qꝫ vtilis: quoniam si aliqđ grauamen quod debeat euenire alicui preuideatur a remotis imittet ei timorẽ ꝛ tristiciam ante tempus doloris vsqꝫ dum sibi illud malũ accidat: ꝛ postea nihilominus oportet cũ tristari ꝛ dolere atqꝫ lamentari: nec possit astrologꝰ auertere illud grauamen quod ſm stellas venturũ est: ꝛ etiam si auerteret nõ posset ad minus auertere iram ꝛ angustiam quam pateret ille cui malũ esset venturum vsqꝫ ad horam euentus eius. Quibus taliter potest familiariter responderi videlicet ꝙ ipsi nesciunt quid sit dicere illud quod dicũt: quoniã videtur ꝙ ignorẽt quanta sit dignitas ꝛ qꝫ magna sit vtilitas huius sapiẽtie quia si scirent non dicerent quod dicunt. si enim aliqđ malum imineat alicui hoi quod ſm stellas venturum sit ꝛ ipse presciuerit illud maluꝫ futurũ: videbit quale malũ sit ꝛ cꝰ spẽi sit illđ malũ ꝛ illi se opponet. Ait eni ptholomeꝰ in centiloquio astrologus optimꝰ multa mala potest auertere que ſm stellas ventura sunt. Accidentia enim futura sunt aut vniuersalia aut particularia: vniuersalia quidem sicut yems estas calor frigus: aeris distemperãtia vt pluuia nix grando: pestilentie vt mortalitas fames sterilitas abundantia terre nascentium ꝛ similia. Ex istis enim vniuersalibus quedam sciuntur a sapientibus tantum: quedã sciuntur non solum a sapientibꝰ verum etiam a vulgo Sapientes sciunt illa per eorum industriaꝫ videlicet per hanc scientiam scꝫ astrorum. Laici enim ꝛ alij huius scientie imperiti sciunt quedam ex vniuersalibus futuris per longa experimenta que suis temporibus viderunt ꝛ audiuerunt ab alijs longeuioribus se qui etiam viderunt suis temporibus. Viderunt enim in climatibꝰ in quibus orizon reflectitur ad septentrionem frigus magis inualescere dum ingreditur geminos: et durare dum ingreditur virginem: licet ſm magis ꝛ minus in alijs temporibꝰ esse tempus dissimile ab istis: vnde in estate quando sentiunt calorem dicunt in tali tempore erit frigus erunt niues pluuie venti et similia: tunc fulciunt se frumento vino lignis indumentis ꝛ alijs necessarijs quibus possunt expellere cõtraria in tempore illo: ꝛ qui non habent domos student edificare illas vt possint fugere pluuiam niues ꝛ alia contraria euentura: que si non prescirent nonfulcirent necessarijs supradictis: ꝛ sic possit esse causa interitus eorum. Restat ergo

q̃ prescientia futurorum valet. ¶ Similiter sciunt per experimenta supra/
dicta in quibus temporibus debeant seminare vt recolligāt in futurū: vnde
possint ducere vitam suam sm̄ diuersas species diuersarum rerum: ⁊ plantāt
etiam arbores in temporib⁹ in quibus consueuerunt ipsas videre viuere sm̄
diuersas species plantationum: non enim seminatur vel plantatur quelibet
species seminis vel plantationis in omnibus temporib⁹ anni equaliter: nec
in omni regione sm̄ tempus idem anni. Aliter enim plantatur in hyspania:
aliter in anglia: aliter in lombardia: aliter in romania: aliter in apulia: aliter
in asya: aliter in ethiopia: aliter in alpibus: aliter in planicie: aliter in yeme:
aliter in estate: ⁊ alie res seminantur ⁊ plantantur in vno tempore q̄ȝ in alio:
quelibet earum in tempore sibi conuenienti ⁊ in quo speratur ex ea vtilitas
futura: ⁊ ita sm̄ diuersas regiōes: ⁊ sm̄ diuersus situs locorum: ⁊ omnia hec
presciunt expertores locoꝝ ita q̃ rarissime fallūtur: prescientia igitur futuroꝝ
est vtilis. ¶ Sed possent insurgere aliqui tunicati vnus quoꝝ fuit ille fatu⁹
⁊ dicere q̃ ista non eueniunt ab impressionib⁹ planetarū: vnde non est dispu
tandum cum illis: quia non considerant q̃ q̄libet regio ⁊ q̄libet situs regiōis
calefit propter appropinquationē solis: ⁊ infrigidatur propter solis remoti
onem: ⁊ propter eius nimiam appropinquationem arescit regio: ⁊ propter
nimiaȝ remotionē infrigidat᷑ nimium: vnde tunc sciunt non esse seminandū
quodlibet semen: nec plantandū quamlibet plantationeȝ propter excessum
caloris vel frigoris ⁊ his vtunt᷑: quia presciunt ea sic euētura propter longa
experimenta que viderunt ⁊ quibus vsi fuerunt: que si non scirēt: non scirēt
in quibus temporibus deberent facere supradicta ⁊ sic perderent expensas
⁊ laborem suum. Alia vero vniuersalia que vniuersaliter eueniūt vniuersis
cuiuslibet climatis vel cuiuslibet regionis quedam possunt euitari: quedaȝ
non possunt euitari: possunt tamen eoꝝ effectus diminui vel alterari taliter
q̃ poterit esse vtilitas eorum qui p̄sciuerunt illa. Non possunt sciri nisi a pe
ritis huius scientie oīa: quedam tamen ex eis possunt sciri a peritis medicis
vnde ypocras in amforismis. Illa enī que sciuntur ab astrolog᷒ nec possunt
p̄sciri a vulgo sunt plura sicut sunt pestilentie fames sterilitas penuria infir/
mitas mortalitas tam rationalium q̄ȝ brutoꝝ: pluuia nix grando frigus vel
calor insuetus excedēs modum ⁊ similia a quibus potest ille qui presciuerit
sibi cauere: ⁊ sic prescientia futurorum est vtilis ⁊ non damnosa: incognitum
malum non euitatur: cognitum tamen potest euitari si presciatur maxime a
remotis. Cum enim preuiderit aliquis q̃ frumentū sit carum futurū poterit
sibi emere cū fuerit vile atqȝ reseruare vsqȝ ad tempus in quo fuerit sibi vtile
idem de vino ⁊ oleo ⁊ similibus. Cum presciuerit mortalitatem futuram in
aliquo climate vel in aliq̄ regiōe poterit se mouere ⁊ recedere ab illa regiōe
⁊ ire ad aliam in qua pestis non minabitur in anno illo. Cum p̄uiderit infir
mitateȝ futurā in aliq̄ regione poterit se opponere cause mināti infirmitatē
illaȝ: vel ire simil᷑ ad aliam regionē vt sanus moretur: ⁊ sic prescīa illius rei
erit causa salutis preuidentis rem illaȝ futurā ⁊ euasionis a periculo futuro.
¶ Simil᷑ si preuiderit alq̄s pluuiam futurā q̃ potest ante aduentū pluuie
fugere ad tecta ⁊ ad loca ī quib⁹ pluuia nō possit eū madefacere. ¶ Siliter

cum aliquis sit equitaturus mare ⁊ preuiderit ventum futurū vel aliam tem
pestatem poterit ante aduentum tempestatꝭ peruenire ad portum in quo sit
securus ne naufragium patiatur: vel non intrare mare donec transiat tempꝰ
dubij. ¶ Similr̄ si fuerit facta q̄stio de aliquo infirmo: vel si sciret astrologꝰ
inicium infirmitatis illius: poterit p̄scire vtrum infirmꝰ ille debeat euadere
ab infirmitate an debeat inde mori: ꝙ si preuiderit moriturū poterit ei pre/
dicere mortē: ⁊ eger qui non crederet forte se mori ex egritudine illa assumet
penitentiam ⁊ confitebitur peccata sua: ⁊ ihesus xp̄s dn̄s noster prouidebit
ei in futura vita scꝫ insensibili: ⁊ poterit etiam testari ⁊ disponere domui sue
atqꝫ ordinare res suas ⁊ disponere cū suis creditoribus atꝫ debitoribꝰ: ꝙ si
non faceret possit esse periculū illis qui remanerent post ip̄m: ⁊ qui deberent
hereditare bona sua: ⁊ possent venire bona eiꝰ ad illos ad quos non vellet
infirmus bona sua deuenire: ⁊ illi ad quos ipse vellet ꝙ bona sua deuenirēt
possent carere ipsis ⁊ sic posset blasphemari ⁊ vituperari post mortem: plus
enim diligit homo aliquando vnum de heredibus q̄ꝫ alium: plus aliquādo
masculum q̄ꝫ feminam: aliquando tantum naturalem q̄ꝫ legittimum. ¶ Et
similiter qui esset ingressurus mare si nō prediceret ei astrologus: tempestas
futura possit esse causa sui periculi: ⁊ sic bonū est ⁊ vtile p̄scire futura: ⁊ malū
⁊ dānosum ignorare. Iste igitur cause ⁊ multe alie possent assignari ꝙ p̄scire
futura de rebus vtilimū est. ¶ Similiter sunt quedam futura particularia q̄
valde potest essē vtile prescire: vt si sciatꝛ natiuitas alicuius: vel habeatꝛ eiꝰ
questio vniuersalis vel etiam particularis sup aliqua re quam voluerit scire
tu poteris videre vel aliq̄s astrologꝰ alius quid debeat ei euenire de re illa.
Unde si minetur ei damnū poterit illud euitare: ⁊ si ꝓmittat ei lucrū poterit
illud apprehendere ⁊ illud erit sibi vtile. Et si videris in aliquo āno reuolu
tionis sue ꝙ imineat ei aliquod periculum poterit illud euitare: vt si sit infir
mitas poteris ei predicere causam egritudinis ⁊ opponet se illi ⁊ conuertet
naturam suam ad contrariū cause ⁊ qualis infirmitas debeat euenire: vnde
si euenerit infirmitas aut nō appropinquabit ei: aut si appropinquerit minꝰ
nocebit: qd̄ si non caueret sibi posset superuenire talis egritudo ꝙ posset esse
causa sui interitus: vel cronicaretur egritudo ⁊ vltimo posset inde mori: si sit
mors poterit ei predicere mortē suaꝫ in anno illo: ⁊ ipse ordinabit facta sua
sicut dictū est: nec posset occupari a morte subitanea seu repentina sine ordi
natione suarū rerum tam spiritualium q̄ꝫ temporaliuꝫ. Si sit infirmitas vel
mors fratrum vel filiorū vel patris vel matris poterit se opponere quilibet
eorum in suo esse. Si sit interitus animalium ⁊ habuerit aīalia tam maiora
q̄ꝫ minora poterit illa distrahere ante aduentū pestis: vnde non patietꝛ inde
damnū: ⁊ illa intellige de significatis cuiuslibet domus. ¶ Similiter si etiā
aliquis q̄rat timens ne inimicus eius faciat in eum insultū poteris ei p̄dicere
vtrum sit agressurus eum ⁊ tunc poterit se munire amicis ⁊ armis ⁊ similibꝰ
vt possit a se inimicum expellere: qui si non precaueret sibi: posset interfici
ab eo vel male tractari: he ⁊ multe alie cause particulares possent assignari q̄
possunt euenire hominibus quas vtile est prescire ⁊ etiam nulli damnosum
sicut quidam dicere voluerunt. ¶ Similr̄ ⁊ periti medici quando vident in

vno tempore anni corruptionē aeris per aliquam mutationē ipsius de vno esse in aliud per aliquos ventus notos: vel per pluuiam multā: vel quacūq; alia occasione predicunt pestes futuras vt quartanas febres acutas: dolores capitis: grauedinem auditus: lippitudines et similia: vnde possunt homines parare se ad expellendum accidentia illa futura nociua farmacijs dietis con trarijs causis ex quib⁹ accidentia illa nociua sunt futura: q si non precauerēt sibi possent cadere in egritudies et morbos pestiferos et similes. Propterea medici et etiam vulgus propterea q viderunt suis temporib⁹ calorem inua lescere in estate opponunt se in vere humoribus calidis et educunt eos cum medicinis purgantibus eos ne calor estiuus augmentet acumen humorum calidorum et sit causa egritudinum exterminantium. Et sic vtilissima est pre scientia futurorum accidentium: qm̄ sicut peritus medicus potest preseruare corpora hominum a morbis iminentibus supradictis: sic etiam astrologus potest auertere multa horribilia futura que s͡m significata stellarū ventura sunt que si non prescirentur essent causa ex qua consequerentur hoies multa nocumēta. Et sic patet manifeste q scientia futurorum est vtilima et in nullo nocibilis. Unde illi qui volunt fingere se non videre veritatē possunt mani feste scire q sicut astrolog⁹ potest preuidere accidentia futura: ita potest scire dicere qualiter eorum pericula possent euitari. ¶ Prescia nanq; futurorū duobus modis est vtilis. Uno scz quia presciuerit homo q aliqd contrariū debeat sibi euenire: potest illud aut ex toto vitare: aut pro parte competēti diminuere. Si vero fuerit accidēs vtile qd gaudebit et letabit͛ ille cui debet euenire ab hora qua sciuerit se adepturum rem quam affectat vsq; ad temp⁹ in quo eam adeptus fuerit: qd si non presciuisset q deberet eam adipisci et eēt res quam affectaret tristaretur et angustiaretur in ea et fatigaret͛ et faceret fati gari amicos suos: et etiā expenderet de suis bonis vt posset eam adipisci do nec compleretur ei tempus adeptionis ¶ Sed obiceret aliquis contra hoc Prescientia alicuius rei inducit merorem seu tristiciam postq; fuerit eā rem adeptus: quia non sperat plus adipisci eam. Dicendum est ei quoniam est a via veritatis remotus: si enim esset istud verū q postq; aliquis foret adept⁹ quod desiderat q completo desiderio superueniret ei meror nō oporteret q aliquis vteretur delectabilibus: quoniam illa in quib⁹ delectatur homo nō semper durant: nec tñ tristatur homo post illorum adeptionem imo quiescit mens eius: quoniam adepta est quod aptabat: nam si ita esset q postq; quis foret adeptus quod optabat tristaretur non esset vtendum aliquib⁹ delecta bilibus: non enim letaret͛ homo in amplexibus pulcre mulieris non in con uiuijs: non in speciebus: non in pulcris indumentis: nō in sonis musicis: nō in dignitatibus: nec in aliquib⁹ in quibus natura gaudet: quia non semper durant in eodem esse letandi. Perfectio enim gaudij est cum mens quiescit et est satiata eius qd optauit: ante adeptionē non est gaudiū sed spes veniēdi ad cōplementū rei desiderate: spes ei et gaudiū differūt sicut timor et tristicia qm̄ spes et timor sunt de his q̄ sūt potētia: tristicia et gaudiū de his q̄ sūt actu

¶ Capitulū decimū contra illos qui dixerunt q iudicia stellarū non valent nec etiā electiōes valent dicentes q ita potest eligi inimico sicut ei cui eligit͛

Alia occasio est illorum scz qui dicunt q iudicia stellarum non valent:
nec electiones quas faciunt astrologi sm astronomiã valent. Non est
mirũ si hoc dicunt quia non vident veritatem: ꝛ quodãmodo videt verisile
qd dicunt: ꝛ ista reprehensio videtur quasi comprehendere alias ꝛ ꝑualere
oibus supradictis nec videt: nec etiam ipsi credunt q possit ei contradici seu
resisti: imo videt q sit qsi vnũ impossibile aliter posse esse nisi sicut ipsi dicũt
Dicunt enĩ tu qui eligis vni exercitui ꝛ dicis ei: si tu iueris tali hora ꝛ ascen
dente tali signo tu obtinebis: si aduersarius moueat suum exercitũ illa cadẽ
hora sub illo eodẽ ascendente qs obtinebit: tu potes ei dicere ille qui fuerit
fortior ꝛ habuerit maiorẽ gentez: ꝛ ipsi dicent vterqz est eq̃ fortis sicut alius
ꝛ habet eque magnã gentez sicut alius ꝛ eq̃ fortem ꝛ eque probos milites ꝛ
pedites quis obtinebit: tu dices qui sapientius produxerit suũ exercitũ: ipsi
dicent vterqz ꝑducet eque sapienter suum exercitũ quis obtinebit: tu dices
ille productor exercit⁹ qui natus fuerit de nocte: ipsi dicent vterqz dux nat⁹
est nocte quis obtinebit: tu dices ille exercit⁹ obtinebit qui inceperit primo
ꝑliari: ꝛ ipsi dicẽt ambo exercit⁹ incipient ꝑliari simul ꝛ semel qs obtinebit
ꝛ tu dices qui mouerit se ab oriente ꝛ iuerit versus occidentẽ: vel q̃ mouerit
se a septentrione ꝛ iuerit versus meridiem: ꝛ ille succũbet qui mouerit se ab
occidente ꝛ iuerit versus orientẽ: vel qui mouerit se a meridie versus septen
trionem: ꝛ ipsi tunc dicent qsi qddam impossibile q vterqz exercit⁹ mouerit
se ab oriente ꝛ iuerit versus occidentez: vel mouebit se a septentrione ꝛ ibit
versus meridiem quis obtinebit: tu dic eis q ipsi sunt fatui: nec est loq̃nduz
cum ipsis: impossibile videtur enim q duo exercit⁹ ꝯrij ꝛ inimici moueant
se de vno eodez loco simul ꝛ semel quin sit inter eos aliqua orientalitas vel
occidentalitas vel septentrionalitas vel meridionalitas: sed ipsi tanq̃ fatui
vel blasphematores dixerunt ponat q ambo exercit⁹ moueant se ab oriẽte
vel ab occidente vel a meridie vel septentrione: istud non videt possibile: ꝛ
eis est dicendũ q ipsi ponunt inuisum ꝛ inauditũ q vnq̃ duo exercitus ꝯrij
tenuerũt pedẽ in vno loco qñ vnus cepit ire contra alium: sicuti est impossi
bile celum ruere: sed dic eis ita ponat q celũ ruat vbi remanebunt stelle: ꝛ si
celum rueret nõne submergeret terra: ponat q asin⁹ volet non ꝑdet vultur
volatũ: tñ ne ipsi dicant te defecisse in rñsione poteris eis respondere taliter
q ipsi non habebunt vlterius quid interrogent ꝛ q tu abscindes oẽm viam
interrogandi ꝛ reꝑhendendi ꝛ blasphemandi: ꝛ poteris eis ita respondere
ad istud q ille ad cuius partẽ fuerit pars fortune obtinebit q̃ tenuerit dorsũ
versus occidentẽ vel partes magis adiacentes ei ꝛ faciem versus orientem
vel dorsum versus meridiem vel ptes adiacentes ei magis ꝛ faciem versus
septentrionem ille succumbet: ꝛ ille qui tenuerit dorsum versus orientẽ vel
partes magis adiacentes ei ꝛ faciem versus occidentem: vel dorsum versus
septentrionẽ ꝛ faciem versus meridiem vel partes magis adiacentes ei ob-
tinebit: ꝛ sic sunt abscise ꝛ dempte oẽs vie blasphematoꝝ ꝛ maledicentium
¶ Qd si diceret iterũ q pars fortune erit ex pte que tenuerit dorsum versus
meridiem aut versus occidentẽ. Dic q ille a cuius parte fuerit pars fortune
ꝛ sic cessabunt eorum obiectiones que licet videantur habere apparentiam

non tamen habent existentiam. ¶ Insurgerent etiam forte quidã fatui non rationabiliter loquentes: quare tu qui es astrologus dimittis tibi aliqđ euenire sinistrũ cũ omnia futura prescire debeas que tibi euenire debeãt. Ad qđ respondemꝰ ꝙ tales numerãt inter iudicia oĩa casualiter euenientia in tpibꝰ quasi non perceptibilibus sicut si figatur spina in pedem vel vt seducat pes ita vt cadat homo ⁊ similia de casualibus de quibus non est ars: qm̃ iudiciũ non versatur nisi circa illa de quibus potest deliberari anteꝙ̃ eueniant: illa vero de quibꝰ festinus casus non ꝑmittit habere deliberationeꝫ ⁊ relinquunt industrie sapientum siue cautele: non enim cõsiderantur ab arte neqꝫ a nat̃a que per accidens fiunt sicut credunt.

¶ Capitulũ vndecimũ contra illos qui dixerunt vniuersaliter ꝙ astrologia non erat aliquid ad ostendendum ꝙ ipsa est ⁊ quid ipsa sit.

Dixi enim me dicturum de iudicijs astronomie: ⁊ de his que ad iudicia spectare videntur: ⁊ de quibusdã que dixi tibi in principio huius opis non videt mihi inconueniens vt dicam tibi quid sit astronomia prout sapientes huius scientie ipsam diffiniunt: ⁊ vt ostendatur illis qui dixerũt eam nihil esse: ⁊ possent manifeste videre ꝙ ipsa est aliqđ ⁊ est res vtilis ⁊ verax ⁊ naturalis ⁊ bona: nihil enim naturalium reperitur quod de iure possit dici malum vel inutile vel mendax seu falsum. ¶ Astronomia est astroꝝ regula prout quidam sapientes eam diffiniuerunt. Est enim regula recta ordinatio ac manifeste declarans id qđ est ſm veritatem sui esse non ꝙ ex regula sumat veritas: sed vt ex ea que est veritas regula nascatur: iurisperitus tamen licet non alterando sententiaꝫ dicit. Regula est que rem que est breuiter enarrat non ꝙ ex regula ius sumatur: sed ex ea iura que est regula fiat. Quidaꝫ vero non longe ab his sentiẽtes diffiniuerũt eã sic. ¶ Astronomia est scientia per quam non solum presentium verum etiam preteritorum ac futuroꝝ datur cognitio. Diffinit etiã alio modo ſm duas ptes siue species ipsius breuiter contemplatiuã scꝫ ⁊ actiuã que sunt astrologia ⁊ astronomia: in quo differt iste due partes dicam tibi. Astrologia que est eius pars siue species contemplatiua est scientia magnitudinis mobilis que cursus siderũ ⁊ habitudines stellarum circa se ⁊ circa terram certa ratione perquirit. Et huius partis scꝫ astrologie tres sunt partes. Prima quarum est de numeris ⁊ figuris celestiũ corpoꝝ: de ordinibus eoꝝ in mundo: de quantitatibꝰ sitibus proportionibꝰ quantitatibus distantiarum eorundeꝫ inter se. Secunda est de motibus sup celestium quot sunt: ⁊ ꝙ oẽs eorum motꝰ sunt sperici: ⁊ quis eoꝝ cõmunicet cum omnibus stellis: quisue sit proprius: ⁊ quot sint species motus vniuscuiqꝫ eoꝝ: ⁊ ad quas partes mouent que sunt sex scꝫ ante retro: ⁊ istis subalternãt directio ⁊ retrogradatio: deinde sunt sursum deorsũ dextrorsuꝫ ⁊ sinistrorsũ Etiam videntur alij sex licet non videant de consideratione astrologi: generatio ⁊ corruptio augmentatio ⁊ diminutio alteratio ⁊ ſm locum mutatio. Quidam dixerunt ꝙ alteratio non esset motus: ⁊ de quibusdam aspectibꝰ ⁊ coniunctionibus ⁊ quando hec fiant ⁊ similia. Tercia vero inquirit de hoc quod habitatur de terra: ⁊ de illo quod non habitat ſm dispositionẽ septẽ climatum: ⁊ de diuersitate diei ⁊ noctis ſm vnamquamqꝫ regionem.

¶ Capl'm duodecimū ad sciendū quid est astronomia que est pars actiua

Astronomia vero est eius pars secūda.s.actiua licet aliqñ immo sepe vna pro altera ponit̄:circa quā ista possunt inquiri videlicet quid sit astronomia:que sint eius species:quod sit eius officiū:quis sit ei⁹ finis:que sunt eius instrumēta:quis sit eius artifex:quare tali nomine vocet̄:ꝛ quo ordine doceat̄:cuius diffinitio talis est sicut dictū est superius. Alij vero diffiniunt eā alio modo dicentes. Astronomia est scīa que cursus stellarū ꝛ ipsaꝝ dispositionē ſm opinionē vtentiū ea preuia ratione tempoꝝ describit noticiam. Preterea que sit vna queqꝫ illarū partiū sua diffinitione seu quidditate cognoscit̄:genus enim est ſm ꝙ de proposita sibi prout oportet questione respondet iudicando ſm planetarū ꝛ signoꝝ positionē atqꝫ ipsoꝝ naturā. Sunt tamē plures alie scīe iudicādi prout ſm ipsas questiones proponunt̄ sicut geomancia que exercet̄ in terra ꝛ alijs pluribus modis cōuenientibus sibi. Idromancia in aqua. Aerimācia in aere. Piromācia in igne. Ciromācia in manu prout testat̄ aristotiles in libro de aīalibus. Spatulamantia in spatula alicuius aīalis. Et etiā multe alie scīe augurandi sicut vox alicui⁹ aīalis:vel cantus alicuius auis:vel vlulatus:vel garritus:aut obuiatio alicuius rei:ꝛ multe alie que possent numerari de quibus nichil ad pñs. Hec tamē.s.astronomia cum omnibus suis partib⁹ ꝛ speciebus dignior est ceteris cum ipsa habeat ex dispositione nobilissimoꝝ corpoꝝ supercelestiū ꝙ eorū que sunt in terris preterita p̄sentia.s.ꝛ futura declarat ſm ꝙ philosophi cōueniūt in hoc omnes. Unde alpharabius de sciencijs. Astronomia est scīa de significatione stellarū quid.s.stelle significēt de pluribus rebus presentibus.s.p̄teritis atqꝫ futuris. Materia eius siue subiectū est ipsa magnitudo sicut dictū est. ¶ Partes aūt h⁹ partis siue speciei sunt quatuor. In prima quidem agit̄ de situ ꝛ forma mundi ꝛ circulis celestibus. In secūda agit̄ de cursibus seu motibus planetarū ꝛ aliarū stellarū. In tercia agitur de ortu ꝛ occasu signorū. In quarta vero agit̄ de eclipsib⁹ solis ꝛ lune ꝛ alioꝝ planetarū. In his vel de his siquidez partib⁹ tota fere virtus astronomie cōsistit. Species eius vniuersaliter sunt due videlicet numerus siue cōputatio ꝑut habet depēdētiā cum prima scīa mathematica hoc est cum arismetrica que prior est omnibus alijs scīētijs doctrinalib⁹:qm̄ oēs alie scīe mathematice indigēt ea ipsa vero nulla ex his indiget. Secūda vero spēs astronomie est iudiciū. Cōputatio seu numeratio versat̄ circa diffinitionē seu cognitionem tabularū. Iudiciū vero versat̄ circa cognitionē tempoꝝ locorū signoꝝ planetarū situū ꝛ aspectuū eorūdem ꝛ his silīa ꝛ quid cōcidat ex eis. Officium eius est cursus planetarū ꝛ aliaꝝ stellarū cōiūctiones aspectus angulos succedētia ꝛ ab angulis cadētia signa que iam fuerūt anguli eorū effectus rōne preuia cōtemplari. Finis eius siue ipsius vtilitas est intentio iudicādi de p̄sentibus preteritis ꝛ futuris veritatē per supradictoꝝ inspectionē ꝛ discussam inquisitionē scire posse. ¶ Huius scīe instrumēta sunt multa.s. astrolabium:quadrās:armilla suspēsoria:ꝛ altera armilla:planisperiū:curuisperiū statua plosica ꝛ silīa. Artifex huius scīe dicit̄ quilibꝫ astronom⁹ qui exrecet artem astronomie noīe atqꝫ astroꝝ legem preuia interpretatione intuetur.

Quare astronomia vocet tali noie: dico tibi q illud nomen est cōpositū .s. ab astris τ norma qd est regula: inde astronomia .i. astro℞ regula vel astrorū practica siue astro℞ opatio. ¶ Differētia vo inter astrologiā τ astronomiā hec est: qm astrologia est sm rei veritatē ad sciam intellectualē siue scialem. Astronomia sm q ea vtentes opinant ad effectū ipsi⁹ seu scia opatiua. Quo ordine doceat scia ista dixerūt quidā q debebat doceri ante alias mathematicas: qm nobilior. Quidā dixerunt q post arismetricā qm indiget numero Quidā dixerūt q post arismetricā τ geometriā qm idiget numero τ mēsura Mihi aūt videt q ipsa debeat doceri post oēs alias mathematicas tā post musicā q̄ post arismetricā τ geometriā q: ita bene indiget ipsa cōsonantia sicut numero τ mensura. ¶ Caplm decimūterciū q hec scia nō debet reprehendi cū sancti patres ea fuerint vsi.

Ars ista nō debet etiā reprehendi imo est digna cōmēdari: qm sancti patres ab antiquo ea vsi fuerūt: vnde male faciunt qui eā reprehēdūt τ maxime illi qui abrahe vestigia sequunt vel sūt secuti. Abraam eni instruxit egyptios τ alios tunc tpis astronomia p̄rogatiue vti volentes τ spāliter athlanta qui in hac scia preualuit omnibus sapientibus qui tūc erant ita q reputabat quasi de⁹. Et inde dictum est q athlas sustineret celū ppter hoc q ipē sciebat plus de corporib⁹ supcelestib⁹ q̄ aliquis qui repiebat tpe illo. Etiā τ ipē dn̄s cū dixit aplis eam⁹ in iudeā iterū: τ ipi dixerūt nūc querebāt te iudei lapidare τ iterū vadis illuc: qui rn̄dens dixit nōne .12. hore sunt diei ac si diceret vna hora est bona licet alia sit mala qm in hora mala illi habebant malā volūtatē cōtra eū: illa eni hora trāsierat τ bona supuenerat: vnde ipse sciens hoc sciuit q mala voluntas abierat a cordib⁹ eo℞: voluit eligere sibi illā horā in qua ipsi nō lederēt eū. Et p hoc patet q ipse vsus est electione nec blasphemauit astronomiā sicut quidā inuidentes τ detractores hodie faciūt. Liet superi⁹ sit manifeste ostensū q multa vtilitas τ multa bona possunt sequi de scia stellarū τ eius iudicijs tam in p̄scia re℞ q̄ in alijs: tamē fuerūt quidā insipientes fatui quorū vn⁹ fuit ille iohānes vicentin⁹ ypocrita de ordine p̄dicato℞ qui dixerūt q astrologia nō erat ars neq scia sz erat quoddā appositiuū ab aliqb⁹ apponētib⁹ inuētū Quib⁹ videt mihi taliter rn̄deri .s. q sunt fatui τ errant τ ipsi in suis fatuitatib⁹ atq in suis erroribus pibūt. Patet enim omnibus astrologiā esse sciam atq vnā ex septem artibus liberalib⁹. Et licet breuiter sit eis rn̄sum nō tamē videt mihi omittēdū probare q astrologia sit ars atq doctrinalis scia rōnibus sufficiētib⁹ atq manifestis licet ordo p̄poster⁹ esse videat. ¶ Caplm decimūquartū ad ostendendū astronomiā esse artem atq vnam ex quatuor mathematicis .s. scientiis doctrinalibus.

Quod astrologia sit scia euidēti rōne taliter probat. Astrologia est scia mobilis magnitudinis que inspecta rōne celestiū corporū sm triplicitem temporis cursum motum diffinit. Uel astrologia est scia que cursus siderum τ habitudines τ figuras stellarū circa se τ circa terram indagabili rōne perquirit ergo per locum a diffinitione astrologia est scia. ¶ Item astrologia dicit ab astros q est stella τ logos q est sermo vel scia vel ratio de astris

igit per hanc ethimologiam seu nominis interpretationē astrologia est scia ¶ Item pōt alio modo sic probari omne quod tale est quod est ex veris primis prioribus ⁊c. est sciēcia. sed astrologia habet genus substāciale quo differt ab alijs sciētijs: ppriū et accidēs igit est scia. Preterea omne quod est collectio preceptorum ad vnum finem tendētium est ars vel scia: astrologia est talis: ergo ipsa est ars vel scia: quod augustinus satis manifeste probat dicit ars est preceptio que dat certam viam rōnemq; gerendi vel dicendi. Oia enim precepta astronomie tunc tendūt ad vnum finem. s. ad sciēdum seu cōsiderādum preterita presentia ⁊ futura: ⁊ in istis preceptis tota intētio astrologie consistit. Unde seneca rememorare preterita: cōsiderare presentia: preuidere futura: illa enim nō possunt recte intueri nisi ab astrologo qui habet omia hec considerare ⁊ ipse solus potest ea scire. ¶ Preterea si astrologia siue astronomia nō esset ars siue scia destrueret iam illud famosum quod ab omnibus vniuersaliter predicat. s. q artes liberales sūt septē: nō essent igit nisi sex vel nulla: qm̄ qua ratione astronomia nō esset eadem rōne sex nō eēnt quod esset incōueniens ⁊ valde horrendum. ¶ Item cum astronomia siue astrologia dicat quarta pars sciē quadriuialis: si ipsa nō est ⁊ quadriuiū totum nō est: quoniam destructa parte integrali siue integritate destructum est ⁊ totū qd̄ ē maximū incōueniēs. Itē si quadriuiū nō ē ⁊ mathematica nō ē ⁊ si mathematica nō ē ⁊ theorica nō ē cū mathematica sit: teste philosopho tercia pars theorice. ¶ Item si theorica non est ⁊ phia non est quod est proteruum dicere discolum atq; absurduz: igit astronomia de necessitate est scia qui enim destruit astronomiā destruit sciam sicut qui destruit prima principia destruit sapientiā teste aristotile in secūdo methaphisice cōtra tales non est disputandum qui volūt destruere scias quoniā sunt peiores bestijs. Preterea cum aristoteles ptholome⁹ iaphar ahaydimon albumasar messahala almeus alfraganus thebit iergis ahomar dorothe⁹ alchindi albenait astaphaz almansor hali alboali ⁊ alij plurimi sapientes hanc sciam scripserint ⁊ docuerint q astrologia est scientia nō est verisimile si ipsa non esset scia q tot ⁊ tanti viri eum taliter nominassent. ¶ Item omne quod ponit aliquid per causam vel per effectum ponit sciam teste aristotile in posteriorib⁹. Astrologus manifestat eclipsim p causam. s. p interpositionē ⁊ manifestat eadem. s. interpositionē p eclipsim: qua propter his ⁊ mult alijs de causis astrologiā esse sciam manifeste probat.

¶ Finit primus tractatus in confirmatione huius scie. ¶ Incipit tractatus secundus de diuisione orbis signorum ⁊ eorum esse ⁊ quomodo sint ordinata ⁊ disposita ⁊ quare sint tm̄. 12. nec plura nec pauciora ⁊ quare denominēt illis nominibus ⁊ de adiacentibus ad hec.



Iam ergo ꝑm vestigia venerabilium predecessorum nostrorum ea que huic operi vtilia esse videbunt rememorans eorum sententias scilicet ptholomei hermetis iaphar thebit alchabicij alcaiat alchindi alenzedegoz messale adile iergis albenait aardimon arestali ⁊ alioꝝ q̄ i hac scia studuerūt addēdo ea que mihi vtilia videbunt ꝑm q de⁹ mihi pstiterit grām

ordinādi ⁊ mihi reduxerit ad memoriā. ¶ Capitulū primū in diuisiōe orbis signoꝝ ⁊ ꝙ signa sint tm̄. 12. ⁊ ꝙ nec plura nec pauciora.

Scias hoc qm̄ circulus signoꝝ diuidit in. 12. diuisiones equales quaruꝫ quelibet vocat signū: quoꝝ primū ē aries. Secūdū taurus. Terciū gemini. Quartū cancer. Quintū leo. Sextū virgo. Septimū libra. Octauum scorpio. Nonū sagitari⁹. Decimū capricorn⁹. Undecimū aquari⁹. Duodecimū pisces. ¶ Sed possꝫ forte queri quare signa tm̄ sunt. 12. plures eni cause possunt assignari quare signa sūt. 12. nec plura nec pauciora: quarū vna est licet nō sit multū efficax ꝙ duodenari⁹ numer⁹ est pfectior quasi alijs numerꝭ ipm vnitatib⁹ nō excedētibus ⁊ multiplicationes ex quibus cōsurgit in suis partib⁹ multiplicant: recipit eniꝫ in semetipso plures ordinatas diuisiones quā aliquis alius numerus: cōsurgit eni multiplicatione ternarij ꝑ quaternariū ⁊ quaternarij ꝑ ternariū: ⁊ binarij per senariū: ⁊ senarij ꝑ binariū: ⁊ per easdem partes totidē modis diuidit. Est ⁊ alia ratio nō minus efficax supradicta ꝓm ꝙ dixerūt arastellus ⁊ albumasar ⁊ aaydimon quib⁹ nullus philosophoꝝ fuit ausus cōtradicere. s. ꝙ oīa elemētata composita sunt ex quatuor elemētis ex igne. s. aere aqua ⁊ terra: ⁊ illa elemētata indiuidua scꝫ ⁊ indiuiduoꝝ partes ex ꝑdictis ꝗtuor elemētꝭ oīa cōsistūt ⁊ cuilibet indiuiduo insūt ista tria videlicet principium mediū ⁊ finis. vnde quatuor in tria multiplicatis faciūt. 12. Signa eni nō corrūpunt sed corrumpūt elemēta: ⁊ elemēta sūt ꝗtuor que corrūpunt a signis ⁊ planetis ex eoꝝ circūuolubilitate inquiescibili: qm̄ aliter elemēta nō corrūperent quantū esset in semetipsis nisi corrūperent a stellis ⁊ earū circūuolutione. Circūuolutio eni stellarū circa elemēta corrūpit illa ⁊ ipsa corrūpunt adinuicē ⁊ nobiliora. s. agentia corrūpunt min⁹ nobilia. s. passiua: ꝓpterea ꝙ sibi inuicē ꝯplectunt ꝙ est cā generatiōis indiuiduorū quarūlibet spērū: ⁊ fuerūt signa diuisa ꝓm numerū quatuor elemētoꝝ qm̄ per quatuor elemēta que sūt ꝗtuor diuersarū naturarū seu qualitatū ꝑcipit numer⁹. 12. signoꝝ: qm̄ elemētoꝝ. vnū est calidū ⁊ siccum. s. ignis Aliud est calidū ⁊ humidū. s. aer: Aliud frigidū ⁊ humidū. s. aqua. Aliud frigidū ⁊ siccū. s. terra. Et licet dicant elementa complexionata tamē vnicuiqꝫ eoꝝ est vna sola ꝓprietas: nā ꝓpriū ignis est caliditas: ꝓpriū aeris est humiditas: ꝓpriū aque est frigiditas: ꝓpriū terre ⁊ siccitas. vnde oportuit ꝙ signa essent ꝓm quator diuersitates imprimētia in inferiora. s. ꝓm caliditatē ⁊ siccitatē: caliditatē ⁊ humiditatē: frigiditatē ⁊ humiditatē: frigitatē ⁊ siccitatē ita ꝙ tria ex his dicerent ignea. s. aries leo ⁊ sagittari⁹. Alia tria ex his dicerent terrea. s. taurus virgo ⁊ capricorn⁹. alia tria ex his dicerent aerea. s. gemini libra ⁊ aquari⁹. Alia tria ex his dicerent aquatica. s. cancer scorpio ⁊ pisces. Et sic inuēta sunt signa ꝙ essent. 12. tm̄ nec plura nec pauciora: plura nō potuerūt esse qm̄ quodlibet eoꝝ agit in ꝗtuor elemēta vniuersaliter: ⁊ quodlibet eoꝝ agit in elemētū sibi deputatū ꝓm tria esse. s. principiū mediuꝫ ⁊ finē. vnde qr ꝓm trinū esse agunt signa in quodlibet elementū ⁊ elementa sūt quatuor tm̄: necesse fuit ꝙ eēnt signa tm̄. 12. nec plura nec pauciora: qm̄ aries leo ⁊ sagittari⁹ sicut dictū est sunt ignea. Taurus virgo ⁊ capricorn⁹ sunt terrea. Gemini libra ⁊ aquari⁹ sunt aerea. Cancer scorpio ⁊ pisces sūt aquatica

¶ Capl'm secūdū quomodo signa agunt in elemēta ꝛ in que elementa agunt quelibet signa.

Dictū est in precedenti capitulo ꝙ singa agunt in elementa nunc dicēdū est in isto capitulo in quod elementū agat quodlibet signū ꝛ per quem modum: nam aries leo ꝛ sagittarius quoniam sunt ignea agunt in ignem elementum sed diuersimode.

De ariete.



Quoniā aries agit in ignem elemētū imprimēdo in illū caliditatē ꝛ siccitatē tempatā: illud tamen quod ex illo tempamēto fit iniciū est motus naturalis indiuiduo quarūlibet specierū. s. ad agēdum vnū aīal cū alio vt generent indiuidua specierū ex indiuiduis earūdem vt ipse saluent ꝑ successionē: quia nō saluarentur per indiuidua tempore longo quia tractu ꝛ tēporis indiuidua deficerēt ꝛ sic destruerent ꝛ perderent species nisi saluarent ꝑ successionē: ꝛ sic est iniciū motus naturalis similiter ad faciēdū semina germinare ꝛ ad faciēdū arbores florere atq̃ frondes emittere ꝛ fructus ꝓducere: ꝛ ad faciendū herbas ꝛ semina germinata nasci ꝛ augmētari ꝛ multiplicari ꝛ oīa vegetabilia augmētari ꝛ incremētū suscipere: ꝛ hoc est primū esse ꝑ qđ signa ignea dicunt agere ꝛ etiā agūt in ignē elemētū.

De leone.



¶ Leo agit in ignē inferēdo in illū caliditatē ꝛ siccitatem remotam a temperamento: ita ꝙ ex illa remotione a temperamento fit iniciū motus naturalis ad impedimētū fruct⁹ ꝛ folia arborꝝ ꝛ herbaruꝫ ꝛ ad faciendū eos ꝛ ea declinare ad latus destructiōis: q2 maturescunt: que maturatio quodāmodo destructio est: ꝛ vt pauca semina sint que tūc germināt: ꝛ pauca vegetabilia suscipiūt augmētū seu incremētū: ꝛ pauca aīalia carentia arbitrio mouent ad augmētationē suarū specieꝝ vel ad earū saluationē imo quedam aīalia incipiunt occultari ꝛ vident quasi destrui cū leo facit opationē suā in ignem elementū: fit casus seminū ꝛ eoꝝ deuastatio maturescūt plures fructus arborꝝ ꝛ putrefiunt ꝛ similia ex impressione leonis in ignem elementū ꝛ hoc est scđm esse per quod ignea agūt in ignem elementū.

De sagittario.



¶ Sagittarius vero agit in ignem elementū imprimendo in illū caliditatē ꝛ siccitatē remotam ab omni temperamento imo facit ad destructionē seminuꝫ ꝛ herbarū ꝛ ad complementū casus ꝛ destructionis foliorum arboruꝫ quarū folia cadunt in hyeme: ꝛ ad lesionem multoꝝ aīalium: ꝛ ad occultationē multarum specierum animaliū ꝛ eorum destructionem nec audent apparere supra terram: ꝛ hoc est tercium esse per quod signa ignea agunt in ignem elementū. Et ista sunt tria esse ꝑque signa agunt in elementa. Omnia fiunt ꝭm istum ordinem quantū est ex significatione signorum ꝛ planetarū naturali ꝛ ex eo ꝙ agunt corpora superiora in

elementa licet aliquando ꝛ alicubi ƀm magis ꝛ aliquando alicubi ƀm min⁹ licet consideratio naturalis videat̃ alia ꝙ sit ista: tamen si recte considerent̃ vtraqꝫ sunt eadem.

¶ De signis terreis ꝛ primo de tauro.



Taurus vero virgo ꝛ capricornus que sunt signa terrea agunt in terram elementum: sed diuersimode scilicet quia taurus agit in terram imprimēdo in illam frigiditatem ꝛ siccitatem tempatam scilicet parum aut nihil impedientem ita ꝙ in illo tēperamēto fit generatio plurium rerum sensibilium scilicet ac specierum ꝛ augmentum vegetabilium ꝛ similia.

¶ De virgine.



¶ Uirgo autem agit in terram elementuꝫ imprimēdo in illam frigiditatem ꝛ siccitatem minus temperatam ꝛ magis propinquam destructioni ita ꝙ ex illo actu fit motus naturalis vt vegetabilia patiantur detrimentum ꝛ diminutionem ꝛ retardent̃ herbe ꝛ cadant arborum folia ꝛ deficiant: tamen nō est illud frigidum ita remotum a temperie ꝙ licet quedaꝫ deficiant ꝛ destruant̃ quin quedā alia generent̃: ꝛ quedam semina germinent ꝛ quedam herbe nouiter nascantur ꝛ crescant ꝛ similia.

¶ De capricorno.



¶ Capricornus siquidem agit in terram elementum imprimendo in illam frigiditatem ꝛ siccitatem distēperatam destruentē ꝛ mortificanteꝫ nec generant̃ de leui tunc animalia: ꝛ si generant̃ sunt paucissima: ꝛ illa vt multū sunt ex domesticis propter domesticitatem eoꝝ victus: nec mouet̃ natura vt herbe nascant̃ vel arbores frondescāt vel floreant nisi forte casualiter nec germinant semina ꝛ similia.

¶ De signis aereis ꝛ primo de Geminis.



Gemini vero libra ꝛ aquari⁹ agunt in aerem elemētū sed diuersimode. Naꝫ gemini agit in aerē elementū imprimēdo in illū caliditatē ꝛ humiditatē tempatā confortantē naturā ꝛ oēm odorē ꝛ omnem flatū odoriferū: ꝛ confortantē calorē naturalē ꝛ aeris tempamentū in quo gaudent indiuidua specierum ꝛ facientem germinare quedam semina ꝛ similia.



De libra


Libra vero agit in aerem elementum inferendo in illum caliditatem ꝛ humiditatem remotam a tempa mento densans illum ꝛ inspissans ꝛ faciens ipsum cõ mixtum ꝛ nocibilem indiuiduis speciebus ꝛ semini bus ꝛ herbis ꝛ frondibus arborum ipsarumqꝫ fructi bus ꝛ faciens eum vaporosum vaporibus densis ꝛ nocibilibus ꝛ similia.



De aquario

Aquarius similiter agit in aerem elementum infe rendo in illum caliditatẽ ꝛ humiditatem distempa tam ꝛ nocibilem ꝛ impedientem faciens ipsum peri mentem ꝛ destruentẽ indiuidua specierum: ꝛ vt mul tum illa nocumenta que animalia ꝛ semina ꝛ alia ve getabilia recipiũt ab aere: ꝛ illi casus ꝛ illa impressio fiunt ex impressionibus quas fecit aquarius in aereꝫ ꝛ similia.

De signis aquaticis. ꝛ primo de cancro.



Cancer vero scorpio ꝛ pisces que sunt signa aqua tica agunt in aquam elementum sed diuersimo de. s. quia cancer agit in aquam imprimendo in illam frigiditatem ꝛ humiditatem tempatam per quaꝫ fit motus nature ad danduꝫ dulcedinẽ ꝛ nutrimentum quibus nutriunt ꝛ viuunt animalia ꝛ nutriunt cun cta vegetabilia ꝛ similia.

De scorpione.



Scorpio agit in aquam elementum inferendo in illam humiditatem ꝛ frigiditatem elongatam a tem peramento per quam fit motus nature potius ad cor ruptionem qꝫ ad nutrimentum seu conseruationem propter corruptionem ꝛ falsuginitatem quam infert actus scorpionis in aquam paucissimum ꝛ paucis re bus valens nutrimentum prestare.

De piscibus



Pisces agit in aquaꝫ elementum inferendo in il lam frigiditatem distemperatã ꝛ nocibilem per quã fit motus nature ad perimendum ꝛ destruendũ ani malia ꝛ semina ꝛ quasi cuncta vegetabilia propter corruptionem ꝛ amaricationem ꝛ feditatem quas in fert actus piscis in aquã. Hec ẽ causa quare signa sũt. xii. tantum nec plura nec pauciora: quoniam ele menta sunt tantum quatuor: ꝛ signa agunt in elemen ta scdm̃ tres modos: scdm̃ primum esse nutriens ꝛ augmentans: scdm̃

vero secundū esse nec ex toto nutriens nec ex toto destruens: fm tertium esse destruens. Et ista tria esse continent in se principium medium ꝛ finem. Et quelibet tria signa agunt in vnum quatuoꝛ elemētoꝝ: sed tria ignea agūt in ignem fm dictos tres modos. tria aerea agunt in aerē fm dictos tres modos: tria aquatica agunt in aquā fm dictos tres modos: tria terrea agunt in terrā fm dictos tres modos. Et ob hoc fuerūt cōcoꝛdes ptholome⁹ aaydimon astaphan arastell⁹ albumasar ꝛ ceteri philosophi ꝙ triplicitates signorū essent quatuoꝛ: quia quelibet tria signa eiusdem nature agunt in elemētū illi nature deputatū. s. ignea in ignem: aerea in aerem: aquatica in aquā: terrea in terrā ꝛ ob nō potuerūt esse plura nec paucioꝛa. ¶ Est alia rō quare signa fuerunt tm̄. 12. s. quia zodiacus cōstat ex quatuoꝛ quartꝭ quarū due sunt septētrionales: due vero meridiane: ex q̄b⁹ vna dat̃ signis igneis: vna aereis vna aquaticis: vna terreis quaꝝ quelibet cōtinet tria signa fm predictas naturas predictoꝝ quatuoꝛ elementoꝛum.

¶ Caplm terciū quare elementa sint ita disposita ꝛ oꝛdinata.

Dictū est in capitulo precedēti in quod elementū agat quodlibet signū ꝛ p quem modū: nunc aūt dicendū est in isto capitulo quare q̄tuoꝛ elementa fuerūt ita disposita seu oꝛdinata. s. ignis superius in cōcauitate globi lune cōtigue atq̧ īmediate: deinde aer: deinde aqua: deinde terra.

Capitulum quartum ad ostendendum ꝙ elemēta sunt tm̄ quatuoꝛ nec plura nec pautioꝛa.

Dictum est in capitulo p̄cedēti quō elemēta sint oꝛdinata seu disposita nunc dicendū est in isto capitulo quare fuerunt elementa tantuȝ q̄tuoꝛ nec plura nec paucioꝛa licet plura de his que dicta sunt ꝛ de his que dicent̃ nō videant̃ esse de cōsideratione astrologi tamē nō pōt esse quin fiat mencio de ipsis: qm̄ opoꝛtet nos de omnib⁹ istis facere mencionē: ipsa cadūt in opere nobis sepissime. Elemēta eī nō potuerūt eē nisi quatuoꝛ nec plura nec paucioꝛa: qm̄ omne coꝛpus elementatū cōstat ex q̄tuoꝛ elemētis ꝛ habet in se q̄tuoꝛ q̄litates. s. caliditatē siccitatē frigiditatē ꝛ humiditatē ꝛ accidūt ei illa q̄tuoꝛ. s. generatio durabilitas seu cōseruatio coꝛruptio atq̧ destructio sic loquendo: p caliditatē generat̃ potissime: p siccitatem durat: p humiditatem coꝛrumpit̃: p frigiditatē destruit̃: intellige ista sane. Ista quatuoꝛ eē versant̃ in quolibet ꝛ circa quodlibet elementatum: caliditatem enim trahit ab igne humiditatem ab aere. frigiditatem ab aqua: siccitatem a terra. vnde cum accidentia elementatoꝛū non reperiant̃ nec sint nisi quatuoꝛ ꝛ trahant̃ ab elemētis opoꝛtuit ꝙ elementa essent tantum quatuoꝛ nec plura nec paucioꝛa. Elementa ꝓut sunt in suis speris simplicia siue pura habent simplices qualitates vincentes in eis scilicet ignis caliditatem: aer humiditatem: aqua frigiditatem: terra siccitatem. Sed prout sunt connexa ꝛ perplexa sibi inuicē habent qualitates compositas scilicet ignis caliditatem ꝛ siccitatem: aer caliditatem ꝛ humiditatem: aqua frigiditatem ꝛ humiditatem: terra frigiditatem ꝛ siccitatem.

¶ Capitulum quintum quare signa fuerunt ita oꝛdinata siue disposita.

DIctum est in precedentibus quare signa fuerunt duodecim tantum nec
plura nec pauciora: ⁊ quare elementa fuerunt tantum quatuor. ¶ Nunc
aũt restat dicere in hoc capitulo q̃re signa fuerunt ita ordinata siue disposita.
Ordinatio seu dispositio signorũ incepit ab igneis prout dixerunt aaydimõ
⁊ albumasar ⁊ posita fuerunt ignea in principio: deinde terrea: deinde aerea:
deinde aquatica. ¶ Sed posses tu dicere: quare non ordinauerũt sapientes
signa fm ordinez elementoꝝ incipiendo ab igneis: deinde ab aereis: deinde
ab aq̃ticis: deinde a terreis fm ꝙ elemẽta successiue posita sunt in ordinatõe
sua. Cause vero que mouerunt sapientes ad sic ordinandum fuerunt plures.
Quarum vna fuit quia elementa sicut dictum est recipiunt corruptionem et
alterationem a motibus ⁊ continua atq; inquiescibili signorũ atq; celorum
reuolutione: ⁊ ex illa corruptõe atq; alteratõe fiunt quatuor qualitates que
accidunt corporibus elementat. videlicet generatio conseruatio corruptio
⁊ destructio. Et quia generatio nobilior sit ceteris qualitatib⁹ elementatoꝝ
inceperunt a signis per que fit generatio siue motus nature ad generationez
⁊ illa sunt ignea. Et q̃litas que est nobilis iuxta generationẽ est durabilitas
seu cõseruatio: ⁊ illud fit a signis per que fit motus nature ad conseruationẽ
seu durabilitatẽ prout corruptibilia recipiunt durabilitatẽ: ⁊ illa sunt terrea.
Et qualitas que est ignobilis ⁊ post durabilitatem est corruptio ⁊ illud fit a
signis per que mouet natura ad corruptionẽ: ⁊ illa sunt aerea. Et ignobilior
imo deterior q̃litas que est post corruptionẽ est destructio: ⁊ illud fit a signis
per que mouetur natura ad destructionez: ⁊ illa sunt aquatica. ¶ Alia causa
est quare incipiendum fuit a signis igneis: ⁊ finiendum ab aquaticis scz quia
caliditas ⁊ frigiditas agunt: siccitas vero ⁊ humiditas patiũtur: ⁊ cum cali/
ditas sit fortius agens que habet significare generationem fuit merito agen
tibus preponenda. simil'r cũ siccitas sit fortis patiens fuit merito patientib⁹
premittenda. Et quia generatio precedit durabilitatẽ fuerunt p̃missa signa
significantia generationem signis significantibus durabilitatẽ. Et quia cor
ruptio precedit destructionẽ fuerunt premissa signa significantia corruptiõz
signis significantib⁹ destructionẽ. Et sic cum generatio sit principum vniuſ
cuiusq; rei generabil' ⁊ finibilis posita fuerunt vltimo signa significantia de/
structionez scz aquatica. ¶ Preterea posita sunt signa ignea in principio cum
caliditas vincit in igne per quã fit viuificatio q̃ est res nobilissima. Et signa
terrea posita sunt iuxta ignea imediate propter affinitatez quam habent cũ
igne ex siccitate vincẽte cum eis. Et aquatica posita sunt in vltimo vt essent
directe opposita igneis positione loci sicut sunt eis opposita directe i natura.
Et aerea fuerunt posita ante aquatica iuxta ipsa imediate propter affinitatẽ
quam habent cum eis ex humiditate: ⁊ sic ambo agentia posita fuerũt in ex
tremis: patientia vero inter vtraq;. Iste sunt cause que mouerunt sapientes
huius magisterij ad hanc ordinationez signoꝝ sic faciendam scz p̃mittendo
ignea: deinde terrea: deinde aerea: deinde aquatica. Et ex igneis p̃mittendo
arietem: ⁊ ex terreis premittendo taurum: ⁊ ex aereis p̃mittendo geminos:
⁊ ex aquaticis premittendo cancrum propter rationes superius assignatas.

¶ Capitulum sextum quare denominatio signorum incipit ab ariete ⁊ non

ab aliquo aliorum signorum.

Dictum est in precedenti capitulo quare signa fuerũt sic ordinata. in isto quidez dicendum est quare denoĩatio incipit ab ariete ⁊ non ab aliquo alio signoꝝ: cum celum sit corpus spericum ⁊ omne sperieuz careat principio ⁊ quod caret principio caret fine: ⁊ quod caret principio ⁊ fine caret medio centro excluso in re corpulenta. Cause fuerunt plures: quarũ vna est ꝙ denominatio signorum incepit ab ariete: quia circulus signorũ intersecat circulũ equatoris diei in principio arietis ⁊ in eius opposito non ortogonaliter sed oblique: ita ꝙ sex signa fiunt septentrionalia: ⁊ sex meridiana sicut alibi latiꝰ dicetur. Et illa pars que est septentrionalis est fortior illa que est meridiana: quia cum sol egreditur pisces intrat arietez: ⁊ aries est primum signuz partis septentrionalis: ⁊ pars septentrionalis est nobilior ac fortior ꝑte meridiana. Et ꝙ hoc sit verum non indiget probatione: quoniam omnes hoc clamant: ⁊ nullus dicit contrarium: licet hoc possit perfecte ꝓbari. Et ob hoc incepit denominatio signorũ ab ariete: quia pars fortior zodiaci incipit a principio arietis. ¶ Alia ratio quare signoruz denoĩatio incepit ab ariete. Alia causa est quia cum sol intrat arietem incipit tunc dies augmentari sup noctẽ: vnde cum augmentatio sit res nobilis: fuerunt concordes sapientes huius artis ꝙ esset incipienda denominatio signorum a signo in quo incipit augmentatio ¶ Alia ratio quare signorum denominatio incepit ab ariete. Alia causa est quia cum quatuor qualitates que sunt caliditas ⁊ frigiditas siccitas ⁊ humiditas sint simplices: ⁊ dum sunt simplices non augmentant nec diminuunt: cũ fuerint cõposite scz caliditas ⁊ humiditas: frigiditas ⁊ siccitas: caliditas ⁊ siccitas: frigiditas ⁊ humiditas quedaz earum significant effectum ⁊ augmentum: quedam earum significant corruptionẽ diminutionẽz: vnde magis fuit incipiendum ab ariete ꝙ̃ ab aliquo aliorum signorum: quoniaz cum sol intrat arietem tunc incipiunt res effici ⁊ augmentari: ⁊ cum effectꝰ ⁊ augmentatio sint res nobiles ⁊ amice naẽ: ⁊ defectꝰ ⁊ diminutio sunt res ignobiles ⁊ inimice nature merito fuit incipienda denominatio signorum ab ariete: q̃a tunc res tenerescunt que qualitas assimilatur iuuẽtuti que est potissima pars vite: sic ⁊ illa est potissima pars temporis quando fiunt supradicta: quoniaz sol tunc recedit ab equatore diei ⁊ appropinquat regionibꝰ septẽtrionalibꝰ ⁊ calor agit in humiditatẽ que fuerat ex tempore yemali ꝑcedente: ⁊ mouet natura tunc ad generationem ⁊ augmentum rerum: ⁊ crescunt herbe: ⁊ frondescunt arbores ⁊ florent ⁊ producunt fructus: ⁊ germinãt multa semina cũ non accidat hoc in alijs temporibꝰ anni: nisi forte aliquando casualiter. Merito ergo fuit incipienda denominatio signorũ ab ariete potius ꝙ̃ ab ab aliquo aliorum signorum.

¶ Capitulum septimum quare signa fuerunt nominata illis nominibus.

Dictum est superius quare denominatio signoꝝ incipienda est ab ariete Nunc autem dicendum est quare signa denominentur illis nominibꝰ. Cause sunt plures: quarum vna est quia in illis locis que dicuntur signa sunt


stelle ita disposite ⁊ ita ordinate q̄ si traheretur linea ab vna ad alterā resultaret inde talis figura sicut est signum ab ea denominatū. Et dicitur q̄ ptholomeus iuit versus meridiem tantum q̄ fuit sub equatore: ⁊ stetit ibi tantuȝ q̄ vidit omnia hec. ¶ Est alia causa quare signa denominantur talibus nominibus scȝ cum sol intrat arietem augmentat̄ calor ex eo q̄ sol incipit elongari a linea equinoctiali ⁊ appropinquat ad zenith regionū septentrionaliū ⁊ fortificatur f̄m q̄ aries dicitur habere vires respectu animalium fortium. Deinde augmentatur calor ⁊ efficitur fortior plusq̄ȝ esset cū sol erat in ariete ⁊ illud assimilatur nature tauri eo q̄ taurus sit animal fortius ariete: ⁊ sit declinatio solis ab equatore maior q̄ȝ cū erat in ariete: ⁊ appropinquatio eius ad zenith regionum septentrionalium. Deinde intrat sol geminos ⁊ dicitur illud signum gemini quia geminatur tunc calor ⁊ duplicatur vltra illud q̄d fuerat primo: ⁊ est tunc vltimū elongationis eius ab equatore diei: ⁊ appropinquationis eius ad sūmitatem capitum. Deinde incipit sol redire versus equatorem diei: ⁊ tunc dicitur q̄ intret cancrum: quoniam cancer est animal retrogradū: vnde sicut cancer dicitur ire aliquādo ante ⁊ postea redire retro ita cum sol fuerit elongatus ab equinoctiali linea ad vltimam eius elongationem ab ea reuertit̄ versus ipsam: ⁊ tūc dicitur ire retro sicut vadit cancer Deinde cum egredietur sol cancrum intrat leoneȝ: ⁊ dicitur q̄ sit in leone eo q̄ calor augmentatur ⁊ fit fortior ⁊ acutior ⁊ magis rigidus propter aerem depuratum: ⁊ qui non participat tunc aliqua humiditate: vnde quia leo est animal rigidum forte ⁊ asperum valde fuit illud signum denoīatum ab illo aīali. Deinde remittitur calor nec tunc fit augmentatio rerum nec generatio que sit ordinata preter germinationeȝ quorundam seminum: ⁊ illud signum dicitur virgo: quia virgo est animal humile atq̄ȝ sterile: quia omnia tendunt ad diminutionem ⁊ quasi sterilitatem. Deinde intrat sol libram: quia tunc equatur dies cum nocte ⁊ remittitur calor ⁊ efficitur in equalitate inter frigiditatem ⁊ calorem: quia tunc incipit frigus vt aliquid assumere vires: ⁊ oīa sunt in equalitate tunc. Deinde intrat sol scorpionem ⁊ augmentatur frigus supra calorem ⁊ fit modo frigus modo calor: ⁊ disperatur aer ⁊ fiunt pluuie ⁊ generantur egritudines praue ⁊ pestilentiales atq̄ȝ mortifere ad modum veneni ⁊ similia: ⁊ ideo denominatur illud signuȝ ab illo animali venenoso scorpione. Deinde augmētatur frigus manifeste super calorem ⁊ tunc dicit̄ sol intrare sagittariū: quia tunc fiunt mutationes aeris ⁊ declinat aer ad lat⁹ frigiditatis: ⁊ superueniunt pruine valide niues glacies emisse ab aere tanq̄ȝ sagitte ledentes animantia ⁊ vegetabilia. Deinde augmentatur frigus sup̄ calorem ⁊ quasi sopitur calor ⁊ declinat aer ad frigiditatem distemperatam ⁊ melancolicam ⁊ fiunt tunc niues multe ⁊ frigus vltimatū ⁊ glacies ⁊ silia: vnde cum capricornus sit animal frigidum ⁊ siccum ⁊ melancolicum denominatum est illud signum ab illo animali: et est tunc sol in vltima declinatione ab equatore ad meridiem. Deinde incipit sol reuerti versus equatorē ⁊ tūc incipit frig⁹ q̄dāmodo diminui ⁊ fiunt aliq̄ñ pluuie loco niuiū: ⁊ humidior efficit̄ aer: vnde denoīatū est illd̄ signū a tali dispositōe aeris tūc vigēte

Deinde intrat sol pisces et fuit denominatum illud signum a pisce quod est animal aquaticum: quia tunc abundant pluuie plusquam in alijs temporibus anni nisi forte per accidens aliquando: et si fuerint tunc niues vel pruine vel glacies: citius conuertuntur in aquam quam in alijs temporibus yemalibus

Incipit pars secunda secundi tractatus de esse circuli essenciali. Capitulum primum de diuisione orbis signorum in duodecim signa et vniuscuiusque signi in .30. gradus: et vniuscuiusque gradus in .60. minuta: et vniuscuiusque minuti in .60. secunda.



In his que predicta sunt in isto tractatu ostensa sunt plura quam huic operi vtilia esse videtur et sunt: et specialiter de numero signorum et ipsorum ordinatione atque de ipsorum diuisione Dicendum est in isto capitulo de diuisione orbis signorum secundum vestigia reuerendissimi predecessoris nostri pholomei atque honorandorum hermetis scilicet albumazar alezdegoz messale alchabicij adile alhayat thebit astaphan arastelli et aliorum prudentum qui in hac scientia studuerunt: et addendo ea que mihi vtilia videbuntur secundum quod deus gratiam mihi prestiterit ordinandi et ad memoriam mihi reduxerit.



Scire quidem debes quod circulus signorum qui zodiacus siue zodial dicitur diuiditur in duodecim diuisiones equales: quarum quelibet vocatur signum: et dicuntur signa sicut superius dictum est ad similitudinem quorundam animalium que formantur secundum formas eorum sicut dixi tibi. Primum igitur signum dicitur aries: secundum taurus: tercium gemini: quartum cancer: quintum leo: sextum virgo: septimum libra: octauum scorpio: nonum sagittarius decimum capricornus: vndecimum aquarius: duodecimum pisces. Et vnumquodque illorum signorum diuiditur in .30. partes equales quarum quelibet vocatur gradus. Et quilibet gradus diuiditur in .60. partes equales quarum quelibet vocatur minutum Et quodlibet minutum diuiditur in .60. partes equales quarum quelibet vocatur secundum. Et quodlibet secundum diuiditur in .60. partes equales quarum quelibet vocatur tercium. Et quodlibet tercium diuiditur in .60. partes equales quarum quelibet vocatur quartum: et ita vsque ad vltimum numerorum. Sed cadent tibi in operatione tua et maxime in equationibus aliqui numeri vltra istos: licet quidam de ordine predicatorum descederint vsque ad quintum et sextum vt non philosophando viderentur philosophari.

¶ Capitulum secundum ad ostendendum que signa sunt septentrionalia & que meridionalia.

Dictum est superius quod signa sunt duodecim: & in quot partes diuiditur quodlibet signum. Nunc vero dicendum est que ex ipsis sint septentrionalia: & quot & que sint meridionalia. Septentrionalia sunt sex illa scz que sunt ab inicio arietis vsqz infinem virginis videlicet aries taurus gemini cancer leo virgo. Et dicuntur septentrionalia quoniam sunt ex parte septentrionis ab equatore diei. Residua vero sex illa que sunt ab inicio libre vsqz in finem piscium. Et dicuntur meridionalia quoniam sunt ex parte meridiei ab equatore diei

¶ Capitulum tercium que signa sunt directe ascensionis & que tortuose

Dictum est que signa sunt septetrionalia: & que meridionalia. Nunc dicendum est que signa sint directe ascensionis: que vero tortuose. Directe ascensionis sunt sex illa scz que sunt ab inicio cancri vsqz in finem sagittarij. Et dicuntur directe ascensionis quoniam ascendunt directe atqz in longiori tempore quam eorum opposita. Residua vero sex illa scz que sunt ab inicio capricorni vsqz in finem geminorum dicuntur tortuose ascensionis: quoniam non ascendunt ita directe sicut ascendunt eorum opposita supradicta. Et dicuntur tortuose ascendentia quoniam ascendunt tortuose atqz in minori tempore quam eorum opposita supradicta que sunt capricornus aquarius pisces aries taurus gemini: quia quodlibet signum debet ascendere in duabus horis equalibus. Directa vero ascendunt in plus duabus horis. tortuosa vero in minus duabus horis

¶ Que sunt obedientia. ¶ Dixit alchabicius quod tortuose ascendetia obediunt directe ascendentibus scz duo signa que fuerunt eiusdem longitudinis a capite cancri: illud quod ascendit tortuose obedit illi quod ascendit directe: vt gemini cancro quia tantum distat finis geminorum ab equatore diei, quantum inicium cancri & finis cancri, quantum inicium geminorum: & taurus eadem ratione dicitur obedire leoni: aries, virgini: pisces libre: aquarius scorpioni: capricornus sagittario. Et dixit idem philosophus quod duo signa que fuerint eiusdem longitudinis a capite arietis dicuntur concordantia in itinere vt aries & pisces: tantum enim distat finis arietis ab equatore diei quantum principium piscium: tantum taurus quantum aquarius: tantum gemini quantum capricornus: tantum cancer quantum sagittarius: tantum leo quantum scorpio: tantum virgo quantum libra. ¶ Est & alius modus diuidendi inter ascensiones signorum secundum duas medietates circuli signorum. Et dicuntur quedam signa maiora quibusdam sibi oppositis: non quod vnum signum sit maius vel longius altero in suo circulo: sed quoniam tenent plus de tempore in ascendendo quam eorum opposita: & occidunt in minori: & incipiunt a leone qui est domus solis: & dicitur medietas maior. Et etiam medietas solis dicitur a principio leonis vsqz in finem capricorni: quoniam sol habet in tota illa medietate talem virtutem qualem habent alij quinqz planete in suis terminis. Residua vero medietas illa scz que est a principio aquarij vsqz in finem cancri vocatur medietas minor: non quod sit minor alia: sed ascendunt in minori tempore quam eorum opposita: & occidunt in maiori secundum diuersitatem climatum & regionum Et dicitur medietas lune: quoniam luna habet in tota illa medietate talem virtutem qualem habent alij quinqz planete in suis terminis propter multas

impressiones ⁊ multos effectus quos habet in nobis plusq̃ hn̄t alij planete Et hec fuit causa quare termini non fuerūt assignati soli vel lune in signis sic fuerint assignati alijs quinqꝫ planetis prout dicetur inferius quando loquar de terminis planetarū. Et illa medietas circuli que est ab inicio arietis vsqꝫ in finem virginis dicitur medietas calida. Et altera medietas illa scꝫ que est ab inicio libre vsqꝫ in finē pisciū dicitur medietas frigida. Et illa quarta ps circuli que est ab inicio arietis vsqꝫ in finem geminoꝝ dicitur quarta calida humida vernalis puerilis sanguinea: ⁊ habet significare puerilē etatēꝫ vsqꝫ ad iuuentutē: Et illa alia quarta que ē ab inicio cancri vsqꝫ in finē virginis dicitur quarta calida sicca estiualis colerica iuuenilis: ⁊ habet significare iuuentutēꝫ vsqꝫ ad complementū eius scꝫ in inicium mediocris etatis. Et alia quarta que est ab inicio libre vsqꝫ in finēꝫ sagittarij dicitur q̃rta frigida sicca autumnalis melancolica: ⁊ habet significare mediocrē etatem vsqꝫ ad principium senectut. Residua vero quarta illa que est ab inicio capricorni vsqꝫ in finem pisciū dicitur quarta frigida humida yemalis fleumatica senilis defectiua: ⁊ habet significare senectutem atqꝫ senectā vsqꝫ in finē vite natural.

Capitulum quartum de ordine circuloꝝ septem planetarū atqꝫ ipsorū septē planetarū dispositione ⁊ ipsoꝝ cursibus ⁊ in quibus tpib⁹ perficiant cursus

In isto capitulo dicam tibi ꝑm q̄ philosophi dixerunt: ⁊ est verū de ordine circulorum septēꝫ planetarum quorum primus ⁊ altior ⁊ superior ⁊ orbi signorum propinquior est circulus saturni: deinde scꝫ scd̄s est circulus iouis: tercius est circulus martis: quartus est circulus solis: q̄ntus est circul⁹ veneris: sextus est circulus mercurij: septimus est circul⁹ lune qui est inferior ⁊ omnibus alijs terre propinquior. Septem aūt planetarum omnib⁹ altior ⁊ superior cursu: tardior est saturnus qui perficit cursum suum mediūꝫ in. 30 annis fere. Deinde iupiter qui perficit cursum suum in. 12. ānis fere. Deinde mars qui perficit cursum suum in. 2. annis fere. Deinde sol qui ꝑficit cursum suum in vno anno. Deinde venus que perficit cursum suū in anno vno sicut sol. Deinde mercurius qui perficit cursum suum in āno vno simil̄r. Deinde luna que est omnibus alijs velocior ⁊ inferior atqꝫ terre propinquior q̄ ꝑficit cursum suū in. 27. dieb⁹ ⁊ tercia vnius diei fere. Sunt etiam preter planetas duo loca in celo in circulo signorum intellecta: quorum vnus vocatur caput draconis: ⁊ alius cauda draconis: ⁊ sunt duo transit⁹ oppositi quos facit circulus lune per circulum solis: ⁊ habent significare quedam que dicentur inferius cum de cauda ⁊ de capite tractabimus.

Capitulum quintum quas potestates habent planete in signis.

Quilibet planetarum habet potestates in signis: quarum quedam sunt per naturam: quedam sunt per accidens. Per naturam sunt iste dom⁹ exaltatio terminus triplicitas facies. Per accidens sunt iste gaudia scꝫ planetarum: existētia eorum in locis ⁊ domibus fortibus: ⁊ q̄n sunt recepti scꝫ q̄n vnus recipit alium sicut alie fortitudines que dicentur in suo loco ⁊ tp̄e.

Capitulum sextum de domibus planetarum.

Signa sicut ostensum est sunt duodeci ⁊ sunt assignata pro domib⁹ septē planetis: quia leo est domus solis prout philosophi testātur: cancer est

domus lune: gemini ⁊ virgo sunt domus mercurij: taurus ⁊ libra sunt domꝰ veneris: aries ⁊ scorpio sunt domus martis: pisces ⁊ sagittarius sunt domus iouis: aquarius ⁊ capricornus sunt domus saturni. ¶ Sed posses tu dicere: quare fuerunt domus planetarum sic ordinate: ⁊ quare sol ⁊ luna habuerūt quilibet eorum vnicam domū tantum ⁊ ceteri planete habent quilibet eoꝝ duas cum luminaria videantur potius habere duas q̄ȝ aliquis alioꝝ ꝓpter fortitudines suas: ⁊ propter multas causas que possunt assignari: ⁊ maxime cū albumasar dicat ꝙ sol ⁊ luna sunt fortiores ⁊ maiores fortune ceteris fortunis. Ad quod potest taliter respōderi: qm̄ inter antiquos fuit diuersitas in ordinatione domoꝝ planetarum: quidam enim inceperunt a domibꝰ lumiminarium: quidā inceperunt a domibꝰ saturni: quidaȝ inceperunt a domibꝰ martis: quidam inceperunt a domibus iouis: quidam inceperunt a domibꝰ mercurij: quidam inceperunt a domibus veneris: ⁊ quilbet assignauit suam causaȝ ꝺm ꝙ sibi visum est. Uerūtamen ego in illa eoꝝ diuersitate non facio magnam vim: multe enim cause possūt assignari: tñ nolo eas oēs assignare nec volo recitare omnes opiniones antiquoꝝ: quia valde longum esset: nec esset ibi vtilitas: sed assignabo tibi vnā ⁊ sufficiat modo tibi. Una causa q̄re leo assignatus fuit soli pro domo ⁊ nullum aliud signum hec est scȝ quia sol est luminare maius ⁊ est luminare diurnuȝ ⁊ lucis ⁊ iudicatur calidꝰ ⁊ siccus ⁊ eius calor est intensus: ⁊ virtus caloris eius apparet fortius cum ipse est in leone q̄ȝ cum est in aliquo alio signo: ⁊ natura estatis apparet tunc fortius q̄ȝ in alijs tpibus. Et est sol planeta masculinus diurnus: ⁊ significat caliditatē ⁊ siccitatem per naturaȝ suam. Et leo est signum masculinum igneum calidū scȝ ⁊ siccū: ⁊ cum sol est in eo tunc est culmen estatis ⁊ complementū augmentationis caloris: ⁊ nullum aliud signum est ita propinquū nature solis sicut leo: quia licet aries ⁊ sagittarius sint signa ignea: non est tñ fortitudo caloris solis ita manifeste apparens est: nec eius lumen ita clarū nec ita subtile sicut est in leone. Et dixit albumasar ꝙ sol ⁊ leo concordant in hoc scȝ quia sol est in medio planetarū: ⁊ leo est in medio estatis: q̄a tunc est vltimatus ⁊ fortior calor estatis qm̄ sol est in leone. ¶ Quare cancer est domus lune. ¶ Cancer vero solus fuit assignatus lune pro domo que ē lumiare nocturnuȝ ꝓpterea quia cancer est primum signum mobile ab inicio signorum quod concordat cum luna ĩ femineitate mobilitate frigiditate atq; humiditate. Et est magis propinquuȝ domui luminaris a quo luna recipit lumen q̄ȝ aliqd̄ aliud signū mobile vel frigidum vel humiduȝ quod concordat cum natura lune. Et dr̄ etiam luna luminare solis qm̄ ipsa recipit lumen ab eo: ⁊ ille due domꝰ sunt lucidiores ⁊ splendidiores ⁊ naturis luminarium magis ꝯcordantes q̄ȝ aliq̄ de alijs domibus in oībus climatibus ⁊ in omnibus regionibus de mundo

¶ Quare capricornus ⁊ aquarius sunt domus saturni. ¶ Et sicut sol ⁊ luna sunt corpora lucidiora ⁊ splendidiora ⁊ luminosiora ceteris corporibus sup celestibus: ⁊ eorum lumen magis percipitur ⁊ manifestius q̄ȝ lumen alicuius aliorum: ⁊ sunt fortune augmentantes: ita obscuritas ⁊ tenebrositas saturni percipitur pre ceteris alijs obscuritatibus ⁊ tenebrositatibus aliorum corporum supercelestium: ⁊ ipse est deterior omnibꝰ infortunis ⁊ est destruens.

Unde cum lumen ⁊ splendor sint directe cõtrarij obscuritati ⁊ tenebrositati ⁊ econtrario: ⁊ luminaria habeant significare splendorem ⁊ lumẽ ⁊ claritatẽ ⁊ saturnus habeat significare obscuritatem ⁊ tenebrositatem: ob hoc fuerũt domus eorum opposite directa linea. Et hec fuit causa quare capricornus ⁊ aquarius fuerunt assignati saturno pro suis domibus. Et similr capricornus ⁊ aquarius sunt domus tenebrose ita ꝙ cum sol est in eis est tunc aer magis obscurus ⁊ magis a puritate remot⁹: ⁊ specialiter cum ipse est in aquario: q̄a tunc est culmen ⁊ vltimatũ frigus yemis. ¶ Quare sagittarius ⁊ pisces sunt domus iouis. ¶ Sagittarius vero ⁊ pisces fuerũt assignati ioui pro suis domibus iuxta domos saturni: qm̃ iupiter succedit saturno in ordine circulorꝫ ĩmediate ⁊ est fortuna fortis ita ꝙ frangit maliciam saturni: ⁊ illa duo signa aspiciunt domos luminariũ a trino aspectu qui est aspectus amicicie integre atqꝫ perfecte sicuti oppositio est aspectus vltimate inimicicie. Et ob hoc q̄a ipse est fortuna pre ceteris fortunis preter luminaria: oportuit ꝙ eius dom⁹ essent in talibus locis designate ꝙ aspicererent domos luminarium aspectu dilectionis pre ceteris aspectib⁹. Pisces enim aspicit cancrum qui est dom⁹ lũiaris nocturni a trino aspectu ⁊ est de ipsius triplicitate quod auget etiam bonitatem aspectus. Et sagittarius similr aspicit leonẽ qui est domus lũiarꝭ diurni a trino aspectu ⁊ est de ipsi⁹ triplicitate. ¶ Quare aries ⁊ scorpio sunt domus martis. ¶ Aries vero ⁊ scorpio fuerunt assignati marti pro suis domibus iuxta domos iouis: quoniam mars succedit ioui in ordine circulorũ imediate ⁊ est malus ⁊ infortuna: sed eius infortuniũ ⁊ eius maluꝫ sunt infra infortuniũ ⁊ maliciam saturni. Et illa duo signa aspiciũt domos luminariũ a q̄rto aspectu qui est aspectus medie inimicicie. Et ob hoc q̄a ipse est malus infra saturnum qui significat vltimatam maliciam: oportuit ꝙ eius domus essent in talib⁹ locis designate ꝙ aspicerẽt domos luminariũ aspectu medie inimicicie. Aries enim aspicit cancrum qui est domus luminaris nocturni a q̄rto aspectu nec est de ipsius triplicitate ꝙ deteriorat etiã aspectũ Scorpio similiter aspicit leonem a quarto aspectu qui est domus luminaris diurni. ¶ Quare taurus ⁊ libra sunt domus veneris. ¶ Taurus vero ⁊ libra fuerũt assignati veneri pro suis domib⁹ iuxta domos martis eo ꝙ ipsa succedit soli in ordine circulorum cui est assignata propria domus. Et ob hoc succedunt domus veneris domibus martis. Et est venus bona fortuna: sed non est ita ꝑfecta fortuna sicut iupiter: quia iupiter est ita fortis fortuna ꝙ frangit oẽm maliciam maliciosorꝫ quod venus non potest facere: tamen licet non posset frangere malicias aliorum sicut iupiter minuit eas tamen sicut potest ⁊ per se confert fortunã ⁊ bonũ. Et eius fortuniũ ⁊ eius bonitas est infra fortuniũ ⁊ bonitatem iouis. Et illa duo signa aspiciunt domos luminarium a sextili aspectu qui est aspect⁹ medie amicicie. Et ob hoc quia ipsi⁹ est fortuna bona infra iouem qui significat perfectam ⁊ vltimatam bonitatem ⁊ amiciciam: oportuit ꝙ eius domus essent in talibus locis designate ꝙ aspicerẽt domos luminariuꝫ aspectu medie amicicie. Taurus enĩ aspicit cancrũ qui est dom⁹ luminaris nocturni sextili aspectu qui est aspectus medie amicicie licet non sit de ipsius triplicitate. Libra aspicit leoneꝫ a sextili aspectu qui est domus

luminaris diurni. ¶ Quare gemini & virgo sunt domus mercurij. ¶ Gemini vero & virgo fuerunt assignata mercurio pro suis domibus iuxta domũ veneris: quia ipse succedit veneri in ordine circulorum: & est cõmixtus: tamen est in natura sua plus fortuna quam infortuna: sed cõuertitur ad naturã illius cui cõiungitur. Et hec est causa quare ipse dicitur cõmixtus. s. quod eius domus non aspiciunt domus luminariũ aliquo aspectu quia sunt ei similiter contigue. Et quia mercurius nõ elongatur a sole tantum quod ipse possit esse in aliquo aspectu cum ipso. ¶ Sed posses tu dicere quod gemini aspicit leonem & virgo cancrũ: verũtamen illud non habet locum in tali casu: quoniã secundum istã cõsiderationẽ nullũ signum dicitur aspicere domũ alicuius luminaris ab aliquo aspectu quod domus alterius luminaris cadat infra illos terminos. Unde gemini nõ dicitur aspicere leonem quia cancer domus lune cadit infra illos terminos: nec virgo dicitur aspicere cancrum: quia leo domus solis cadit infra illos terminos. Et ita intellige de alijs signis: quia aries nõ aspicit leonẽ trino aspectu propter cancrum domum lune que cadit infra illos terminos quem ipse aspicit quarto aspectu. Scorpio nõ aspicit cancrum trino aspectu propter leonem domum solis qui cadit infra alios terminos quẽ ipse aspicit quadrato aspectu. Taurus non aspicit leonem quadrato aspectu propter cancrũ domũ lune qui cadit infra illos terminos quem ipse aspicit sextili aspectu. Libra nõ aspicit cancrum quadrato aspectu propter leonem domũ solis qui cadit inter illos terminos quem ipse aspicit sextili aspectu. ¶ Hec omnia cõsiderabis secundum cõsideratione quare signa fuerũt assignata planetis pro domibus. Secus autem est in planetis existentibus in illis signis sicut in capitulo de aspectibus planetarũ plenarie dicetur. Multas alias causas & philosophorum opiniones possint assignari sed ad vitandũ prolixitatẽ sufficiat tibi ratio supradicta.

¶ Capitulũ septimũ de detrimentis planetarum.

Detrimentũ cuiuslibet planete dicitur septimũ signũ a domo eius. s. eius oppositũ: & etiã dicitur eius casus sicut libra est oppositũ arietis & aries libre: & est detrimentũ martis libra: & aries detrimentũ veneris. Et scorpio est oppositũ tauri & est detrimentũ veneris. Et taurus est oppositũ scorpionis & est detrimentũ martis. Et sagittarius est oppositũ geminorum & est detrimẽtum mercurij. Et gemini est oppositũ sagittarij & est detrimentũ iouis. Capricornus ẽ oppositũ cãcri & ẽ detrimẽtũ lune. Et cãcer est oppositũ capricorno & ẽ detrimẽtũ saturni. Aquarius ẽ oppositũ leonis & est detrimentũ solis. Leo est oppositũ aquarij & est detrimentũ saturni. Piscis est oppositũ virginis & est detrimentũ mercurij. Uirgo est oppositũ pisciũ & est detrimẽtũ iouis. ¶ Et dixit alchabicius quod si duo signa fuerint domus vnius planete dicuntur cõcordantia in almantica hoc est in circulo qui latus est in medio & in ligatura strictus. s. in zodiaco quod apparet in spera manufacta: quia vbi zodiacus trãsit per equatorem ibi circulus dicitur esse strictus: & vbi declinat ab eo ad meridiem vel ad septentrionẽ ibi dicitur esse latus. Albumasar vero dixit quod duo signa que fuerint domus vnius planete dicuntur concordantia in itinere vt aries & scorpio que sunt domus martis: taurus & libra que sunt domus veneris: gemini & virgo que sunt domus mercurij: sagittarius & piscis que sunt

domus iouis: capricornus & aquarius que sunt domus saturni: cancer & leo que sunt domus luminarium. ¶ De gaudijs planetarũ s̃m dorothium.

Dixit dorothi⁹ q̃ saturnus gaudet in aquario: iupiter gaudet in sagittario: mars gaudet in scorpione: venus gaudet in tauro: mercuri⁹ gaudet in virgine. ¶ Caplm̃ octauũ de exaltationib⁹ planetarum.

Dixerunt albumasar & alkabicius q̃ sol exaltat̃ in ariete .s. in .19. gradu eius. ¶ Luna exaltat̃ in tauro .s. in .3. gradu eius. ¶ Saturnus exaltatur in libra .s. in .21. gradu eius. ¶ Jupiter exaltatur in cancro .s. in .15. gradu eius. ¶ Mars exaltat̃ in capricorno .s. in .28. gradu eius. ¶ Venus exaltatur in pisce .s. in .27. gradu eius. ¶ Mercurius exaltat̃ in virgine .s. in .15. gradu eius. ¶ Caput draconis exaltat̃ in geminis .s. in .3. gradu ei⁹. ¶ Cauda illius exaltat̃ in sagittario .s. in .3. gradu. ¶ Et dixit albumasar q̃ fuerũt dicte exaltationes planetarũ in gradibus supradictis: quoniam erant in illis gradibus quando fuerunt formati.

¶ Capitulum nonum quare aries est exaltatio solis & libra eius descensio & quare alia signa sunt exaltationes planetarum.

Dixit albumasar q̃ ptholomeus auctor libri iudiciorum dixit q̃ cum sol intrat arietem incipit ascendere ad septentrionẽ .s. ad zenith nostrorũ capitũ: & auget̃ tunc dies in longitudine super noctem: & incipit tunc natura illius augeri in calore & maxime cum descendit ad .19. gradum ipsius arietis. Cũq̃ fuerit in libra incipit descendere ad meridiẽ recedẽdo & elongando se a zenith nostrorum capitũ & minuunt̃ dies & auget̃ nox supra diem tunc in longitudine sua: & incipit tunc natura illius diminui in calore & diminuunt̃ operationes eius nobiles & vtiles & maxime cum descenderit ad .19. gradũ eius ¶ Itẽ dixit albumasar q̃ ipse inuenit in libris quorũdã antiquorum q̃ posuerũt taurũ exaltationẽ lune: q̄ cũ sol est in ariete qui est eius exaltatio & luna in tauro erit tunc apparitio luminis lune. Et est etiã taurus primũ signũ triplicitatis lune: quia imediate sequit̃ signũ exaltationis solis: & ipsa in operationibus suis cõiuncta est soli. Et posuerũt scorpionem descensionẽ eius: qm̃ est oppositum exaltationis sue. Et posuerunt libram exaltationẽ saturni & arietem eius descensionẽ propterea quia saturnus est oppositus in natura & in operationibus soli: & ideo fuerũt opposite ipsorum exaltationes, sicut ipi sũt oppositi sibi inuicem sicut dictum est supra. Et posuerũt cancrum exaltationem iouis: quoniã iupiter per naturã suam significat ventos septẽtrionales & cum fuerit in cancro oriunt̃ venti septentrionales nutrientes & prestantes incrementum vegetabilibus & confortãtes naturam iouis. Et posuerũt capricornũ quia est oppositum exaltationi iouis eius descensionem. Et posuerunt capricornũ exaltationẽ martis: quia capricorn⁹ est meridianus & est oppositus exaltationi iouis qui inimicant̃ adinuicẽ: & q̄ natura martis est meridiana cõburẽs & cõfortatur calor martis cum ipse fuerit in capricorno. Et posuerũt cancrũ descẽsionẽ eius: qm̃ est oppositũ exaltationi illi⁹. ¶ Et posuerũt piscem exaltationẽ veneris: q̄ natura piscis est humiditas cõcordãs cũ natura veneris & tunc incipit vigere humiditas temporis & in eo confortat̃ humiditas veneris. Et posuerũt virginem eius descensione quia est opposita exaltationi sue. Et posuerunt virginem exaltationem mercurij: quo

niam ab eo incipit siccitas temporis autũpni ⁊ natura mercurij refertur ad siccitatẽ nisi per accidens. Nũq3 fuerit in virgine confortatur eius siccitas. Et posuerunt piscem eius descensionem quia est oppositum exaltationi eius. ¶ Gemini vero fuit positum exaltatio capitis draconis. propterea ꝙ gemini est primum signum bicorporeũ ⁊ cõmune post arietem: ⁊ caput similiter est bicorporeum: quoniã est compositum de duabus naturis iouis scilȝ atq3 veneris que sunt due fortune. Sagittarius positus est exaltatio caude draconis quia sagittarius est oppositũ gemino ⁊ sicut cauda est opposita capiti.

¶ Capitulũ decimũ de casu seu descensione planetarum.

Dixerunt albumasar ⁊ alkabicius ꝙ omne septimuȝ signũ ab exaltatione cuiusq3 planete dicitur eius descensio siue casus. Nam sol cadit in 19. gradu libre sicut exaltatur in simili gradu arietis. ¶ Luna cadit siue descẽdit in scorpione sicut exaltatur in tauro in simili gradu. ¶ Saturnus cadit siue descendit in ariete sicut exaltatur in libra in simili gradu. ¶ Jupiter cadit siue descendit in capricorno sicut exaltatur in cãcro in simili gradu. ¶ Mars cadit in cancro siue descendit sicut exaltatur in capricorno in simili gradu. ¶ Venus cadit siue descẽdit in virgine sicut exaltatur in pisce in simili gradu. ¶ Mercurius cadit siue descendit in pisce sicut exaltatur in virgine in simili gradu. ¶ Caput draconis cadit in sagittario: cauda in geminis. ¶ Et est differentia inter casum ⁊ descensionẽ licet alterũ aliquando pro altero ponatur: quia casus dicitur proprie de domo: descensio dicitur de exaltatione: quia domus assimulatur rei proprie: exaltatio vero assimulatur honoribus seu dignitatibus tam aduenticijs ꝙ hereditarijs.

¶ Capitulum vndecimũ de quatuor triplicitatibus septem planetarum.

Dixerunt predicti philosophi triplicitates sunt quatuor ⁊ distinguuntur sic scilicet quia omnia tria signa que concordãt in vna natura ⁊ in vna complexione faciunt vnam triplicitatem: ⁊ dicitur triplicitas quasi trina plicitas.

¶ De prima triplicitate.





¶ Aries igitur leo ⁊ sagittarius faciunt primam triplicitatem. Aries est enim signum igneum calidum ⁊ siccum: ⁊ sic est vnum signum calidum ⁊ siccum. Et leo similiter est signum calidum ⁊ siccum: ⁊ sic sunt duo signa calida ⁊ sicca. Et sagittarius est signũ calidum ⁊ siccum: ⁊ sic triplicatur signum calidum ⁊ siccum. Et sic fiunt tria signa conueniencia in vna complexione. ¶ Et hec triplicitas dicitur calida ⁊ sicca quia vnumquodq3 istorum signorũ est igneũ calidum siccum masculinum orientale diurnum colericum sapore amarum. Et ista triplicitas dicitur orientalis: cuius triplicitatis dñi sunt in die sol: in nocte iupiter quorum particeps tam in die ꝙ in nocte est saturnus.


¶ De secunda triplicitate.







¶ Taurus vero virgo & capricornus faciũt secundã triplicitatẽ: quia vnuz quodqz istorum signoꝝ est terreũ frigidũ. s. & siccum femininũ nocturnũ melancolicũ meridianum sapore acre siue acetosum. Et hec triplicitas dicitur meridionalis: cuius triplicitatis dñi sunt in die venus in nocte luna: quaruz particeps tam in die qꝫ in nocte est mars.

¶ De tercia triplicitate.


¶ Gemini autem libra & aquarius faciũt terciam triplicitatem: quia vnuz quodqz istorum signorum est aereum calidum scilicet & humidum masculinum diurnum sanguineũ occidentale sapore dulce. Et hec triplicitas dicit̃ occidentalis: cuius triplicitatis dñi sunt in die saturnus in nocte mercurius quoꝝ particeps tam̃ in die qꝫ in nocte est iupiter.

¶ De quarta triplicitate.






¶ Cancer quoqz scorpio & pisces faciunt quartam triplicitatem: quia vnum quodqz istorum signorum est aquaticũ frigidum scilicet & humidum femininum nocturnũ flegmaticũ sapore salsum & ꝫm quosdam insipidum. Et hec triplicitas dicit̃ septẽtrionalis: cuiꝰ triplicitatis dñi sunt in die venus in nocte mars quorum particeps tam in die qꝫ in nocte est luna.

¶ Capitulũ duodecimũ de signis mobilibus fixis & cõmunibus.

Scito q ex supradictis .12. signis quatuor sunt mobilia .s. aries cancer libra capricornus: et quatuor sunt fixa .s. taurus leo scorpio et aquarius: reliqua vero quatuor .s. gemini virgo sagittarius et piscis sunt communia. Dicunt aut signa mobilia nō q moueant nisi vt alia signa: sed dicunt mobilia quia quando sol ingredit aliquod illorum signorum mutat tunc dispositio aeris nec perseuerat eo tunc in eo statu in quo erat. ¶ Fixa aut signa dicunt quia quando sol intrat aliquod illorum signorum tunc figit dispositio aeris et perseuerat et manet in eodē statu fixionis et firmitatis: licet aliquādo forte mutet per accidens nontamē mutat per naturam. ¶ Signa vero cōia dicunt quia quando sol intrauerit aliquod illorū signorum fit tempus cōmune nec vere dicit fixum nec mobile sed participat vtroq scilicet fixo et mobili. Unde pars illius temporis est vnius et pars alterius. ¶ Nam quādo sol intrat arietem quod est signū mobile tunc mutat tempus .s. dispositio aeris: quia tunc vertit hyems in ver. ¶ Et quando egredit de ariete et intrat taurum tunc figit tempus .s. quia perseuerat tunc in statu veris. ¶ Et quando egredit taurum et intrat geminos tunc mutat tempus veris et efficit partim vernale et partim estiuale. ¶ Et quando egredit geminos et intrat canerum tunc mutat tempus et efficit tempus estiuale. ¶ Et quando egredit cancrū et intrat leonem tunc figit tempus estiuale et perseuerat in eodē statu. ¶ Et quando egredit leonem et intrat virginem tunc mutat tempus estiuale et efficit partim estiuale et partim autūpnale. ¶ Et quando egredit virginem et intrat libram tunc mutat tempus et efficit tempus autūpnale. ¶ Et quando egredit libram et intrat scorpionem tunc tempus autūpnale figit et perseuerat in eodem statu. ¶ Et quando egredit scorpionem et ingredit sagittariū tunc fit tēpus cōmune quia partim tenet de autūpno et partim tenent de hyem. ¶ Et quando egredit sagittariū et intrat capricornū tunc mutat tempus et vertit autūpnus in hyemem. ¶ Et quando egredit capricornum et intrat aquarium tunc figit tempus hyemale ac perseuerat in eodē statu. ¶ Et qn egredit aquarium et intrat pisces tunc efficit tempus cōmune quia partim tenet de hyeme et partim de vere.

¶ Capitulum decimūterciū de aspectibus planetarum.



DIxerunt messahala ⁊ alkabicius ⁊ alij plures philosophi q̄ signa dicuntur se aspicere diuersis aspectibus scilicet sextili quadrato trino ⁊ opposito. ¶ Sextilis aūt aspectus est ille qui tenet sextam partem celi scilicet 60. gradus ante vel retro. ¶ Quadratus aspectus ille qui tenet quartā partem celi. s. 90. gradus ante vel retro. ¶ Trinus aspectus dicitur ille qui tenet terciam partem celi. s. 120. gradus ante vel retro. ¶ Aspectus vero oppositionis dicit̄ ille qui tenet medietatem celi. s. 180. ¶ Et dicit̄ q̄ aspectus sextilis sit aspectus bonus ⁊ est aspectus medie amicicie atq̄ concordie sed non perfecte. Et dicitur aspectus medie amicicie quoniā ipse trahitur a venere ⁊ a luminaribus: quia domus veneris aspiciunt domos luminarium a sextili aspectu vt dictum est supra. Et ob hoc dicit̄ ille aspectus medie amicicie quoniā ven⁹ est semi fortis fortuna ⁊ nō perfecta. ¶ Et quadrat⁹ aspectus dicitur mediocriter malus ⁊ est aspectus medie inimicitie atq̄ discordie sed non perfecte. Et dicitur aspectus medie inimicitie quoniam ipse trahitur a marte ⁊ a luminarib⁹ quia domus martis respiciunt domos lumina-

rium a quarto aspectu vt dictuz est supra. Et ob hoc dicitur ille aspectus medie inimicitie quoniam mars est minor infortuna q̄z saturnus sicut venus est minor fortuna q̄z iupiter. ¶ Aspectus aūt trinus dicitur aspectus bonus ⁊ est aspectus perfecte amicitie ⁊ perfecte concordie atq̄z complete bonitatis. Et dicitur aspectus perfecte amicitie atq̄z concordie quia ipse trahitur a ioue ⁊ a luminaribus quoniam domus iouis aspiciunt domos luminariū a trino aspectu. Et ob hoc dicitur ille aspectus perfecte amicitie quoniaz iupiter est fortuna fortis ⁊ perfecta pre ceteris alijs fortunis cui nihil bonitat[is] deest ¶ Sed aspectus oppositionis dicitur malus aspectus ⁊ est aspectus vltimate inimicicie ⁊ vltimate malicie atq̄z vltimate discordie. Et dicitur tal[is] aspectus vltimate inimicitie quoniam ipse trahitur a saturno ⁊ a luminaribus: quoniam domus saturni aspiciunt domos luminarium ab oppositione. Et ob hoc dicitur ille aspectus vltimate inimicitie quoniam saturnus est infortuna maior ⁊ fortior pre ceteris alijs infortunis. ¶ Verbi gratia de omnib[us] aspectibus supradictis ponatur q[uod] aliquis planeta sit in primo gradu arietis tunc aspicit illum qui est in primo gradu geminorum ante se: ⁊ ille aspectus dicitur sextilis anterior siue a facie Et aspicit illum qui fuerit in primo gradu aquarij post se: ⁊ ille aspectus dicitur sextilis posterior siue a tergo. Et talis aspectus dicit[ur] exagona radiatio: quoniam radiat siue aspicit a sexta parte celi. Et aspicit illū qui fuerit in primo gradu cancri ante se: ⁊ ille dicit[ur] aspectus quartus anterior siue a facie: ⁊ aspicit illuz qui fuerit in primo gradu capricorni post se: ⁊ ille aspectus dicitur aspectus quadratus a tergo siue posterior. Et talis aspectus dicit[ur] tetragona radiatio quoniam radiat siue aspicit a quarta parte celi. Et aspicit illum qui fuerit in primo gradu leonis ante se. ⁊ hic aspectus dicitur trinus anterior, siue a facie: ⁊ aspicit illum similiter qui fuerit in primo gradu sagittarij post se: ⁊ ille dicitur aspect[us] trinus posterior siue a tergo. Et talis aspectus dicitur trigona, radiatio quoniam radiat siue aspicit a tercia parte celi. Et aspicit illum qui fuerit in primo gradu libre: ⁊ hic aspectus dicitur aspectus oppositionis. ¶ Quidam autem dixerunt q[uod] oppositio non sit aspectus: ego tamen non assentio illis. vnde si aliquis planeta fuerit in his signis ita se aspicientibus dicitur aspicere alium qui fuerit in alijs signis supradictis: ⁊ ipse aspicit eum simili aspectu. Et planeta qui fuerit in tauro aspicit illum qui fuerit ante se in cancro ⁊ illum qui fuerit post se in pisce sextili aspectu. Et aspicit illum qui fuerit ante se in leone: ⁊ illū qui fuerit post se in aquario quadrato aspectu. Et aspicit illum qui fuerit in virgine ante se: ⁊ illum qui fuerit post se in capricorno a trino aspectu. Et aspicit illum qui fuerit in scorpione per oppositionem. Et ita intellige de omnibus signis. Et sicut primus gradus vnius signi aspicit primum gradum alterius signi: ita secundus gradus aspicit secundum gradum: ⁊ tercius tercium: ⁊ quartus quartum: ⁊ ita de omnibus gradibus intellige.

¶ Capitulum decimumquartum de terminis quinque planetarum preter luminaria.

Dicuntur quinque planete .s. saturnus: iupiter: mars: venus et mercurius habere terminos in quolibet signo diffinitos et determinatos secundum quod inferius tibi dicam. Dicuntur termini siue fines quoniam dum planeta fuerit in illis gradibus dicitur habere quandam potentiam que appellatur fortitudo. ¶ Et inuenerunt philosophi per experimenta longa quod cum planeta est in illis gradibus qui assignantur sibi pro termino in quolibet signo quod fortius inprimit in inferiora quam cum est in alijs gradibus eiusdem signi. Et ob hoc dicuntur termini: quia sicut termini infixi agris imponunt finem et diuidunt agrum ab agro ita illi gradus assignati planete pro termino imponunt finem virtuti illius et diuidunt virtutem vnius planete a virtute alterius. Et fuit diuersitas inter antiquos in diuisione terminorum: quoniam ptholomeus assignauit duas differentias terminorum secundum duas opiniones egyptiorum .s. et caldeorum: et postea posuit suam opinionem et fuit secutus dicta quorundam vetustorum que ipse inuenit in quodam libro vetustissimo prout ipse refert et approbauit dicta illorum. Albumasar vero recitauit quinque antiquorum opiniones terminorum egyptiorum .s. et ptolomei et caldeorum et cuiusdam philosophi qui dictus est asthoatol et indorum quorum opiniones esset hic longum ponere quare illas dimittam: et ponam tibi rationes solum quas ptholomeus recitat se inuenisse in dicto libro vetusto ipse enim nolens se iactare non attribuit sibi inuentionem illorum terminorum sed solum illis quos dictum librum credit composuisse. Et dixerunt ipse et albumasar quod infra scripti gradus terminorum qui sunt in presenti tabula notati fuerunt ita diuisi et ita planetis quinque attributi vt per ipsos daretur nobis cognitio malorum annorum cuiuslibet quinque planetarum de quibus in vnum collectis contigerunt saturno .57. ioui .79. marti .66. veneri .82. mercurio .76 quibus insimul collectis faciunt .360. gradus. Et hec fuit causa quare maiores anni planetarum fuerunt tot non plures nec pauciores: quia quot gradus habet vnusquisque quinque planetarum pro terminis tot eius maiores anni esse reperiuntur: et hec est tabula ipsos terminos demonstrans.

Aries	Jupiter	6	Venus	8	mercurius	7	Mars	5	Saturnus	4
Taurus	Venus	8	Mercu	7	Jupiter	7	Satur	2	Mars	6
Gemini	Mercu	7	Jupiter	6	Venus	7	Mars	6	Saturnus	4
Cancer	Mars	6	Jupiter	7	Mercu	7	Venus	7	Saturnus	3
Leo	Saturnus	6	Mercu	7	Mars	5	Venus	6	Jupiter	6
Virgo	Mercu	7	Venus	6	Jupiter	5	Satur	6	Mars	6
Libra	Saturnus	6	Venus	5	Mercu	5	Jupiter	8	Mars	6
Scorpio	Mars	6	Venus	7	Jupiter	8	Mercu	6	Saturnus	3
Sagittarius	Jupiter	8	Venus	6	Mercu	5	Satur	6	Mars	5
Capricornus	Venus	6	Mercu	6	Jupiter	7	Saturnus	6	Mars	5
Aquarius	Saturnus	6	Mercu	6	Venus	8	Jupiter	5	Mars	5
Piscis	Venus	8	Jupiter	6	Mercu	6	Mars	5	Saturnus	5

¶ Et posset aliquis querere quare sic ordinassent philosophi terminos planetarum

Ad quod sic potest responderi q iam superi⁹ assignata est causa illius: tamen adhuc altera posset assignari licet prolixior illa. Considerauerunt enim phi primo dominos exaltationum: secundo dños triplicitatum: tercio domios domorum. Et si aliquis illorum haberet duas de illis dignitatib⁹ siue fortuna foret siue infortuna illum ponebant in principio ⁊ dabant ei primũ terminũ Et si infortuna non haberet duas de illis dignitatib⁹ sic dispositas ponebãt illum in vltimo termino signi: ⁊ preponebant tunc dominum exaltatiõis ⁊ dabant ei primum terminum: deinde dabant secundum terminum domino triplicitatis: tercium dabaunt domio domus: ⁊ sic vbiqꝫ preponebant illuz qui haberet duas dignitates illi qui habebat tantum vnaz exceptis cancro ⁊ leone: quia sunt domus luminarium quib⁹ non assignant᷑ termini diffiniti per signa sicut alijs planetis. Et sunt domus opposite domibus saturni qui est infortuna. Et quia cancer est oppositus exaltationi martis ideo assignat⁹ fuit marti primus terminus eius: ⁊ primus terminus leonis assignatus fuit saturno: ⁊ ideo preponuntur isti duo in illis signis: quia in oĩbus alijs signis vt multum locatur in fine ipsorum preter qꝫ in leone vbi iupiter locatur postremus. Et diuiduntur ita termini predicti: quia cum iupiter aut venus non haberẽt duas de dictis potestatibus in eodem signo nec in scdo nec in tercio nec in quarto dantur ei pro termino septem gradus: saturno quinqꝫ: ⁊ marti quinqꝫ: mercurio quoniam est cõmixsus assignantur ei pro termino sex grad⁹ Et similiter quando aliquis habet duas de predictis potestatibus in aliquo signo additur ei vnus: sicut venus etiam habet in tauro domũ ⁊ triplicitatẽ ⁊ ideo assiganntur ei octo gradus pro termino in principio tauri: ⁊ minuitur ille grad⁹ de termino saturni: ⁊ alius gradus etiaz minuitur simil͛r a termino planete habentis tantum vnam dignitatem vel nullam: ⁊ maxime saturno ⁊ ioui propter tarditatem eorum motuum vt ait ptholomeus: ⁊ ex termino tali potest sumi fortitudo: quia dicitur q cum planeta est in termino suo est similis viro existenti inter parentes suos ⁊ inter gentes q̃ attinent ei ⁊ diligũt eum sine fine cognati siue agnati siue affines.

¶ Capitulum quindecimuz qñ preponitur terminus triplicitati: ⁊ quando triplicitas preponitur termino.

Fuerunt quidam philosophi qui preposuerunt terminorum dominos dominis triplicitatum ⁊ ipsis triplicitatibus. Et fuerunt quidam alij qui preposuerunt dominos triplicitatum ⁊ ipsorum triplicitates dñis terminorum ⁊ ipsis terminis. et quilibet eorum habuit rationem quare hoc fecit: nam termini ⁊ domini terminorum preponuntur in directione: triplicitates vero ⁊ triplicitatum domini preponuntur in nutritione. Quid sit directio ⁊ quid sit nutritio habebitur inferius: tamẽ ego hic aliquid de ipsis subiungã Posset eni mali quis dicere q nutritio ⁊ directio sint idez: sed non est ita: q̃a directio fit per omnes dños triplicitatis ascendentis: dñs enim triplicitatis ascendentis seu questionis vniuersaliter disponit vitam nati siue querentis ſm tres diuisiões ab inicio vite nati vsqꝫ ĩ finẽ vite sue naturalis: nam prim⁹ dominus triplicitatis ascendentis natiuitatis disponit primã terciam partẽ vite nati: secundus disponit scdam terciam partẽ vite nati: tercius disponit

vltimam terciam partem vite nati vsq in finez vite. Dixi eni vite naturalis quoniam mors anticipat vt multũ ita q non puenit natus ad finez naturalē imo moritur accidentaliter anteq debeat mori naturaliter: quandoq ferro igne: casu: ruina: submersione: qñq suspendio: quādoq suffocatione: qñq aliqua egritudie acuta vel per acuta vel per peracuta valde que aliquando accidit propter inordinatam dietaz: ꝛ propter inordinatũ modum viuendi ꝛ multꝭ alijs modis. Et ẜm esse dñi vniscuiusq tercie iudicatur esse nati seu querentis in illa tercia pte vite sue: ¶ Uerbi grã: nat⁹ fuit aliquis fecit questionem vniuersalem de suo esse seu de sua fortuna in vita sua vel in ãno suo ascendente tauro cuius triplititatis dñi sunt venus luna ꝛ mars: ꝛ disponet venus que est prima domina istius triplicitatis primam terciam partez vite illius: ꝛ luna que est secunda domina eiusdez triplicitatis disponet secundã terciam partem vite illius: ꝛ mars qui est tercius dominus eius triplicitatis disponet terciam vltimã vite illius. Unde ven⁹ si fuerit tunc bene disposita bene erit huic in prima tercia parte vite sue scz in adolescentia quasi vsq ad tricesimũ annum: ꝛ si male fuerit disposita venus male erit ei in eadem eate. Et si luna fuerit bene disposita bene erit ei in iuuentute sua scz in scdã tercia pte vite sue q̃si a tricesimo anno vsq ad sexagesimũ: ꝛ si male fuerit disposita male erit ei in eadē etate. Et si mars fuerit bene dispositus bene erit in vltia tercia parte vite sue scz in senectute: ꝛ si male fuerit dispositus male erit ei in eadē etate: ꝛ si mediocriter fuerit dispositus aliquis predictoꝝ significatorũ mediocrit̃ erit ei scz nato in etate illi significatori deputata: ꝛ ita intellige de omnibus triplicitatibus ꝛ earuz dñis. ¶ Sed si dicet aliq̃s hoc habet locũ in natiuitatib⁹ ꝛ non in questionib⁹ cum datũ sit in natiuitate quid accidere debeat nato. Responsio est q natiuitates nõ semper habentur: questiones autem sic: vnde oportet nos accipere ordeum pro frumẽto: ꝛ est questio post natiuitatem tanq appellatio post sentenciam.

¶ Capitulum sedecimum de directione que fit per dominos terminorum.

Directio autem fit per dominos terminorum in hunc modum: ponatur enim q sit ascendens primus gradus geminoꝝ qui est termin⁹ mercurij vsq in septimũ gradũ eiusdez signi tunc disponet mercurius vitam nati siue q̃rentis tot annis quot sunt gradus eiusdē termini: ꝛ a septimo gradu eiusdē signi vsq ad .13. graduz eius est termnius iouis: ꝛ tunc disponet iupiter vitã nati siue querentis tot annis quot sunt gradus eiusdem termini: ꝛ a .13. vsq in .20. est terminus veneris: ꝛ tunc disponet venus vitam nati siue querentis tot annis quot sunt gradus eiusdem termini: ꝛ a .20. vsq ad .26. est terminus martis: ꝛ tunc disponet mars vitam nati tot annis quot sunt gradus eiusdez termini. ꝛ a .26. vsq in finē eiusdē signi est terminus saturni: ꝛ tunc disponet saturnus vitã nati tot annis quot sunt gradus eiusdez termini: ꝛ ita intellige de omnibus signis ꝛ de omnib⁹ dominis terminoꝝ. Et ego dicam tibi lati⁹ ꝛ melius ad maiorem intelligentiam cum tractabitur de directione graduũ per circulum directum ꝛ per circulum obliquum in tractatu quarto.

¶ Capitulum decimumseptimum de faciebus signorum.

Facies autez signorum sic distinguuntur scz quia vnumquodq signum diuiditur in tres partes equales quarũ quelibet vocat̃ facies: ꝛ q̃libet

earum constat ex decē gradibus. Prima quarum incipit ab inicio arietis et durat usqz in 10 gradū eiusdem cōpletum et illa ē martis. Et secunda incipit ab inicio .11. gradus eiusdem arietis et durat in .20. gradum ipsius completū et illa secunda facies est solis. Tercia vero facies incipit ab inicio .21. grad⁹ eiusdem arietis et durat usqz in finem eiusdem et est illa tercia facies veneris. ¶ Similiter prima facies tauri incipit ab inicio primi gradus eiusdez tauri et durat usqz in finez .10. gradus eius et est mercurij. Scda incipit a principio 11. gradus eius et durat usqz in finez .20. gradus eiusdem completū et est lune. Tercia incipit a principio .21. grad⁹ eius et durat usqz in finē eius et est satni. ¶ Prima facies geminoꝝ est iouis: secunda martis: tercia solis. ¶ Prima facies cancri est veneris: scda mercurij: tercia lune. ¶ Prima facies leonis est saturni: scda iouis: tercia martis. ¶ Prima facies virginis est solis: scda veneris: tercia mercurij. ¶ Prima facies libre est lune: secūda saturni: tercia iouis. ¶ Prima facies scorpionis est martis: secunda solis: tercia veneris. ¶ Prima facies sagittarij est mercurij: scda lune: tercia saturni. ¶ Prima facies capricorni est iouis: scda mart: tercia solis. ¶ Prima facies aq̄rij est veneris: scda mercurij: tercia lune. ¶ Prima facies pisciū est saturni: secūda iouis: tercia martis. et ad hoc ut levius et manifesti⁹ pateat tibi q̄libet facies cuiuslibet signi cui⁹ planete sit pono tibi hic tabulā factā de facieb⁹ signoꝝ.

Aries	mars	10	sol	10	ven⁹	10	Taur⁹	mercu	10	luna	10	satn⁹	10
Gemi	iupit	10	mars	10	sol	10	Cancer	ven⁹	10	mercu	10	lūa	10
Leo	satn⁹	10	iupit	10	mars	10	Uirgo	sol	10	ven⁹	10	mercu	10
Libra	luna	10	satn⁹	10	iupit	10	Scorp	mars	10	sol	10	ven⁹	10
Sagit	merc	10	luna	10	satur	10	Capri	iupit	10	mars	10	sol	10
Aq̄ri⁹	ven⁹	10	merc	10	luna	10	Pisces	sat	10	iupit	10	mars	10

¶ Capitulū .18. ad inveniendū quēlibet gradū cuiusqz signi cuius faciei sit.

Si acciderit tibi aliqn̄ aliquis gradus alic⁹ signi in aliqua q̄stione vel in aliq̄ re que tibi venerit pre manib⁹ et voluer scire cui⁹ faciei planete sit ille grad⁹: accipe oīa signa que sunt ab inicio arietis integra usqz ad signū in quo fuerit ille grad⁹ quē volueris scire cui⁹ faciei sit et triplica illa signa integ̃ et divide sūmam ꝓvenientem per .7. et qd remanserit tibi infra .7. erit numer⁹ facieꝝ preteritarū. Incipe ergo ꝓijcere ẜm illū numeꝝ a marte qui est prim⁹ planeta cui assignat facies et adde desuper facies p̄teritas illius signi in quo fuerit grad⁹ quē voluer scire cui⁹ faciei sit et da unicuiqz planete unā ex illis facieb⁹ que tibi remanserunt in numero infra .7. scz primā marti: scdam soli: terciā veneri: quartā mercurio: quintā lune: sextā satno: septimā ioui: et vide ubi finit numer⁹: et sup quocūqz planeta ceciderit illa facies illi⁹ erit: Verbi gr̄a ponat ꝙ occurrat tibi .11. grad⁹ leonis et vis scire cuius faciei sit numera signa īntegra q̄ sūt ante leonē p⁹ principiū arietis q̄ sunt q̄tuor scz aries taur⁹ gemī cācer: triplica ergo .4. et habebis .12. divide nunc .12. p .7. et remanebūt tibi .5. modo debes addere supra .5. duo scz primā et scdam facieꝝ leonis: qm̄ 11. gradus leonis est scde faciei ipsi⁹: primam ꝓpter .10. gradus integros qui transierunt de leone qui faciunt unam faciem: et secundā quia tu habes unū gradū de scda facie scz .11. gradus leonis qui tangit scdam faciem: modo ex .5 que remanserunt infra .7. et ex istis duob⁹ superadditis postea efficiuntur .7.

Incipe ergo proijcere a marte ⁊ da vnum marti: vnum soli: vnū veneri: vnū mercurio: vnum lune: vnum saturno: ⁊ sic cadet numerus scȝ septimus super septimū planetam a marte qui est iupiter: est ergo iupiter necessario domin⁹ secunde faciei leonis: ⁊ ita intellige de omnibus signis ⁊ de omnib⁹ facieb⁹: vt si occurrat tibi aliq̄s grad⁹ ꝙ tu scias cuius planete faciei sit: vt si sit aliq̄s gradus virginis ⁊ ponatur ꝙ sit ille gradus a .20. gradu ei⁹ vsqȝ in .30. ⁊ vis scire cuius faciei sit: numera signa integra q̄ sunt ante virginem que sunt q̄nqȝ triplica ergo ea ⁊ habebis .15. diuide nunc .15. per 7. ⁊ remanebit tibi vnum adde insuper .3. quia grad⁹ ille cadit in tercia facie virginis ⁊ fient .4. incipe ergo numerare a marte ⁊ da sibi vnum ex illis .4. soli vnum: veneri vnum re manebit tunc vnum scȝ quartum ex illis .4. quod datur mercurio. necessario siquidem erit illa facies scȝ tercia virginis mercurij qui est quartus planeta a marte: ⁊ ita erit de omnibus faciebus.

¶ Capitulum decimūnonum de fortitudinibus cuiuslibet planete in qualibet sua dignitate.

Quoniam superius dictū est de potestatib⁹ cuiusqȝ planete in q̄buslibet signis: videtur nunc conueniens tractare de fortitudinib⁹ eoꝝ in ipsis Dixit alchabicius ꝙ dominus domus habet quinqȝ fortitudines: dominus exaltationis habet quatuor fortitudines: dominus triplicitatis habet tres fortitudines: domin⁹ termini habet duas fortitudies: dn̄s faciei habet vnā fortitudinē. Et ſm hunc modū potes scire fortitudines planetarū in signis vnde quicunqȝ habuerit plures de fortitudinib⁹ in signo aliquo ille dicitur fortior in loco illo ⁊ potentior ⁊ maioris auctoritatis. Unde messala ꝓposuit dominum termini domino triplicitatis: ⁊ alezdegoz preposuit dominū triplicitatis domino termini: vnde videntur esse contrarij: sed non est ita: q̄a messala locutus est ⁊ versabatur eius intentio circa directionē: ⁊ alezdegoz loquebatur vt versabatur eius intentio circa nutritionem: ⁊ sic vterqȝ bene dixit ⁊ dictū vtriusqȝ bene saluatur. Quid sit directio ⁊ quid sit nutritio satis videt̄ mihi ꝙ sit tibi superi⁹ patefactū. Et talē de hac re dedit similitudinē: q̄a dū planeta ē in domo sua ē sicut vir q̄ est in ꝓpria domo: ē ei q̄lib; fortior in domo sua de iure q̄ȝ i aliena ⁊ vt plurimū de facto q̄ȝ ali⁹ q̄ alias esset fortior eo: vnde trutanus. Ante suam gallus stat portā quisqȝ uasallus: Et dū est in exaltatione sua est sicut vir qui est in regno suo ⁊ in gloria sua: sicut est regnū potestaria ducatus: ⁊ vt sunt alie dignitates laicales que possunt ei deficere priusq̄ȝ res sue ꝓprie. Et dum est in termino suo est sicut vir ille qui est inter propinquos suos ⁊ consanguineos ⁊ agnatos ⁊ cognatos atqȝ affines ⁊ attinentes ei ex parentela. Et dum est in triplicitate sua est sicut vir qui est inter auxiliatores suos atqȝ gentes suas ⁊ ministros ⁊ sequaces suos qui obediūt ei ⁊ sequunt̄ eum qui non attinent ei ex parentela. Et dum est in facie sua est sicut vir qui est inter gentes non multum notas sicut accidit aliq̄n aduenis ⁊ similib⁹: sed viuit inter eas ex arte atqȝ magisterio vel ministerio vel ex quacunqȝ alia fabrili arte vel laicali.

¶ Capitulum vicesimum que signorum dicuntur rationalia ⁊ que habētia pulcras voces ⁊ que domestica ⁊ que alas habentia ⁊ que quadrupedia.

Dixit alchabicius q ex signis quatuor integra dicuntur rōnalia scz gemī virgo libra aquarius: et prima medietas sagitarij quorū imagines formantur ad imagines hominum. Et dicūtur habere pulcras voces: et dicunt vigere cum fuerint in oriente: quoniā virtus eorum aliquid melius apparet et valet cum fuerint in quarta orientali q̄z in aliqua aliarū quartaruz. Et tria ex eis dicuntur hr̄e alas scz gemini virgo et pisces. Et quatuor ex eis integra dicuntur quadrupedia scz aries taurus leo et capricorn⁹ et vltima pars sagittarij. Et tria ex eis dicuntur domestica qm̄ formantur ad imagines aīalium domesticoꝝ scz aries taurus et capricorn⁹. Et illa duo scz aries taurus dicunt vigere in meridie quoniaz aliquid magis et aptius apparet eorum virtus in quarta meridionali q̄z in aliqua aliarum quartarum. Et duo ex eis dicuntur vigere in septentrione virgo scz et aquarius. Quidaz vero dixerunt q virgo viget in oriente et in septentriōe. Capricornus vero viget in meridie atq̄z in septentrione. Aries vero et taur⁹ vigent in meridie vt dixit alkabici⁹. Virgo vero capricornus et aquarius dicuntur vigere cum fuerint in septentriōe. Et ex signis quedam dicuntur viciosa et tortuosa sicut sunt aries taurus cancer scorpio et capricorn⁹. Et quedam ex eis dicuntur plures proles habentia scz cancer scorpio et pisces. ¶ Unde si fiat questio de filijs et fuerit ascendēs vel dominus ascendentis vel domus filiorum vel dn̄s domus filioruz: aut luna in aliquo illorum signoꝝ dicitur significare plures filios nisi aliud impediat sicut dicetur in capitulo filiorum. Et ista tria dicuntur vigere in occidente: et tria ex eis dicuntur sterilia scz gemini leo et virgo. ¶ Unde si fiat questio de filijs et fuerit inuentus aliquis predictorū significatoꝝ in aliquo predictorū signorum significat sterilitatem nisi aliquid aliud adiuuet prout in capitulo filiorum infra dicetur. Et sex ex eis dicuntur paucos filios habētia scz aries taurus libra sagittarius capricornus et aquarius. ¶ Unde si fiat questio de filijs et fuerit inuentus aliquis predictorum significatorum in aliquo illorū sex signoꝝ significat paucitatez filiorum. Et quatuor ex eis dicuntur multū viciosa scz aries taurus leo et capricornus. Et ex signis quedā dicuntur dimidiam vocem habentia sicut sunt illa que formantur ad imagines animaliuz balantium mugientium et rugientium vt sunt aries taurus leo et capricorn⁹: et vltima pars sagittarij. Unde si fuerit ascendens vel dominus ascendentis vel luna in natiuitate alicuius in aliquo illorum signorum erit natus parue loquele nisi aliud adiuuet sicut in tractatu natiuitatum dicetur. Et quedam ex eis dicuntur voce carentia illa scz que formantur ad imagines animaliuz voce carentiū sicut sunt cancer scorpio et pisces. Unde si fuerit ascendens vel dominus ascendentis vel luna in illis signis significat q natus carebit voce nisi aliud adiuuet prout in dicto tractatu natiuitatū tibi dicā si de⁹ voluerit Et duo ex eis dicunt tenebrosa scz libra et capricornus. Unde si fuerit ascendens vel dn̄s ascendentis vel luna in aliquo illorum signorum in natiuitate alicuius impediti significat q natus erit obtuse atq̄z tenebrose faciei. Et est etiam quidā locus in signis qui dicitur combustus scz via combusta que est a medietate libre vsq̄z ad medietatem scorpionis. ¶ Sed posses tu dicere q̄ vtilitas est in hoc qd̄ dixit alkabicius q signa dicuntur vigere in oriente vel

meridie occidente vel septentrione: & quedam dicuntur rationalia: quedã quadrupedia: quedam domestica: quedam habentia pulcram vocez: quedã dimidiam vocem: quedaz carentia voce. Ad qd respondendũ est intentio philosophi fuit in hoc scz qñ nascitur aliquis & eius significator vel luna fuerit in illis signis erit natura & esse nati ƒm esse significatoris vel lune in signo illo: vt si fuerit significator luna & ascendens in aliquo x signo x forma torum ad imagines hoim erit natus magis rationalis & magis & melius loquens ille qui nascitur significatoribus existentib⁹ in alijs signis. Et si nascat̃ aliquis significatore & luna & ascendente existentib⁹ in aliquo signo x formato x ad imaginem aĩalium mugientium vel balantium vel rugientiuz tunc erit natus minus loquens & min⁹ sciens ordinare sua verba. Et si nascat̃ aliquis luna significatore & ascendente existentibus in signis que caret voce & rugitu & mugitu & balatu tunc natus erit balb⁹ & parũ loquens. Et si fuerit significator natiuitatis impeditus vel luna scz vnum eorum tantuz erit nat⁹ minus loquens ƒm quantitatẽ impedimẽti. Et si ambo fuerint impediti erit natus iterum minus & deterius loquens vt vix poterit proferre verbum nisi cum labore atq fatigatione. Siquidem fuerint significator natiuitatis & luna impediti in aliquo signorũ carentium voce tunc erit natus mutus & eo fortius si fuerit ascendens illud signũ. Et dicuntur signa vigere in quartis sic dictum est qm̃ eorum virtus apparet tunc magis qñ sunt in illis quartis: non hẽant alia significata in vna q̃rta in alia: sed est ita de ipsis queadmodũ ẽ de arbore aliqua que ẽ in yeme illa eadem que est in estate & vere: sed tñ in principio veris incipit virere qñ expanduntur eius folia & flores: tñ remanet eadẽ arbor q̃ erat prius. Et leo qui viget in oĩbus quartis assĩlatur arborib⁹ vigentibus oĩbus temporibus anni sicut sunt oliue pinus ylices iunipi &c.

¶ Capitulum vicesimumprimum quam partez corporis quodlibet signum dicatur habere & quam significationem in quolibet membro & quos mores hominum & quid significet ex feminibus & regionibus & similibus.



Corpus hois est diuisũ in .12 partes ad similitudinez .12 signorũ: & qdlibet signũ dicitur habere vnam ex illis partibus.

¶ De ariete.

¶ Naz aries habet ex corpore hois caput & faciem totã: vnde dictũ. Et quia ver nec vis est in vertice maior: inde nec immerito possidet ille caput. Ex regioib⁹ babiloniam & babil & persidã & adrabigen & palastinã. Et dicit̃ aries hr̃e caput qm̃ virtus siue vis arietis viget magĩ in capite aliqua parte ipsius. Et dicit̃ aries habere regiones p̃dictas:

quoniam ea que significantur per arietem magis apparent in illis regionib⁹ q̄ȝ in alijs.

De tauro.




Taur⁹ habet ex corpore hominis collum vsqȝ ad principiū humeroꝝ: vnde dictū est. Inde collū tenet taurus simili ratiōe vnde secundus ei dicit̄ esse loc⁹ Et habet virtutem in arborib⁹ que plantātur. Et dicitur taur⁹ habere collū: quoniaȝ eius vis magis viget in collo q̄ȝ in aliq̄ parte ipsius. Et habet ex regionibus alzemiet almechin ꝛ aricorad. Et dicitur taur⁹ habere illas regiones quoniam eius significata magis apparēt in illis regionibus q̄ȝ in alijs.

De geminis.



Gemini habet ex corpe hominis humeros a principio in antea ꝛ brachia ꝛ manus: vnde dictum est. Nititur ex humeris geminanos possidet ambos: inde q̄ ex humeris sit geminatus homo. Et habet significare largitatem ꝛ bonitateȝ anime nati si fuerit ascendēs natiuitatis alicuius. Et dicitur ex regionibus habere iurgen armeniā maiorē a trabigen ꝛ egiptuȝ. Et dicitur hr̄e humeros ꝛ brachia ꝛ man⁹ q̄a homo geminatur ab humerꝭ in antea versus manus. Et dicit̄ habere illas regiones quoniam eius significata magis apparent in illis regionibus q̄ȝ in alijs.

¶ De cancro.



¶ Cancer habet ex parte corporis hominis pectus vsq3 prope diafragma ⁊ adiacentia in illis ptib⁹ ⁊ pulmonem. Et dixit alkabici⁹ q habet similiter splenem: vnde dictum est cancer: ⁊ idcirco signũ celeste vocatur. Pectore quod magno pectoris antra tenet. Et ex regionibus habet armeniam minorez: ⁊ habet partẽ orientalẽ huracen ⁊ acin: ⁊ habet partez in baurath ⁊ atrabigen. Et habet virtutem in arborib⁹ longis que pdunt folia in autumno sicut sũt populi ⁊ similes. Et dicitur hr̃e illas regiones: quoniã eius significata magis apparent in illis regionibus q̃ in aliis.

¶ De leone.



¶ Leo habet ex corpore homĩs stomachũ ⁊ cor ⁊ partẽ inferiorẽ pectoris vbi viget animositas ⁊ diafragma ⁊ latus spinatorũ. Et habet significare hoiem callidũ versutum ⁊ qui multũ angustiat ⁊ tristatur: ⁊ similiter spinã dorsi ⁊ ylia. vnde dictuz est. Inde leo pariter partem regit inferiorem pectoris infra quã pars animosa viget. Et hẽt virtutẽ i arborib⁹ nobilib⁹ sicut sunt abietesz appini ⁊ alie arbores q̃ faciunt multa folia sine fructu ⁊ seruãt ea in yeme. Et dicitur hr̃e ex regionib⁹ achuthu vsq3 ad fines partiũ habitabilium: ⁊ habet mauritaniã ⁊ omnes fines eius. Et dicitur habere illas regiones quoniam eius significata magis apparent in illis regionibus q̃ in aliis.



¶ De virgine.


¶ Virgo habet ex corpore hominis ventrem & vmbilicū & partes adiacentes vmbilico & intestina. Unde dictum est / vmbilicus habet confinia virginitatē: propterea signum virginis illa fouet. Et habet significare largitatē & bonam voluntatē eius cuius fuerit ascendēs hora natiuitatis. Et habet significare omnia semina que seminant. Et habet ex regionibus algeranica & asten & regiones que sunt iuxta eufraten & hispaniam magnam & feriz. Et dicitur habere illas regiōes: quoniā eius significata magis apparent in illis regionibus q̄ in alijs preter q̄ significatum quod habet super seminibus est vniuersale toti terre.



¶ De libra.

¶ Libra habet ex corpore hominis lumbos & anchas & inferiorē partē ventris vsq̄ ad superiora femoris: & habet inferiorem partem iliorum & habet etiā nates. Et dicit habere anchas eo q̄ homo incipit ibi quasi librari quoniam anche facte sunt quodāmodo ad modū libre. vnde dictū est Huic librat⁹ hō sic incipit eē bifurc⁹ libraq̄ auspaciū nōis inde trahit. Et habet libra omnes arbores quas habet leo & insuper illas que cito crescūt & cito fructificant sicut sunt persici amigdali & fites. Et habet etiam significare largitatē & bonitatē animi sicut virgo. Et habet ex regionibus apuliam romam & terras romanorū & eorū fines vsq̄ ad aspicā & azait & vsq̄ ethiopiam & barchan sicut dixit alkabici⁹: Et habet carmē & segesten & chebil & eubrasten & haugueratḣ & chebil & cubrasten & bacharch & haugnoth. Et dicit habere illas regiones quoniā ei⁹ significata magis apparent in illis regionibus q̄ in alijs.

¶ De scorpione.



¶ Scorpio habet significare in corpore hominis pudibũda & totum femur & vesicaz. Unde dictũ est. Scorpius a cauda semet stimulante leuata pectinis & veneris singula membra regit. Et habet significare largitatẽ & bonitatem animi sicut virgo & libra. Et habet significare arbores quas significat cancer scilicet populos & eas que sunt magne longitudinis que perdunt folia in autũpno. Et de regionibus habet helohiget & terraz arabum & earum fines vsqꝫ in argemon. Et habet participationem in aceuith. Et dicit᷑ habere illas regiones quoniam eius significata magis apparent in illis regionibus ꝙ̃ in alijs.

¶ De sagittario.



¶ Sagittarius habet ex corpore hominis coxas. Unde dictum est Tendit᷑ ex arcu pariter ven⁹ atqꝫ sagitta femorib⁹ que potẽs fluxa ministrat equus. Et habet significare hominem ingeniosum & callidum & qui nouit facere multa & trahere facta de quibus se intromittit ad finem quem vult: & qui nouit seducere homines & ducere ipsos ad ea que vult siue bona velit facere siue mala: & confidũt homines de ipso & ipse aliquãdo decipit eos licet non semper sub specie ꝙ fingat se bene facere & est seductor: nec credit᷑ ꝙ sit: imo creditur legalis: nec tamen est ex toto fidelis nec ex toto infidelis. Et ex regionibus habet ethiopiam maharobean & indiam. Et dicitur habere illas regiones quoniã eius significata magis apparent in illis regionibus ꝙ̃ in alijs.



¶ De capricorno.


¶ Capricornus habet de corpore hominis genua. Unde dictum est. Nititur ex genibus pascẽs in ripa capellla. Et habet significare hominem qui sciat ducere bonã vitã ⁊ iracundam ⁊ qui bene sciet prouidere ⁊ preuidere suis negociis ⁊ etiam alienis: ⁊ sciet bene consulere petentibus consiliũ ab eo: ⁊ callidum in bona parte atqz in mala si voluerit: ⁊ hominem similiter qui multũ ⁊ leuiter tristatur. Et ex regionibus ⁊ terris significat partez occidentalem ethiopie vsqz ad ysmon vbi iungunt duo maria ⁊ vsqz ad iacintũ ⁊ indiam inferiorem. Et dicitur habere illas regiones quoniam eius significata magis apparent in illis regionibus q̃ in alijs.



¶ De aquario.

¶ Aquari⁹ habet de corpore hominis crura a genub⁹ vsqz ad cauillas pedum ita ꝙ tenet totas cauillas. Unde dictũ est. Crura que vasorum longam ducentia formã Uir quasi fusor aque frigiditate notat Et ex regionibus significat azenguch ⁊ partem terre ceclẽ nigre ⁊ alculfa ⁊ eius pertinentias ⁊ totam elfigez: ⁊ partem occidentis egypti ⁊ occidentalez partem acuich. Et dicitur habere illas regiones quoniam eius siguificata magis apparent in illis regionibus q̃ in alijs.

¶ De piscibus.



¶ Pisces habet ex corpore hominis pedes: vnde dictū est. Cōpactos simul quasi spinis ossibus ipsos: fortuna facit piscibus esse pedes. Et habet significare hominē callidū cōmixtum ⁊ nō diu durantē in suo proposito. Et aliquādo significat hoīem multum coleratum: ⁊ aliquādo significat hoīem cōmixtorū coloꝝ. Et ex regionib⁹ habet thabracen ⁊ septētrionalē partē iurgen. Et habet significationē super terris romanoꝝ vsq; ad eissen. Et sup ytalia habet similiter significationē ⁊ maxīe sup romaniola ⁊ vtraq; marchia vsq; venecias. Et habet etiam participatiōnē in egypto ⁊ alexandria ⁊ mare aluuen.

¶ Capitulū vigesimūsecūdū quā partē corporis significat quilibet planeta in quolibet signo.

Dictum est superius de .12. signis ⁊ quā partē corporis quodlibet eorū significet: nūc aūt dicendū est quā partē corpis quilibet planeta significet in quolibet signo. Et est incipiendū a saturno primo planeta ⁊ ab ariete primo signo. Unde si fuerit tibi facta questio de aliqua infirmitate: vel de aliquo dolore quā aliquis paciat̄ vide tunc in quo signo sit significator querentis scilicet infirmi ⁊ quis ipse sit: qui si fuerit saturnus ⁊ fuerit in ariete significat egritudinē seu dolorē esse in pectore: quoniā saturnus cum est in ariete significat de corpore hoīs pectus: iupiter ventrē: mars caput: sol femora: venus pedes: mercurius crura: luna genua. Et ita intellige de omnib⁹ signis In tauro saturnus ventrē: iupiter dorsum: mars collū: sol genua: venus caput: mercurius pedes: luna crura. In geminis saturn⁹ ventrem: iupiter verenda ⁊ que succedūt: mars pectus: sol crura ⁊ cauillas pedum: venus collū: mercurius caput: luna femora. In cancro saturnus virilia ⁊ eoꝝ succedētia: iupiter femora: mars pectus: sol pedes: venus humeros ⁊ brachia ⁊ manus mercurius oculos: luna caput. In leone saturnus verēda ⁊ eoꝝ succedentia iupiter femora ⁊ genua: mars ventrem: sol caput: venus cor: mercuri⁹ humeros ⁊ guttur: luna collum. In virgine saturnus pedes: iupiter genua: mars ventrem: sol collū: venus vmbilicū ⁊ partes adiacentes ei: mercuri⁹ cor: luna humeros. In libra saturnus genua ⁊ eoꝝ succedētia: iupiter oculos ⁊ eorū circūferentias: mars verenda ⁊ eoꝝ succedētia: sol humeros: ven⁹ caput mercurius verenda: luna cor. In scorpione saturnus cauillas pedum ⁊ eoꝝ succedentia: iupiter pedes: mars caput brachia ⁊ femora: sol cor: venus verenda ⁊ succedentia ipsorum: mercurius dorsum: luna ventrem. In sagitta-

rio saturnus pedes: iupiter crura ⁊ caput: mars pedes ⁊ manus: sol ventrem venus femora ⁊ brachia: mercurius pudibunda ⁊ cor: luna dorsum. ¶ In capricorno saturnus caput ⁊ pedes: iupiter genua ⁊ oculos: mars crura ⁊ humeros: sol dorsum: ven⁹ femora ⁊ cor: mercuri⁹ verēda ⁊ eoꝝ succedētia lūa femora ⁊ succedētia pudibūdoꝝ. ¶ In aq̄rio saturn⁹ caput ⁊ collū. iupiter hūeros ⁊ pectus ⁊ pedes: mars cauillas ⁊ cor: sol verēda ⁊ eorum succedentia: venus genua ⁊ eorum succedentia: mercurius femora ⁊ cor: luna verenda. ¶ In pisce saturnus collū humeros ⁊ brachia: iupiter caput ⁊ cor: mars ventrem ⁊ cauillas pedum: sol femora ⁊ eorum succedentia: venus collum ⁊ dorsum: mercurius crura ⁊ verenda: luna femora.

¶ Capitulum vigesimūterciū de gradibus masculinis ⁊ gradibus femininis in quolibet signo.

Dixerunt albumasar ⁊ alkabicius q̄ in quolibet signo sunt quidam gradus quorum quidam dicunt̄ masculini: ⁊ quidam qui dicunt̄ feminini Nam primi octo gradus arietis dicunt̄ masculini: ⁊ quinq̄ alij gradus eius dicunt̄ feminini: deinde sex masculini: deinde septem feminini: ⁊ deinde quatuor masculini in finem eiusdem signi. Et primi quinq̄ gradus thauri sunt feminini: deinde sex masculini: deinde sex feminini: deinde quatuor masculini: deinde tres feminini: deinde sex masculini. Et ne nimiū prolonget̄ opus ⁊ ad vitandum prolixitatem eius describam eos tibi omnes in tabula infra notata s̄m dictos philosophos composita.

Aries	8	mas	5	fe	6	mas	7	fe	4	mas	0	0		
Taurus	5	fe	6	mas	6	fe	4	mas	3	fe	6	mas		
Gemini	5	fe	11	mas	6	fe	4	mas	4	fe	0	0		
Cancer	2	mas	6	fe	2	mas	2	fe	11	mas	4	fe	3	m
Leo	5	mas	3	fe	7	mas	8	fe	7	mas	0	0		
Virgo	8	fe	4	mas	8	fe	10	mas	0	0	0	0		
Libra	5	mas	10	fe	5	mas	7	fe	3	mas	0	0		
Scorpio	4	mas	10	fe	3	mas	8	fe	5	mas	0	0		
Sagittarius	2	mas	3	fe	7	mas	12	fe	6	mas	0	0		
Capricorn⁹	11	mas	8	fe	11	mas	0	0	0	0	0	0		
Aquarius	5	mas	10	fe	6	mas	4	fe	2	mas	3	fe		
Pisces	10	mas	10	fe	3	mas	5	fe	2	mas	0	0		

Posses tu forte dicere quare dicunt̄ isti gradus masculini ⁊ quare dicunt̄ feminini. Causa quare philosophi nominauerunt eos sic hec est: quoniā cum sit questio de aliqua re in qua oporteat te discernere sexum sicut fit aliquando cum querit̄ de muliere habente in vtero vtrum portet masculum an feminā: vel de fure vtrum sit masculus vel femina ⁊ silibus. Et fuerit inuentus significator rei quesite vel luna in aliquo illorum graduum qui dicūtur masculini attestat̄ illud masculinitati. Et si fuerit inuentus in aliquo illorum qui dicunt̄ feminini attestat̄ femininitati: ⁊ maxime si alia signa masculinitatis siue feminitatis cōcurrerint sicut dicetur infra in tractatu iudicioꝝ

in capitulo de filijs ⁊ in capitulo de latrocinio.

¶ Capłm vigesimūquartū de gradibꝰ lucidis tenebrosis fumosis ⁊ vacuis

Dixerūt albumasar ⁊ alchabicius ꝙ in signis sunt quidam gradus quorum quidam dicunt lucidi: quidam tenebrosi: quidam fumosi: quidaz vacui. Unde primi tres gradus arietis dicunt tenebrosi: deinde. 5. gradus eiusdem signi dicunt lucidi: deinde. 8. tenebrosi: deinde. 4. lucidi: deinde. 4. tenebrosi: deinde. 5. lucidi: deinde vnus tenebrosus. Primi tres gradꝰ tauri tenebrosi. 4. lucidi. 4. vacui. 3. lucidi. 5. vacui. 8. lucidi. 3. tenebrosi. Et vt cicius me expediā ponā tibi tabulā ſm eosdem phōs de ipsis gradibꝰ factā.

Aries	3	te	5	lu	8	te	4	lu	4	te	5	lu	1	t
Taurus	3	te	4	lu	4	va	3	lu	5	va	8	lu	3	t
Gemini	4	lu	3	te	5	lu	4	va	6	lu	5	te	3	v
Cancer	12	lu	2	te	4	va	2	fu	8	lu	2	va	0	0
Leo	10	te	10	fu	5	va	5	lu	0	0	0	0	0	0
Uirgo	5	te	3	lu	2	va	6	lu	6	fu	5	va	3	t
Libra	5	lu	5	te	8	lu	3	te	6	lu	3	va	0	0
Scorpio	3	te	5	lu	6	va	6	lu	2	fu	5	va	3	t
Sagittariꝰ	9	lu	3	te	7	lu	4	fu	7	lu	0	0	0	0
Capricornꝰ	7	te	3	lu	5	fu	4	lu	3	te	3	va	5	t
Aquarius	4	fu	5	lu	4	te	8	lu	4	va	5	lu	0	0
Pisces	6	te	6	lu	6	te	4	lu	3	va	3	lu	2	t

Dicunt enim gradus supradicti hac de causa: quia cum apparuerit per dn̄m ascendētis alicuius natiuitatis: vel per dn̄m alicuius natiuitatis: vel per lunam ꝙ natus vel ille de quo interrogatio fit debeat esse lucidi coloris atq̧ pulchre faciei ⁊ fuerit in aliquo illorum graduū lucidoruz ꝙ erit tunc perspicuus atq̧ valde pulcer. Si quidem fuerit in tenebrosis erit minꝰ pulcer. Et si fuerit in fumosis erit inter vtrūq̧ hoc est non erit pulcer neq̧ nimis deformis. Et si fuerit significator predictus vel luna in gradibus tenebrosis. Et si natus debuerit esse deformis erit deformior ⁊ magis turpis. Et si fuerit in lucidis erit minus deformis ⁊ minꝰ turpis q̄ʒ debuerit esse ſm naturam dn̄i ascendentis. Et si fuerit in gradibus vacuis siue formosus sit siue deformis erit parui sensus ⁊ pauci intellectꝰ paucioris q̄ʒ videat. Et quātūcūq̧ magis inquisieris de suo sensu: vel de suo intellectu tanto magis tibi displicebit ⁊ videbit tibi minus valere respectu alioruz hominū ⁊ dicet ab omnibus vacuum. ¶ Capitulum vigesimūquintū de gradibus putealibus.

Et dixerunt eidem pilosophi ꝙ sunt in signis quidam gradus qui dicūt puteales de quibus fecerūt similiter tabulam in fra notatam.

Aries	6	11	16	23	29		Taurus	5	12	24	25	
Gemini	2	12	17	26	30		Cancer	12	17	23	26	30
Leo	6	13	15	22	23	28	Uirgo	8	13	16	21	22
Libra	1	7	20	30			Scorpio	9	10	22	23	27
Sagittariꝰ	7	12	15	24	27		Capricornꝰ	7	17	22	24	29
Aquarius	11	12	17	22	24	29	Pisces	4	9	24	27	28

¶ Dicunt͂ aũt gradus putrales: quia cũ fuerit significator alicuius natiuitatis uel significatrix que est luna que habet participationẽ in oi re in aliquo illoꝝ graduũ dicit͂ ꝙ sit in puteo .s. in quadã debilitate: sicuti est ille qui vult ire ad aliquẽ locũ ⁊ esset in aliqua magna fouea siue in aliqua valle siue cauerna facta ad modũ putei: q2 non posset ire ita libere nec ita velociter sicut vellet: nec ita velociter sicut posset ire ille qui esset in loco equali extra foueã quoniã ille qui esset extra foueã nõ impedire͂t quin posset ire veloci⁹ aliquo qui esset in fouea. Et ita impedit͂ nat⁹ seu interrogator cũ fuerit significator eius vel luna in gradu aliquo puteali in pficiendo sua negocia ne possit illa velociter ducere ad effectũ: ⁊ pficiet illa cũ magna grauitate atqꝫ cuz maiori inuolutione ꝙ̃ alius qui nõ esset impeditus illo impedimẽto.

¶ Capitulũ vigesimũsextũ de gradib⁹ azemena.

Dixerũt ptholome⁹ ⁊ alkabicius ⁊ alij ꝙ sunt quidã grad⁹ in quibusdã signis qui dicunt͂ azemena hic est debilitationis. ¶ Est aũt azemena quedã egritudo insepabilis a corpore que vt multũ acquirit͂ in vtero materno ꝙ̃ diu vixerit natus semper habebit secum. Et est egritudo insepabilis a corpore nati sicut est naturalis cecitas: naturalis surditas: claudicatio: naturalis gibbositas ⁊ similia de quib⁹ gradib⁹ facta est tabula infra scripta.

Aries	0	0	0	0	0	Taurus	6	7	8	9	10		
Gemini	0	0	0	0	0	Cancer	9	10	11	12	13	14	15
Leo	18	27	28	0	0	Uirgo	0	0	0	0	0		
Libra	0	0	0	0	0	Scorpio	19	28					
Sagittari⁹	1	7	8	18	19	Capricor	26	27	28	29			
Aquarius	18	19				Pisces	0	0					

Capitulũ vigesimũseptimũ de gradib⁹ augmentantib⁹ fortunam.

Et dixerunt eidem philosophi ꝙ in signis sunt quidã gradus qui dicuntur gradus augmentantes fortunã de quibus omnibus facta est tabula infra notata.

Aries	19				Taurus	3	15	27			
Gemini	11				Cancer	1	2	3	4	15	
Leo	2	5	7	19	Uirgo	3	14	20			
Libra	3	15	21		Scorpio	7	18	20			
Sagittari⁹	13	20			Capricorn⁹	12	13	14	20		
Aquarius	7	16	17	20	Piscis	13	20				

¶ Caplm. 28. de gradib⁹ cõpotẽtib⁹ ⁊ conformãtibus in virtute.

Dixit alkabici⁹ ꝙ duo gradus qui fuerint vni⁹ longitudinis a capite signorum mobiliũ dicunt͂ esse compotentes hoc est dicunt͂ esse vni⁹ fortitudinis: ⁊ dicunt͂ esse participes ⁊ consortes in virtute: sicuti sunt vigesimus gradus capricorni ita ꝙ ille vigesim⁹ excludat͂ ⁊ decim⁹ sagittarij ita ꝙ ille decim⁹ includat͂: ⁊ vigesim⁹ grad⁹ cancri cũ. 10. gradu geminoꝝ. Tantuz eniz distat. 10. gradus sagittarij a capite capricorni quãtũ. 20. gd⁹ capricorni ⁊ tantum distat vigesimus gradus geminoꝝ a capite cancri quantum distat decimus gradus cancri a capite eiusdem cancri. Inter decimũ enim grad uz

sagittarij inclusum ꝛ finem eius sunt.10.gradus: ꝛ inter caput eiusdem capricorni ꝛ inclusum.20.gradum sunt.20.gradus. Similiter decimus grad⁹ geminorum distat a capite cancri siue a fine signi ipsius geminorum que tangit principium cancri quantũ distat vigesim⁹ gradus eiusdem cancri a principio ipsius cancri. Et tantũ distat vigesimus gradus arietis a capite ipsius arietis quantũ distat decimus gradus pisciũ a fine ipsius piscis que tangit principiũ arietis. Et tantum distat.20.gradus libre a capite ipsius libre quãtuꝫ distat.10.gradus virginis a fine ipsius virginis que tangit principiũ libre. Et.21.gradus libre distat tantum a capite libre quantũ.9.virginis: ꝛ.22.libre distat tantũ ab eo quantũ.8.virginis: ꝛ.23.libre quantum.7.virginis: ꝛ 24.libre quantum.6.virginis: ꝛ.25.libre quantum.5.virginis: ꝛ.26.libre quantũ.4.virginis: ꝛ.27.libre.quantũ.3.virginis: ꝛ.28.libre quantũ.2.virginis: ꝛ.29.libre quantum primus virginis. Et ita intellige de omnib⁹ alijs gradibus tam capricorni q̃ꝫ sagittarij: tam arietis q̃ꝫ piscis: tam cancri q̃ꝫ geminorum: nec distinguo eos tibi aliter quoniam esset longum ꝛ tediosuꝫ ponere atqꝫ distinguere omnes alios gradus sicut nominauimus gradus libre ꝛ virginis qui bene debent tibi sufficere pro exemplo quorumlibet aliorum graduum. Et dicunt̃ ob hoc compotentes quoniã vnusquisqꝫ eorum habet fortitudinem in rebus quas significat tantum quantũ habet suus correlatiuus: vt primus arietis ꝛ vltimus piscis: secundus arietis ꝛ.29.piscis: tercius arietis ꝛ.28.piscis. quartus arietis ꝛ.27.piscis. Et ita de ceteris intellige.

¶ Finit pars secunda secundi tractatus. ¶ Incipit pars tercia secundi tractatus: ꝛ est ista de esse circuli accidentali. ¶ Capitulum primum de diuisione circuli per domos.



Accidit circulo signoruꝫ diuisio qua ipse diuidit̃ in quatuor partes equales ſm ꝙ diuidunt euꝫ duo circuli magni quoꝝ vnus dicit̃ orizon siue circulus emisperij. Et alter dicit̃ circulus meridiei siue medij celi. Et vnaqꝫqꝫ illarum quartarũ diuidit̃ in tres partes inequales: ꝛ sic totus circulus diuiditur in.12.partes inequales: ꝛ hoc accidit propter reflexionem orizontum in climatibus ꝛ propter diuersitatem regionũ sicut bene ostendit thebit in introductorio suo de spera celesti in tractatu qualiter circuli in spera sint imaginãdi: ꝛ etiã inuenies hoc in libro canones sup equationib⁹ stellarũ: ꝛ incipit illa diuisio semꝑ a signo ascendẽte. Et vnaqꝫqꝫ illarũ diuisionũ appellat̃ dom⁹ siue cuspis siue turris ꝛ nõ signuꝫ simpliciter Et prima istarũ domoꝝ est signũ ascẽdẽs illud.s.quod est in ariete. Et dixit ptholome⁹ ꝙ.5.gradus qui trãsiuerũt lineã aliquã diuidentẽ aliquã domorũ ab alia cõputant̃ ꝛ dicunt̃ esse de domo que dat̃ illi linee: vt si ascendat.5.gradus alicui⁹ signi ꝙ illi quinqꝫ gradus qui iam transiuerũt lineam ascendẽtis cõputant̃ ꝛ dicunt̃ esse de prima domo: ꝛ.25.gradus qui remãserunt sub linea similiter. Et ita intellige debere fieri de ceteris domibus. Semper enĩ quinqꝫ gradus qui transiuerunt lineaꝫ alicuius domus computantur in illa

do mo: 7.25. qui non dum veniunt ad ipsum ea scz conditione q vnaqueqz domus sit .30. graduū. deinde sequitur secunda domus: deinde tercia dom⁹ deinde quarta: deinde quinta: deinde sexta: deinde septima: deinde octaua: deinde nona: deinde decima: deinde vndecima: deinde duodecima que est omnium domorum vltima.

¶ Capitulum secundum de diuisione quartarum circuli.


Et dixerūt alkabicius 7 haly q illa q̄rta pars circuli que est inter ascendens 7 mediū celi que sunt domus duodecima vndecia 7 decia dicunt q̄rta orientalis masculina adueniens sanguinea vernalis pueril' 7 significat inicium vite nati vsqz ad finē adolescentie que est a principio siue a die natiuitatis vsqz ad .21. annum completuz. Quarta vero que est a medio celi vsqz ad lineam occidentalez que sunt domus nona octaua 7 septima dicitur q̄rta merionalis recedens estiualis colerica iuuenilis: 7 significat medictatem scz iuuentutem collectam 7 vocatur profectio iuuentutis. Et dicitur ista quarta respectu aliarum quartarum sicuti est iuuentus respectu aliarum etatum que est a principio .22. anni vsqz in finem .41. Tercia vero quarta illa scz que est a domo septima vsqz ad quartā que sunt domus sexta quinta 7 quarta que est sub terra dicitur quarta occidentalis masculina aduenicns. 7 dicitur quarta autumnalis melancolica senilis. Et dicitur illa quarta respectu aliarū quartarum sicuti est senectus respectu aliarū etatū nati que est a .41. āno in antea vsqz ad .60. Et quidam dixerunt q significat senectutē vsqz in finem vite qd mihi non videtur congruum: sed ipsi considerauerunt q homines vt multū deficiciunt circa .60. annū vel parum transcendunt illos. Vltima vero q̄rta illa scz que a quarta domo vsqz ad ascendēs que est domus tercia scda prima dr quarta septentrionalis feminina recedens flegmatica vernalis defectiua 7 vocatur decrepita. Et dicitur illa quarta respectu aliarum quartarū sicuti est decrepita respectu aliarum etatū nati que ē a fine senectutis scz a .60. āno vsqz in .90. 7 etiam vsqz in finem vite: si aliquis plus .90. vixerit qd paucis accidit: licet aliqui dicant aliqū se habere .100. ānos 7 vltra 7 sunt forte .90. annorum vel parum plus: quoniam vita cōmunis hoīm continet tria regna saturni que sunt .90. gradus. ¶ Et hēt etiā illa q̄rta significare quid accidat hoī post mortem suā: hoc est quid accidat de suis bonis 7 de sua hereditate: quid dicatur de ipso vtrum scz laudetur vel vituperetur: 7 vtrum sepeliatur cadauer eius vel cremetur vel sepeliat' honorifice vel vituperabilr vel fleāt ipm ꝯsanguinei amici 7 doleāt de morte ipsi⁹ vel rideant 7 gaudeāt de ipsa.

¶ Capitulum tercium que medietas dicatur ascendens vel descendens: 7 q̄ pars dicatur dextra vel sinistra.

Vae vero predictarum quartarū illa scz que est a linea medij celi vsqz in ascendens 7 ab inde vsqz in lineam q̄rte domus vocat' medietas ascendens. Residue vero due quarte illa scz que est a linea quarte domus vsqz in septimam 7 ex inde vsqz ad lineam medij celi vocatur medietas descendēs. Et illa pars celi que supra terrā vocat' dextra celi id est nobilior atqz fortior Et illa que est sub terra vocat' sinistra celi 7 debilior ac minus nobilis 7 hoc fm q circulus orizontis cuiuslibet regionis diuidit celum in duo media. Et

illa pars celi que est ab ascendente vsq; ad septimam domum dicitur dextra ascendentis: quia pars que est ab ascendente vsq; ad septimam domũ supra terram dicitur sinistra ascẽdẽtis. Et illa ps que est ab ascendẽte transiẽs per septentrionẽ in septimam domum sm q orizon diuidit illud quod est supra terrã de celo ab illo qd ẽ sub terra dicit dextra oriẽtis. Et illa que est ab ascẽdente transiens per meridiem vsq; in septimaz domum dicitur sinistra orientis: ⁊ in hoc differunt dextra celi ⁊ dextra ascendentis ⁊ dextra orientis.

Capitulum quartum de angulis cadentibus ⁊ succedentibus.



Ex omnibus autem supradictis medietatibus et quartis fiunt duodecim domus ex quibus quatuor dicuntur anguli prima scilicet et quarta et septima atque decima: et iste quatuor domus sunt fortiores et firmiores partes celi: et differunt etiam in fortitudine inter se: nam prima est fortior io nisi in dignitatibus que spectant ad gloriam secularem ut sunt regna ducatus potestarie et similia quoniam in illis prefertur decima omnibus aliis: et decima est fortior septima et septima est fortior quarta. Secunda vero domus et quinta et octava et undecima dicuntur succedentes angulorum quoniam sunt immediate iuxta angulos: et sunt minus fortes angulis pro medietate preter quod undecima est valde fortis in rebus que spectant ad fortunam et de quibus habetur spes: quoniam ipsa est domus fortune atque fiducie et spei sicut dictum est in tractatu de domibus. Domus vero tercia et sexta et nona et duodecima dicuntur cadentes ab angulis et sunt domus valde debiles et non promittunt bonum neque firmitatem neque durabilitatem seu prolongationem alicuius rei preter quod nona domus prefertur in religionibus et est convenientior in eis pre ceteris aliis domibus: et in his que spectant ad dignitates clericales sicut sunt episcopatus abbatie prioratus et similia: Unde cum planeta fuerit significator alicuius rei et fuerit in angulo promittit bonum et dicitur proficere: sed si fuerit in succedenti angulo proficit minus quam in angulo: in cadenti vero ab angulo dicitur planeta deficere et esse debilis atque inutilis: hoc excepto quod dixi tibi de domo nona et de undecima. Et quelibet predictarum domorum habet propriam significationem in rebus et in esse hominum prout tibi in sequentibus sum narraturus.

Capitulum quintum de significatis duodecim domorum.

De prima domo.

Prima domus cuius inicium est ex parte orientis dicitur ascendens: et ista domus prout dixerunt Adila zahel et Alkabicius et alii sapientes omnes significat vitam et corpus cuiuslibet nati seu etiam interrogantis et significat inicium cuiuslibet operis: et habet significatum super omni electione et super omni inicio: et significat inicium vite cuiuslibet nativitatis: et ob hoc prima domus dicitur principium omnium domorum. Et est quedam similitudo inter domum primam et nascentes seu interrogantes: sicuti enim hec domus ascendit ab ea parte celi que occultatur a visu nostro sub orizonte ad partem superiorem quam videmus super terram et venit de occultis ad lucem et de partibus occultis ad manifestas: ita et ille qui nascitur egreditur de tenebris et angustiis ventris matris sue et pervenit ad lucem huius seculi atque aeris latitudinem. Et ille qui interrogat patefacit intentionem suam atque secreta cordis sui et ea que primo fuerant occulta postea lucent et patent. Et dixerunt adila et alezdegoz in nativitatibus quod dominus primus triplicitatis domus prime significat vitam et naturam nati seu interrogantis et eius voluptates et in quibus delectetur et quid diligat vel quid odio habeat: et quid accidat ei sive bonum sive malum in principio vite sue scilicet in prima tercia parte ipsius. Et dominus triplicitatis eius secundus significat vitam et robustatem seu virtutem atque fortitudinem et quid accidat ei in secunda tercia parte scilicet parte vite sue. Et dominus triplicitatis eius tercius significat id quod significat primus et secundus: et significat finem vite et quicquid accidat ei in ultima tercia parte vite sue. Unde si ostendatur tibi nativitas alicuius vel fiat tibi questio universalis de

fortuna vel de esse alicuiꝰ vniuersaliter: aspice tunc dños triplicitatis domꝰ prime scꝫ primuꝫ scdm atqꝫ tercium ꝛ vide quale sit esse vniuscuiusqꝫ eorum: ꝛ fm ꝙ videris de ipsoꝝ esse fm illud iudica. Si eni dñs primꝰ significauerit bonum iudica ꝙ accidet bonū nato siue interrogāti in prima tercia pte vite sue. Et si dñs eiusdeꝫ triplicitatis scds significauerit bonū accidet ei in scda tercia pte vite sue bonū. Et si tercius dñs eiusdeꝫ triplicitatis significauerit bonum accidet ei in vltima tercia parte vite sue bonū. Idem dicas de malo quia quicunqꝫ ex dictis significatoribꝰ significauerit malum accidet illud in illa tercia parte vite quam ipse significauerit sicut dictum est in nutritione.

¶ De alijs significatis prime domus. Et habet significare prima domꝰ substantiam siue censum inimicoꝝ occultorum qm̄ est scda a duodecima. Sunt eni inimici occulti oēs illi qui fingunt se amicos esse ꝛ rident ꝛ vident letari corā hoībus ꝛ dicunt se diligere ipsos ꝛ annunciant eis palā bona ꝛ inuidēt eis ꝛ dolent de ipsoꝝ prosperitatibus: ꝛ gaudent de ipsoꝝ aduersitatibus ꝛ nituntur nocere ipsis clam omnibus modis quibus possunt. Et habet etiaꝫ significare hec domus fratres amicoruꝫ qm̄ est tercia vndecima: ꝛ parentes regum qm̄ est quarta a decima: ꝛ filios religiosorum qm̄ est quinta a nona: ꝛ infirmitates familiariorū sociorum ꝛ inimicoꝝ publicorum ꝛ vxorum non morantium cum maritis qm̄ est sexta ab octaua: ꝛ vxores eorum quoniā est septima a septima: ꝛ mortem seruoꝝ qm̄ est octaua a sexta: ꝛ religionē filioꝝ ꝛ coꝝ longa itinera quoniam est nona a quinta: ꝛ magistratus seu dignitates patrum quoniam est decima a quarta: ꝛ amicos fratrum qm̄ est vndecima a tercia: ꝛ eorum fortunam ꝛ inimicos occultos familiarioꝝ ꝛ eorum aīalia maiora quoniam est duodecima a secunda.

¶ De secunda domo.

Secunda domus vt dixit alkabiciꝰ substantiaꝫ ꝛ acquisitionē significat ꝛ ministros: ꝛ significat finē iuuentutis. Et dixit adila ꝙ significat aggregationem substantie siue possessionum ꝛ denariorum seu bizantiorum ꝛ acceptiones ꝛ donationes. Et dixit zahel ꝙ secunda domus significat substantiā ꝛ non aspicit ascendēs ꝛ auxiliatores ꝛ epistolas. Et dixit alezdegoꝫ de dñis triplicitatis domus secunde de primo scꝫ scdo atqꝫ tercio vide quis eorum sit fortior esse atqꝫ loco ꝛ hunc facies merito auctorē substantie atqꝫ significatorem acquisitionis nati seu interrogantis: qui si fuerit in medio celi inueniet eam a rege: si autē fuerit in domo alicuius luminarium inueniet eaꝫ causa religionis: ꝛ ita intellige de ceteris domibus. Similr dñs triplicitatis domus scde primus dat substantiam in principio vite scꝫ in prima tercia pte ipsius: scds in medio vite scꝫ in scda tercia eius: tercius vero dat eam in vltīa tercia parte vite nati. Hoc aūt qd dixit alezdegoꝫ de pdictis significatoribꝰ sic est intelligendū ꝙ dictus significator substantie in quacunqꝫ etate significauerit eam fuerit in prima inueniet natus substantiaꝫ seu pecuniā cā corpis sui scꝫ ex labore manuum suarum ꝛ industria sua atqꝫ sollicitudine. Si autē fuerit in secunda inueniet eam cause substantie sue sicut ex fructibꝰ suaꝝ possessionum ꝛ suorum bonorum ꝛ etiam ex mercationibus ꝛ alijs mechanicis ꝛ fabrilibus artibus que exercentur cum capitali sicut calzolaria et pelliparia ꝛ similia: vel causa alicuius eoꝝ que significantur per secundā domū.

Si fuerit in tercia inueniet eam causa fratrum ⁊ soroꝝ vel vicinoꝝ qui non attinent ei ex parentela vel affinitate seu itinerum paruoꝝ minoꝝ se diuitijs ⁊ potentia ⁊ etate omnium scʒ illorum qui tenēt eū ꝓ suo maiori sicut dicet in capitulo de tercia domo. Et si fuerit in quarta inueniet eam causa patruʒ ⁊ auarorum aut aliorum consanguineoꝝ ascendentium maiorū ⁊ antiquoꝝ se vel socerorum: vel forte inueniet thesaurum absconditum siue subterratū vel causa alicuius eorum que significantur per quartam domum. Et si fuerit in quinta acquiret eam causa filiorum et itinerum mediocrium que sunt a duabus dietis vsqʒ ad quintam: vel causa comestionū que venduntur in tabernis vel similibus locis vel causa ludi vel alicuius eorum que significant per quintam domum. Si fuerit in sexta acquiret eam causa seruoꝝ vel ancillarum vel canum vel auium sicut aliquando faciunt venatores vel aliorum animalium paruoꝝ que non equitant vt sunt oues ⁊ similia vł causa alicuiꝰ eorum qui significantur per sextam domū. Si fuerit in septima inueniet eā causa vxorum vel sociorum vel inimicoꝝ vel alicuius eorū que significant per septimaʒ domū. Si fuerit in octaua inueniet eam causa mortis vel causa bonorum que hereditantur a mortuis vel causa bonorum vxoꝝ vel socioꝝ vel inimicorum vel alicuius eorum que significantur per octauam domum. Si fuerit in nona inueniet eam causa longoꝝ itinerū sicut faciunt sepe naute atqʒ mercatores qui longe proficiscunt causa lucrandi ⁊ etiam causa episcopatuum vel abbatiarum vel aliarum religionū ⁊ similium vel alicuius eorū que significantur per nonaʒ domum. Et si fuerit in decima acquiret eā causa regni ⁊ magisterij vt dictum est vel dignitate laicali vt sunt potestarie ⁊ silia. Et si fuerit in vndecima acquiret eam causa amicoꝝ vel causa militum regis vel causa substantie regis vel causa fortune inopinate vel etiam alicuius rei de qua natus habet spem vel alicuius eorum que significantur per vndecimā domum. Et si fuerit in duodecima inueniet eam causa inimicorū occultoruʒ vel causa carceris vel incarceratorum vt faciunt aliquando incarceratorum custodes ⁊ similia: vel causa boum vel camelorum vel equoruʒ vel alicuius eorum que significantur per duodecimam domū. ¶ Et habet etiaʒ secunda domus hec alia significata absqʒ significatione substantie nati: quoniā ipsa significat fratres inimicoꝝ occultoꝝ: quia est tercia a duodecima: ⁊ significat patres amicoruʒ ⁊ auos ⁊c quia est quarta ab vndecima. Et significat filios regum ⁊ eorum itinera mediocria: quoniā est quinta a decima: Et significat infirmitates religiosoruʒ quia est sexta a nona. Et significat vxores ⁊ socios ⁊ inimicos familiariorum inimicorum ⁊ sociorum: quoniam est septima ab octaua. Et significat mortem vxorum ⁊ sociorum ⁊ inimicorum absentium quia est octaua a septima. Et significat religionem itinera longa seruorū qm̄ est nona a sexta. Et significat magisteria filiorum quoniam est decima a q̄nta. Et significat amicos ⁊ fortunam patrum ⁊c quia est vndecima a quarta. Et significat inimicos occultos fratrum ⁊ eorum animalia magna: quoniaʒ est duodecima a tercia.

¶ De tercia domo.

Dixit alkabicius: tercia domus significat fratres ⁊ sorores ⁊ ꝓpinquas amicicias ⁊ dilectiōes fidē ac religionē mandata ⁊ legatos mutatiōes

ac itinera minora: ⁊ significat esse vite ante mortē. Et dixit adila q̄ significat cognatos ⁊ cognatas ⁊ esse eorum ⁊ mutationes de mansione in mansionē ⁊ patientiam ⁊ similia. Et dixit zahel q̄ significat cōtentionē in sectis ep̄las ⁊ somnia: ⁊ significat omnes sectas ⁊ om̄es hereticos. Et dixit alezdegoz q̄ dn̄s triplicitatis domus fratrum primus significat fratres minores: secund⁹ vero significat fratres medios: tercius significat fr̄es maiores: ⁊ dixit q̄ erit eorum dignitas ⁊ eorum esse ſm loca illorum significatoꝝ. Et mihi videtur illud idem q̄ ipsa significet oīa supradicta: ⁊ q̄ significat oēs consanguineos ⁊ propinquos qui sunt minores nato vel querentis ⁊ vicinos ⁊ etiā ꝯciues tam magistros q̄ȝ seruos: tam matres q̄ȝ mulieres: tam diuites q̄ȝ pauperes: sicut dixi superius. Significat consanguineos ⁊ propinquos qui tenent eū pro suo maiori: ⁊ qui reuerentur eū ⁊ obediunt ei: ⁊ qui sunt minores eo diuitijs ⁊ potentia ⁊ sapientia: ⁊ qui consulunt eum in suis factis ⁊ suis necessitatibus: ⁊ qui vt multum volunt facere facta sua de consilio ⁊ auxilio ipsius.

¶ Unde si fiat questio de aliquo supradictorum semper debes dare terciam domum illi: ⁊ primā interroganti: vt si querat aliquis de consanguineis vel de aliquo supradicto ascendente ariete vel quocunq̄ȝ alio signo illa prima datur querenti: tercia datur illi de quo interrogatur: ⁊ ſm q̄ videris de dn̄o tercie domus ſm illud iudica siue bonum siue malum significet dn̄s tercie domus. Et si nascatur aliquis ⁊ volueris scire quam fortunā sit habiturus a fratribus vel ab aliquo supradictorū vide quomodo se habeat dn̄s primi cum dn̄o tercij ⁊ quomodo se aspiciant: qm̄ si aspexerint se aspectu dilectōis ⁊ receperint se erit inter eos dilectio ⁊ bonum: si vero aspexerint se aspectu inimicicie non gaudebit ex eis nec cum eis: nec erit ex eis bonum nec eis ex eo. Preterea oportet te prospicere dn̄os triplicitatis domus tercie: siq̄uꝫ primus aspexerit dominū ascendentis aspectu bono trino scȝ vel sextili vel receperit eum bene erit ei ex fratribus qui significantur per illum planetam ⁊ ita intellige de alijs duobus. Et cum quocunq̄ȝ eorum se aspexerit domin⁹ primi malo aspectu cum illis ⁊ ex illis fratrib⁹ qui significantur per planetā illum erit ei malum. Et si non aspexerit se dn̄s primi cum aliquo eorum erit ei cum oībus ⁊ ex omnib⁹ fratrib⁹ sicut cum extraneis: illud idem intelligas de luna quod dixi tibi de dn̄o primi. Etiam cuiuscunq̄ȝ illoꝝ significatorū esse fuerit melius illis fratribus qui significant᷑ per illum planetā erit meli⁹ tam in sua fortuna q̄ȝ in alijs: ⁊ cuiuscunq̄ȝ esse fuerit deterius illis fratribus qui significant᷑ per ipsum erit deteri⁹ esse suo. Preterea debēs scire q̄ tercia domus sp̄ est ascendens fratrū ⁊ consanguineoꝝ minorū vicinorū ⁊ aliarum personarum que significantur per ipsum: ⁊ prima est semper querentis nisi in casibus exceptis quos inuenies in locis sibi deputatis.

¶ Ut ponat᷑ q̄ aliq̄s querat de factis fratris sui vel sororis sue ⁊ fuerit ascendēs leo: ⁊ fuerit libra tercia domus: modo prima est ascendens illius qui querit: ⁊ tercia est illi⁹ p̄ quo queritur. vnde non debes iudicare ſm dn̄m ascendent[is] sed ſm dominū tercij: ⁊ ſm q̄ videris de esse dn̄i tercij ita iudicabis de factis fratris q̄rentis Item si prim⁹ dn̄s triplicitatis tercie domus bene fuerit cū dn̄o ascendent[is]

bene erit nato seu querenti cum fratrib⁹ ⁊ vicinis ⁊ propinquis minoribus ⁊ alijs que significant per terciã domũ in prima tercia pte vite sue ⁊ eis ex eo. Et si cum scdo bene erit ei ex eis ⁊ eis ex eo in scda tercia pte vite sue. ⁊ si cũ tercio bene erit ei ex eis ⁊ eis ex eo in vltima tercia pte vite sue. ⁊ econtra si male inuicẽ se habuerit. ¶ Et hẽt tercia domus hec alia significata quoniã habet significare substantiam familiarioꝝ quoniam est scda a scda: ⁊ patres inimicoꝝ occultoꝝ ⁊ eorum domos ⁊c̃ qm̃ est quarta a duodecima: ⁊ habet significare filios amicorũ qm̃ est quinta ab vndecima: ⁊ infirmitates regũ qm̃ est sexta a decima: ⁊ inimicos religiosorũ ⁊ eorum socios atq; amasias qm̃ est septima a nona: ⁊ mortem absentum ⁊ familiarium inimicoꝝ eorum ⁊ eorum adiutoꝝ qm̃ est octaua ab octaua: ⁊ religionem vxorũ qm̃ est nona a septima: ⁊ magisteria seruoꝝ qm̃ est decima a sexta: ⁊ amicos filioꝝ ⁊ eorũ fortunam qm̃ est vndecima a quinta: ⁊ inimicos occultos patrũ quoniã est duodecima a quarta ⁊ eorum animalia maiora.

¶ De quarta domo.

Dixit alchabicius quarta domus habet sigificare patres domos terras auos ⁊ omnes antiquos ex recta linea ascendentes masculos seniores ⁊ sorores ⁊ oẽs hereditates preter illas que hereditantur ex mortuis ⁊ que dicẽtur in domo octaua. Et habet significare oĩa imobilia que sunt in terra vel sup terrã vt sunt edificia turres tecta ciuitates castra ⁊ similia. Et habet significare thesauros absconditos ⁊ quicquid est sepultum siue subterratum Et dixit adila ꝙ significat occulta ⁊ occultata ⁊ carceres ⁊ incarceratos ⁊ abscõdita seu in terra posita: ⁊ quicquid accidat mortuo in sepultura sua ⁊ post sepulturam: ⁊ vtrum sepeliatur vel comburat vel dimittat eius cadauer ita ꝙ non curetur de ipso vt accidit aliqñ in suspensis vel decapitatis vel alias interfectis. Et dixit mansor ꝙ significat finẽ rerum. Et dixit alezdegoz dñs triplicitatis domus patrum primus significat patres: secundus ciuitates et terras: tercius finem rerum ⁊ carceres. Unde considerandũ est in natiuitate alicuius aut in questione aliqua que tibi facta fuerit, super aliquo predictoꝝ quia debes prospicere quartam domum si vis scire ea que debeant accidere nato seu querenti ab eis que significantur per quartam domum seu per eius triplicitatis dominos ⁊ vide quis eorum sit melioris esse ⁊ fm ꝙ videris de ipsis iudica. Nam si domin⁹ triplicitatis domus quarte primus fuerit boni esse ⁊ aspexerit dominum ascendentis natiuitatis bono aspectu trino scz vel sextili vel ipse eum bene erit nato seu interrogãti a patre ⁊ patri ab eo ⁊ auo ⁊ proauo ⁊ socero ⁊ omnibus maioribus parentibus licet socer significetur per accidens per quartam domum. Et si etiam secund⁹ fuerit boni esse bene erit ex domibus ⁊ terris ei ⁊ hereditatibus quas hereditabit a supradictis personis. Et si tercius fuerit boni esse bene erit ei ex carcerib⁹ ⁊ incarceratis sicut accidit aliqñ custodibus captiuorum ⁊ similibus: ⁊ ex fine rerum sicut accidit aliqñ alicui diffiniendo aliquam litem vel aliquã guerram vel mediando inter aliquos aliqd forum sicut sepe accidit in venditoribus equorum vel aliarum rerum quarum venditiones indigent mediatore ⁊ similia

Et si fuerint infortunati vel mali esse predicti significatores male erit ei ex
predictis significatis. Et considera in qua parte vite hoc accidat ei: quoniã
primus dominus huius triplicitatis significat ꝙ accidat nato hoc in prima
tercia parte vite sue: ⁊ secundus in secũda: ⁊ tercius in tercia vt dictum est in
alijs domibꝰ. ¶ Et habet etiaꝫ quarta domus significare substantiaꝫ fratrũ
quoniam est secunda a tercia: ⁊ fratres familiariorum ⁊ adiutorum quoniaꝫ
est tercia a secunda: ⁊ filios inimicorum occultoꝝ qm̃ est quinta a duodecia:
⁊ infirmitates amicorum ⁊ familiariorum regis quia est sexta ab vndecima:
⁊ inimicos regum quoniam est septima a decima: ⁊ mortem religiosorũ qm̃
est octaua a nona: ⁊ religionẽ absentiũ quia est nona ab octaua: ⁊ magisteria
inimicorum ⁊ socioruꝫ ⁊ matres eorum quia est decima a septima: ⁊ amicos
seruoꝝ ⁊ eorum fortunam quoniaꝫ est vndecima a sexta: ⁊ habet significare
inimicos occultos filiorum ⁊ eorum animalia maiora quoniã est duodecia
a quinta.

¶ De quinta domo.

Dixit alkabicius: quinta domus significat filios delectationes legatos
donationes: ⁊ quid dicatur de homine post mortem eius. Et dixit ad
illa ꝙ significat gaudium ⁊ vestimenta. Et dixit vuellius ꝙ significat cartas
libros nũcios atq; nouellas. Et dixit alchaiat ꝙ significat omne in quo ha
betur fiducia honorem petitionem mulierẽ amiciciã ⁊ esse ciuium ⁊ fructus
hereditatis. Et dixit alcꝫdegoꝫ dominꝰ triplicitatis q̃nte primus significat
filios ⁊ vitam eorum: dominus vero secundꝰ significat delectationes: tercíꝰ
legatos. Unde aspiciendus est dñs natiuitatis alicuius vel eius interroga-
tionis ⁊ videre qualiter se habeat cum dño primo triplicitatis quinte domꝰ
que dicitur domꝰ filiorũ: quia si bene se habuerit cum eo bene erit ei ex filijs
⁊ ipsis ex eo in prima tercia parte vite sue: si cum scdo in secunda: si cũ tercio
in tercia. Sed tñ vita filioꝝ accipitur magis a primo dño illius triplicitat̃
q̃ a secundo vel tercio. Nunc aspice dñm quinte domus qualiter se habeat
cum dño prime domus: nam si fuerit dñs quinte iũctus cum domino primi
aspectu laudabili trino scꝫ vel sextili vel fuerit in primo vel dñs primi fuerit
in quinto habebit filios ⁊ maxime si iupiter fuerit tunc in quinta vel fuerit
iunctus dño quinti vel domio primi bono aspectu vel fuerit in tercio vel in
octauo vel in vndecimo cum dño primi vel cum domio quĩti vel cum luna
viuent ⁊ bene erit eis. Si vero fuerit mars in loco iouis habebit natꝰ filios
sicut videbimus in capitulo filiorum: ⁊ mortem eorum sicut latius dicet̃ in
iudicijs ⁊ in natiuitatibꝰ in capitulo filiorũ. ¶ Item prospiciendi sunt oẽs
dñi triplicitatis domus filiorum ⁊ videre quis eorum melius aspiciat dñm
primi vel dñm quinti vel ipsaꝫ domũ quintã: quia si primꝰ melius aspexerit
hẽbit filios in prima tercia parte vite sue: si secundus in secunda. Et si fuerit
aliquis eoꝝ dñs primi vel dñs quinti sicut aliq̃n accidit significat filios in
sua tercia parte vite nati. ¶ Et habꝫ etiã domus hec alia significata quoniã
habet significare bona patrum ⁊ aliorum maiorum propinquorum quia est
secunda a quarta. Unde si iunctus fuerit eius dñs dño primi vel dño secũdi
⁊ fuerit receptꝰ ab aliquo eoꝝ adipiscetur natus siue interrogans bona illoꝝ
in toto vel in bona parte. Et si dñs scdi fuerit iunctus dño quinti ⁊ dñs q̃nti

receperit eum adipiscent parentes bona ipsi⁹: ꝛ habet significare fratres fratrum si habeat fratres ex alio patre vel ex alia matre: quoniã est tercia a tercia: ꝛ infirmitates inimicorũ occultorꝫ quoniã est sexta a duodecima ꝛ inimicos amicorꝫ quoniã est septima ab vndecima: ꝛ mortẽ regũ ꝛ illorꝫ qui significant per decimã quia est. 8. a. 10.: ꝛ itinera longa religiosorꝫ quia est. 9. a. 9. ꝛ magisteria seu dignitates absentiũ quia est. 10. ab. 8. ꝛ amicos inimicorũ nati seu querentis ꝛ sociorꝫ eius quia est. 11. a. 7. ꝛ inimicos occultos seruorꝫ quoniã est. 12. a. 6.

¶ De sexta domo.

Dixerunt sexta domus est infirmitatũ ꝛ seruorꝫ ꝛ ancillarũ. Et dicit hec domus infirmitatũ ꝓpterea quia est extra domũ ludi ꝛ delectationis que est quinta ꝛ vadit ad septimã que est domus inimicorꝫ publicorꝫ. Et dixit alkabicius ꝙ significat quicquid futurũ est ante senectutẽ ꝛ significat finem vite. Et dixit adila ꝙ significat famulos ꝛ bestias que nõ equitant. Et significat sexta domus vasallos ꝛ iusticias ꝛ significat mutationẽ a loco in locũ. Et dixit zahel sexta domus est cadens ab ascendente nec aspicit illud: ꝛ est locus malignus. Et dixit alezdegoz dñs triplicitatis domus sexte primus significat infirmitates ꝛ cõualitudines ab eis ꝛ a malis. Secundus significat vernaculos ꝛ seruos. Tercius significat que inueniet ex eis ꝛ eorũ vtilitatẽ atqꝫ opa ꝛ est significator bestiarũ ac pecorũ ꝛ omniũ quadrupedũ ac fortitudinis eorꝫ atqꝫ multitudinis ꝛ paucitatis more eorꝫ in manu eius vel egressionis eorũ ab ea: carceris quoqꝫ atqꝫ retentionis. Unde videndũ est qualiter dñs natiuitatis vel interrogationis alicui⁹ habeat se cum dño sexte domus vtrũ. s. iungat ei a trino vel sextili aspectu vel per corpus cũ receptione mutua vel perfecta: quoniã si sic fuerit habebit natus seu interrogans in omnib⁹ seu ex omnibus que significant per sextam domũ fortunam. Si vero aspexerint se a dictis aspectibus sine receptione non erit ei magna fortuna ex eis licet tamen sit ei ex eis aliqualis. Si vero aspexerint se a quarto aspectu vel ab oppositione sine receptione male erit ei in oĩbus ꝛ ex omnibus supradictis. Si vero cũ receptione minus male erit ei ex eis. Si vero dñs primi receperit dñm sexti ꝛ dñs sexti nõ receperit eum meli⁹ erit seruis ꝛ vernaculis ex eo ꝙ̃ ei ex eis: erunt enim sibi infideles ꝛ fradulenti. Si vero dñs sexti receperit dñm primi ꝛ dñs primi nõ receperit dñm sexti erit meli⁹ ei ex eis ꝙ̃ eis ex eo: nõ enĩ diliget eos nec bene faciet eis etiam ipsis benefacientib⁹ ei ꝛ stantibus ei fideles ꝛ bene tractãtibus oĩa eius negocia. Et aspice dños triplicitatis illius quoniam si primus fuerit melioris esse accidẽt ei bona supradicta in prima tercia parte vite sue: si secũdus in secũda si tercius in tercia siue vltima. Et ecõtra de malis. Et differũt serui in cõditione a vernaculis quoniã serui subsunt ei ꝺm seruitutẽ: vernaculi sine seruitute ꝛ sunt ei in familia. Et licet dixit alezdegoz ꝙ hec domus significat quadrupedia non fuit eidẽ intentio nisi de quadrupedibus que nõ equitant vt sunt oues capre porci canes ꝛ similes. Et comprehendunt sub domo sexta pulli anseres anates astures apes ꝛ similia: non enim intellexit de bobus vel equis et similibus ꝛc. ¶ Preterea hec domus habet quedam alia significata quoniam significat substantiam filiorum quia est secunda a quinta: ꝛ fratres pa-

trum quia est tercia a quarta: ꝛ patres fratrum que sunt ex alio patre quia est quarta a tercia: ꝛ filios familiariorum quia est quinta a secunda: ꝛ inimicos inimicorum occultorū quia est septima a duodecima: ꝛ mortem amicorum quia est octaua ab vndecima: ꝛ religionem matrū ꝛ longa itinera regū quoniam est nona a decima: ꝛ magisteria ꝛ dignitates laicales religiosorū quia est decima a nona: accidit enim aliquando episcopos ꝛ alios religiosos recipere potestarias ꝛ huiusmodi dignitates laicales: ꝛ amicos absentium et familiariorū inimicorum ꝛ sociorum quoniam est vndecima ab octaua: ꝛ inimicos occultos vxoruȝ sociorū ꝛ inimicoꝝ qm̄ est duodecima a septima.

¶ De septima domo

Dixit argaphalon septima domus est domus mulierum: ꝛ significat nuptias ꝛ contentiones. Et dixit albategni significat participationem ꝛ oppositionem ꝛ omnem rem oppositam. Et dixit adila ꝙ significat vxores ꝛ bellum ꝛ res inimicas. Et dixit alchabitius ꝙ significat medietatem finis vite erga senectutem. Et dixit ven ꝙ significat fures ꝛ placitantes ꝛ socios ꝛ est domus emendi ꝛ vendendi ꝛ significat nuptias ꝛ res nuptiarum ꝛ fugitinum ꝛ latronem: abscisores viarū ꝛ rem amissam. Et dixit zahel ꝙ significat prelia quoniam est angulus occidentalis: ꝛ septima opponit ascendenti ꝛ significat contrarietates que fiunt inter aliquos ꝛ querentem ꝛ quesituȝ ꝛ ſm quosdam significat itinera mediocriter longa sicut prima significat itinera breuissima que sunt de vna contrata in aliam de eadem terra vel de ciuitate ad ortos vel ad clausuras seu viridaria cōtigua ciuitati vel quasi. Et culturam deitatis pure atqȝ simplicissime ꝛ omnes domos philosophoruȝ ꝛ prescientiam rerum ꝛ scientiam astrorum ꝛ diuinatorem ꝛ epistolas ꝛ legatos ꝛ somnia: fidem et sapientiam diuinam et sanitatem atqȝ religionem et rumores et omnem rem preteritam atqȝ precedentem. Et significat virū ab onere siue opere suo depositum et prescientiā futurorum et res futuri seculi et latrones et latronibus similes et peregrinationes siue exulationes et amissiones rerum et causas earum: et hoc signum est inimicum ascendentis. Et dixit alezdegoȝ ꝙ dn̄s triplicitatis septime primus significat mulieres. secundus contentiones. tercius vero cōmixtiones. ¶ Et hēt etiam hec alia significata: quoniam significat substantiam seruorum quia est secūda a sexta ꝛ fratres filiorum ex alio patre quoniaȝ est tercia a quinta: et patres patrum viuentibus patribus quia est quarta a quarta: et filios fratruȝ quoniā est quinta a tercia: et infirmitates familiariorum quoniam est sexta a secunda: et mortem inimicorum occultorum quoniam est octaua a duodecima.
¶ Et posset dici ꝙ habet significare mortem animaliū maiorum. Et habet significare religionē amicorum et eorum longa itinera quia est nona ab vndecima. Et posset dici ꝙ habet significare magisteria regum licet videat᷑ nō ex toto conueniens quoniam est decima a decima. Et habet significare amicos religiosorum et eorum fortunam: quia est vndecima a nona: et inimicos occultos absentium et familiariorum inimicorum quia est duodecima ab octaua.

¶ De octaua domo.

Dixit ădila octaua domus est domus timoris: et dicit domus mortis: propterea quia ipse est adiutorum inimicorum publicorum et succedit septime que est oppositio ascendentis. Et dixit alboali q significat laborem tristiciam bella et contemptores et bellicosos et clientes aduersariorũ Et dixit alchaiat q significat depositum et villicationẽ et calliditates et ingenia. Et dixit zahel octaua domus succedit ad angulum occidentalem: et significat interfectionem et venena letalia et quicquid hereditatur ex mortuis et omne quod interijt ꝛ laborem et tristiciam et auxiliatores inimicoꝝ seu aduersariorũ. Et dixit alchabicius q significat almauerith id est omne q hereditat ex mortuis. s. tam extraneorum q̃z coniunctoꝝ quod debẽt heredes post mortem eorum possidere: et significat finem annorum vite post senectutem. Et dixit alezdegoz quia dñs triplicitatis domus mortis prim⁹ significat mortem. secundus res antiquas. tercius almauerith: ꝛ quicquid significant socij eius. Et ego assentio ei quod dixerunt supradicti sapientes et dico q octaua domus habet significare dotes mulierũ bona siue censum inimicorum et sociorum. Dixit quidam q significat vsuras. Et habet etiaꝫ alia significata quia significat fratres seruoꝝ quoniam est tercia a sexta et infirmitates fratrum quia est sexta a tercia et inimicos et vxores et socios familiariorum quia est septima a secunda et religionem et longa itinera inimicorum occultorum quoniam est nona a duodecima. Et magisteria et dignitates amicorum quia est decima ab vndecima et amicos regum quia est vndecima a decima: et inimicos occultos religiosoꝝ quia est vndecima a nona

¶ De nona domo.

Et dixit tiberiadis nona domus est fidei et religionis et longi itineris Et dixit Adila q significat visionem ꝛ sapientiam et culturam deitatis omnesq̃ religionis domus et rerum prescientiam. Et dixit alchabici⁹ q significat sapientiam philosophiam: scripturã: libros: epistolas: legatos: narrationem futuroꝝ: somnia: ꝛ significat dimidiũ vite. Et dixit zahel nona domus est cadẽs ab angulo decime dom⁹. Et ego dico q sigt famã ſm q ipa ꝛ ei⁹ dñs fuerint dispositi. Nã si dñs none dom⁹ fuerit boni esse ac bene dispositus fuerintq̃ fortune in eo vt iupiter. s. aut ven⁹ ꝛ ipsi liberi nec impediti vel caput draconis sigt famã nati ac eius honorẽ magnũ. Si aũt fuerint in eo infortune saturnus. s. aut mars vel cauda draconis sigt eius infamiam: ꝛ quãto magis ille malus fuerit impeditus tanto magis augmẽtabit infamia nati. Dixit alezdegoz q dñs triplicitatis dom⁹ none primus sigt pegrinationem ꝛ quid accidet nato seu interroganti in longis itinerib⁹. Secundus sigt fidem ac religionem ꝛ valitudinem earum atq̃ modum Tercius significat sapiam ꝛ somnia sciam stellarũ ꝛ veritatẽ earum ꝛ auguria ꝛ exercitiũ in eis Et habet etiã 9 dom⁹ hec alia significata videlꝫ substãtiã familiariorũ inimicoꝝ ꝛ sociorũ ꝛ vxoꝝ ꝛ absentiũ ꝛ eoꝝ adiutorũ qm̃ est secũda ab octaua ꝛ frẽs inimicoꝝ ꝛc. qꝛ est tercia a septima ꝛ patres seruorũ quia est quarta a sexta ꝛ filios filiorũ quia est quinta a quinta: ꝛ infirmitates patrũ quia est sexta a quarta: ꝛ vxores ꝛ socios ꝛ inimicos fratrum: quia est septima a tercia

& mortem familiariorum quia est octaua a secunda: & habet significare dignitates inimicorum occultorum quia est decima a duodecima: & amicos amicorum quia est vndecima ab vndecima: & inimicos occultos regum quia est 12. a. 10. Et hec est causa quare prelati & alij religiosi semper inimicant regibus occulte.

De decima domo.

Dixerunt albuas & alij antiqui decima dom⁹ est domus regia: & habet significare imperium atque regnum & magisteria & dignitates atque officia & omnem artem quam quis exercet vnde vocatur magister. Et dixit magister quem deus voluit quod significat matres auias & omnes tales vetustas ascendentes & soceras. Et dixit adila quia significat diuina & honores & potestatias & similia: Et dixit alkindus quod significat regem gloriam & famam laudis Et dixit albategni quod significat iudices iudicantes causam & operum superstites. Et dixit quidam ex antiquis quod significat substantiam furti ablatam. Et dixit alchabicius quia significat dimidium annorum vite. Et dixit alezdegoz dominus triplicitatis domus regie primus significat opus & exaltationem & sedis sublimationem & mansionem altissimam. Secundus significat vocem imperij & audaciam in eodem. Tercius significat stabilitatem eius atque durabilitatem. Habet preterea decima domus hec alia significata: quoniam habet significare substantiam religiosorum quia est secunda a nona. Et fratres familiariorum inimicorum quia est tercia ab octaua. Et patres inimicorum & sociorum & vxorum quia est quarta a septima: & filios seruorum quia est quinta a sexta: & infirmitates filiorum quia est sexta a quinta & inimicos & vxores & socios patrum quia est septima a quarta: & mortem fratrum quia est octaua a tercia. Et religionem familiariorum & absentium & eorum longa itinera quia est nona a secunda: & amicos inimicorum occultorum quia est vndecima a duodecima: & inimicos occultos amicorum quia est duodecima ab vndecima.

De vndecima domo.

Vndecima domus est domus fortune fiducie atque spei. Et dixit zahel quod succedit ad angulum medij celi: & significat substantiam regis & eius redditus seu tributa & eius milites & pedites seu auxiliatores & virum qui succedit regi siue primum principem post eum & significat laudationes & filios. Et dixit alchabicius quod significat ministros & significat finem annorum medietatis uite & a medietate in antea. Et dixit alezdegoz quia dominus triplicitatis domus fiducie primus significat fiduciam. Secundus vero amicos. Tercius significat vtilitatem seu profectum eorum. Et habet vndecima dom⁹ hec alia significata quoniam significat substantiam regis quia est secunda a decima: & fratres religiosorum quoniam est tercia a nona: & patres familiariorum inimicorum quia est quarta ab octaua. Et filios inimicorum & sociorum quia est quinta a septima: & impedimenta & infirmitates seruorum quia est sexta a sexta. Et inimicos & vxores filiorum quia est septima a quinta: & mortem patrum quia est octaua a quarta: & religionem fratrum & eorum longa itinera quia est nona a tercia: & magisteria familiariorum quia est decima a secundo: & inimicos occultos inimicorum occultorum quia est duodecima a duodecima.

¶ De duodecima domo.

Dixit ad ila duodecima domus habet significare inimicos occultos: et deceptores et inuidos: et habet significare boues et equos azinos camelos et omnia animalia que equitant et similia: et significat merores: tristicia et planctus: fletus: lamentationes: susurrationes et similia blasphemias carceres maliuolentias. Et dixit zahel q̄ significat calliditates malas cogitationes. Et dixit alchabicius q̄ significat labores et mala ingenia: et significat finem vite: et quid contingat mulierib⁹ ex conceptione et ex partu siue bonum siue malum. Et dixit alezdegoz dn̄s triplicitatis duodecime domus primus significat inimicos. secundus labores: tercius bestias ac pecora. Et quidam alij dicunt q̄ omnes dn̄i triplicitatis domus duodecime et eius dominus significat carceres et incarceratos. Et alij dixerūt q̄ octaua domus significat carceratos. Et alij dixerunt q̄ quarta domus significat carceres: non tamen cōtradixit vnus alteri quoniā quarta domus significat carceris quia significat captionem et ipsum actum capiendi. Octaua vero significat carceres q̄m significat ip̄m actū incarcerādi. Duodecia quidē significat carceres quoniā significat locum carceris et ipsum captum iam incarceratū: et in hoc differūt Tamen omnes sapientes concordauerunt in hoc quod quarta domus significat carceres: quoniā ipsa est principiū carceris et incarcerationis: quoniam si non esset captio et actus capiendi non esset incarceratio neq̄ actus incarcerandi. Et si non esset captio et actus capiendi et incarceratio et actus incarcerandi non esset locus incarcerationis nec in quo aliquis staret incarceratus. Et dicit̄ hec domus incarceratis actu propterea quia ipsa cadit a linea oriētali: et quia est in ea gaudium saturni qui gaudet in planctu et lamentatione et similibus: ¶ Et hēt duodecima domus hec alia significata: quoniam habet significare substantiam amicoꝝ quoniā est secunda ab vndecima: et fratres regum quia est tercia a decima: et patres religiosorum quia est quarta a nona: et filios familiariorū inimicorum etc̄. quia est quinta ab octaua. Et infirmitates vxorum etc̄. quia est sexta a septima: et vxores et inimicos seruorum quia est septima a sexta: et mortem filiorū quia est octaua a quinta: et religionē et longa itinera patrū quia est nona a quarta: et magisteria fratrū quia est decima a tercia: et amicos familiarioꝝ quia est vndecima a secunda: et inimicos occultos nati seu querentis quia est duodecima a prima. Et inueni quendā florentinū qui dabat duodecimā peregrino. ¶ Oia ista significata quarūlibet domorū supradictarū oportet considerare et scire: vt si fuerit tibi facta questio de aliquo predictoꝝ: vel fuerit tibi ostensa natiuitas alicuius vel questio vniuersalis q̄ tu possis iudicare super illa questione super omnibus accidentibus nati seu querentis et omniū predictarum personarum sub ascendente vno licet sit difficilimū: tamē est tibi leuius inuenire quamlibet rem quam debueris considerare in iudicio tuo: quoniam si habueris natiuitatem alicuius bene vel eius questionē vniuersalem vel etiā aliam questionem poteris ei iudicare quid debeat sibi accidere de omnib⁹ supradictis significatis et quid ex omnibus supradictis personis et quid omnib⁹ eis ex eo et ab eo. Potes eni ei iudicare quid debeat esse de sua persona de sua sub

stantia et de his que significantur per secundam domum: de suis fratribus et de his que significantur per terciam domum: de suis parentibus maioribus ⁊ de his que significant̃ per quartã domũ: de suis filijs ⁊ de omnibꝰ que significant̃ per quintã domũ: de suis seruis ⁊ animalibus paruis ⁊ de omnibus que significant̃ per sextam domũ: de suis vxoribus ⁊ de omnibus que significant̃ per septimã domũ: quid de morte ⁊ de omnibus que significantur per octauam domũ: quid de religione ⁊ de omnibus que significant̃ per nonam domũ: quid de suis magistratibus ⁊ de omnibus suis parentibus maioribus femis ⁊ de omnibus que significant̃ per decimã domum: de amicis ⁊ de omnibus que significant̃ per vndecimã domũ: quid de equis ⁊ bestijs ⁊ de omnibus que significant̃ per duodecimã domũ. Et ita intelligas de qualibet domo de secunda scilicet tercia ⁊ quarta vsq; ad duodecimã. Et scias ꝙ quelibet earum est sibi sua prima: ⁊ habet suam secundã ⁊ terciã quartam quintã sextã septimã octauã nonã decimã vndecimã ⁊ duodecimã. Et habet ſm quãlibet earũ quelibet suas alias vndecim domos ꝑter se a quibꝰ recipit sua significata sicut prima oriẽtalis recipit a suis domibꝰ que omnia ex industria tua poteris bene discernere.

¶ Caplm sextũ de significatis .12. domoꝝ in cõtrariã partẽ incessus ꝑdicti. Et primo de duodecima domo

Aliud capitulũ .s. sextũ de significatis planetaꝝ in eis quoꝝ incessus est in contrariam partẽ incessus predicti per quẽ scit̃ quid operent̃ planete i vnaquaq; domo in natitatibꝰ vel i q̃stionibꝰ incipiẽdo a .12. retrogradãdo vsq; ad primã. Nam si fuerit tibi ostensa natiuitas alicuiꝰ nati vel fuerit tibi facta questio de lucro fueritq; dñs .12. in prima domo significat ꝙ natus seu querẽns lucrabit̃ p familiares suos vel per aliquod de significatis .12. domus que dicta sunt tibi superiꝰ. ¶ Et si fuerit in secũda significabit natũ seu querentẽ facturũ iter aliquod breue seu motũ paruũ causa sperate vtilitatis vel cum iturũ ad aliquẽ suũ cõuicinũ absentẽ: vel ad aliquẽ de suis cõsanguineis se minorẽ. Illud idem accidet nato tractu temporis in similibus actibꝰ ¶ Et si fuerit in tercia de quacũq; re fuerit q̃stio significat ꝙ res illa sit occultata absconsa in domo vel in aliquo predio. Et si fuerit res subterrãda ꝙ sit subterrata in aliquo dictoꝝ locorũ. ¶ Si fuerit in quarta totũ eius significatũ erit in filijs vel similibꝰ. Et si fuerit questio de itinere non longo significat ꝙ iter non erit sibi placibile: accident eniʒ ei cõtraria nec ꝓficiet̃ ei ad bonum. Idẽ poterit dicere ꝙ accident nato in suis silibꝰ factis. ¶ Qđ si fuerit in quinta ⁊ fuerit questio de absente significat ꝙ ipse sit in manibꝰ quorũdaʒ qui sunt vel fuerunt aliquãdo sui seruitores ⁊ mũ sunt inimici occulti. ¶ Si quidem fuerit in sexta ⁊ fuerit questio de absente significat ꝙ ille de quo querit̃ sit in manibus inimicoꝝ vel latronũ seu abscisorũ viarum vel expulsorũ seu stipendiarioꝝ. ¶ Si fuerit in septima ⁊ fuerit questio vt dictũ est de absente significat eũ mortuũ vel egritudie per necabili laborare. ¶ Et si eũ in octaua inueneris videt̃ ꝙ sit longe a loco illo vel in itinere longo vel ꝙ aliquis clericus siue religiosus tenet eũ cõtra suã voluntatem. ¶ Si in nona ipsum inueneris significat ipm esse in manibus alicuius potentis vel ꝙ mater sua facit eum stare vbi ipse est cõtra suã voluntatẽ. ¶ Qđ si fuerit in deci-

ma sigt ipm esse in loco sibi cōuenienti ⁊ cū suis amicis ⁊ eū diligentib⁹. Si vero in vndecima fuerit sigt ipm non esse in bono statu imo pōt dici ꝙ sit in manibus quorundā inimicantiū sibi causa inuidie volentes ei nocere nesciētes quare vel sit in angustijs atqꝫ laboribus vel in carcere.

De vndecima domo ⁊ eius dn̄o.

SI dn̄s vndecime dom⁹ fuerit in .12. ⁊ fuerit questio de lucro sigt illud lucrabit enim in absentia sua per familiares suos vel ꝑ equipollentes ¶ Si fuerit i prima ⁊ fuerit questio de itinere breui significat illud iter vtile atqꝫ lucrosuꝫ. ¶ Si vero fuerit in secūda ⁊ fuerit questio de re occultata sigt illā peruenturā ad manus querentis. Idem dicas de re imobili. Et si fuerit questio de maioribus parentib⁹ sigt eorum statum iuxta esse illius plancte. ¶ Si fuerit i tercia ⁊ fuerit questio de filijs sigt eoꝝ bonū esse: significat etiā gaudiū ⁊ leticiā ex eis: ⁊ indumenta vtilia ⁊ omne bonuꝫ esse. Et si fuerit in quarta fueritqꝫ natiuitas vel questio vniuersalis significat natum seu querētem futurū iracundū ⁊ laboriosuꝫ atqꝫ infirmitatib⁹ circūuentū. ¶ Si fuerit alia questio particularis significabit querentē amissurū aīalia sua minora ⁊ seruos ⁊ famulos ⁊ similia. ¶ Si fuerit in quinta sigt natū litigiosum futuꝝ ⁊ ꝙ in suis litibus cedet ei sinistre: sil'r etiā eueniet querēti. Si vero fuerit venus significat ipsum cōtracturū matrimoniū cū pulchris mulierib⁹. Si quidē iupiter fuerit sigt eū habiturū bonos socios ⁊ fortunā in mercatione. Si aūt fuerit aliqs alioꝝ accident ꝑdicta ſm eius dispositionē. Nā si fuerit bene dispositus bene significabit. Si vero male malum portendet ⁊ significabit etiā priuatioē suoꝝ bonoꝝ vel expulsionē ab eis. Si quidē fuerit i sexta fueritqꝫ aliquis ꝑdictorū malorū significabit mortē querētis. Et si fuerit in natiuitate alicui⁹ significabit eū mala morte moriturū. Sed si fuerit iupiter aut sol vel etiā venus significabit lucrū causa dotis vel forte occupationem alioꝝ bonoꝝ. Si vero fuerit mercuri⁹ vel luna ⁊ fuerit questio de re timorosa significat eius euacuationē ⁊ anullationē. ¶ Si fuerit in septia ⁊ fuerit natiuitas vel questio vniuersalis de itinere ⁊ fuerit aliqua ex fortunis sigt itinera proficua ⁊ lucrosa. Si aūt fuerit ex infortunis cōtrariū poteris iudicare. ¶ Si fuerit in octaua sigt dn̄iuꝫ ⁊ honoreꝫ sibi aduēturū vel eum adhesurum magisterijs de natura illius significatoris put ad eum pertinet vel alicui magno viro: vel ꝙ mater eius diliget eum pre alijs filijs. Si quidem in nona permanserit significat ꝙ natus seu querens vt multum adimplebit de suis voluntatibus ⁊ de his quibus habebit spem tam causa amicorū ꝙꝫ alia de causa ¶ Si fuerit in decima significat tristiciam altcrationem tribulationem atqꝫ carcerem ⁊ etiam animalium maiorum ablationem tam in natiuitatibus ꝙꝫ in questionibus.

¶ De decima domo ⁊ eis dn̄o.

SI vero dn̄s decime dom⁹ in vndecima inuent⁹ fuerit in aliq̄ q̄stione seu ntitate significabit natū seu querentē intraturū in familiā regis vel alicui⁹ magnatis apti regno vel ꝙ sit habiturus lucrū sibi aptū. Si quidē fuerit in duodecima ⁊ fuerit questio de itinere breui significat illud non esse sibi vtile ⁊ maxime si fuerit iter ad conuicinos ⁊ ad consanguineos se minores:

⁊ dubium eum reddit nisi esset causa maiorum aīaliū. ¶ Si aūt fuerit in prima significat acquisitionē domorum ⁊ aliorū prediorū ⁊ in sua vtilitate tam querentis ꝙ nati: ⁊ significat ei bona vita ⁊ longa ⁊ fortuna ex suis maioribus cōsanguineis. ¶ Qđ si fuerit in secūda significat ꝙ natus seu querēs erit fortunatus in filijs ⁊ gaudebit ex eis ⁊ in cōmestionibꝰ ⁊ indumētis: ⁊ in lucrando substantiā ⁊ eo magis si pars fortune fuerit ibi. ¶ Si quidē fuerit in tercia significat iram laborem ⁊ tristiciam ⁊ infirmitates nec erit fortunatus in animalibus minoribus aut personis sibi subiectis: nec bene cedet ex inde sibi. ¶ Qđ si fuerit in q̄rta ⁊ fuerit venus vel aliquis ex planctis conuertibilibus ⁊ fuerit questio de matrimonio significat ꝙ illud perficiet. At si fuerit iupiter significabit natum seu querentē habiturū bonas vxores bonosq̧ socios ⁊ fortuna in mercatione. Si quidem fuerit aliqua ex infortunis significabit ipsum habiturū lites atq̧ discordias vel sepationem in vita a loco in quo ipsum inueneris vel a proprijs bonis: ⁊ eo magis si fuerit de planetis leuioribus: ⁊ iterum magis si quarta domus fuerit signum mobile. At si fuerit in quinta fueritq̧ infortuna significat malum esse nati seu querentis ac ipsiꝰ mortem ⁊ destructionē. Si aūt fuerit fortuna significabit natum siue querētem habiturum fortunā in dotibus mulierū ⁊ aliorum bonorū occupationē At si fuerit questio de lucro significabit eius fortunā in alienis terris. ¶ Si aūt fuerit in sexta significat longa itinera nō bona pro nato siue querēte atq̧ laboriosa ⁊ infortunata nisi esset iter pro vernaculis siue alijs seruientibus seu aīalibus nec est fortunatꝰ in clericis. ¶ Qđ si fuerit in septīa significat natum seu querentē acquisiturū honorē siue artem ⁊ lucrū cū mulieribꝰ ⁊ causa mulierꝫ. ¶ Si vͦ in octaua fuerit siḡt eū ad impleturū multas de suis voluntatibꝰ ⁊ eorū que sperauerit ⁊ specialiter de rebus mortuorꝫ: ⁊ maxime occasione amicorꝫ vel alicuiꝰ fortunate rei. Si quidē fuerit in nona siḡt iram ⁊ tribulationē nato seu querenti aduenturam de rebus de quibus affectabat habere bonam ⁊ vtilitatem ⁊ in quibus habebat fiduciam.

¶ De nona domo ⁊ eius dn̄o.

Si autem dn̄s nonē domus fuerit in decima in natiuitate alicuius seu questione significat natum seu querentem habiturum bonam atq̧ decentum ⁊ honorificam familiaritatem cum hominibus ⁊ maxime cum nobilibus ⁊ magnatibus ⁊ magnatorum domesticis ⁊ cum eis moram contracturum siue habiturum ⁊ lucrum ab eis vel ab alijs magistratibus. ¶ Qđ si fuerit in vndecima ⁊ fuerit questio de itinere significat illud fortunatum atq̧ fructiferum ⁊ eo magis si fuerit iter ad amicos vel cum amicis: significabit etiam natum seu querentem multas de suis cogitationibus ad eius velle perfecturum vel ꝙ ipse adherebit alicui magne parentele que sibi nota est ¶ Si quidem fuerit in duodecima significat ꝙ ad natum seu querentem deueniant res alique immobiles atq̧ infortunate nec non sibi nocibiles licet non diu durabiles vel ꝙ ledetur vel damnificabitur a magnis animalibus. ¶ Si vero fuerit in prima fueritq̧ interrogatio de filijs significat querentē

seu natum habiturum filios bonos et vtiles et fortunium in eis et ex eis: erit etiam fortunatus in indumentis: et gaudia sibi euenientia erunt durabilia: et letabitur in oibus delectabilibus: et bene viuet atqz honorifice. ¶ Siquidē fuerit in secunda et fuerit questio de filijs seu vernaculis: vel de animalibus minoribus significat lucrum et proficuum atqz vtilitatē ex eis: idem etiaz ex eis poteris iudicare nato. ¶ Qđ si fuerit in tercia et fuerit questio de matrimonio vel de societate contrahenda siue de mercatione facienda significat omnium predictoꝝ fortunam bonam: et eo magis et cercius si fuerit ille significator fortunatus: eritqz natus seu querens fortunatus in consanguineis et maxime in senioribus et conuicinis: eritqz fortunatus in litibus et accidēt ei litigia magna: et erit fortunatus in socijs et mercationibus. Siquidem fuerit venus significat eum fortunatum in mulieribus. Si autem fuerit aliqua ex infortunis contrarium significabit. ¶ Si vero fuerit in quarta et fuerit q̄stio de morte significat eam aduenturā: et erit ꝫm naturam planete qui fuerit significator rei predicte: significat etiaz ꝙ natus seu querens hereditabit bona mortuorum et maxime imobilia: et acquiret bona ex dotibus vel causa mulierum. Et si aliqua ex predictis de causis non fuerit lucratus videt̄ ꝙ sit lucraturus in terra extranea. Si aūt aliquis maloꝝ fuerit significator mortis saturnus scꝫ aut mars significat mortem illaudabilem: et accident in aliquo habitaculo sibi hec. ¶ Si aūt fuerit in quinta significat iter laudabile causa filiorum vel indumentoꝝ vel comestionū vel ex nuncijs seu nunciationibꝰ eritqz fortunatus in itineribus mediocribꝰ. ¶ Qđ si fuerit in sexta significat natum seu querentem preponendum et superessenduꝫ gentibus vilibus atqz minoribus: et ꝙ lucrabitur ex animalibus paruis vel eorum occasiōe. ¶ Et si fuerit in septima significat eius fortunam in matrimonijs seu mulieribus atqz mercationibus et socijs necnon in terris non suis. ¶ Siquideꝫ fuerit in octaua significat natum seu querenteꝫ casurum in carcerem seu grauem infirmitatem seu mortalem atqz tribulationem. equidem si de magnis aīalbus se intromiserit sequetur inde damnum et nocumentū nec iuuent in suam vtilitatem: et dubitabitur ne ledant vel offendant eum.

¶ De octaua domo et eius domino.

Si dominus octaue domus fuerit in nona et fuerit questio de absente significat ꝙ absens bene se habet et maxime si fuerit eius significator fortuna vt si fuerit iupiter significat ꝙ vtitur cum aliquibus iudicibus vel cum ecclesiasticis: vel studet in scientijs addiscendis. Si fuerit venus significat ꝙ vtatur cum mulieribus vel cum libenter comedentibus et bibentibus. Si aūt fuerit luna vel mercurius significat ꝙ vtitur cum varis et diuersis ꝑsonis et ꝙ non moratur stabiliter nec etiam firmiter in vno loco vel in vna terra. Quod si fuerit mars et ipse fortunatus et fortis significat ꝙ ipse vtitur aliqua arte que operatur et fit ferrum et ignem et sanguinis effusionem: et videtur ꝙ ille vsus cum predictis ꝑsonis sit ei vtilis et fructuosus. ¶ At si fuerit in decima et fuerit questio de itinere breui et maxime si fuerit iter ad aliquem magnatē vel occasione alicuiꝰ magistratus: vel occasione alicuius rei afferent querenti honorem significabit illud ꝫm intentionem querentis res ꝑdictas

aduenturas. ¶ Siquidē fuerit in vndecima significabit ꝙ amici eius studēt
in faciendo ꝙ ipse acquirat aliquaꝫ rem imobilem sibi vtilem ⁊ honorabilē
si questio fuerit de hoc. ¶ Si autem fuerit in duodecima ⁊ fuerit questio de
filijs significat eorum malam filiationem vel ꝙ non viuent: ⁊ si vixerint nō
gaudebit cum eis nec ex eis. Significabit etiaꝫ venenum oblaturum q̄renti
siue nato in comestione: ⁊ ꝙ non erit fortunatus in indumentis: ⁊ ꝙ vt multū
apportabūt ei ambaxate atqꝫ noua displicibilia sibi ¶ Si vero fuerit in prima
significat ꝙ habebit fortunā mediocrem in famulis atqꝫ vernaculis ⁊ in ani
malibus paruis: ⁊ ꝙ nō grauabitur multis vel grauibꝰ infirmitatibꝰ. ¶ Qđ
si fuerit in secunda significat natum seu querentem adepturum mulierem ex
cuius occasione sequetur lucrum ⁊ vtilitatem: ⁊ ꝙ habebit fortunaꝫ in mer-
catione rerum mobilium. Verūtamen si contraxerit societatem cum aliquo
non diu durabit: eritqꝫ litigiosus cum propria familia. ¶ Si vero fuerit in
tercia ⁊ fuerit questio de itinere paruo significat mortem in illo itinere. At si
fuerit questio de dote significat eum habiturum illam ⁊ cum vicinis vel in
contrata in qua habitauerit querens: sin auteꝫ de hereditate. ¶ Si fuerit in
quarta ⁊ fuerit questio de itinere longo significat illud malū graue atqꝫ durū
significat etiam querentem acquisiturum malam famam in illo. Et si fuerit
questio de aliquo clerico significat eum malum atqꝫ inhonestum ⁊ paucam
fidem in rebus diuinis habentē. Idem poteris dicere absente si q̄stio fuerit
de illo. ¶ Si autem fuerit in quinta significat natum vel querentē fortunaꝫ
in filijs ⁊ comestionibus atqꝫ indumentis habiturum. Si fuerit questio de
nuptijs vel epistola significat bonos nuncios ⁊ in epistola continetꝰ bonum
¶ Si vero fuerit in sexta ⁊ fuerit questio de fortuna significat eam debilem
⁊ non bene firmam: nec erit natus seu querens fortunatus in amicis nec erūt
ei bene veridici: erit tamen fortunatus ⁊ in famulis ⁊ seruientibꝰ ⁊ in anima
libus paruis. ¶ Siquideꝫ fuerit in septima ⁊ fuerit questio de carcere vel de
infirmitate de qua dubitatur significat querentem visurum siue incursurū in
id quod timuerit vel dubitauerit: ⁊ accidet hoc sibi causa mulieris vel socij
aut mercatoris: ⁊ erit ei timendum grauamen a latronibus vel exulantibus
seu expulsis: aut ludo vel proditione mulierum.

¶ De septima domo ⁊ eius domino.

Si autem dominꝰ septime domus fuerit in octaua in natiuitate alicuius
vel eius questione significat natum seu querentem lucraturū occasione
alicuius mortui: vel ꝙ hereditabit bona mortuorum. At si fuerit questio de
morte socij mercatoris vel vxoris vel inimici significabit illam. Et si fuerit
questio de absente significabit ꝙ absens vxoretur in absentia illa: ⁊ possibile
erit ꝙ incarceretur occasione mulieris. ¶ Si fuerit in nona ⁊ fuerit đ aliquo
itinere questio significat illud inutile atqꝫ nō lucrosum sed potius damnosū
⁊ eo magis si nona fuerit domꝰ alicuius infortune: vel fuerit in ea infortuna
impedita. Qđ si fuerit questio vtrū coniungatur vir cum aliqua muliere vel
alicui qui affectauerit introire in aliquam ecclesiā significabit illud. Si aūt
fuerit questio vtrum aliq̄s inueniat inimicos in via: vel de vxore que suspi-

catur mechari cum aliquo clerico: aut q ipsa intendit ire ad aliquam terram vel ad alium locum: vel clericus quem ipse dicit sit inimicaturus querenti significabit illud. Si autem fuerit questio de expulso seu exulato significat eius reditũ. ¶ Quod si fuerit in decima et dubitauerit querens ne rex vel ali9 laicus sibi prepositus inimicetur sibi: vel si eius inimici habebunt dominiũ super eum: vel si aduersarij obtinebunt contra eum in lite sine contentione: vel si dominus siue iudex fuerit fauorabilior inimicis aut aduersarijs q̃ꝫ sibi significabit illud. Siquidem fuerit questio vtrum dñs siue alius prepositus sibi aut medicus corrumpat vel agat cum eius vxore significabit illud. At si fuerit questio de ꝯtrahendo societatẽ cum eo significat q societas erit bona et vtilis atqꝫ honorifica: et eo magis et vtili9 si societas fuerit rerum imobiliũ et q querens illa occasione deueniet ad aliquã artem siue ad aliquod magisterium. ¶ Si vero fuerit in vndecima et fuerit questio de filijs significat q ei9 filij erũt fortunati et ipse erit fortunat9 in eis et ex eis et i idumẽtis: hoc addito si planeta sig̃tor fuerit fortũa et fortunat9 atqꝫ fortis: et q fortuna sequet querentẽ quocunqꝫ ipse iuerit. Illud idem poteris dicere de amicis atqꝫ de familiaribus regis et magnatis qui fuerit aptus regno. ¶ Si autem fuerit in duodecima significat iram et tristiciam ac infirmitatem nato seu querenti aduenturam: hoc dico si fuerit significator infortuna vel infortunatus. Si aũt fuerit fortuna vel fortunatus significabit eum adepturuꝫ aĩalia tam maiora q̃ꝫ minora: et etiam occupationem atqꝫ inimicorum incarcerationem. ¶ Si quidẽ fuerit in prima fueritqꝫ fortuna et fortunatus significat natum seu querentem fortunatum ita q vix poterit meliorari status eius. Si autem fuerit infortuna et infortunat9 non potest deteriorari eius status nec eius esse in omnibus actibus preterq̃ꝫ in expulso et exule quoniam illi significat reuersionẽ ad terraꝫ qua fuit expulsus. Quod si fuerit mulier eiecta de domo a marito vel ipsa suo proprio motu se absentauerit et fuerit questio de hoc significat eam penitus reuersuram. ¶ Si autem fuerit in secunda et fuerit questio de morte inimici vel vxoris vel socij significat illam: significat etiam amissionem rerũ mobilium causa latronum: aut damnum causa inimicorum vel ludi et vtetur etiam q eius familia inimicetur nato vel querenti. ¶ Quod si fuerit in tercia et fuerit questio de itinere et consanguineis significat illud bonum et vtile dummodo non sit ibi aliqua ex infortunijs et maxime cauda draconis. Si autem fuerit ibi aliqua ex aliquib9 fortunis et fuerit iter per terram augebitur eius bonitas: et eo magis si tercium fuerit signum terreum. Si aũt fuerit per aquã erit melius signum aquaticũ q̃ꝫ terreũ. ¶ Si vero fuerit in quarta significat q eius inimici occupabũt de rebus imobilibus q̃rentis si fuerit q̃stio de hoc At si fuerit q̃stio vtrũ pater vel auus vel socer accipiat vxorẽ significat illud euenturũ: erit etiã possibile q aliquis predictorꝫ moueat ei litẽ de aliqua re. ¶ Quod si fuerit in quinta et fuerit questio de re quã querẽs affectat habere vel acquirere significat eam fortunatam: significat etiam q amici eius erunt sibi fortes et ꝯstantes: et erit ei etiaꝫ possibile q eius filij et qui loco filiorꝫ habent inimicent sibi. At si fuerit q̃stio de vxorando significabit illud. et si habuerit

vxorem suspectam videtur q nonsit sine macula. et videt q eius inimici auferāt ei sua indumenta: vel forte auferant ea sibi latrones: vel q eius inimici capient eius filium. ¶ Siquidem fuerit in sexta et fuerit questio de carcere: significabit illum. Idem de infirmando dicendum videtur. Et si habuerit vxorem suspectaz videtur ipsa cum aliquo iuuenculo rem habere: vel q ipse aliter sit inimicaturus querenti. Et si fuerit questio de animalib9 minoribus videtur q inimici auferant illa sibi. Et si mulier querat vtrum eius vir agat cum iuuencula de qua suspicatur videtur q sit verū: videtur etiam q sit habiturus ex ea filios.

¶ De sexta domo et eius domino.

SI domin9 sexte domus fuerit in septima et fuerit questio de infirmitate significat eā esse causa amoris vt hereos. Et si fuerit de seruiente significat querentem adepturum ipsum non tamen videtur q sit ei bene fidelis. Et si fuerit de mercatione significat bene eam lucrosaz. cauendum tamen est si multum perseuerauerit ea ne finiatur in eius damnum. ¶ Si autez fuerit in octaua et fuerit questio de morte famuli vel animalium minorū significat illam. Et si fuerit de dote vel hereditate mortuorum: vel de lucro ex consanguineis maxime se minoribus aut vicinis significabit quesitum venturum. ¶ Et si fuerit in nona significat querentem iturum vel iter facturū causa rei alicuius imobilis et ipsum eam occupaturū: vel vt intret in aliquam ecclesiā vel aliquam religionem vel cum clericis conuersationez habiturum. ¶ Si vero fuerit in decima in natiuitate vel questiōe significabit nato siue q̄renti bonos filios affuturos et honorabiles. Et si quesierit aliquis vtrū eius dūs infirmetur: vel ab honore suo deponatur dubitanduz videtur ne sic eueniat Et si fuerit questio de matre vel de magistro ne infirmet videtur illud significare. ¶ Qd si fuerit in vndecima et fuerit questio de animalib9 significat ea vtilia. Et si fuerit questio vtruz infirmetur amicus significabit illud: in alijs non bene disponetur fortuna querentis. ¶ Siquidem fuerit in duodecima et fuerit questio de infirmitate seruorum vel incarceratorum vel animalium significabit illam. ¶ Si autez in prima fuerit et fuerit questio de seruientib9 vel de animalibus minoribus quid sit de ipsis futurum significat q non diu stabunt in manibus eius: et si steterint infirmabuntur: erit tū vtile in persona querentis. ¶ Et si fuerit in scda et fuerit questio de introitu in aliquā ecclām vel de itinē lōgo significabit illud bonū et vtile atq3 lucrosū ¶ Si vo fuerit in tercia et fuerit q̄stio de dignitate vel de arte cū cōuicinis vel de mgr̄atu cū consanguineis sigt q cedet ei fm quesitū nec plongabitur multū tps ad hoc ¶ Qd si fuerit in quarta et fuerit q̄stio de rebus stabilib9 vel de suis consanguineis se maiorib9 significat fortunā in eis. ¶ Sed si fuerit q̄stio de ciuitate vel de castro: significabit enim infirmitates in eam euenturas et malo℞ hoīm habitationē in ea et ad malefaciendū studentium et laborantiū. ¶ Siquidez fuerit in quinta et fuerit questio de rebus de quibus querens debeat letari vel gaudere vel de indumentis vel de pregnatione significabit illā. ¶ Et si fuerit questio de aliqua infirmitate significabit illā eē d maleficijs siue de facturis

¶ De quinta domo et eius domino.

SI dñs quinte domus fuerit in sexta ⁊ fuerit questio vtrū filius sit infirmaturus significat illud euenturū: ⁊ si fuerit de occupatione seruientiū vel animalium paruorum ſm ꝙ questio fuerit ita futurum significat. ¶ Nō si questio fuerit de comestione vel de indumentis significaret inde sinistrum euenturū querenti. ¶ Et si fuerit questio de nuncio significabit infirmitatē illi aut iram in via ⁊ ꝙ malam epistolam aut ambaxatā portabit. ¶ Si aūt fuerit in septima ⁊ fuerit q̄stio de esse filij significat illud copulaturū ⁊ videt ꝙ faciat hoc contra voluntatem parentum: eritq; timendū ne cadat filius in manus inimicorū si habuerit illos: vel ꝙ ipse fiat ianitor: aut vacillet cum meretricib⁹: vel forte adherebit mercatorib⁹. Et si fuerit ibi mars vel satn⁹ aut cauda draconis aut venus malum significabit pro omnib⁹ supradictis. Et si fuerit questio de furto videbitur ꝙ latro sit eius filius. Si autem fuerit q̄stio de expulsu vel exule significat bonū pro ipso: protendit enim eius gaudium atq; reuersionē in terram suam. ¶ Nō si fuerit in octaua ⁊ fuerit q̄stio de rebus hereditarijs ⁊ maxīe imobilibus significat querentē occupaturū illas. idem de rebus dotalibus est dicendum. Si aūt fuerit de absente significat eum bene se habere. Et si fuerit q̄stio vtrū bona hereditaria puenīant ad manus filij significabit illud. ⁊ si fuerit illud de pregnatione significabit fetum non vitalē. ¶ At si fuerit in nona ⁊ fuerit q̄stio de filio vtrum sit intraturus ecclesiam: vel sit facturus aliquod magnum iter significabit illud: ⁊ eo magis si fuerit filius alicuius clerici: ⁊ erit bonū ⁊ tutū: ⁊ videbuntur omnia hec fore vtilia pro querente. Et si fuerit q̄stio pro ecclesia romana significat eam gaudere de re q̄sita atq; letari. ¶ Si vero fuerit in decima ⁊ fuerit q̄stio vtrum filius sit adepturus artem vel officium, significabit illud cum labore atq; fatigatione: ⁊ videtur ꝙ sit magis super bestijs aut vilib⁹ ꝑsonis. ¶ Si quidē fuerit in vndecima ⁊ fuerit questio de mercatione vel de societate contrahenda vel de copulatione fueritq; mars significator significabit iram et tristiciam de omnibus supradictis: ⁊ etiam posset incarcerari q̄rens illa occasione. ¶ Si vero fuerit in duodecima ⁊ fuerit questio vtrū filius incarceret vel non ⁊ fuerit dubium de hoc significabitur illud. Si autem fuerit questio de ipsius infirmitate significat eius prolongationem: si de aīalibus magnis significabit ex eis bonum ⁊ vtilitatem: dubitatur tamen ne auferant ei auditoribus sub quadā specie recti. Si autem fuerit in prima ⁊ fuerit natiuitas aut questio de vita significat eam longam atq; honorabilem ⁊ sine periculo ⁊ videt ꝙ sit causa ecclesie. ¶ At si fuerit in secunda ⁊ fuerit questio de lucro significabit illud ⁊ maxime de rebus mobilib⁹ vel de aliquo magisterio siue officio vel forte ab aliquo dño seu magnato. ⁊ si fuerit questio de filijs significabit illos. ⁊ si fuerit questio de nūcio vel epistola vtrū veniat significabit illud ⁊ cum vtilitate atq; honore. Est tñ cauendum a filijs si habuerit filios ne ledant eum occasione rerū mobiliū. At si fuerit q̄stio super facto familie significat ꝙ omnes eius familiares gaudebunt ⁊ nitentur lucrari bona fide. ¶ At si fuerit in tercia ⁊ fuerit questio de itinere ad ꝓpinquos vel ad consanguineos significat illud quantum est in se fortunatus ad bonum: ⁊ significat gaudium causa indumentorū ⁊ comestionum: eritq; in omnibus vtile. ¶ At

si fuerit in quarta et fuerit questio de re occulta vel abscondita significabit illaz Et si fuerit de re stabili significat de ipsa iram et angustiam atque tribulationem Et si fuerit de patre vel auo vel socero seu vitrico: et esset de habendo filium significat quod habebit illum. Et si esset ibi cauda draconis tunc significaret detrimentum atque malum et maxime causa ignis atque sanguinis effusionis habitatorum eius. Et si esset questio de fine alicuius rei sequeretur ex ea querens gaudium occasione comestionis vel indumentorum vel desponsatione atque similibus nisi contra operetur cauda predicta. Et si fuerit venus significatrix et ipsa impedita et foret questio de dubitatione ciuitatis in qua querens habitaret vel de qua se timeret timendum erit ne ipsa patiatur detrimentum ab extraneis superuenientibus illuc: nisi fortuna esset in secunda ab ascendente quoniam tunc minuit maliciam. si autem esset ibi malus augmentatur malicia et erit deterius esse in re illius.

¶ De quarta domo et eius domino.

Si autem dominus quarte domus fuerit in quinta et fuerit questio de consanguineis minoribus significat eorum gaudiuz et bonum esse. Et si fuerit questio de ipsorum esse in terra in qua sunt vel eorum separatione significat separationez ipsorum a terra illa. ¶ Quod si fuerit in sexta et fuerit questio de vniuersali egritudine ciuium seu habitatorum terre de qua fuerit facta questio vel alterius congregationis vel collegij vel etiam alicuius particularis domus seu familie vel seruis siue famulis vel animalibus minoribus significabit illam. ¶ Si autem fuerit in septima et fuerit questio de exule vel expulso vtrum reuertatur ad proprium habitaculum et per quem modum: et fuerit significator mars significabit querentem reuersurum ad propria per ferrum vel ignem vel sanguinis effusionem. Si vero fuerit saturnus significabit eum reuersurum cum ira et dolore atque tristicia necnon et labore suo vel habitantium in terra illa et hoc quasi post desperationez. Siquidem fuerit questio de statu rerum stabilium significabit victoriam aduersario seu litiganti cum querente. Et si esset questio de mercatura excogitata significabit illam venturam ad querentem. ¶ Et si fuerit in octaua et fuerit questio de absente vtrum reuertatur an non significat reuersurum. Et si fuerit de accidentibus ciuitatis vel alterius terre significat infirmitates et mortalitates intraturas in eam. Idem intelligas de qualibet domo que inhabitatur et de maioribus consanguineis. Et si fuerit questio de dote vel de hereditate alicuius mortui vel morituri: vel de rebus inimicorum vel vxoruz vel de mercatione significabit quod deuenient ad querentem iuxta quesitum. Si vero fuerit de facturis vel huiusmodi maleficijs significat quod sunt in domo. ¶ Quod si in quarta domus fuerit signum terreum significat quod sunt sub terra. Et si fuerit aquaticum erunt in loco humido. Si autem fuerit aereum erunt eleuate a terra. Siquidez fuerit igneum erunt in extremo eleuationis domus ¶ Si vero fuerit in nona et fuerit questio de aliquo clerico vel episcopo aut similibus vtrum moriatur an non significat eum moriturum. Et si fuerit de aliquo ex suis consanguineis maioribus vtrum sit intraturus in aliquam ecclesiam vel in aliquam religionem significabit illud. Si autem fuerit questio de itinere signignificabit illud durum et graue atque infortunatum nisi esset iturus causa possessionis alicuius. Et si fuerit questio de fama querentis significat eam vilem

q̃si nullam futurã. ¶ Siquidem fuerit in decima ⁊ fuerit q̃stio de magisterio vel arte vel dominio seu dignitate vel honore alicuius ꝯsanguinei maioris se significabit illũ euenturũ illi pro quo fuerit facta questio. Et si fuerit q̃stio de ipsoꝝ vita significat eam longam futuram Et si fuerit questio de re quam querens velit quod ipsi adipiscantur ⁊ maxime stabilem significat eam illis aduenturã. Et si fuerit de statu alicuius ciuitatis vel terre significat eius augmentum atq̃ sublimitatem. ¶ Qđ si fuerit in vndecima ⁊ fuerit questio de fortuna querentis vel alterius cuius sua intersit querere significat eam bonã futuram At si fuerit questio vtrum bona publica deueniant ad manꝰ consanguineorum suorum maioꝝ significabit illud. Et si fuerit questio vtrũ comes vel nuncij comitis seu potestatis vel alterius magnatis intrent in ciuitatẽ aliquã vel in domum alicuius significabit illud. ¶ At si fuerit in duodecĩa ⁊ fuerit questio pro aliqua ciuitate vel terra quid ex ea sit futurũ significat eiꝰ malum esse atq̃ proditionem At si fuerit pro consanguineis significat eorũ detrimentum atq̃ malum esse: ⁊ etiam possit esse ꝙ ducerentur ad carcerem: vel egrotabunt egritudine que cronicabitur. Qđ si fuit questio de aĩalibus magnis vel de aliquo incarcerato vel de absente significat eorũ reditũ atq̃ reuersionẽ. ¶ Si autem fuerit in prima ⁊ fuerit questio de persona querentĩ significat eius malam dispositionem. ¶ Si autem fuerit in secunda ⁊ fuerit q̃stio de lucro significat illud futurũ ⁊ maxime ab amicis vel a rebꝰ stabilibꝰ Sed si fuerit q̃stio de rebus mobilibus timendũ est ne auferant ei ⁊ maxime a maioribꝰ cõsanguineis. ¶ Si vero fuerit in tercia ⁊ fuerit questio de lucro significat ꝙ querens non consequatur illud nisi forte de animalibꝰ maioribꝰ Et si fuerit questio de lucro minorũ consanguineorum vel etiam equalium significabit illud ex proprijs rebus vel ex rebus fixis.

¶ De tercia domo ⁊ eius domino.

Siquidẽ dñs tercie domꝰ fuerit in q̃rta ⁊ fuerit q̃stio de lucro significat querentẽ lucraturũ res stabiles ⁊ rebus stabilibꝰ At si fuerit de aliqua ciuitate vel aliquo castro significat eius durationẽ venturã. Illud idem poteris dicere de domo vel ꝓuincia deuenire post se. ¶ Siquidẽ fuerit in q̃nta ⁊ fuerit q̃stio de filijs significat ꝙ hẽbit eos ⁊ gaudebit ex eis. Et si fuerit de itinere filij vel de his que ꝑtinẽt ad terciam vel ad quintam domũ bona erit q̃stio. ¶ Qđ si fuerit in sexta ⁊ fuerit q̃stio de infirmitate vel de re de q̃ possit irasci q̃rens significabit illam. Et si fuerit de seruo vel ancilla de famulo vel famula de cane vel asture vel ancipitre vel aliquo simili significat eoꝝ fugã ¶ At si fuerit in septima ⁊ fuerit q̃stio vtrum ꝯsanguinei aut vicini opponãt se illi: vel vtrum aliquis suus consanguineꝰ vxoretur: vel si vxor habeat rem cum aliquo ꝯsanguineo: vel de ꝯsanguineis q̃rentis vel cũ aliquo ex vicinis significabit illud. ¶ Si aũt fuerit in octaua ⁊ fuerit questio de morte vel de dote de qua interrogator timet significabit eum casurũ in id qđ timet. Et si fuerit questio de hereditate alicuiꝰ mortui vel de dote mulieris vel de lucro in terra ad quam ire intendit significabit illud licet cũ labore atq̃ fatigatiõe Et si fuerit de absente significat eiꝰ reuersionẽ licet etiã non citã. ¶ Si vero fuerit in nona ⁊ fuerit q̃stio de intrãdo ecclesiã vel aliquã religiõẽ sigñt illud

Et si fuerit questio de morte alicui⁹ ⁊ significator fuerit in fortuna: vel fuerit in fortuna in nona cum eo significabit illam sin autem: non. Et si fuerit q̄stio de itinere significabit illud bonuz nisi mali contra operent̄. Et si fuerit q̄stio vtrum episcopus vel alius prelatus ei amicetur significat illud: idem dicas si fuerit de rebus stabilibus: significat enim pro querente bonū. ¶ Si quidē fuerit in decima ⁊ fuerit questio de arte vel honore vel aliqua alia dignitate vel officio significabit illud. Et si fuerit de itinere matris vel magnatis vel alterius sibi prepositi significat illud. Et si fuerit vtrum sit facturus vel contracturus parentelam cum aliquo se maiori videbitur q̄ fiat. ¶ Nō si fuerit in vndecima ⁊ fuerit questio vtrum sit futurus familiaris regis seu rectoris: vtrum sit occupaturus bona regia vel publica significabit illud: significabit etiam fortunam aduenturaz querenti ⁊ q̄ amplexabitur eum. Et si fuerit de itinere significat illud fortunatum ⁊ bonum. ¶ At si fuerit in duodecima ⁊ fuerit questio de ꝯsanguineis significat eos infirmaturos vel incarceraturos atq̄ proditione circumuenturos. Et si fuerit de animalibus magnis vel de incarcerato significat bonū pro eis. ¶ Si vero fuerit in prima ⁊ fuerit q̄stio de vita querentis vel alterius cum sua intersit querere significat eam longā ⁊ vtilem atq̄ bonam. ¶ Si autem fuerit in secunda ⁊ fuerit questio de reb⁹ mobilibus timendum est ne fiat ei fraus ex eius consaguineis vel a ꝯuicinis vel etiam a suis familiaribus.

¶ De secunda domo ⁊ eius domino.

Siquidem dn̄s scd̄e fuerit in tercia ⁊ fuerit questio vtrum querens amittat res quales habet significabit eum amissurū eas ⁊ hoc accidet causa conuicinorum vel breuium itinerum vel consanguineorū. ¶ Nō si fuerit in quarta ⁊ fuerit questio de censu significat querentem amissurum illum occasione patris vel alicuius de consanguineis. Et si fuerit de rebus stabilib⁹ vel occultis vel subterrat significat bonum statum pro querente. ¶ At si fuerit in quinta ⁊ fuerit questio de filijs significat querentem habiturum eos. At, si fuerit questio quam noluerit tibi patefacere significat q̄ eius intentio est de filijs vel pro filijs. Et si fuerit de nuncio significat eum venturum. ⁊ si dubitauerit ne filia vel filiaster auferat ei bona sua significabit illud. Si autē fuerit de statu familie bona erit questio. ¶ Si vero fuerit in sexta ⁊ fuerit q̄stio ne serui vel famuli auferant sibi de suis rebus: vel vtrū eius familiares infirmentur significabit illud. ¶ Si aūt fuerit i septima ⁊ dubitauerit ne inimici vel latrones vel expulsi auferāt ei bona sua significabit illd̄. Et si fuerit q̄stio de expulso significat eum reuersurum ad patriam suaz. Et si fuerit questio de matrimonio vel de dote vel de mercatione significabit q̄ eueniet ei id quod intendit sed non sequetur inde magnā vtilitatez. ⁊ si esset de ludo significat eum sibi damnosum. idem poteris dicere si fuerit suspicatus de vxore vel de amasia ne furentur ei aliquid. ¶ Nō si fuerit in octaua ⁊ fuerit q̄stio de dote vel de posito vel de debitis recuperandis vel de hereditate mortuoꝝ ⁊ dn̄s prime domus fuerit fortior dn̄o septime significabit illud acquiri At si fuerit questio de absente significat eum reuersurum. ¶ Siquidem fuerit in nona ⁊ fuerit q̄stio de censu timendū est ne auferatur ei ⁊ maxime ab eccl̄a romana.

¶ At si fuerit in decima ⁊ fuerit q̃stio de lucro significat querentē de arte uel dn̄o lucrū habiturū timendū tamē est ne auferant̄ ei lucrata per potestatē vl̄ aliū dn̄atorem ⁊ eo grauius si q̃stio fuerit de hoc ¶ Si vero fuerit in vndecima ⁊ fuerit questio de fortuna significat querentē fortunatū futurū. At si fuerit questio vtrū sit habiturus querens de bonis comitis vel alicuius dn̄i seu magnatis significabit illud: cauendū tamen est ne illud lucruz auferat̄ ei ab amicis. ¶ Si quidē fuerit in duodecima ⁊ fuerit q̃stio pro familia vtruz infirmet̄ significat illud ⁊ infirmitate longa. Idem dicas si fuerit de ipsoruz incarceratione. Sed si fuerit de incarcerato significat eum euasurū. At si fuerit de aīalibus magnis erit questio bona ⁊ vtilis pro querente.

¶ De prima domo ⁊ eius dn̄o.

Si dn̄s prime domus fuerit in secunda ⁊ fuerit questio de lucro ⁊ fortuna fuerit in secūda significabit illud a seipso ⁊ per semetipsum. ¶ At si fuerit in secunda infortuna cōtrariū significabit. ¶ Si fuerit in tecia ⁊ fuerit questio de itinere ad consanguineos vel ad cōuicinos significat illud bonū ⁊ vtile. ¶ Si fuerit in quarta ⁊ fuerit questio de possessione occupāda bona erit questio in omnibus alijs erit contraria. ¶ At si fuerit in q̄nta ⁊ fuerit questio de statu querentis significabit illud bonū ⁊ quod gaudebit ex filijs ⁊ comestionibus ⁊ letabit̄ inde ⁊ ex eis his que significant̄ per quintaz domum. ¶ At si fuerit in sexta ⁊ fuerit q̃stio de re de qua sit querens habiturus iram vel angustiā vel dubitauerit de infirmitate ventura vel de non cōgruo labore siue ignoto significabit eum casurum in id qd̄ timet. ¶ At si fuerit de acquisitione seruorū vel famulorz vel seruiētis aut aīaliū paruorū significabit illud. ¶ Si autē fuerit in septīa ⁊ fuerit questio de coputatione mulieris aut de mercatione vtrū fiat vel non significabit illud. At si fuerit de expulso vel exule vtrū reuertat̄ ad propria vel non significabit eum reuersurum: in omnibus alijs negocijs cōtrariū significabit. Si quidē fuerit ī octaua ⁊ fuerit questio de infirmo significat eū moriturum: ⁊ eo magis si fuerit ibi mars aut luna vl̄ mercuri⁹ impedit⁹. Si vō fuerit de acq̄sicōe cēsus alieni vl̄ de dote vl̄ de hereditate alic⁹ mortui sigcabit illud ¶ Si fuerit in nona ⁊ fuerit q̃stio de viatione vel introitu alic⁹ in aliquā ecclesiam vel religionem significabit illud. At si esset de itinere longo significat ꝙ iter non fiet tempore ordinato ⁊ si fuerit inceptū non perficiet̄. ¶ Si fuerit in decima ⁊ fuerit q̃stio de aliquo dominio vel magisterio vel dignitate significat ꝙ perueniet ad querentē quod intēdit. ¶ At si fuerit in vndecima ⁊ fuerit q̃stio de aliqua re quā expectat querens: ⁊ est cū amicis vel ab amicis ⁊ de qua ipse habet fiduciam significat ꝙ eueniet ei ſm ꝙ intēdit. Si aūt fuerit in duodecima ⁊ fuerit questio de carcere vel de infirmitate cronica vl̄ melancolica vel de proditione vel de iniuria seu violencia factura vel euentura querenti significabit illud Si fuerit ibi venus aut saturnus aut pars fortune cum dn̄o primi: quoniam ista mitigarent predicta cōtraria ⁊ maxime in facto incarcerati: significaret enim exitum ipsius a carcere. Sed si fuerit questio de peregrinis vel de animalibus magnis significabit bonum. Aspice tamen si ceciderint significatores in loca predicta vtrum aspiciant̄ ab alijs planetis uel non: vel vtrū iun-

gantur cum eis in locis illis: quoniam boni augebunt bonũ ⁊ minuent malũ mali vero augebunt malum ⁊ minuent bonum.

¶ De facilitate inueniendi significatũ vniuscuiusq; domus.

Hec omnia introduxi tibi de significatis .12. domorum vt esset tibi leue inuenire significatũ vniuscuiusq; domus: quoniã fuerũt aliquãdo aliqui de quibus vidi plures qui credebant astrologos debere operari solũmodo per primã ⁊ septimã domũ. primam dabant querenti: ⁊ septimam quesito seu rei quesite quod iudicio meo non erat cõueniens: ⁊ feci hoc ad tuũ minorem laborem: quoniã erat graue semper querere per omnes domos vt inuenires significatorẽ cuiuslibet rei quesite. Et quia non inueni aliquẽ predecessorẽ nostrorũ intromisisse se de hoc quod ego vnq̃ meminerim nõ q̈ credã eos ignorasse sed quia teduit eos subire tm̃ laborẽ ⁊ etiaz relinquebãt illud industrie sapientũ. Unde si fiat tibi questio de aliqua re poteris scire per quam domũ possis inuenire significatorẽ rei quesite. Et possem tibi dicere multa alia significata .12. domorũ sed inducerem te in tantam prolixitatem atq; cõfusionẽ q̈ generaret tibi tediuz: vnde videt̃ mihi q̈ possent tibi sufficere illa que dixi tibi: quia vix aut nunq̃ puenient ad te tales questiones vel tales natiuitates quin tu bene posses satisfacere per predicta. Poteris enim predicere nato seu querenti quid ei accidere deberet ex omnib⁹ supradictis toto tp̃e vite sue si bene scieris horam natiuitatis ipsius ⁊ volueris recte intueri oĩa supradicta cum discretione. Et ego dicam tibi suo loco ⁊ tempore qualiter quelibet persona debeat considerari siue pro se querat siue pro alio ⁊ quis debeat querere pro alio ⁊ quomodo. Quoniam aliter aspicit̃ illi qui queret p̄ semetipso. Aliter qui querit pro alio. Aliter si querat ciuis vel habitator alicuius loci. Aliter si querat expulsus vel bannitus vel exulatus seu absens. Aliter si querat clericus. Aliter si querat laicus. Aliter si querat clericus de laico ⁊ econtra. Et aliter si rex querat de subiecto ⁊ econtra. Aliter si rex de populo. Aliter si econtra. Aliter si papa de episcopo. Aliter si episcopus de papa. Aliter si episcopus de suis clericis. Aliter si clericus de suo ep̄o. Aliter si dñs de seruo. Aliter si econtra. Et ita de omnibus diuersitatibus personarum intellige quas diuersitates ⁊ domos que dant̃ eis dicam tibi post hoc ĩ iudiciorum negocio: sic enim quelibet persona inueniet rem questionis atq; iudicij. ¶ Capitulũ septimũ de numeratione domoruz ⁊ quare incipiunt a prima ⁊ vadunt versus quartam ⁊ a quarta in septimã ⁊ a septima in decimã ⁊ a decima in primam.

Ut satisfiat questioni ⁊ querenti de numeratione .12. domorum. Si aliquis vellet dicere q̈ non fiat ſm rectũ ordinem numerande sunt. Numeramus enim eas incipiendo a prima eundo sub terra versus quartam, ⁊ a quarta versus septimã ⁊ a septima versus decimã ⁊ a decima versus primaz que numeratio seu cõputatio domorũ videt̃ fieri a dextra in sinistrã. videtur nãq; q̈ debeam⁹ eas numerare a prima eũdo versus decimã ⁊ a decima in septimã ⁊ a septima in quartã ⁊ a quarta in primã. Nã tunc incederem⁹ ſm ordinẽ quo scribim⁹ incipiẽdo a sinistra eundo versus dextrã. Causa quare hoc fuit hec est: quoniã licet celũ voluat̃ ab oriente in occidentem motu primo.

tamen planete qui habent imprimere in corpora inferiora mouent ab occidente in orientē motu secundo in cōtrariā partē motus primi qui est a dextra in sinistrā: quoniā est contra successionē signorum: ascendunt enim signa de sub terra que est sinistra celi ad illud quod est supra terram que est dextra ipsius. ¶ Sed posses tu dicere forte quod planete aliquando currunt in partem motus primi. s. quando sunt retrogradi. ¶ Ad quod potest ita responderi quod motus retrogradationis non est naturalis sed potius accidentalis: nec tamen est ex toto cum motu primo imo est semper secundum aliquid in contrarium motus primi. s. ex motu circulorū deferentiū eos ad orientem in cōtrariū partis primi motus.

¶ Capitulū octauū que domus sunt fortes que fortiores que debiles que debiliores et que mediocres.

Feci tibi superius mentionē de. 12. domibus que turres seu cuspides appellant et de ipsarū significatis a prima vsque ad duodecimā antecedendo: et a duodecima vsque ad primā retrocedendo successiue. Restat nūc dicēdum que ipsarum sint fortes, que fortiores que debiles que debiliores que mediocres. ¶ Fortes sunt quatuor anguli. s. prima domus que est angulus orientalis: decima que est angulus meridionalis: septima que est angulus occidentalis: quarta que est angulus septētrionalis Et ex illis quatuor due sūt fortiores alijs. s. prima et decima. ¶ Debiles sunt quatuor que sunt cadētes ab angulis. s. tercia que cadit ab angulo terre que est quarta domus: nona que cadit ab angulo meridionali que est decima domus: duodecima que cadit ab angulo orientali que est prima domus, sexta que cadit ab angulo occidētali que est septima domus. Et ex illis quatuor due sunt debiliores alijs. s. sexta et duodecima. Relique vero quatuor que sunt. 2. 5. 8. et. 11. sunt mediocres: sed tamen habent maiorē participationē cū fortibus quia vadunt ad eas quam cū debilibus: quoniā licet sint cū eis contigue sicut cū fortibus tamen recedūt ab eis et vadunt ad fortes. Nā secunda que succedit prime vadit ad eam: quinta que succedit quarte vadit ad eā: octaua que succedit septime vadit ad eā vndecima que succedit. 10. vadit ad eam. ¶ Et dixit zahel quod digniora et fortiora loca circuli sunt anguli: minus vero digna et minus fortiora sunt succedentia: debiliora vero ceteris alijs locis sunt cadētia. Et dixit quod anguli significant res pñtes. s. prima. 10. 7. 4. succedētia significant quod est futurū et quod succedit ei quod est pñs. s. 2. 5. 8. et. 11. Cadentia vero significant quod iam fuit et quod recessit et nō est modo s. 3. 6. 9. et. 12. Ex predictis angulis est fortior et dignior angulus oriētalis. s. ascendēs. Et planeta que est in eo est fortior: et maxime si habuerit ibi aliquā dignitatē vel domū: s. aut exaltationē aut terminū vel triplicitatē seu faciē nisi esset in casibus exceptatis: vel si esset dñs. 7. in ascēdēte et similiter: deinde succedit angulus medij celi. s. 10. in fortitudine. vnde planeta que fuerit in. 10. domo dicitur esse minus fortis quam ille qui est in ascēdēte nisi in dignitatibus vel magistratibus seu magisterijs vel alijs officijs laicalibus et que ad laicos spectant vt alias dictum est. Et iterum aliquid minus fortis erit ille qui fuerit in angulo occidentali scilicet in septima domo quam ille qui fuerit in decima Et adhuc erit minus fortis ille qui fuerit in angulo terre qui est quarta domus quam ille que fuerit in septima. ¶ Et post angulos fortiora sunt succedentia vt dixi tibi:

sed vndecima domus est fortior ceteris alijs succedētib⁹: ⁊ succedit ad quartam in fortitudine: sed tamen erit planeta qui fuerit in ea minus fortis q̄ ille qui fuerit in quarta. Et quinta succedit vndecime in fortitudine. vnde planeta qui fuerit in quinta erit aliquid minus fortis q̄ ille qui fuerit in vndecima exceptis proprijs significatis cuiuslibet domus in quibus est fortior ei⁹ dn̄s q̄ alius distinguenda significata prout sunt. Sed tamen licet succedentia dicant̄ esse fortiora cadentibus nona que est de cadentibus est fortior q̄ sit secunda vel octaua que sunt de succedentibus Et planeta qui fuerit in nona erit aliquid minus fortis q̄ ille qui fuerit in quīta: sed fortior illo qui fuerit in secū̄da vel octaua: Et tercia dom⁹ succedit nonā in fortitudine: ⁊ precedit secundā ⁊ octauā in aliquib⁹ casib⁹. vnde planeta qui fuerit in tercia erit minus debilis q̄ ille qui fuerit in secū̄da ¶ Unde predicta septē loca sūt meliora fortiora ⁊ laudabiliora ceteris alijs. s. ascendēs qui est fortior decima: ⁊ decima est fortior septima: ⁊ septima q̄ est fortior quarta: ⁊ quarta que est fortior vndecima. ⁊ vndecima que est fortior quinta: ⁊ quinta que est fortior nona: ⁊ nona que est fortior tercia. Post illa septē loca fortior siue minus debilis est tercia quoniā est dom⁹ in qua gaudet luna: tunc eni p̄ualet tercia secū̄de atq̄ octaue vt in itinerib⁹ ⁊ sitib⁹ sicut dictū est in quibus domib⁹ gaudent planete. Deinde secunda qm̄ ascendit post primā: in domo aūt octaua dicit̄ esse magnū infortuniū qm̄ est dom⁹ mortis nec aspicit ascendens. Residue aūt due domus sexta. s. ⁊ duodecima sunt male atq̄ valde debiles ⁊ infortunate: ⁊ dicunt̄ deteriores ceteris domib⁹. Et omnis planeta qui fuerit in his erit nullius profect⁹ qm̄ sexta ab ascendente non aspicit ascendēs ⁊ est cadēs ab eo: ⁊ est dom⁹ infirmitatū ⁊ oīm viciorū ⁊ oīm morborū tam sepabiliū q̄ insepabiliū. Et est locus gaudij martis qui gaudet in cōbustionibus sanguinis effusione ⁊ in omibus maleficijs que exercent̄ per ferrū uel ignem ¶ Duodecima dom⁹ silr̄ est cadens ab ascendēte nec aspicit illud: ⁊ est locus inimicorū occultorū nō publice aduersantiū: ⁊ est locus angustie meroris laboris atq̄ tristicie ⁊ planct⁹ ⁊ lamentationis: ⁊ est locus gaudij saturni qui gaudet in planctu tristicia labore atq̄ lamentatione ¶ Caplm nonū q̄ planete vadunt contra firmamentū. s. contra motū primū.

Dixit albumasar ⁊ phi cōcordāt i hoc q̄ oēs planete currunt motu proprio contra motū firmamenti nisi essent forte retrogradi qd̄ accidit trib⁹ planetis supiorib⁹ saturno. s. ioui ⁊ marti ⁊ duob⁹ inferioribus. s. veneri ⁊ mercurio: luminaribus uero non accidit retrogradatio: accidit tn̄ eis velocitas cursus ⁊ eius tarditas. ¶ Cauda vero ⁊ caput draconis currunt in cōtrariū mot⁹ planetarū. s. cōtra successionē signorū. ¶ Planete enim vadunt de ariete in taurum: de tauro in geminos: de geminis in cancrū: de cancro in leonem: de leone in virginē: de virgine in libram: de libra in scorpionē: de scorpione in sagittariū: de sagittario in capricornū: de capricorno in aquariū: de aquario in piscem: de pisce in arietem. ¶ Caput aūt ⁊ cauda vadunt in contrarium hui⁹ motus: vadunt enim de ariete in piscem. de pisce in aquariū: de aquario in capricornū: ⁊ ita vsq̄ ad finē signorū retrogradādo: Et dixit iterū caucaph caput enī draconis ⁊ cauda nihil aliud est q̄ circulorū luminarium

adinuicē in duobus locis oppositis intersectio: vnde in illis locis vel circa illa loca per.12.gradus vel quasi accidit luminaribus eclipsis.

¶ Capitulū decimū de coloribus quos significāt domus.

Cum predicte.12.domus habeant significare supradicta posset forte aliquis existimare q̄ nō habent significare aliqua alia. Sed nō est ita imo significant ne dum predicta sed significant colores diuersos inuicem. Nam prima domus ⁊ septima significant albedinē. secūda ⁊ duodecima significāt viriditatē. tercia ⁊ vndecima significāt croceitatē. quarta ⁊ decima significant rubedinem. quinta ⁊ nona significant colorem mellitum. sexta ⁊ octaua significāt nigredinē. vnde si fuerit necesse tibi aspicere pro aliqua re in colore aspice in qua domo ꝝ inueneris significatorē ⁊ ꝟm illam domū iudica de colore rei quam quesieris.

¶ Capitulū vndecimū in quibus domibus planete gaudent.

Dixerunt albumasar ⁊ alchabicius q̄ vnusquisqꝫ planetarū septem habet quandā potentiā accidentalē in aliqua ex supradictis.12.domorū que vocaꝛ gaudiuꝫ. ¶ Nam mercurius gaudet in prima qm̄ prima domus habet significare corpus nati seu querentis: ⁊ ob hoc gaudet mercuriꝰ in eo quia ipse significat scientiā ⁊ ipsa est res qua magis adaptaꝛ persone nati seu querentis q̄ꝫ aliqua alia: ipsa enim sola potest nobilitare hominē quod nullum aliud accidens potest facere. ¶ Luna gaudet in tercia quoniā tercia habet significare breuia itinera ⁊ festina ⁊ que cito mutanꝛ ⁊ reiteranꝛ. vnde qꝛ luna significat etiā veloces ⁊ festinas mutationes de vno ꝓposito ad aliud de vna re ad aliam: ob hoc gaudet in ea: quia nulla alia domus habet hoc significare. ¶ Venus gaudet in quinta quoniā est domus gaudij ⁊ delectationis ⁊ tripudij: ⁊ ipsa habet hoc significare: ideo gaudet in ea quia cetere domus nō significant hoc. ¶ Mars gaudet in sexta quoniā est domꝰ deceptionis ⁊ infirmitatū et seruorꝫ: ⁊ ipse habet significare seruos ⁊ deceptores ⁊ mendaces atqꝫ falsidicos ⁊ ideo gaudet in ea quia cetere domus non significant hoc. ¶ Sol gaudet in nona que est domus religionis quia ipse naturaliter significat religionē ⁊ ideo gaudet in ea quia cetere domus nō significāt hoc licet ipse significat etiam aliud. ¶ Jupiter gaudet in vndecima quoniā ipse est fortuna ⁊ habet significare fortunā ⁊ lucrū: ⁊ est naturaliter significator pecunie ⁊ questus ⁊ domus vndecima significat illud. ¶ Saturnus gaudet in duodecima quoniā ipsa est domus meroris ac tristicie laboris lamentationis ⁊ fletus ⁊ saturnus gaudet in illis ⁊ similibus.

¶ Capitulū duodecimū in significationibus domorū vel angulorū succedentium ⁊ dn̄orum angulorum succedentium ⁊ cadentium

Est dictū in significatione.12.domorū q̄ anguli significant fortitudinē ⁊ perfectionē ⁊ aduentū rerum festinū ⁊ magis velocē: ⁊ significant anguli ⁊ eorꝫ dn̄i magnitudineꝫ honoris ⁊ precij atqꝫ fortune. Cadentia vero ab angulis significant debilitatē ⁊ detrimentū ⁊ infortuniū ⁊ tectionē rerū preter nonam ⁊ terciam que significant apparitionē. sexta vero ⁊ duodecīa significant occultationē ⁊ tectionē ⁊ vilitatē reruꝫ ⁊ dedecus ⁊ casuꝫ festinū. Succedētia vero angulorꝫ significant fortitudinē ⁊ fortunā mediam. Nam

vnde cima que succeit decime est fortior ⁊ dignior alijs ⁊ significat fortunaꝫ mediam ex amicis ⁊ ex eo ꝙ quis habeat fiduciam aliquam vel ex alia causa de his que significantur per domum vndecimam. quinta vero domꝰ que succedit quarte significat fortunã mediã ꝑ donationes ⁊ per causam filiorũ ⁊ alacritatum atqꝫ leticia vel ex alia causa de his que significant per quintam domũ. ¶ Secunda vero que succedit ad primã significat fortunã mediã ex causa substantie ⁊ ministroꝝ ⁊ familiarioꝝ vel etiã alicuius eoꝝ que significant per domũ secundã. ¶ Octaua que succedit ad septimã significat fortunã mediã ex substantia que hereditat ex mortuis quã quidam almauerith vocant. At dixit alchabitius ꝙ significat eam ex rebus occultis vel saltim alia causa de his que significant per octauã domũ.

¶ Capitulũ. 13. de significatione dñoꝝ angulorum ⁊ angulis ⁊ primum de dño primi in primo.

Cum dñi angulorũ fuerint in angulis habent ista significare: quoniã cũ dñs primi fuerit in primo significat fortunaꝫ nati ⁊ eius acquisitionẽ ꝑ semetipsum ex sua industria ⁊ fatigatione sui corporis ⁊ ꝑ suam familiã per suũ studiũ ⁊ per suas sollicitudines ⁊ per ea que significant per primã domũ ¶ Dñs aũt fuerit in decima significat eius fortunaꝫ per magistratos suos ⁊ ꝑ officia seu potestarias ⁊ ꝑ magisteria sublimia ⁊ altiora: ⁊ etiã per regẽ ⁊ cõicationem cum regibus seu magnatibꝰ ⁊ similibus: ⁊ per ea que etiã significãtur per domũ decimã. ¶ Dñs aũt fuerit in septima significat eius fortunaꝫ ꝑ conuentiones ⁊ contractus quos faciet cum hominibus qui erunt sibi vtiles ⁊ etiam per vxores ⁊ causa mulieruꝫ ⁊ sociorũ ⁊ per ea que significant ꝑ domũ septimam. ¶ Dum aũt fuerit in quarta significat eius fortunam causa patris vel aui vel soceri vel causa alicuius hereditatis que ꝑueniet ad eum vnde lucrabit: ⁊ per productionẽ fluminũ seu aliarũ aquarũ ⁊ plantationes arborum ⁊ edificationes domorum ⁊ causa rerum antiquarũ ⁊ radicalium: vel per thezaurũ absconditũ queꝫ inueniet subterratum ⁊ similia vel per ea que significant per quartam domum.

¶ De dño decime in decima.

Cum vero dñs decime fuerit in decima significat fortunã per regnũ magnũ ⁊ per regem ⁊ magisteria altiora ⁊ per ea que significant ꝑ decimã domum. ¶ Et cum fuerit dñs decime in septima significat fortunã ꝑ regem seu regnum ⁊ per victoriã contentionuꝫ ⁊ per illos quos habebit contra se contendentes ⁊ ex causis mulierũ vel per ea que significant per septimaꝫ domum. ¶ Cum fuerit dñs decime in quarta significat fortunaꝫ per regnum ⁊ per coadunationẽ tributorũ ⁊ per tributoꝝ causas seu occasiones eorum ⁊ per cultus terrarum ⁊ edificationes ciuitatũ castroꝝ ⁊ similiũ: ⁊ per eductiones ⁊ diuisiones aquaꝝ ⁊ fluminũ: ⁊ per custodias ciuitatũ castroꝝ ⁊ similiũ ⁊ per res antiquas ⁊ effossiones sub terra vel per aliquã ex rebus que significant per quartam domum: ¶ Dñs aũt fuerit in prima significat fortunã ꝑ regnũ ⁊ ꝑ rem laudabilẽ ⁊ famosaꝫ ⁊ per ingeniũ sue persone: ⁊ per moram cuꝫ regibus ⁊ magnatibus ⁊ eoꝝ ꝓpinquitatẽ ⁊ ex causa vulgi vel per ea que significant per primam domũ.

¶ De dño septime in septima.

Cum dñs septime fuerit in septima signt fortunā p negociationes ⁊ conuētiones ⁊ ꝑmutationes. Et si fuerit mulier p lactationes ⁊ nutricationes ⁊ vir p mulieres ⁊ socios ⁊ p vsus seminādi ⁊ silia vel p ea que significant p septimā domū. ¶ Cū fuerit in quarta signt fortunā p cōuentiones mulierū ⁊ lucrabunt mulieres ꝑ ipso ⁊ in ei⁹ vtilitatē ⁊ p negociationes patrū ⁊ anoꝝ ⁊ eoꝝ causas: ⁊ per causas hereditatū ⁊ plantationes arboꝝ ⁊ vinearū ⁊ cultus terre ⁊ similiū: vel p ea que significant p quartā domū. ¶ Cū fuerit dñs septime in prima signt fortunā ⁊ questū ⁊ negociationes p causas medicine: ⁊ p astronomiā ⁊ p res ⁊ per opationes in spūalibus rebus atq ingenijs vel p ea que significant per primā domū. ¶ Cū aūt fuerit dñs septime in decima signt fortuniū per causas regis vel p ea que significant p decimā domū.

¶ De dño quarte in quarta.

Cum dñs quarte fuerit in quarta significat fortunā per cām magisteriorū ⁊ artiū fabriliū. Et si fuerit de genere agricularū signt ei⁹ fortunā per cultus terre ex fructu seu questu per causas patrū ⁊ similia ⁊ res antiquas vel per ea que significant p quartā domū. ¶ Cū aūt fuerit dñs quarte in ascēdēte signt fortunā ex cultu terre ⁊ fructu p ingeniū ⁊ cōsilij ꝑfunditatē ⁊ p ea q̄ significant per primā domū.

¶ De dño quarte in decima.

Cum aūt fuerit dñs quarte in decima significat fortunā ex cultu terrarū ⁊ ex fructu seu questu p causas regū ⁊ magnatum seu nobiliū ⁊ diuitū: ⁊ p fructus magisteriorū ⁊ ex eoꝝ causa ⁊ similia: vel p ea q̄ significant p decimā domū.

¶ De dño quarte in septima.

Cum vero fuerit dñs quarte in septima signt fortunā ⁊ lucrū seu questum atq ꝑfectū ex cultu terre ⁊ ex fructu p cās vxorū socioꝝ ⁊ inimicoꝝ atq cōtentionū ⁊ p negociationes ⁊ silia que significant per septimā domum.

¶ De significatione dñoꝝ succedentium in succedentibus.

Domini vero succedētiū in succedētib⁹ signt fortunā mediā: in succedētibus quilibet coꝝ in quolibet succedēti p ea q̄ signt p illud succedēs sicut dictū est de dñis anguloꝝ in quolibet angulo ſm sua significata.

¶ De significatione dñorum cadentiū in cadentibus.

Domini aūt cadētiū signt infortuniū ⁊ impedimētū: in cadētibus quilibet coꝝ in quolibet cadenti p ea q̄ signt p illud cadēs sicut dictū est de dñis anguloꝝ in quolibet angulo ſm sua signata. Ista sunt q̄ significāt dñi predictarū domoꝝ in predictis domib⁹ sed exemplificatū est de dñis angulorū vt sit exemplar de dñis succedentiū ⁊ de dñis cadentiū.

¶ Capitulum .14. de inueniendo significatorem rei quesite.

Et ad hoc vt tu nō cadas in errorē neq in ambiguitatē de signationib⁹ rerū que significant p quālibet domū: docebo te inuenire planetā qui fuerit significator rei quā tu q̄sieris. Nō enī est dñs signi semp significator rei q̄ significat p domū illā de qua querit imo est aliqn aliq̄s planeta dñs dom⁹: ⁊ ali⁹ qui non est dñs dom⁹ est fortior in domo illa. Fortiorē n dicit ille q̄ habet ibi plures dignitates seu fortitudines: ⁊ qui fuerit pluriū fortitudinū in domo rei: vel qui habet significare rem illam de qua est questio. Et ille planeta dicit significator quem alchabicius almutes vocat .i. victor. Et dicitur victor quoniam excedit alios planetas in fortitudine in domo quesita.

Cuius exemplar est hic: facta fuit quedam questio de substantia cuius ascendens fuerit primus gradus pisces. Aries fuit secūda domus videlicet sextus gradus eius que est domus substantie videt̃ modo ꝙ mars qui est dn̄s arietis sit significator substantie sed non est ita. ¶ Mars habet ibi sex fortitudines tm̄ quoniam habet ibi quinqꝫ ex domo ⁊ vnam ex facie ⁊ sic sunt ibi sex fortitudines martis. Et est idem signum exaltatio solis qui habet ibi septē fortitudines quartuor ex exaltatione ⁊ tria ex triplicitate ⁊ sic sol habet ibi septem fortitudines predictas. Unde ipse remanet significator substantie ⁊ non mars propter maiorē numerū fortitudinū quam habet ibi sol. Tamen licet sol in hac questione sit dn̄ator super substantiam erit mars ipsius particeps sed poterit ibi minus q̄ꝫ sol. ¶ Et si sol fuerit taliter impeditus ꝙ nō poterit esse significator deueniet tunc significatio ad martem: ⁊ silr̃ ad iouem si mars fuerit debilis ita ꝙ non possit esse significator. Et luna erit semper particeps. ¶ Preterea iupiter habet ibi aliquid facere: vnde habet aliqualem participationē cum eis: habet enim ibi duas fortitudines propter terminuꝫ quem habet ibi: ⁊ etiā est particeps alia de causa qm̄ est naturaliter significator substantie. Et fuit in hac questione. 12. gradus tauri tercia domus: vnde si esset questio de fratribus vel de aliquo de his que significant̃ per terciam domū oportet te prospicere tunc planetam qui esset fortior in ea. Et ita intellige de ceteris domibus ⁊ de ceteris significatis earum. Et debes etiam prospicere in questione de substantia partem substantie quā poteris sic inuenire. Uide quis planetarū sit significator substantie: ⁊ vide in quo gradu alicuius signi ipse sit ⁊ minue illū de gradu domus substantie ⁊ illud quod remanet est locus partis substantie sicut tu inuenies quando suo loco de partibus tractabit̃. Tamen ponam tibi hic exemplū secunde domus isti⁹ questionis que est domus substantie que fuit. 6. gradus arietis. Et mars qui est dn̄s arietis fuit inuētus in. 8. gradu scorpionis. Debes nunc minuere scorpioneꝫ de ariete sed hoc non potes quia tu non potes minuere. 8. de vno adde. 8. 12. signa ⁊ minue. 8. gradus scorpionis de. 12. signis ⁊. 6. gradibus ⁊ remanebunt tibi. 4. signa. 28. gradus incipiesqꝫ proiecere a. 6. gradu arietis qui est initium domus substātie: ⁊ cadet pars substātie in leone in. 28. gradu eiusdē leonis. Et ita facies de parte fortune ⁊ ceteris partibus. Sed pars fortune accipitur alio modo ⁊ leuiori sicut in tractatu de partibus dicet̃. Et ita facies de ceteris domib⁹ de tercia scilicet ⁊ quarta ⁊ quinta ⁊c̄. Et sic inuenies significatorem rei quam quesieris semper ponendo significatorem illuꝫ qui fuerit maioris fortitudinis in domo significante rem quesitam.

¶ Capitulū decimūquintū de potestatibus accidentalibus.

Dicitur de planetis ꝙ sint in sua similitudine seruato tamen modo sm̄ ꝙ dicetur in tractatu de partibus quam alchabitius ⁊ alij sapientes ayꝫ vocāt. s. cū planeta diurn⁹ fuerit in die supra terrā ⁊ i nocte sub terra ⁊ nocturn⁹ i nocte supra terrā ⁊ i die sub terra. Et planeta masculin⁹ cū fuerit i signo masculio ⁊ fem̄⁹ i signo femo. Cū sic fuerit planeta dr̃ eē i sua siltudine.

Quoniam diurna gaudēt diurnitate: nocturna nocturnitate: masculina ma-
sculininitate: feminina femineitate. Unde cū planeta fuerit significator ali-
cuꝰ rei ⁊ fuerit in sua similitudine melius ⁊ perfectius: pficiet rem quam signi-
ficauerit q̄ cum non fuerit in sua similitudine. Et est ayz quedam fortitudo
⁊ tunc erit planeta aliquantuluz fortior q̄ cum nō est in sua ayz: sicuti est qui
est i statu i quo lucretur ⁊ satisfacit quodāmodo sue intētioni ⁊ proficit ⁊ for-
tuna videt ei fauere.

¶ Incipit tractatꝰ tercius de naturis septē planetarū: ⁊ quid sit illis pprium: ⁊ quid habeat significare de esse cuiuslibet rei ßm esse suū ⁊ ßm naturas suas ⁊ quid imprimant in inferiora ßm diuersitatem qualitatū suorum motuum.

¶ Capitulum primum de saturno quid significet.





Ostq̄ peruentum est ad perfectionez eius qd̄ intendebatur de circulo signorum ⁊ eius diuisione atq̄ accidētibus ipsiꝰ faciendū est illud sequi cōmemorationem septē planetarū ⁊ narrare naturas ipsorū ⁊ eorum significata ⁊ impssiones quas imprimunt in inferiora: ⁊ primū de saturno. ¶ Dixit alchabicius: saturnꝰ est planeta masculinꝰ diurnus: ⁊ opat frigiditatem ⁊ siccitatem distemperatam: ⁊ est significator

patrum ⁊ auorum ⁊ oīm ascendentium qui significantur per quartā domum
sed hoc potius est per accidens q̄ per naturam: ipse enim naturaliter habet
significare personam seu corpus nati: propterea q primū qd accidit homini
est ꝑsona per quam datur sibi esse. Et saturnus est in primo circulo planetaꝝ
⁊ est primus planeta in ordine ipsorum: ⁊ quem omnes alij sequuntur: ⁊ etiā
primus qui exercet opationē suā in concepto post casum seminis in matricē
constringendo ⁊ coadunando materiam illam de qua formatur conceptus
Operationes enim stellarum fixarum que sunt principale agens nō sentiunt
in his manifeste sed planetarū tantū que sunt agens scdario. ¶ Alchabicius
vero ⁊ alij qui dixerūt q saturnus est significator patrum ⁊ rerum antiquarū
⁊ grauium habuerunt respectū ad eius tardum motum ⁊ grauem ⁊ eius pon
derositatem: ⁊ ob hoc posuerunt ipsum significatorem parentum antiquorū
⁊ rerum antiquaꝝ ⁊ grauium nec sine conuenienti causa. ¶ Qd si fuerit signi
ficator alicuius natiuitatis ⁊ ipse orientalis ⁊ fuerit natiuitas diurna de leui
non perueniet natus ad complementū sue vite naturalis poterit tn̄ peruenire
vsqȝ ad iniciū senectutis que est a .60. anno in antea nisi aliud impediat ꝯtra
naturam: sicut videmus maximam partem hoīm mori ante tempus debitū
vt ferro igne casu ruina submersione ⁊ multꝭ alijs de causis que non sunt de
consideratione nature neqȝ de ipsius intentione prout superius dictum est
Si autem fuerit orientalis ⁊ natiuitas fuerit nocturna significat q nati vita
erit vsqȝ ad finem senectutꝭ nisi predicta impediant vt dixi: de quibus dicet
infra in tractatu natiuitatum. ¶ Et dixit totū q significat grauitatē frigoris
⁊ siccitatis distemperate. Et ex humorib⁹ significat melancoliam. Et ex cō-
plexionibus corpoꝝ significat melancolicam: ⁊ fortassis erit illa melancolia
cum admixtione flegmatis: ⁊ cū ponderositate atqȝ grauedine corporis nati
ita q non erit leuis incessus: nec leuiter saliens: nec adiscet natare vel similia
que faciunt ad ostendendum leuitatē corporis: ⁊ erit fetidus ⁊ mali odoris
ac si sit de fetore yrcino: ⁊ facit homines multe comestiōis. Et si inciperet sa
turninus diligere aliquem quod raro contingit diliget eum dilectione vera.
Et si inceperit odire aliquē quod pluries accidit odiet eum odio vltimato ⁊
vix aut nunqȝ desistet ab odio illo. ¶ Et dixit albuaz q si fuerit boni esse si-
gnificat profunditatem scientie ⁊ consilium bonum ⁊ profundū tale q vix
aut nunqȝ sciet ali⁹ meliorare illud. Et ex magisterijs significat res antiq̄s ⁊
laboriosas ⁊ graues ⁊ preciosas: ⁊ opera aquatica vel que fiūt prope aquas
sicut sunt molendina pontes naues ⁊ similia: ⁊ productiones aquarū: ⁊ cult⁹
terre scȝ agrorum: plantationes arborum: edificationes domoꝝ ⁊ maxime
domorum religiosorum induentiū nigras vestes si fuerit fortunatus ⁊ boni
esse. Si autem fuerit infortunatus ⁊ mali esse significat res antiquas ⁊ viles
sicut sunt ligonizationes fossiones fouearum vilium ⁊ in locis fetidis: ⁊ por
tationes lapidum ⁊ cemēti cum collo ad muros ⁊ maxime ad muros subter-
ratos vel ciuitatū ⁊ qui fiunt iuxta foueas: ⁊ confectiones multaꝝ ex quib⁹
fiunt lateres similia. Et vt multum tales viuunt in labore ⁊ angustia ⁊ pauꝑ
tate: ⁊ comedūt mala cibaria ⁊ fetida. ¶ Et dixit alchabicius q habet signi

ficare nautas scz viles cũ fuerit mali esse. Et si fuerit boni esse significat nautas magnos ⁊ diuites illos scz qui ditantur ex nauigatione: ⁊ erit vere dilectionis ⁊ spaciosus ⁊ patiens. Et si fuerit saturnus mali esse natus indiscret⁹ tristis merens male suspitionis studens in suspicando omne malum: ⁊ in cõmouendo homines susurrationib⁹ ⁊ malis instigationibus. Et si fuerit boni esse significat res antiquas ⁊ durabiles sicut sunt hereditates que deueniunt aliunde: ⁊ maxime ex mortuis ⁊ predia que acquirent̃ ab eo per phas poti⁹ q̃ per nephas. Si vero fuerit mali esse significat q̃ vtet̃ nat⁹ aquis putridis ⁊ sordidis ⁊ paludosis ⁊ fetidis ⁊ veterib⁹ que diutius steterunt in vno loco sicut in piscinis ⁊ similibus: ⁊ aquis mali saporis ⁊ conuertibilibus nec abhorrebit eas bibere: et libenter morabitur in paludibus vel prope ipsas: et comedet pisces putridos ⁊ carnes putridas: nec videbitur sentire inde nocumentum. Et habet significare de infirmitatibus epilensiam siue morbum caducum: significat morbos flegmaticos ⁊ melancolicos ⁊ congelatos duros terrestres ⁊ cõpactos: ⁊ vt multum habet significare morbos qui non curant̃ vt lepra albaras morphea fistule profunde ⁊ caue atq̃ dure ⁊ in locis neruosis ⁊ alias similes egritudines. Et significat q̃ accident illi morbi nato cum fuerit saturn⁹ significator ⁊ fuerit talis esse. ¶ Et in questionib⁹ infirmitatũ vt multum significabit tales egritudines. Et significat peregrinationes longinquas ⁊ laboriosas: ⁊ vix fiet quando ipse fuerit mali esse si ipse fuerit significator itineris quin iter sit laboriosum ⁊ asperũ ⁊ quasi intolerabile: ⁊ significat carceres duros ⁊ aspos. Et habet significare q̃ accipiet pignora pignorantium se inuicez in custodia: sed non curabit multũ componere inter ipsos Et significat grauitatem corporis ⁊ tarditatem ⁊ laborem ⁊ mentis afflictionem ⁊ malas cogitationes: ⁊ substantiaz mortuoꝝ que remanet post ipsos ⁊ patres ⁊ auos ⁊ fratres longeuiores nato: ⁊ seruos ⁊ eunuchos ⁊ viles personas. Et si fuerit saturnus solus significator alicuius natiuitatis q̃ non cõplectatur ei alius erit naturale officium nati operari coria ⁊ facere operationes ex eis.

¶ De complexione saturni cum ioue ⁊ alijs planetis.

Quod si iungitur ei iupiter significat operationem cartarum in quibus scribũtur libri ecclesiarum ⁊ diuina verba atq̃ de diuinitate tractãtia ⁊ in quibus scribuntur verba de rebus superioribus ⁊ celestibus vt sunt iudicia astrorum tam theoricalia q̃ practicalia ⁊ omnium subtilium artium ⁊ iudicia legum ⁊ similia. ¶ Et si iungitur ei mars significat operationem coriorum de quibus fiunt solea. ¶ Et si iungitur ei sol significat operationem corioꝝ que sumuntur simul ⁊ aggregant̃ ex illa futura vt pelles ⁊ subtelares ⁊ similia. ¶ Et si iungitur ei venus significat operationem coriorũ ex quib⁹ fiunt tympana cymbala ⁊ oĩa instrumenta que faciunt ad sonũ delectationis ⁊ ludi ⁊ siĩa. ¶ Et si iungitur ei mercurius significat operationẽ coriorũ scz pergamenoꝝ in quib⁹ scribunt̃ scripture q̃ fiunt ad ꝑpetuam memoriã sicut sunt

testamenta instrumenta emptionum & venditionum & similia: & pergamena in quib⁹ scribunt rationes expensarum: que fiũt in curijs magnatũ & diuitum et aliorum qui volũt hr̃e mẽoriaȝ suarum expensarum & in quibus scribuntur rationes mercatorum & campsorum & similia. ¶ Et si iungitur ei luna significat operationeȝ seu preparationem coriorum animalium siluestrium & etiam domesticorum morticinorum & his similia. Unde si natus voluerit operari opera coriorũ iudica ei ꝑm ꝙ tu videris de complexione saturni cum aliquo planetarum: & ꝑm illum modum se intromittat de operationib⁹ coriorum. ¶ Et de sectis hẽt significare fidẽ iudaicam scȝ vetus testamentũ & oẽm sectam que confitetur vnitatem. Et si fuerit mali esse significat credulitatẽ vnitatis cum hesitatiõe seu dubitatione multa. ¶ Et dixit messahala qui fuit vnus de peritissimis astrologis & in hac scientia valde perspicuus ꝙ ideo significat fidem iudaicã quia ipsa est de antiquioribus & nulla lex positiua reperitur antiquior illa: et omnes alie leges & omnes secte confitentur eam: & ipsa nullam aliam legem confitetur: nec confitetur aliquam sectam sicut omnes alij planete iunguntur saturno & ipse nulli alij planetarum iungitur. Et habet significare indumẽta nigra: & eos qui naturalr̃ nigris vestibus vtunt tam religiosos seu claustrales q̃ȝ alios. Et de metallis significat ferrum plumbum. ¶ Et dixit Albubetri ꝙ significat interiora auris & splenem & stomachum. Et habet ex coloribus nigrum. Et ex saporibus stipticum & acetosum. Et ex diebus sabbatum & ex noctibus illam que precedit dieȝ mercurij. Et quantitas orbis eius est nouẽ graduũ. ¶ Et ãni firdarij ipsi⁹ sunt. 12. Maximi vero. 464. Maiores. 57. Medij. 43. & dimidius. Minores. 30. Et dicuntur anni eius maiores. 57. eo ꝙ ipsi considerantur ꝑm quantitatem graduum terminorum qui contingunt ei pro suis terminis ex gradibus. 12. signorum. Medij vero dicuntur. 43. et dimidius quoniaȝ ipsi considerantur ꝑm annos eius maiores cum minorib⁹ aggregatos qui sunt. 87. cuius medietas est. 43. & dimidius. Minores vero considerantur a cursu suo tardo quoniam ipse perficit illum in. 30. annis: et ĩnd traxerũt anni eius minores suũ numerũ scȝ. 30. Fortitudo eius in plagis circuli ẽ in partib⁹ septentrionalib⁹. ¶ Et dixit messala ꝙ saturn⁹ significat de figuris hominũ hominem inter nigrum & croceum qui cum ambulauerit mergit oculos suos in terra põderosus: cũ ambulat adiũgit pedes & hẽt eos curuos: paruos oculos habens: cutim siccam: neruosus: raram habẽs barbã in maxillis: labia spissa: callidus: ingeniosus: seductor: interfector & maxime absconse. ¶ Et dixit dorothius ꝙ significat hoiem valde pilosum corpore iunctis supercilijs. Et ex partibus habet partem fortitudinis & stabilitatis. Et significat causas terrarum & hereditatum: & eos qui presunt operibus et audaciam & laborem & ingenia & causas mortis. ¶ Et dixit adila saturnus dat hoiem esse fuscum: raros in barba faciens pilos: turpẽ: sepius operanteȝ in aqua: grauem: pigrũ: nunq̃ȝ aut vix ridenteȝ: & hi quos saturnus subiectos habet scȝ quorum est significator in calcaneis: fissuras quas vulgus appellat radias sepe patiunt: reddit hoinem coloris glauci: q̃nq̃ȝ pectus facit subtilẽ capillosq̃ȝ asperos & incultos: turpia vestimẽta poti⁹ nigra suos iubet indui: hoc in fine faciendũ: q̃a saturnũ sꝑ esse tristes & malã voluntatẽ hr̃e vident.

Unde cū volueris iudicare aliquid de aliquo saturnino vel in sui natiuitate vel in sua questione cōsidera supradicta ⁊ s̄m illa iudicabis. ¶ Nō si querat forte aliquis q̄re saturnus habeat significata ista ⁊ istas impressiones inferre licet videatur hoc potius esse naturalis q̄ʒ astrologi: tūc causa videtur posse assignari videlicet q̄ motꝰ octaue spere ab oriente ad occidentez esse repitur non prout hēt esse: sed ꝑut ipsa ē apta nata posse moueri. Et dicitur habere motorem extrinsecū: ⁊ vt quibusdam visum est mouet̄ a prima causa. Planete vero habent moueri ab occidente in orientē in contrariam partē motꝰ primi siue motus octaue spere. Et dicuntur habere motorez intrinsecum scʒ intelligentiam prout quibusdam visum est. Et hoc habet oriri discordia et contrarietas ⁊ rebellio atq̧ inimicitas ex quibus odium ⁊ malicia oriri atq̧ consurgere solent: ⁊ saturnus est magis ꝓpinquꝰ illi ꝯtrarietati: ⁊ ideo magis alijs qui sunt ab illa contrarietate remoti hoc significat.

¶ Capitulum secundum de ioue quid significet.



Dixit alchabicius iupiter est fortuna masculin⁹ diurn⁹: ꝛ est significator substantie naturaliter: quoniam substantia est ꝑm accidēs quod accidit nato post ortum suum: ꝛ ꝙ prius occurrit ei necessarium: sic ꝛ iupiter est scd̄s planeta qui est in ordine planetarum primus post ipsuꝫ. Et est similr iupiter secundus planeta qui exercet operationem suam in concepto scꝫ tribuendo ei spiritum ꝛ vitam. Et operatur per naturam suam caliditatē ꝛ humiditatē temperatam aeream ꝛ sanguineam. Et de etate significat iuuentutē vsqꝫ ad perfectionem etatis que dicitur iuuentus: ꝛ est a. 14. anno: vel a. 21. vsqꝫ. 40. vel. 45. annum. Et de magisterijs habet illa que ꝑtinent ad legem ꝛ iudicare iuste atqꝫ honeste. Et habet intueri quando videt aliquos inter se altricātes seu litigantes: ꝛ ponere pacem inter eos: ꝛ concordiam mitterre in eos: ꝛ in bonis semper studere. Et habet significare abundautiaꝫ substantie. Et ex negocijs illa que fiunt absqꝫ seductione. Et significat animam vitam leticiam ꝛ religionem ꝛ veritatem patientiam ꝛ omne preceptum bonum pulcrum ꝛ preciosum ꝛ quicquid ad honestatem pertinet. Et significat abundantiam veneris. Et significat ex infirmitatib⁹ quicquid fuerit ex sanguine augmentato per modū augmentationis que non fuerit sup̄flua ita ꝙ non exterminet naturam nec ex sanguine adusto neqꝫ cōuertibili. Et est planeta sapientie intellectus ꝛ boni vsus. ¶ Qđ si iupiter fuerit bene disposit⁹ fueritqꝫ oriental' ꝛ in angulo erit natus bone q̄litatis benign⁹ iustus: honorabit senes: eritqꝫ sanus consultor: adiutor indigentium: bone noticie: diliget amicos: erit intellectus boni. ¶ At si iupiter fuerit infortunat⁹ teste ptholomeo natus erit ignarus bene facere: versatus circa dyabolicas operatiōes: studebit sub spē ypocrisis: morabitur in locis orationum: libenter morabitur solitarius ꝛ in criptis ꝛ cauernosis locis atqꝫ speluncis: ꝛ illa occasione futura predicet: nō diliget quemq̄ꝫ: nullos licet habebit amicos: filios abhorrebit: cum hominibus fugiet conuersari: nec volet ab aliquo honorari: erit infidelis: nullus de ipso confidere poterit: erit etiam malus debilis insipiens laboriosus electionis praue.

¶ De complexione eius cum saturno ꝛ alijs planetis.

Qui si iungitur cum saturno significat sciētiā nigromantie ꝛ artem magicam ꝛ incantationes ꝛ exorcismos ꝛ similia. ¶ Si auteꝫ iungitur ei mars significat scientiam medicine ꝛ maxime cirurgie. ¶ Si vero iungitur ei sol significat scientiam sectarum: ꝛ prudentiam in contentionibus ꝛ disputationibus: ꝛ sciet defendere fidem rectam: ꝛ impugnare hereticos fidei atqꝫ artium: nec permittet sibi fieri conclusionem falsam: ꝛ in omnib⁹ erit bonus ꝛ ordinatus disputator nec garrulus. ¶ Et si iungitur ei venus significat cōpositionem sonorum ꝛ aliarum scientiarum delectabiliuꝫ. Erit enim natus cytarizator iubilator ꝛ sapiēs in instrumētis musicis. ¶ Si autem iungitur ei mercurius significat scientiam arismetrice ꝛ omnium que ad numerū pertinent.: ꝛ scientiam scribendi pre alijs scriptoribus si voluerit studere in ea: ꝛ philosophiam scꝫ astronomiaꝫ: ꝛ oēs alias scientias quadruuiales. ¶ Si autem iungitur ei luna significat scientiaꝫ dispositionis aquarum ꝛ mensure earum ꝛ terrarum et natationes et productiones fluminum et similia. Et ex

qualitate animi significat largitatē ⁊ verecundiam atq₃ iusticiā. Et ex sectis significat pluralitatem ⁊ simulationem: finget enim ille cuius iupiter fuerit significator qn̄ luna iungitur ei se velle tenere hanc sectam ⁊ illa₃ ⁊ neutram bene seruabit: nec tamen eius intentio erit mala. ¶ Et dixerunt camcaph ⁊ guellius ꝙ significat epar stomachum aurem sinistra₃ brachia ⁊ ventrem sc₃ ab vmbilico infra ⁊ iferiora pectinis: ⁊ significat intestia. Et ex colorib⁹ cinericium viridem ⁊ eorum similes. Et ex saporibus significat saporē dulcem. Et quantitas orbis eius est nouem graduum. Et ex dieb⁹ habet diem iouis ⁊ ex noctibus habet illam que precedit diē lune. ¶ Et anni firdarie ei⁹ sunt 12. Et anni eius maximi sunt. 428. Maiores. 79. Medij. 45. ⁊ dimidius. Minores vero sunt. 12. Et fortitudo eius circuli est in occidente. Et dicunt̄ anni eius maiores. 79. eo ꝙ ipsi considerantur ꝑm quantitatem graduū terminoꝝ qui contingunt ei pro suis terminis ex gradibus. 12. signorum. Medij vero dicuntur. 45. ⁊ dimidius quoniam ipsi considerantur ꝑm numerum qui prouenit ex aggregatione annorum eius maiorum ⁊ minorū qui fiunt. 91. quib⁹ dimidiatis ꝯtingunt pro parte. 45. ⁊ dimidius. Minores vero considerant̄ ꝑm cursum eius in ecentrico quem ipse peragat in. 12. annis. ⁊ inde traxerunt āni eius minores suum numerum scilicet. 12. ¶ Et dixit messala ꝙ significat de figuris hominum homine₃ album habentem oculos non prorsus nigros nares non equales ⁊ breues: caluum: in aliquo dentium habentē nigredine₃ pulcre stature: boni animi: bonis moribus: pulcri corporis. ¶ Et dixit dorothius magnos habentem oculos: ⁊ pupillam latam: barbam crispam. Et ex partibus habet partem beatitudinis ⁊ profectus. Et significat fidem ⁊ appetitum in bonis. Et ex operibus salubritatem ⁊ securitatē ⁊ participationē Et ex regionibus habet alchirat babiloniā azomi persidā almadē alandes ¶ Et dixit sacerdos iupiter bonum ⁊ honestum constituit hoiem cui barbā dat habere rotundam: pulcrosq₃ oculos: duos dentes anteriores ceteris maiores atq₃ aliquando aliquantisper diuersos: in facie huius hominis color aureus admixtus albo: libenter vtitur pulcris indumentis: capillos habēs qn̄q₃ longos ipsosq₃ pulcros: in esse religiosorum: terram in eundo prospicit

¶ Capitulum tercium de marte quid significet.



Dixit alchabicius mars est planeta masculinus nocturnus malus operatur per naturam suam calorem et siccitatem distemperatam igneam colericam amari saporis.. Et significator fratrum naturaliter et peregrinationum. Et ob hoc est mars naturaliter significator fratrum quoniam fratres sunt tercium accidens quod accidet nato post conceptionem scilicet post natiuitatem: et quod natus magis diligit inter illa que possunt ei prius occcurrere: sic et mars est tercius planeta qui est in ordine planetarum: et sequitur saturnum in ordine ipsorum tercius Et est similiter mars tercius planeta qui exercet operationem suam in concepto scilicet operando in eo per sanguinem et rubificando illum. Et est significator peregrinationum quoniam in peregrinationibus accidunt peregrinantibus incommoda multa et multe angustie et predationes atque labores impij et similia que assimilantur significatis martis. Et habet ex etate hominum iuuentutem collectam a .22. anno scilicet usque ad .45. ita quod utrique includantur Et ex magisterijs omne magisterium quod exercetur per ferrum et ignem sicut est percutere ferrum cum martellis super incudem vel alio modo et exercere opera enea: et exercere opus fabrorum furnariorum fornasariorum carnificum barberiorum et similia.

¶ De complexione eius cum saturno et alijs planetis.

Quod si iungatur cum saturno significat opus fabrorum quod fit ex ferro tantum: et maxime ferramenta cum quibus exercetur opus terrarum ut sunt ligones motoria vomeres et similia. ¶ Si autem iungatur cum ioue significat opera fabrorum que fiunt de ere et plumbo ut sunt opera de peltro et similia. ¶ Si vero iungatur ei sol significat opera fabricantium que fiunt ex auro non hactenus laborato sicut sunt bizantij termini augustani floreni aurei medalie massannicine et omne aliud opus ex auro rudi. ¶ Et si iungatur ei venus significat opera fabricantium que fiunt pro ornamentis mulierum sicut annuli monilia et similia. ¶ Et si iungitur ei mercurius significat opera fabricantium que fiunt ad consuendum res coniunctas et ad iungendum eas simul que sunt subole acus et similia. ¶ Si quidem iungatur ei luna significat opera fabricantium per que fiunt libre lances bilances cratheres cifi argentei et vasa cum quibus mensuratur potus in tabernis: et cum quibus bibitur in curijs diuitum et similia.

¶ De significatis ipsius cum solus fuerit significator.

Et cum fuerit solus significator significat opus medicine tam cyrurgie quam alterius partis medicine. Quod si nullus planetarum complectitur significat opus medicine quod fit per apertionem venarum sicut est fleubotomia et apertio apostematum et exiccatio vulnerum et similia. ¶ Et dixit alchabicius quod cum complectitur ei saturnus significat opus medicine vulnerum et similia. ¶ Et cum complectitur ei iupiter significat opus naturarum et curam oculorum. ¶ Et si complectitur ei venus significat opus ornamenti quod pertinet ad barberios sicut tonsura capillorum et barbarum et vnguium abscisio. ¶ Et si complectitur ei mercurius significat abscisionem venarum. ¶ Et cum complectitur ei luna significat eradicationem dentium et purgationem aurium et similia. ¶ Et cum per se solus fuerit significator significat iniurias miserorum et quod libenter iniuriabitur minoribus et effusionem sanguinis vulnera occisiones combustiones decapitationes contumelias fures tabernarios latrones diurnos superbos mendaces periuros derisores falsarios tam monete quam cartarum: et oppressiones per vim nocendo quibus poterit et iracundiam et abscisiones viarum et festinationem et ducatus exercitus et inuerecundiam et leuitatem: nec verecundabitur ex aliquo malo quod fecerit: et significat peregrinationes extra terram et extra patriam suam et habundantiam coitus. Et si fuerit mali esse fueritque significator mulieris abortiet: et aliquando erit ipsa eadem culpabilis illius abortus. Et significat fratres medios et scientiam atque discretionem cure bestiarum: erit enim archimandrica. ¶ Et significat ex infirmitatibus febres calidas. scilicet illas que fiunt ex colera non adusta et sine causa: et frenesim veram et etiam non veram: et pustulas sanguineas impetiginem albaras, et rubedines aduenticias que fiunt in corpore preter naturam cum asperitate atque feditate: et pruritus et lentigines et egritudines comedentes carnes corporis sicut sunt morbus regius canceres et similia: et significat emigraneam et ignem sacrum et similia. Et significat etiam quod comedet natus carnes putridas et non bene coctas. Et significat pauores et cogitationes horribiles inquietantes homines qui mouent et impediunt atque inanes reddunt. Et habet significare quicquid fuit cum inflammatione caloris. Ex qualitatibus animi commotionem et eius

conturbationem significat

¶ De complexione ipsius cum saturno.

Quod si iungat̃ cum saturno significat odium ꝛ inuidiam maximam ꝛ erit natus valde inuidus: ꝛ gaudebit ꝛ letabit̃ cum viderit alicui euenire malum ꝛ tribulationē aliquā vel aliquod damnū. Et ex sectis diliget illam in qua fuerit discordia ꝛ bellum: ꝛ illi libenter adherebit: ꝛ cito mutabit̃ a secta in sectam ꝛ ab vna fide in aliam: nec erit in aliqua earum bene pseuerans nisi forte per accidens coartando voluntatē suam ꝛ vtetur hesitatione ꝛ mutatione cum celeritate ab oligatione in obligationē sicut faciunt quidam qui semper tenent̃ debitis ꝛ manent in eis impliciti nec sciunt se ab eis expedire sed cum vitant vnum ꝛ expediunt se ab illo incurrunt in aliud. Et quando volunt satisfacere vni ex creditoribus accipiunt ab alio ꝛ semp manent inuoluti in eis ꝛ in angustijs illa de causa. Et modo faciunt hoc: modo destruunt illud idem: ꝛ mutant sua testamenta ꝛ faciunt alia ꝛ nunq̄ manent diu nec perseuerant in eodem proposito: erunt tamē omnia hec sub vnitate. ¶ Et dixerunt alchaiat ꝛ albubeter quoniam habet ex membris corporis cistim fellis renes venas decursuz spermatis ꝛ dorsum. Et ex coloribus habet rubedinez: ꝛ ex saporibus amarū. Et quantitas orbis eius est. 8. graduum. Et ex diebus habet diem martis: ꝛ ex noctibus habet illam que precedit diem sabbati. ¶ Et anni eius firdarie erunt septem. Anni eius maximi sunt. 214. ꝛ maiores sunt. 66: Medij autem. 40. ꝛ dimidius. Minores vero sunt. 15. ¶ Et dicuntur anni eius maiores. 66. quoniam considerant̃ ſm quantitatem numeri graduum qui contingunt ei de numero graduuz. 12. signorum pro suis terminis. Medij vero dicunt̃. 40. ꝛ dimidius quoniam ipsi cōsiderant̃ ſm quantitatē medietatis numeri aggregationis annorum ꝛ maiorum ꝛ minorum qui est. 81. quibus diuisis sunt. 40. cum dimidio. Minores autez considerant̃ alio modo q̄ in predictis quoniam ipse circuit suū epiciculum in. 15. annis. 8. vicibus ꝛ inde traxerunt suum nomen. s. 15. quia nullo alio numero annorum facit hoc. Et fortitudo eius est in partibus meridiei. ¶ Et dixit messala quia significat de imaginibus hominū hominem rubeum facie habentem capillos rubeos: faciem rotundā: leuiter omnez de honestatē: habentē oculos croceas: horribilem aspectu: audacem: habentē in pede signum ꝛ maculam. ¶ Et dixit dorothius ꝙ significat hominē acutum aspectu. Et habet ex regionibus iherusalem ꝛ terram romanoruz vsq3 ad occidentem. Et ex partibus habet partem audacie. Et dixit ꝙ significat perseuerantiā ꝛ conuenientiam animi amorem: calliditatem: superbiam: audaciam: negationem ꝛ acuitatem ꝛ festinationē in omnibus rebus. ¶ Dixit adila mars dat homini curuum habere corpus atq3 crassum: ꝛ faciet hominem scismaticum. i. zizaniam ꝛ discordiam inter homines seminātem. Hui9 in facie color rubeus mixtus cum nigro. i. marcialis vt sic dicatur brunū, habet colorem vt hi qui ad solem ꝛ calorem vadunt ita ꝙ nec est niger nec est vere rubeus sed habet colorem horribilem: ꝛ habet aliquando in facie gra-

na rubea ⁊ raros pilos quandoq; in barba quasi sicut spadones.

¶ Capitulum quartum de sole quid significet.



DIxit alchabicius sol est planeta masculinus diurnus fortuna per aspectum: per cõiunctionem vero corporalem malus: operatur calorem ⁊ siccitatem per naturam suam. Et est significator patrum naturaliter si natiuitas fuerit diurna. Et ob hoc est sol significator patrum naturaliter quoniam quarta domus est significatrix patrum: ⁊ sol est quartus planeta a saturno sequens ipsum in ordine ipso ꝛ. s. tercius post ipsum: ⁊ etiam quia ipse est quartus planeta qui exercet operationem suam in concepto scilicet operando in ipso p calorẽ naturalẽ vel ei similẽ in dando spiritũ ⁊ mẽbra officialia concepto: ⁊ aĩam vitalẽ ⁊ liniationẽ faciei. Et est res quã nat⁹ diligit p̃ alijs reb⁹ p̃ter frẽs de his q̃ pñt ei accidere ante filios exceptꝭ p̃dictꝭ .2. post natiuitatẽ


Et habet significare lumen & splendorem & pulchritudinem atque intellectum & fidem. Et significat etiam regnum magnum & omnes alias dignitates laicales tam magnatum quam aliorum. Et hoc ideo quoniam ipse est positus in medio aliorum tanquam rex & alij stant iuxta ipsum: quidam ab vna parte quidam ab alia superiores. s. a dextra eius: inferiores a sinistra. Et ipse habet posse in omnes planetas quoniam comburit eos omnes. Preterea motus eius est quasi vniformis & non variatur nec alteratur sed semper seruat eundem similem incessum annuatim. Et est eius motus nobilissimus pre motibus aliorum planetarum nec retrogradat sicut retrogradant alij. ¶ Sed posses dicere quod luna non retrogradat quod est verum sed tamen licet ipsa non retrogradet tamen recipit talem tarditatem que potest quasi equiparari retrogradationi Sed posses dicere quod luna eclipsat aliquando solem. Ad quod dicendum est quod etiam luna habet aliquando significare regna & magistratus. Et significat naturaliter regem romanorum qui habet potentiam super regem babylonie de iure cuius sol est significator naturaliter. Et habet etiam sol quandam prerogatiuam super lunam. s. quia luna non est corpus splendidum neque luminosum imo recipit quicquid luminis vel splendoris habet a sole. & ob hoc minus reddit & minus impedit. Quare hoc sit non audet dici ne forte quidam immo multi fatui tunicati nobis insurgant volentibus vti ratione veraci atque causa veritati consona quam ipsi ignorant: sapientes vero ipsorum non ignorant eam nec reprehendunt astrologos immo commendant eos & diligunt sed fatui eorum dicerent quod esset heresis ignorantes quid heresis sit. Et ex etate hominis significat finem iuuentutis que est a. 45. anno vsque ad. 60. Participat cum vniuersis planetis in dispositione annorum. Et habet ex magisterijs regnum regimina principatum. Et habet etiam significare illos qui nouerunt bene lanceare lanceas & iaculare iacula venationem atque venenationem que fit per modum venenandi sicut faciunt aliquando aliqui qui venenant sagittas cum quibus occidunt feras. Et habet significare purgationem corporis cum omni specie purgandi cum quibus corpora hominum purgantur interius & exterius. Et ex infirmitatibus significat infirmitates calidas & siccas apparentes in corporibus hominum. Et ex substantia significat aurum plurimum & maxime rude. Et dixit alchabicius quod significat vniuersas species substantie. Et ex qualitatibus animi sublimitatem atque subtilitatem & ea que sequuntur honestatem & largitatem & gloriam atque mentis prolixitatem. Et ex sectis significat culturam bonam & similia. Et dixit alchabicius quod significat imperium vocis atque fortitudinem celeritatis.

¶ De significatione ipsius cum saturno & alijs planetis.

Qui si iungatur cum saturno significat villicationem & huiusmodi principatus. Et si iungatur cum ioue significat principatum in fide atque religione & significat etiam omne iudicium inter homines iudicans opera minorum vel oppressorum & similia. ¶ Si autem iungatur marti significat ducatum exercitus & inuestigationem bellorum: valebit enim natus in his.

¶ Quod si iungitur ei venus significat regnum per obsequium potentum ꝛ per mulieres. ¶ Si vero iungat̃ ei mercurius significat consultores regum ꝛ incultores librorum ꝛ magnorum operũ hereditatum. ¶ Et si iungitur ei luna significat opus legatorum ꝛ detectiones consiliorum ꝛ his similia. Et dixerunt guelius ꝛ atabari ꝙ sol significat imaginem vultus hominis: ꝛ ꝓprie ex viris oculũ dextrum ꝛ ex mulieribus sinistrum. Et dixerunt ben ꝛ albo ali ꝙ significat ex membris cor medullam ꝛ femora. Et ex infirmitatibꝰ illas que fiunt in ore sicut sunt canceres ꝛ alie que comedunt carnes oris: ꝛ omne detrimentum oris ꝛ descensionem aque in oculum. Et virtus eiꝰ ꝛ potestas maxime est in capite. Et dixerunt indi quia cũ fuerit in ascendẽte erit comburens ꝛ habebit ille cuius tunc fuerit significator in facie signum. Et ex coloribus habet colorem emulum qui videt̃ participare cum omni colore: ꝛ ſm quosdam significat colorem album. Et ex saporibus habet acutum ꝛ ex diebus habet diem dñicũ: ꝛ ex noctibus illam que precedit diẽ iouis Et quantitas orbis eius. 15. graduum ante scilicet ꝛ retro. Et ita intellige de omni orbe planetaꝝ scilicet ante ꝛ retro. ¶ Et anni firdarie eius sunt decem Et anni eius maximi. 461. ꝛ ſm quosdam si illos excesserit erunt mille. Et anni eius maiores sunt. 120. quoniam considerantur ſm quantitatem numeri graduum qui contingunt ei pro suis terminis numero graduum. 12. signorum: quia licet sol non habeat terminos assignatos per signa sicut habẽt. 5. erratici: tamen habet virtutem in predicta medietate circuli signorum que est ab inicio leonis vsq; in finem capricorni quã habent planete in suis terminis ꝛ essent. 180. Sed quia sunt in illa medietate. 2. domus duarum infortunarum que sunt scorpio ꝛ capricornus diminuunt̃ ei. 60. anni. 30. ꝓ vnaquaq; illarum domorum ꝛ remanent tm̃. 120. ex quibus resultat aspectus trinus. Anni vero ipsius medij extrahuntur alio modo ꝙ̃ extrahant̃ alij. Mediantur enim anni eius maiores ꝛ vni medietati addunt̃ anni eius minores ꝛ fiunt. 79. quibus dimidiatis vna medietas facit. 39. ꝛ dimidium ꝛ illi sunt anni solis medij. Minores vero considerant̃ a numero graduum eius exaltationis vt dictum est supra in. 19. gradu arietis ꝛ ille est numerus annorum solis minorum. Et fortitudo eius est in partibus oriẽtis. ¶ Et dixit messala quia significat de figuris hominum eum qui habuerit colorem inter croceũ ꝛ nigrum tectum cum rubore breuis stature: vt in quibusdam crispum caluum atq; pulchri corporis. Et dixit dorothius figura solis ꝛ lune est sicut figura planetarum qui cum eis fuerint ꝛ eius qui dignior fuerit loco eorum. ¶ Si ergo volueris scire figuram solis scito ꝙ fit crocea habens partem ruboris capillorum oculi eius aliquantulum crocei. Et habet ex regionibꝰ conacant ꝛ oracen ꝛ persidam ꝛ terram romanorum. Et ex partibus habet partem futurorum ꝛ diuinationis. Et est significator natutarum ꝛ spiritus sapientie ꝛ relationis ꝛ perfectionis fidei quoq; atq; scientiarum ꝛ gaudij. Et dixit adila sol facit hominem carne plenum pulchre faciei atq; albe: oculorũ quandoq; magnorũ: huius in facie color albus citrino cõmixtus: habet vero solaris homo pulchram plenamq; barbam capillos etiam gerit extensos

Capitulū quintum de venere quid significet.



Dixerunt albumasar atqȝ alchabicius venus est fortuna: et est planeta femininus nocturnus: ꝛ habet significare mulieres ꝛ vxores. Et si fuerit natiuitas diurna vt ait alchabicius significat matres. ꝛ vt ait sacerdos significat sorores minores. Et est significatrix filiorum naturaliter: quoniam filij significant per quintam domum ꝛ venus est quintus planeta a saturno scilicet quartus post ipsum sequens eum in ordine ipsorum. Et etiam quia ipsa est quintus planeta qui exercet operationem suam in concepto complēdo scililet sexum maris ꝛ femine cuiuscūqȝ sexus fuerit conceptus ꝛ perficiēdo illi nasum ꝛ supercilia ꝛ totam dispositionem faciei. Et quia venus est planeta delectationis ꝛ gaudij: ꝛ quinta domus similiter attribuitur filijs ꝛ

significat eos quoniam filij sunt accidens in quo magis gaudet natus & de/
lectatur natura in eis plus quam in alijs. ¶ In tractatu vero natiuitatum dicetur
latius quid dicendum fuerit super his: tamen dicam tibi nunc aliquid ex eis
Quoniam quando volueris scire esse nati & volueris scire quid accidat ei a
mulieribus matre scilicet vel vxoribus vel sororibus minoribus & similia.
vide in hora natiuitatis si venus sit almubtez in natiuitate tunc scias quoniam
bene ei erit generaliter ex mulieribus. Et si ipsa non fuerit significatrix nati
uitatis quod non sit almubtez super illam vide quomodo & vnde aspiciat domi
num primi. Nam si aspexerit eum de septimo a trino aspectu diligetur natus
ab vxoribus dilectione perfecta. Et si aspexerit eum inde a sextili aspectu di
ligetur ab vxoribus sed non dilectione perfecta: immo erunt aliquando in/
ter eos altricationes & iurgia & aliquando diligent se inuicem: aliquando ve
ro non: modo hoc modo illud. Et si aspexerit eum de septimo quadrato aspe
ctu tunc parum gaudebit natus cum vxore: & vt multum erunt inter eos ali/
quales altricationes & non bene associabuntur simul. ¶ Si vero aspexerit eum
de oppositione nunquam gaudebit natus cum vxore & magis timetur hoc cum pri
ma nec bene erit ei ab ea: & semper erunt rixe atque discordie inter ipsos. ¶ Et
si aspexerit venus significatorem natiuitatis de decima domo aliquo predi
ctorum aspectuum: dic quod ita erit nato a matre sicut dixisti quid erit ei ab vxore.
Quoniam si aspexerit venus significatorem de septima domo de bono aspe
ctu dic quod nato erit bonum a matre: de malo vero dic quod ei erit malum a matre
¶ Et si aspexerit venus significatorem nati a quarta aliquo istorum aspectuum
dic quod ita cedet ei a sororibus minoribus secundum aspectum quo ipsum aspexe
rit quemadmodum dixisti de matre. Et habet venus per naturam suam ope/
rari frigiditatem & humiditatem cum temperie. Et habet significare simili/
ter ex etate hominis adolescentiam & maxime in mera iuuentute que est a. 14.
anno vsque ad. 22. Et habet ex magisterijs scire facere instrumenta laudorum
& ludorum & ludere ad calculos & ludere ad aleas. ¶ Ista erunt officia illius
cuius venus fuerit significatrix: & que magis approximabuntur ei: & que ipse
melius sciet facecre si voluerit se intromittere de eis: & si intromiserit se de
alijs non addiscet nec sciet ita bene sicut ista. Et erit ille cuius venus fuerit si
gnificatrix viuens in ocio & melius sciet ducere vitam suam & delicatius vi/
uere & curialius quam alius qui sit valde deterior eo. Et erit fornicator & ex to/
to filius fornicationis: & libenter exercebit omnem cultum venereum & habun/
dabit in coitu ita quod aliquando exterminabitur natura ipsius illa de causa: &
sciet componere coronas & serta & omnia ornamenta: & specialiter muliebria:
& vtetur libenter ornamentis sui corporis: & ibit coopertus pulchris indu/
mentis & mundis: & sciet operari aurum & argentum & facere monilia: & om/
nia talia que pertinent ad ornamentum corporis & maxime que pertinent
ad ornamenta mulierum si adheserit illis magisterijs. Et istud est quod non permittit
aliquando quosdam peruenire ad perfectionem suorum magisteriorum seu officiorum
quoniam vtuntur. s. artibus & officijs que non sunt ipsorum naturaliter: & ipsi nunquam

perfecte addiscunt illa: et cum labore addiscunt quicquid capiunt ex eis. sed illa que pertinent ad eos naturaliter addiscunt leuiter et bene. ¶ Et sunt venerei homines ludi et risus et tripudij atqz alacritatis et gaudij et libenter vtuntur comestionibus et potacionibus in societatibus et inebriantur venerei citius alijs et confidunt de alijs et sepe decipiunt ab eis. Et habet venus significare dilectionem largitatem amorem et iusticiam et similia. Et conuersant in domibus orationis venerei vt appareant qz non sunt et retinent fidē et cupiunt audire sonos instrumentorum musicorū et valent in eis plus alijs hominibus.

¶ De complexione veneris cum saturno et alijs planetis.

Que si iungatur cum saturno significat sonū cantationum lamentationum et quibus deflentur mortui atqz quibus homines vtuntur quādo edificant et similia. ¶ Si autem iungat cum ioue significat qz natus erit doctus in sonis lectionum et cantilenarum ecclesiasticarum et in omni cantu spectante ad clericos et religiosos et vtentes in domibus orationis et altaria et laudem dñi ihesu christi. ¶ Quod si iungatur cuz marte significat sonos seu scantationes laicorum et dñorum preliorūz et cantus qui fiunt in prelijs sicut unt tube fistule cimbala et similia: et significat sonos seu cantus in quibus fit mentio captionis ligationis laboris interfectionis et percussionis armoruz et flagellorum sicut fit in cōmemoratione gestorum antiquorum vt rememorari gesta troie francie rome britanie et similia: sciet enim natus cantare illas cantationes. ¶ Quod si iungat soli significat qz sciet natus sonos, seu cant9 qui fiunt cum lignis quibus vtunt homines coram regibus et magnatibus sicut rotte viole cythare, sampuce leuta et similia. ¶ Et si iungatur ei mercurius significat sonos quibus fiunt melodie et componunt versus sicut sunt lire et similia. ¶ Si aūt iungat ei luna significat cantus quibus vtuntur naute in nauigationibus et erectionibus seu eleuationibus velorum in altum et similia. ¶ Et de infirmitatibus significat infirmitates frigidas et humidas que accidunt vt multū in membris genitalibus vel circa illa et similia. Et significat qz natus erit aptus ad sciendum aptare atqz preparare ea que spectant ad pulchritudinem sicut sunt pallia vestimenta mulierum et earum ornamenta et que pinguntur in ornamentis cum auro margaritis frisijs et similibus. ¶ Et ex qualitate animi significat suauitatez: et significat amicitiā et comestionem et cupiditatem comestionis et potationis et coitus et similia. Et ex sectis significat idolatriaz et eas in quibus exercent comestiones atqz potationes. ¶ Et dixerunt guelius et cancaph qz significat de corpore hominis anchas spinam dorsi sperma et eius decursum. Albuaz vero et atabari dixerunt quoniam habet significare pinguedines, renes et vmbilicum et ventrē vuluam quoqz atqz matricem. Et ex coloribus habet album: et ex saporibus vnctuosum: et ex diebus diez veneris: et ex noctibus habet eā que pcedit diē martis. Et quātitas orbis eius est. 7. graduū ante et totidē retro. Et āni eius firdarij sunt octo. et maiores. 82. et medij. 45. minores vero octo

⁊ maximi ſm alchabicium ſunt.1151. Et dicuntur anni eius maiores.82.ſm numerum graduum duodecim ſignorum qui contingūt ei pro ſuis terminis ſm quem numerum ipſi conſiderantur. Medij vero dicuntur.45.quoniam ipſi conſiderantur ſm numerum medietatis numerorum ipſius maiorū atq; minorum ſimul aggregatorum: quibus ſimul aggregatis faciunt.90.quorū medictas eſt.45. Minores vero ſunt octo qui traxerunt ſuum numerum ab eo ꝙ venus circuit ſuum epiciclum in octo annis quinquies quod nō poteſt facere in alio numero annorum. Ecentricum circuit in.348.diebus. Et forti tudo eius in plagis mundi eſt in dextra occidētis. ¶ Et dixit meſſala ꝙ ſigni ficat de figuris hominum hominem album trahentem ad nigredinē pulcri corporis:pulcrorum capillorum:habentem faciem rotundam:⁊ paruas ma xillas: ⁊ pulcros oculos ⁊ nigredo ipſorum eſt maior albedine. ¶ Et dixit dorothius pulcram habens faciem: pulcros oculos nigredo ipſorū plus ꝗ̄ oporteat:⁊ multos capillos. Et dixit ꝙ ſignificat hominē album confectū rubore craſſum:⁊ oſtendit beniuolentiam. Et habet ex regionibus alhegē ⁊ alyemen ⁊ totam terram arabum:quoniā eius ſignificata magis apparēt in illis partibus ꝗ̄ in alijs. Et habet ex partibus partem deſiderij. Et ſigni ficat amiciciam ⁊ dilectionem ⁊ patientiam ⁊ ludum atq; coniunctionē maſculorum ad inuicem per modum turpem ⁊ prohibitum atq; nepharium et abhorrendum. ¶ Et dixit adila venus pulcros facit capillos:⁊ pulcra ſup/cilia. Homo autem venere⁹ dulcia ⁊ mollia effundit verba:per omnia dul/ciflua habet eloquia: oſcula iungit amica. Eſt autem in ſui vultus ⁊ totius corporis compoſitiōe ſtudioſus:mouet ſe leuiter in eundo aut aliquid aliud agendo:mediocris eſt ſtature ⁊ laſciuus.

¶ Capitulum ſextum de mercurio quid ſignificet.



Dixit alchabicius mercurius est planeta cōmixtus masculinus diurnus inclinatur per naturam suam illi cui complectitur ex planetis ⁊ signis ita vt si iungatur bono planete ꝙ efficitur bonus: ⁊ si iungatur malo efficitur malus. Et si iungatur planete masculino dicitur masculinus: ⁊ si nocturno nocturnus: ⁊ si diurno diurnus. Et habet significare fratres minores: vnde prospice in natiuitate alicuius nati ⁊ vide qualiter se habeat mercurius cum dn̄o primi siue cum significatore natiuitatis: nam si eum mercurius aspexerit a trino vel a sextili aspectu bene erit nato ex fratribus suis minoribus ⁊ maxime cum receptione. Et si aspexerit cum a quarto aspectu vel ab oppositōe male erit ei ex eis maxime si receptio interueniat: similiter dic de coniunctōe corporali: idem intelligas de aspectibus eius cum luna. Et est mercurialis magis diligens amasias ꝙ̄ vxores: ⁊ libentius adherebit eis. Et significat

mercurius extimationem ⁊ cogitationem dilectionis dei quantū est ex conscientia sua licet alias sit lasciuus in non licitis: ⁊ bonaꝫ habebit credulitatē ⁊ deuote morabitur in templis ⁊ alijs oraculis ecclesiarum: ⁊ erit bone fidei ⁊ catholice opinionis. Et si fuerit mercurius solus significator natiuitatis ⁊ fuerit in natura sua ita ꝙ nullus planetarum iungatur cum eo nec participet etiam cum ipso erit natus in principio iuuentutis sui sensus ⁊ crescet sue voluntatis ⁊ suorum morum propriorū ⁊ hoc accidet ei in primis deceꝫ annis sue iuuentutis scꝫ adolescentie.. ¶ Et dixit alchabicius ꝙ significat res terrenas ⁊ augmentationem rerum crescendo. Et ex etate habet iuuentutem ⁊ profectum in ea: ⁊ ꝙ significat ex operibus opera que generant cognitioneꝫ veritatis ⁊ rethoricam: erit enim ordinatus in sua loquela. Et habet mercurius significare geometriam atqꝫ scientiam negociationis ⁊ sciet disponere negocia multa ⁊ de multis se intromittet ⁊ sciet illa ducere ad effectum. Et habebit cognitionē in multis rebus ⁊ noscet res venales ⁊ alias in quibus fuerit vtilitas. Et si fuerit effectus clericus erit bonus ⁊ placibilis pdicator ¶ Et dixit afla ꝙ significat philosophiam ⁊ auguria ⁊ scripturā ⁊ puerbia: erit bonus moralis: etiam addiscet arismetricam scientiam. Erit enim mercurialis bonus verificator ⁊ operabitur in hoc maxime.

¶ De complexione ipsius cum saturno ⁊ alijs planetis.

Qui si iungatur cum saturno significat opus apticandi atqꝫ mensurandi terras ⁊ diuidendi possessiones ⁊ hereditates inter psortes ⁊ heredes mortuoꝝ. Et scientiam numerandi ⁊ estimandi que oporteat habere aliquē ad faciendum aliquod edificium sicut turrim ⁊ domum vel aliquod simile: ⁊ scientiā ordinandi telas sicut sunt illi qui texunt pānos laneos vel lineos seu pignolatum ⁊ similia. ¶ Qđ si iungatur ioui significat opus numerandi ⁊ faciendi melodias librorum ecclesiarum ⁊ alios cantus sciet indifferenter ⁊ saltus ludoꝝ ⁊ similia. ¶ Qđ si iungatur marti significat ꝙ nat⁹ cui fuerit significator sciet producere exercitum ⁊ sciet eos bene ordinare atqꝫ soluere preliantibus atqꝫ guerrarijs redditus quos percipe debuerint: ⁊ ꝙ sciet bene preliari ⁊ bene pcutere illos cum quibus fuerit preliatus cū lanceis ⁊ gladijs clauis ⁊ alijs nocibilibus armis ⁊ similib⁹. ¶ Qđ si iungatur soli significat eum pesse numero regum ⁊ substantie dominorum magnatum ⁊ nobilium ⁊ diuitum. sciet enim disponere facta ipsorum ⁊ regere familias eorum ⁊ producere ipsoꝝ familiaria facta. ¶ Qđ si iungatur cum venere significet ꝙ sciet numerum sonorum cordarum instrumentorum musicorum sicut cythararū vialarum fistularum organorum arparum tympanorum ⁊ similium. ¶ Qđ si iungatur ei luna significat ꝙ natus sciet seruire in curijs regum magnatum nobilium ⁊ aliorum sicut est ponere fercula coram discumbentibus: incidere panem ⁊ carnes coram eis ⁊ similia. Et de infirmitatibus significat infirmitates anime naturaliter sicuti est magnanimitas paruipendēdo magna: ⁊ pusillanimitas magnificando parua: ⁊ cogitatiōes horribiles: ⁊ inquietationē mentis atqꝫ dubictatis ita ꝙ aliquando videbitur amens ⁊ similia. Et si ille cum quo iungitur fuerit bene dispositus significat bonam qualitateꝫ anime: ⁊ si fuerit male dispositus significat malam qualitatem anime.

De mercurio cum fuerit fortunatus.

Cum autē fuerit mercurius fortunatus erit bonitas ⁊ fortuna ipsius ꝑm bonitatem ⁊ ꝑm fortunam illius qui fortunat eum: ⁊ ꝑm locum in quo ipse fuerit bene dispositus. Et cum fuerit malus ⁊ infortunatus erit eius malicia ⁊ infortunium ꝑm naturam ⁊ ꝑm esse ⁊ ꝑm infortunium illius qui infortunat eum: ⁊ ꝑm locū in quo fuerit ille malus: vel qui infortunat eum. ¶ Et dixit alchabicius q̄ significat ex sectis culturam vnitatis vere atq; legum rationabilium ⁊ horum similiū: ⁊ illud significat cum ypocrisi atq; simulatiōe fingens se meliorem esse q̄ʒ sit non tamen cum heresi. ¶ Et dixerunt albuas ⁊ ebrianus q̄ significat de corpore hōis vmbilicum ⁊ femora crura neruos venas ⁊ artereas. Et de coloribꝰ significat omnem colorem cōmixtum atq; variatum. ¶ Et dixit guelius q̄ significat alezeminium qui est quidaʒ color similis colori lilij agrestis. Et ex saporibus significat acetosum. Et quātitas orbis eius est septē graduū. Et ex diebus habet diem mercurij: ⁊ ex noctibꝰ eam que precedit diē dominicū. ¶ Et anni eius firdarie sunt. 13. Et anni eiꝰ maiores sunt. 76. medij vō. 48. minores. 20. maximi quoq; . 460. Et dicunt anni eius maiores. 76. quoniam. 76. gradus contingunt ei de gradibus. 12. signorum pro suis terminis ꝑm quem numerum ipsi considerantur. Medij vero dicuntur. 48. eo q̄ ipsi considerantur ꝑm medietatem numeri annorum ipsius maiorum ⁊ minorum simul aggregatorum ⁊ diuisoruʒ in duo media qui sunt. 96. quorum medietas est. 48. Minores quidem sunt. 20. eo q̄ mercurius in. 20. annis reperitur facere. 63. reuolutiones in epiciclo q̄s non facit in alio numero annorum ⁊ inde traxerunt illum numerū: ⁊ circuit ecentricū in decem mensibus fere. Et fortitudo eius in partibus mundi est in septentrione. ¶ Et dixit iaphar q̄ mercurius a medio retrogradatiōis sue vsq; ad stationem suam secundā significat puericiam. Et a statione sua secunda vsq; ad coniunctionem solis corporalem significat iuuentutem ⁊ dilectionem et amiciciam ⁊ concordiam ⁊ eius inquisitionem ⁊ amoris immitationem. Et a coniunctione solis vsq; ad stationem suam primam significat senectuteʒ: ⁊ a statione sua prima vsq; ad mediū retrogradationis sue significat decrepitā ⁊ contrarietatem ⁊ dissimilationem ⁊ tarditatem ⁊ verecundiam preterq̄ʒ in acquirendo pecuniam ⁊ occupationem rerum: modis omnibꝰ quibꝰ poterit accumulabit eas natus per phas ⁊ nephas. Et cum fuerit mercuriꝰ in medio retrogradationis sue ⁊ fuerit significator alicuius nati erit mediocris velocitatis natus ille propter ingeniuʒ quod habebit debile. Et cum fuerit prope stationem suam secundā significat q̄ natus erit velocis ingenij: sed non vltimate velocitatis: ⁊ erit boni ingenij in sciendo aperire ingenia hominū cum blandicijs ita q̄ reuelabunt ei secreta. Et cum iunctus fuerit soli per corpus ⁊ fuerit directus ⁊ fuerit significator alicuius significat q̄ natus erit velocis ingenij ⁊ expansi ⁊ lati ⁊ magni atq; profundi ⁊ bone memorie: ⁊ idē accidet de alijs planetis preterq̄ʒ de luna. ¶ Et dixit messala q̄ mercurius significat de figuris hōim hominem habentē colorem non multum album nec multū nigrū: habentē frontem eleuatā: faciem longā: nasum longū: oculos pulcros non ex toto nigros: rarā nigrāq; barbā in maxillis: ⁊ longos hn̄tem digitos

Et ex regionib⁹ habet acalem ⁊ magidem ⁊ omnes regiones indorū. Et ex partib⁹ habet partem negociationis quoniā habet significare negociatores propter nimiam solicitudinis estuationem quam significat: ⁊ propter nimiū studium quod viget in eo in inquirendo diuersa. Et significat timorē ⁊ infestationem ⁊ bellum ⁊ inimicicias ⁊ sedutiones ⁊ cōtrarietates. Et significat etiam profectum ⁊ magisterium ⁊ subtilitatem in omnib⁹ operibus ⁊ in omnibus inquisitionib⁹ de quibus se voluerit intromittere natus. Sciet enim subtiliter inquirere ab omni hoīe qđ voluerit: ⁊ subtiliter inquirere cuncta que ab aliquibus inquiruntur ex dictis siue factis. ¶ Et dixit sacerdos mercurius dat homini gracile habere corp⁹. Est aūt mercurialis sapiens: lectiōi libenter vacans: stature sepius mediocris: sufficienter acquirens amicos: nō leuiter eos retinēs. Et dixit q̄ habet pulcram barbam sed raram atq̃ paruā subtilia gerens quandoq̃ labia nasumq̃ similiter.

¶ Capitulum septimum de luna ⁊ quid significet.



Dixit albumasar et alchabicius luna est fortuna feminina nocturna: operatur per naturam suam frigiditatem et humiditatem: et est significatrix matrum. Unde si natiuitas fuerit nocturna habet significare que accidet nato ex matre Unde debes considerare qualiter se habeat luna cum significatore nati: quoniam si aspexerit eum bono aspectu trino scz vel sextili: vel recepit eum receptione perfecta bene erit nato ex matre. Si aut aspexerit eum malo aspectu male erit ei ex matre. Et illud idem intellige de matre ex filio: quia si significator natiuitatis receperit lunam bene erit matri ex nato. Si aut male aspexerit eam sine receptione male erit matri ex nato. ¶ Et dixit alchabicius quod est in ea flegma temperatum. Et significat etatem puerilem et inicium crescendi scz primos quatuor annos a natiuitate propter suas crebras et veloces mutationes ad modum mutationum puerilium. Et dixit idem philosophus quod habet ex operibus legationes et mandata et opera aquarum atque terrarum et terre cultum secundum quantitatem sue bonitatis vel sue malicie. Et significat principatum: sciet enim producere res regum et principum et magnatum si profuerit cis et similia: si fuerit tunc fortunata et in bono aspectu solis vel domini decime domus trino scz vel sextili. Et de substantia significat argentum. Et significat fortunam in cultu terre si habuerit dignitatem hora natiuitatis in quarta domo Et ex fide significat religionem quoniam lunares vt multum fiunt religiosi et maxime in iuuentute: tamen aliquando non bene seruant promissa deo: et raro bene perseuerant in religionibus: et fiunt exinde fabule vulgi. Et ex infirmitatibus significat epilensiam et torsionem vultus: et illas que pertinent ad paralisim et maxime particularem: et specialiter illas que fiunt in lingua et labijs et oculis. Et habet significare commotionem membrorum que fiunt ex aliquibus egritudinibus quod sepe accidit ex egritudinibus frigidis et humidis vt flegmaticis. Et habet significare qualitatem animi secundum commixtionem suam cum planetis: quoniam si iungitur cum bono planeta erit qualitas animi nati bona: si vero iungatur cum malo erit qualitas eius mala.

¶ De complexione lune cum saturno et alijs planetis.

Que si iungatur cum saturno in natiuitate alicuius maris vel femine significat quod natus habebit homines odio et simulabit se ipsos diligere et erit inuidus: et gaudebit in damnis aliorum: et dolebit de ipsorum vtilitatibus: et videbitur ei quod omne alterius bonum sit sibi nocumentum. ¶ Et si iungatur cum ioue significat quod natus erit cautus et erit honestus atque in omnibus benignus: et ducet bonam et pulcram et honorabilem et placabilem vitam et omni modo laudabilem. ¶ Et si iungatur cum marte significat quod natus erit susurrator et inuidus: et studebit in malicijs et in susurrationibus: et in seminando zizanias inter homines in omnibus et que sint alijs damnosa: nec curabit si non sint sibi vtilia dummodo credat alijs esse nocitiua: hoc tamen preuiso quod receptio frangit maliciam supradictam. ¶ Et si iungatur cum sole a trino vel sextili aspectu siue cum receptione perfectius complebuntur significata: et significat quod natus seu interrogans intromittet se de disponendo res regales et magnatum et nobilium et diuitum qui sunt apti regno. ¶ Si autem iungatur cum venere significat quod natus erit curialis et benignus et suauis et boni animi et honestus

moribus: ⁊ erit celer ⁊ levis ⁊ velocis motus: ⁊ vtetur diuinis obsequijs: nec dicet malū de aliquo: nec dicet alicui rusticitatem sua culpa. ¶ Si vero iungatur cū mercurio cū receptione significat q natus erit concionator facund⁹ ⁊ q adherebit scripture atq3 rethorice: ⁊ erit ordinatus in omni sua locutiōe ⁊ in omni suo dictatu tam metrico q̄3 prosaico. Si aūt sine receptiōe a trino vel sextili aspectu erit infra hoc. Si vero a quarto aspectu vel oppositione erit loquax ⁊ multa vana verba ⁊ inutilia fundet: nec volet alijs dare vicez loquendi: ⁊ interrumpet eorum dicta: nec volet q sua interrumpātur. ¶ Et dixerunt guelius ⁊ albuaz quia significat cogitationem ⁊ nouitatem animi ⁊ debilitatē ingenij atq3 sensus: ⁊ lingue grauitatē ⁊ mulieres honestas. Unde debes considerare in natiuitatibus mulierum si fuerit luna iuncta mercurio sicut dictum est quoniam significat tunc q mulier erit honesta ⁊ bona ⁊ boni animi: ⁊ erit libent nutriens pueros ⁊ erit fortunata in hoc: ⁊ erit astitrix parturientium: ⁊ significat matres ⁊ materteras ⁊ prebetrices ciboꝝ: sciet enim natus pbere cibaria alijs. ¶ Et dixerunt toz grecus ⁊ albuaz quia tunc significat proprie pulmonem ⁊ cerebrum. Et de coloribus significat citrinuz. Et de saporibus salsum. Et significat ex mulieribus oculum dextrum: ⁊ ex viris sinistrum. Unde debes considerare in natiuitatibus si luna fuerit impedita: quia significat impedimentum oculi quod accidet magis quando fuerit impedita in ariete: in viris impedit sinistrum: ⁊ in mulierib⁹ dextrum. Aut enī nascetur cum oculo impedito: aut impedietur eius oculus ante mortez eius naturalem impedimento inseparabili: ⁊ aliquando perdet natus oculum ex toto. Et ex diebus habet diem lune: ⁊ ex noctibus illam que precedet diem veneris. Et quantitas orbis eius est .12. graduum. ¶ Et anni firdarie ipsius sunt nouem. anni i eius minores .25. medij .39. ⁊ dimidius. Et quidam voluerunt dicere q esset .66. quoꝝ oppositioni non video causam quare assentiā. Maiores autez .108. maximi vero .420. Et dicuntur anni eius maiores .108 eo q ipsa habeat illam virtutem in illa medietate circuli signorum que est a principio aquarij vsq3 in finē cancri quam habent alij planete in suis termis ⁊ essent .180. sed diminuuntur ei .60. propter duas domos duaꝝ infortunaꝝ que sunt aquarius ⁊ aries: ⁊ diminuuntur ei iterum .12. anni propterea q illa medietas minuit in suis eleuationibus ab eo q sunt principia primi climatis vsq3 in finē septimi climatis quod attribuitur lune .12. grad⁹: vnde remanēt tantum .108. Medij vero dicuntur .39. ⁊ dimidius ea ratione qua dicuntur medij anni solis: nec minuuntur tunc predicti .12. gradus. Minores siquidē sunt .25. ⁊ hoc ideo quia cum fuerit luna in fine .25. graduum arietis qui est vtriusq3 lūiaris: tangit enim .19. gradum arietis qui est de exaltatione solis: ⁊ tangit tercium gradum tauri qui est de exaltatione sua: ⁊ propter diminutionem predictorum .12. annorum a suis annis maioribus addit fm medietatem illorum annis minorib⁹ solis sex ⁊ sic fiunt .25. anni. Et fortitudo ei⁹ in partibus mundi est in dextra occidentis.

¶ De formis quas significat luna.

Et dixit messahala q significat de figuris hominum hominem album cōmixtum cum rubore niueum supercilijs beniuolis: habentez oculos

non ex toto magnos: faciem rotundam: pulcrum statum. Et ex terris artore:
et exthomā et adila. ¶ Et dixit sacerdos luna dat hoiem nullius esse seruicij
quoniā die ac nocte ire desiderat huc atq3 illuc discurrens: nec leuiter stabili
manet alicubi: quod est verum si ipsa fuerit in natiuitate tarda cursu sine re-
ceptione pfecta et fuerit iuncta planete velocis cursus et maxie de inferiorib⁹
Et dixit lunaris homo habet faciem rotundam: staturā mediocrem. Est aūt
alteratio maior oculis aut est per oculum percussus. Et dixit q₃ est vir strabo
vel oino altior orbus oculoꝝ. Et vt breuiter tibi verum fateor alter oculoꝝ
nullatenus vicio carebit. ¶ Et dixit sarcinator in quodam suo tractatu: q̄a
luna sigt a pricipio sui nouilunij vsq3 ad septē dies ānos suos puericie et a. 7.
die vsq3 ad. 14. sigt ānos iuuētut et a 14. vsq3 ad. 21. senectutis ānos sigt: et a
21. vsq3 in finē mensis sigt annos senij. Et cū fuerit sub radijs solis significat
secreta et occulta: significat etiam occultanda: vnde tunc est bonum tractare
et facere ea que occultanda sunt illa sc3 que volumus populo latere anteq3 se
paretur a sole. Illa vero que volum⁹ occultari ad temp⁹ postq3 fuerit sepata
a sole anteq3 exeat de sub radijs solis. Et ab inicio mēsis vsq3 ad oppositiōē
significat omne qd̄ futurum est: et ab oppositione vsq3 in finem mensis signi-
ficat omne quod destruendum est. Et ab inicio mensis vsq3 ad plenilunium
ipsa et sol significant accusatores. Et ab inicio mensis vsq3 ad oppositionem
significat lucrū et continentiam: et ab oppositione vsq3 in finem mensis signi
ficat stipendia et dispersiones: quoniam cum fuerit natiuitas in inicio mēsis
erit natus intentus lucro et retentioni lucratorum quantum est ex hoc. Et cū
fuerit in fine mensis erit natus intentus expensis et disperget substantiam ita
q₃ declinabit eius mod⁹ expendendi in prodigalitatē. Et significat in inicio
mensis de iudicio actorem et rem quesitam et prosperitatē actoris et rei q̄site:
et in fine mensis significat contrarium vt ait alchabicius: et in oppositione si-
gnificat contrarietatem. Et cum fuerit inter corpus lune et oppositionē solis
15. gradus significat esse inicij ꝯrietatis et eius causam. Et cum fuerit sepata
ab oppositione solis significat causas erectionis a contrarietate. Et in exitu
suo de sub radijs solis significat exitum ab occultatione atq3 occultorum de
tectionē et his similia. Et in introitu suo sub radijs solis significat aptationē
ad occultandum et maxime illa que volumus mag[illegible] occultari atq3 latere. Et
ab hora separationis sue a sole significat aptationem exitus ab occultatiōē
Et ab hora exitus sui de sub radijs solis significat aperitionem et aduentum
ab absentia: videtur enim tunc significare aduentum absentis si fuerit facta
questio de absente quando luna fuerit sic disposita.

¶ De significatione lune in quarto aspectu solis.

Dixit alchabicius et dum in quarto aspectu solis fuerit significat descen
sionem ab alto in infimū sicut sepe accidit illis qui habent magnas di-
gnitates et magistratus altos et deponuntur ab eis inuiti et reprehensibiliter
Et illud idem accidit in quarto aspectu scdo: et est etiam quartus aspect⁹ scds
deterior primo: quoniā licet significat in quarto aspectu primo diminutionē
status: tn̄ significat apparitionem rerum et lucrum et augmentum continētie:
sed in quarto aspectu secundo significat contrarium.

¶ De significatione lune a cõiunctione vsq3 ad dimidiũ sui luminis.

Dixerunt ptholome⁹ arthephius ⁊ archaphalan qui in hac sciẽtia plurimũ valuisse sunt inuenti: q luna a cõiunctione solis vsq3 ad dimidiu3 sui luminis erit natura eius humiditas: quoniã habet tunc significare humiditatẽ. ¶ Et a medietate sui luminis vsq3 ad impletionẽ erit natura calor: quoniam habet tunc significare caliditatẽ. Et ab impletione vsq3 ad dimidium sui luminis secundũ erit natura eius siccitas: qm̃ habet tunc significare siccitatem. Et a dimidio sui luminis secundo erit natura eius frigiditas quoniã habet tunc significare frigiditatẽ. ¶ Itẽ dixerũt q reliqui planete .s. saturnus iupiter ⁊ mars ab ortu suo vsq3 ad stationẽ primã in natura humiditatis erunt ⁊ significãt iuuẽtutem .s. que est a .14. anno vsq3 ad .41. ¶ Et a statione sua prima vsq3 ad oppositionẽ solis cũ sunt in medio sue retrogradationis sunt in natura caloris: qm̃ habẽt tunc significare callíditatẽ: ⁊ signt pfectã etatẽ illã .s. que est a .41. anno vsq3 ad .62. ¶ Et ab oppositiõe solis .s. cũ sunt in medio sue retrogradationis vsq3 ad suã stationẽ secundã sũt in natura siccitatis: qm̃ habẽt tũc significare siccitatẽ non veram: ⁊ significãt senectutẽ illã .s. que est a .62. anno vsq3 ad .90. ¶ Et a statione sua secũda vsq3 ad occultationẽ sub radijs solis erunt in natura frigiditatis quoniã habent tunc significare frigiditatem: ⁊ significant seniũ siue decrepitã illã .s. que est a .90. anno vsq3 in finem vite hois que potest aliqñ esse vsq3 ad .120. annos: ⁊ pauci reperiunť qui hos trãscendant: licet quidã aliquãdo aliud mẽciant. Unde modo inferiores .s. ven⁹ ⁊ mercuri⁹ a medietate sue longitudinis longioris vsq3 ad stationẽ suã primã significãt id quod significat luna in prima medietate sui luminis. ¶ Et a statione sua prima vsq3 ad mediũ sue lõgitudinis ppioris signt id qđ sigt luna a medietate sui luminis vsq3 ad impletionẽ. Et a medio sue longitudinis propioris vsq3 ad stationẽ suam secũda3 significãt id qđ sigt luna ab impletione vsq3 ad dimidiũ sui luminis secundũ. ¶ Et a statione sua secũda vsq3 ad medietatẽ sue lõgitudinis lõgioris signt id quod sigt luna a dimidio sui luminis secũdo vsq3 ad cõiunctionem solis. ¶ Sol vero ab inicio arietis vsq3 in finem geminorum significat pueritia3. A principio cancri vsq3 in finem virginis significat iuuentntem A principio libre vsq3 in finem sagittarij significat collectã etatẽ. A principio capricorni vsq3 in finem piscis sigt senectutẽ. ¶ Et dixerũt arthephius ⁊ argafalam q sol sigt animã: ⁊ luna sigt cogitationes. Unde debes cõsiderare in natiuitate alicuius si sol fuerit bene dispositus ⁊ in bono loco ab ascendente: quoniam significat q anima eius erit beniuola naturaliter. ¶ Et si fuerit male dispositus ⁊ in loco maligno ab ascendente significat q anima eius erit maliuola naturaliter: per accidens tamen poterit constringere atq3 emendare illam malam suam voluntatẽ ex arbitrio suo libero: sicut accidit aliquãdo ⁊ multociẽs in istis religionib⁹ ⁊ religiosis: ⁊ etiã in alijs discretis psonis suas maliuolentias cognoscentibus. ¶ Et si luna fuerit bene disposita vt dictu3 est de sole erunt cogitationes nati in bono ⁊ ad bonum. Et si ipa fuerit male disposita eius cogitationes erunt male ⁊ in malo ⁊ ad malũ. ¶ Et dixerunt q saturnus habet significare merorem et tristiciam et planctum et lamenta-

tionem ⁊ laborē ⁊ malū. ¶ Et iupiter habet significare sapiētiā rationem ⁊ honestatē ⁊ bonū. ¶ Et mars habet significare iram furorē ⁊ cōtrarietatē ⁊ mutationē ad malū potius q̄ ad bonū. ¶ Uenus habet significare delectationē ludū ⁊ gaudiū ⁊ alacritatē. ¶ Mercuri⁹ habet significare rationalitatē discretionē dialeticā ⁊ disciplinā. ¶ Et dicit luna pedagoga ⁊ habere significationē sup omni re: ⁊ participare cū oī planeta in natiuitatib⁹ interrogationib⁹ itinerib⁹ ⁊ initijs oīm rerū ⁊ medijs ⁊ finib⁹ earū: quoniam ipsa est mediatrix inter celos atq̧ alios planetas ⁊ elementa. Et licet celi seu corpa supcelestia agant in elemēta tamen semp fit hoc mediāte luna: q: ipsa est locata inter alios planetas ⁊ elemēta ita q ipsa nō possunt corrumpi neq̧ mutari ab eis vel ab aliquo illoꝝ quin virtus illa mutās seu alterās transeat p eius radios siue per eius potentiam.

¶ Capitulū octauū de capite ⁊ cauda draconis quid significēt.

Caput vero draconis est fortuna naturaliter ⁊ de natura masculina sed p accidēs aliqn̄ fit infortuna. Est eni natura ei⁹ composita de natura iouis ⁊ de natura veneris: ⁊ hoc habet augmētationē atq̧ significare res que augmētū suscipiūt regnū. s. ⁊ dignitates ⁊ substantiā ⁊ sublimitatez atq̧ fortunā bonā. ¶ Et dixerūt adila ⁊ argafalan q propriū capitis est augmētare pterq̧ in datione annoꝝ: minuit eni. 12. ptē eaꝝ cū fuerit cuz significatore. Unde cū fuerit cū fortunis auget fortunā eoꝝ: ⁊ cū fuerit cū malis auget maliciā eoꝝ: ⁊ tunc fit infortuna accidentaliter. ¶ Et anni firdarie eius sunt. 3. ¶ Cauda vero eius est mala naturaliter ⁊ de natura femina sed p accidēs aliqn̄ fit fortuna. Et est natura ipsius cōposita de natura saturni ⁊ mart. Et habet significare diminutionē deiectionē. s. ⁊ casuz atq̧ pauptatē ⁊ oīs boni diminutionē atq̧ oīs fortune ¶ Et dixerūt idē phi q propriū caude sit diminuere q̄ cū fuerit cuz fortunis minuit fortunā eoꝝ: ⁊ cū fuerit cū malis minuit maliciā eoruz ⁊ tunc fit eius fortuniū accidētaliter. Unde dictū est q caput sit cū fortunis fortuna: ⁊ cum malis malū: cauda vero cū bonis mala: ⁊ cū malis bona. Et anni firdarie illius. 2. sunt.



¶ Capitulū nonū quid operet quisq̧ planetarū in cōceptione pueroꝝ.

Submittā hic quedā de his que operant planete in cōceptione pueroꝝ ¶ Nam primo mēse dixit sacerdos q saturnus coagulat materiā atq̧ cōstringit ⁊ desiccat nō tamē arefaciendo. Unde si fuerit saturn⁹ bene dispositus tūc erit compatio illius cōcepti bene ordinata ⁊ bene disposita ita q q̄li

bet alioꝝ planetarū poterit bene operari quod ad eū pertinuerit in cōcepto ſm ſuum eſſe atqꝫ ſm ſuā diſpoſitionē. ¶ Si aūt fuerit ſaturnus tunc male diſpoſitus erit cōpactio ſeu coadonatio materiei cōcepti male diſpoſita nec vnqꝫ poterit forma vel diſpoſitio illius cōcepti bene ordinari licet alij planete ſint bene diſpoſiti. ¶ Secundo vero menſe iupite r ſpirituꝫ ⁊ membra tribuit. vnde ſi fuerit tunc iupiter bene diſpoſitus ⁊ boni eſſe erunt membra cōcepti bene diſpoſita ⁊ bene ordinata ⁊ vndiqꝫ naturali calle formata ⁊ eiꝰ ſpiritus ⁊ eiꝰ anhelitus bonꝰ: ⁊ inſpirabit ⁊ reſpirabit ſuauiter ⁊ bene abſqꝫ labore atqꝫ impedimēto reſpiratiōis. ¶ Si aūt fuerit iupiter mali eſſe atqꝫ male diſpoſitus erit econtra. ¶ Tercio vero menſe mars operaẜ in eo pe ſanguinē rubefaciendo illū ⁊ in forma ſanguinis deducendo. Unde ſi fuerit tunc mars bene diſpoſitus ⁊ boni eſſe erit ſanguis concepti bonus ⁊ purus ⁊ bene corpꝰ cōcepti nutriēs: ⁊ vix ⁊ rariſſime ſuphabundās ita ꝙ inferat leſionē niſi forte ꝓpter vitā inordinatā qđ poſſet facere vim nature ¶ Si aūt fuerit tūc mars male diſpoſitus erit ecōtra. ¶ Quarto aūt menſe ſol dat ſeu cōplet ei mēbra principaliora ⁊ dat calorē mēbris ⁊ cōfortat calorē naturalem ⁊ augmentat illum ⁊ rectificat ad omnes ſuas operationes exercendas ¶ Unde ſi fuerit tunc ſol bene diſpoſitus erit calor naturalis concepti bonus ⁊ vtilis ⁊ bene conſeruans natū atqꝫ ſuas operationes omnes bene perficiens ⁊ rariſſime ꝑmittens ſe vinci a calore non naturali: ⁊ erit diu durans in corpore nati. ¶ Si quidem ſol fuerit tunc male diſpoſitus erit econtra. ¶ Quinto vero mēſe venus complet concepto aures naſum ſupercilia ⁊ totam diſpoſitionē faciei atqꝫ teſticulos ⁊ adiuuat operationē alioꝝ planetarum. ¶ Unde ſi fuerit tunc venus bene diſpoſita erit conceptus poſt natiuitatē ſuam venuſtus habēs pulchros oculos: pulchra ſupcilia: pulchrum naſum: pulchras aures ⁊ totam diſpoſitionē faciei alacritate beataꝫ. ¶ Si vero fuerit tunc venus male diſpoſita erit econtra. ¶ Sexto vero mēſe mercurius renes linguā pulmonē cōponit ⁊ pficit omnia foramina ⁊ oīa concaua corporis nōdum completa: ⁊ complebunẜ oīa hec ſm diſpoſitionē mercurij. ¶ Septimo vero mēſe luna omnes cōnales pulmonis aperit ⁊ perficit ipſum ſi aliquid defuerit ⁊ perficit traceā arteriā ⁊ vuam: diuidit limitibus ſuis omnia membra corporis nōdum diuiſa. ¶ Unde ſi fuerit tūc bene diſpoſita erūt oīa hec habilia quodlibet eoꝝ ad officiū ſibi deputatū. Si vero fuerit male diſpoſita erit ecōtra. ¶ Et hec eſt cauſa. ſ. impedimētū lune quare quidā pueri naſcunẜ impediti in aliqua parte ſui corpit. Accidit eniꝫ hoc propter impedimētū lune: ⁊ accidūt illa impedimēta in illo membro quod eſt deputatū illi ſigno in quo tūc luna fuerit impedita. ¶ Et ſi fuerit in prima medietate ſignificat ꝙ accidet impedimētum in dextra parte nati. ¶ Si vero fuerit in vltima medietate accidet in parte ſiniſtra nati. Et quia in ſeptem menſibus quilibet planeta eſt operatus in concepto ſuam virtutem ⁊ ⁊ quod ſuum eſt ſi naſcatur puer poteſt eſſe de iure vitalis. Et ego vidi plures qui fuerūt nati in fine ſeptem mēſium poſt cōceptionem ⁊ vixerunt tempore longo: ⁊ pater meus fuit vnus ex illis prout eius genitrix aſſerebat qui

vixit.107.se testante. Deinde revertitur dispositio ad saturnum qui octavo mense membra infantis sua frigiditate consolidat & constringit atq; condensat. Inde fit vt si tunc puer nascatur non viuit & hoc accidit propter distemperantiam frigiditatis saturni esse pueri tunc disponentis. ¶ Nono autem mense iupiter regnat qui tunc membra infantis temperie sua sep erans a matris vtero abrupto cotilidone salutifere educit: & sic pueri qui tunc nascunt̃ credunt̃ esse vitales. ¶ Posset tamen dici q̃ hermes cui ptholomeus assensit q̃ mo re concepti in vtero sunt.3.maior scilicet que constat ex.288.dieb⁹ & media que ex.273.diebus atq; minor que constat ex.258.diebus; & nulla illarum diuiditur per aliquē numerū mensium ex supradictis. Ad quod posses respondere q̃ ptholomeus & hermes considerauerunt illos partus qui cōmuniter accidūt non cōsiderantes qui pueri debeant esse vitales vel non: sed solum cōmunes moras infantium in vtero: & fuerunt similiter locuti de illis qui transeunt septimum mensem in mora: nec etiam eorū regula fuit ita generalis quin possit ei derogari per specialē. Ipsi enim non potuerunt transire sicco pede callem illum nec est de mea interpretatione disputare sup his quia satis videt̃ q̃ possit saluari & planificari vtrūq;. Sed hic hactenus redeundū est ad propositū iuxta huius operis intentionem.

¶ Capitulū decimū qualiter disponat̃ vita nati s̄m ānos nutritionis cuiuslibet planetarum.

Ccest aliquid dicendu; de dispositione naturalis vite nati qualiter quilibet ex planetis disponat a principio sui vsq; in fine; eius. Cuius ordo talis est: luna enim que est propinquior terre & omnibus planetis velocior dicitur: & incipiendo ab inferioribus est primus planetaru; in ordine disponit vitam nati ab eius principio quatuor annis qui sunt eius anni nutritionis. Et dicitur illa dispositio & reputat̃ quasi nutritio. Deinde disponit mercurius.10.annis qui sunt sui anni nutritionis. Deinde disponit venus septem annis qui sunt anni nutritiōis. Deinde disponit sol.19.annis qui sunt sui anni nutritionis. Deinde disponit mars.15.annis qui sunt sui anni nutritionis Deinde disponit iupiter.12.annis qui sunt sui anni nutritionis. Deinde disponit saturnus.30.annis qui sunt sui anni nutritionis. Si quidem hos trāsierit natus reuertit̃ dispositio ad lunam postmodu; ad mercurium; & sic ad ceteros planetas vt dictū est. Unde in quacūq; dispositiōe aliquis predictorum dispositorum bene dispositus fuerit in illo tempore bene disponet̃ vita nati & econtra. Et addet vel diminuet in annis illis significatori nati in tempore illo iuxta suam dispositionē atq; suum esse.

¶ Capitulum vndecimū quem ex diebus & quam ex noctib⁹ habeat quisq; planeta & quare denominet̃ ab eo & de horis inequalibus & de horis masculini & femininis.

Quilibet planetarum habet proprium diem & propriam notte; sibi deputatas vnde cum fuerit aliquis dies deputatus vel aliqua nox alicui planete erit prima hora illius diei vel illius noctis illius planete a quo de-

nominatur et secunda erit planete qui succedit illum in ordine planetarum. Verbigratia dies dominica est tota solis: quoniam prima hora diei dominice est solis. ¶ Dies lune est tota lune: quoniam prima hora illius est lune. ¶ Dies martis est tota martis: quoniam prima hora illius diei est martis. ¶ Dies mercurij est tota mercurij: quoniam prima hora ipsius est mercurij. ¶ Dies iouis est tota iouis: quoniam prima hora ipsius est iouis. ¶ Dies veneris est tota veneris: quoniam prima hora ipsius est veneris. ¶ Dies sabbati est tota saturni: quoniam prima hora illius est saturni. ¶ Item dico quod prima hora diei dominice est solis: et secunda est veneris que eum succedit in ordine planetarum. Tercia mercurij qui succedit veneri. Quarta lune que succedit mercurio. Deinde incipit a superiori: et est eius quinta hora saturni a quo incipit post lunam. Sexta est iouis qui succedit saturno in ordine. Septima martis qui succedit ioui in ordine. Iterum octaua solis qui succedit marti. Nona veneris que succedit soli. Decima mercurij qui succedit veneri. Undecima lune que succedit mercurio. Duodecima saturni qui succedit vt dictum est lune: et sic habes .12. horas diei tam equales quam inequales.

¶ De horis noctis equalibus et inequalibus.

Sicut quilibet planeta habet proprium diem sibi deputatum sic et quilibet eorum habet propriam noctem sibi deputatam et ab eo denominatam. Nam tota nox que succedit ad diem dominicam dicitur esse iouis: quoniam prima hora illius est iouis: secunda martis: tercia solis: quarta veneris: quinta mercurij: sexta lune: septima saturni: octaua iouis: nona martis: decima solis: vndecima veneris: duodecima mercurij. Et sic habes duodecim horas noctis tam equales quam inequales.

¶ De horis masculinis et femininis.

Sunt etiam ex horis tam noctis quam diei quedam masculine quedam feminine. Nam prima hora cuiusque diei atque prima hora cuiuslibet noctis dicitur esse masculina: secunda feminina: tercia masculina: quarta feminina: quinta masculina: sexta feminina: septima masculina: octaua feminina: nona masculina: decima feminina: vndecima masculina: duodecima feminina. ¶ Unde debes considerare horam natiuitatis alicuius masculi vtrum sit masculina: quod si sic fuerit facit ad bene esse masculinitatis: et si fuerit feminina facit ad non bene esse masculinitatis effeminat enim natum aliquantulum. ¶ Et si fuerit hora feminina in natiuitate femine facit ad bene esse femineitatis: et facit eam esse in natura femineitatis. ¶ Et si fuerit hora masculina facit eam declinare aliquantulum ad masculinitatem et facit quodammodo naturam viraginis licet non ex toto.

¶ Capitulum duodecimum de formis seu figuris quas signa dant natis.

Dictum est de formis seu figuris quas planete dant illis quorum sunt significatores. Restat autem vt etiam aliud dicatur de ipsorum figurarum seu formarum adiutorijs quod videtur quodammodo pertinere ad ylez que dicitur radix vite. Sicuti enim planete suas figuras tribuunt natis sic et signa faciunt. Non enim quodlibet per se dat formam completam nato sed ambo simul alterum .s. cum altero: quia planeta non posset dare nato effigiem per se sine signo neque signum

per se sine planeta sicut nec mater posset gignere filiũ sine patre nec pater si-
ne matre. Aliquis enim nõ potest nasci quin aliquod signũ ascendat: nec po-
test aliquid nasci quin aliquis planeta sit dñs signi tunc ascẽdẽtis: ꝛ sic opor-
tet ꝙ vtrũqꝫ participet cũ altero in natiuitate cuiuslibet nati. Unde signa de
rogãt planetis vt nõ sit figura nati ex toto talis qualem planeta dat. Sic ꝛ
planeta derogat signo vt nõ sit figura nati ex toto qualem signum dat ꝛ quã
doqꝫ vnũ adiuuat alterum. ¶ He sunt figure quas signa dant hominibus.
¶ Nam aries facit hoĩem habẽtem collum longũ ꝛ faciẽ lõgã: multos ca
pillos: oculos interdum graues: aures paruas: ꝛ corpus vt multum curuum
¶ Taurus facit hoĩem habentem faciem amplam quãdoqꝫ curuã: ꝛ si non
habuerit faciem amplam habebit nasuꝫ grandẽ: ꝛ si nõ habebit naturaliter
grandem: tractu tamẽ temporis habebit per accidẽs nares lõgas: oculos ni
gros ꝛ graues: capillos hirsutos seu eleuatos: collũ grossum ꝛ pingueꝫ quasi
plus ꝙꝫ deceat: verecundũ qui terrã prospicit in eundo: honeste incedentem
nõ stabilem quasi vagum sed nõ credas ei vxorem tuam in secreto. ¶ Gemi
ni facit hoĩem habentẽ mediocrem staturam pectus amplũ personã conue-
nientem. ¶ Cancer facit hominẽ habẽtem corpus incompositũ ꝛ cutim to-
tius corporis grossam: ꝛ reddit hominẽ superius subtilem: inferius grossuꝫ
habentem dentes tortos: oculos paruos. ¶ Leo facit hominẽ industrem ꝛ
notum valde atqꝫ intelligentẽ superius grossum inferiꝰ subtilem: nec efficit
inde indecens magnanimũ crura subtilia. ¶ Uirgo facit hominem haben-
tem pulchram personam ꝛ bonam voluntatem: pulchros oculos ꝛ faciem
decentem. ¶ Libra facit hoĩem habentem faciem cõuenienteꝫ mediocriter
carnosum qui etiam mulieres amabit. ¶ Scorpio facit hoĩem habentem
faciem rubicũdam ꝛ paruam: multos capillos: oculos paruos: longa crura:
pedes magnos cito mutabilem: in cuius ore vix aut nũꝙꝫ inuenieť veritas
irascẽtem litigatorem: ꝛ cũ omnibus litem ꝛ rixã ꝛ quasi pro nihilo faciẽtẽ.
¶ Sagittarius facit hoĩem habentem longas coxas ꝛ longam faciem ꝛ mi
lam faciei amplam: mentũ subtile ꝛ vt multum pulchriorem a tergo ꝙꝫ ante
rius: capillos subtiles: ꝛ aliquãdo ventrem maiorem debito: ꝛ delectať in
equitando. ¶ Capricornus facit hominẽ habentem crura subtilia: corpus
siccum faciem hircinã: multos capillos. ¶ Aquarius facit hoĩem altũ ꝛ va
na gloriosum ꝛ arrogãtem qui etiã erit magnus expositor ꝛ multũ sit prodi
gus ꝛ deuastator bonorum: pulchram habentẽ faciem ꝛ coloratam: ꝛ aliqñ
vnum crus longius altero. ¶ Piscis facit hominẽ habenteꝫ pectus amplũ
caput paruum: pulchram barbam atqꝫ florentẽ: ꝛ milam faciei respectu sui
capitis amplam: colorem albũ: rotundos habentẽ oculos magnaminem.
¶ Accidit tamen sepissime vt nõ inueniant homines sic facti ꝛ illud est per
accidens ꝛ nõ per naturam: quoniam aliquãdo inueniť significator natiuita
tis ita dispositus ꝙ cõtradicit signo: ꝛ nõ permittit eius significata perfici vt
ẜm naturam signi perficerenť. Et aliquãdo inueniť ita dispositus ꝛ ita debi
lis ꝛ ita remotus a potentia complendi sua significata ꝙ signum contradicit
ei taliter ꝙ eius significata nõ perficiuntur vt de natura planete perfici debe

rent. Tu tamen ex industria tua potes ista considerare quare eueniant ꝛ quo modo. Non enim possum tibi scribere cuncta particularia que possunt in futuris temporibus euenire.

¶ Capitulum. 13. de diuersis accidentibus que accidunt hominibus.


Sunt quedam accidentia que accidunt hominibus de quibus non inueni aliquid dictũ per aliquez philosophoꝝ vnde animus meus quiescat nec tamen credo nec videt̃ verisimile ꝙ fuerit hoc ꝓpterea ꝙ ignorarẽt illud sed potius ꝙ videbat̃ eis opus diffusum atq; prolixum: vnde timuerunt ne tedium audientibus generaret̃: ꝛ etiam reliquerũt illud industrie sapientum sicuti sunt ista. Uidemus enĩ ex magno patre atq; magna matre nasci paruũ filium: ꝛ ex paruo patre ꝛ parua matre nasci magnum filium: ꝛ ex albo nigrũ ꝛ ex nigro album ex pingui macilentum: ꝛ ex macilento pinguem. Quosdaz videmus pingues: quosdam carnosos: quosdam macilentos: quosdaz inter vtrũq;. Quosdam pingues videmus fortes ꝛ probos ꝛ audaces ꝛ leues ꝛ ꝛ leuiter incedentes. Quosdam ex eisdem debiles ꝛ graues ꝛ grauiter incedentes viles ꝛ timidos. Quosdam sapientes quosdam fatuos etiã ex eisdez parentibus natos tam sapientes q̃3 fatuos. Quosdam ex vilibus ꝛ pauperibus peruenire ad magnas diuicias ꝛ dignitates ꝛ famam. Quosdam vero ex magnatibus ꝛ nobilibus peruenire ad maximã depressionẽ ꝛ paupertatẽ ita ꝙ reputant̃ quasi pro nihilo. Quosdaz videmus qui nullo modo assimilant̃ patribus vnde aliquãdo accusant̃ matres de hoc quod non sunt culpabiles. Quosdam qui assimilant̃ patribus: quosdam qui assimilant̃ auis vel proauis tam maternis q̃3 paternis ¶ Et quosdã diuersos videmus exercere simul ꝛ semel ꝛ eodem tempore vnam ꝛ eandem artem: ꝛ quidam ex his ditant̃ ex ea: ꝛ quidam depauperant̃ ex eadem: ꝛ aliquãdo melius scientes eã ꝛ minores expensas facientes ꝛ miserijs viuentes nec tamen ditant̃ quosdã ecõtrario. Quosdam videmus cum non sint multum sapientes verba quoꝝ audiunt̃ ꝛ credunt̃ ꝛ sapientiora reputant̃ q̃3 illorum qui sunt aliquãdo sapientes: ꝛ econtrario. Quosdam videmus qui manent semper sani: quosdaz semper infirmi: quosdam semisani: quosdam quibus in suis infirmitatibus suis medicine prosunt atq; medicorum cure: quosdam quibus nocent. Uidemus quosdam qui habundant diuicijs ꝛ carent filijs: quosdam qui habũdant filijs ꝛ carent diuicijs: quosdam qui habundant vtroq;: quosdam qui carent vtroq;: quosdam qui ad tempus habundant predictis: quosdam qui ad tempus carent predictis. Quosdam qui aliquando habundant filijs ꝛ vident mortem eorum ꝛ tristant̃ ex eis. Quosdam qui dimittunt eos post mortem ꝛ hereditant filij bona ipsorum. ¶ Sũt similiter quidã qui gerunt officia muliebria: ꝛ quedaz mulieres que gerunt officia virilia ꝛ bellant ꝛ faciũt mlt̃a que ad viros spectãt: sicut fuit quedã maria cremẽsis q̃ gerebat virilia arma sicut vir vt venabula: ꝛ venabat̃ apros ꝛ silia girzauensis q̃ vocabat̃ fredona ꝛ plẽs alias. Et q̃dã q̃ sũt optimi cãtores ꝛ hñt voces bñ sonoras.

Et quidam qui nihil nouerunt cancre. Et quidam qui nouerunt optime sonare musica instrumenta ꝛ vti eis. Et quid ā qui nec sciūt nec scire potuerūt nouerunt tñ in quibꝰ alijs meliꝰ alijs hoibꝰ. Et quosdaꝫ videmꝰ gaudere in vno die ꝛ ī alio tristari etiā sine manifesta cā Et quosdā gaudere ī die in quo tristāť alij. ꝛ quosdā tristari ī die ī quo gaudēt alij. ꝛ quosdā gaudere ī die bono ꝛ tristari ī malo: ꝛ quosdā tristari ī die bono ꝛ gaudere ī die malo. quosdā videmus balbucientes: quosdam loquaces: quosdam sapientes habentes pauca verba ꝛ non bene ordinata: quosdam habentes multa verba ꝛ bene ordinata: quosdam multa ꝛ non bene ordinata tam sapientes q̄ꝫ non sapientes. Et multa alia accidentia videmꝰ hominibus cueniri de quibus esset graue facere singularē mentionē: tamen vnde ipsa eueniant ꝛ quare ego annuente deo faciam tibi mentionē ꝛ exponam ea in tractatu natiuitatum. Et licet opus videatur diffusum erit tamen tante vtilitatis ꝙ non generabit tibi tedium in legendo vel in ipso studendo: ꝛ dicentur ibi quedā inusitata ꝛ quasi inaudita sicut sunt ista: quia videmus ꝙ nulla facies hominis est ita similis faciei alterius quin sit inter eas aliqua dissimilitudo ꝛ similia.

¶ Finit prima pars tercij tractatus.

¶ Incipit secunda pars de his que accidunt planetis in semetipsis ⁊ quid accidit vni ab altero.

¶ Capitulum primū de his q̄ accidunt planetis in semetipsis.



In ista secunda parte tercij tractatus dicendum est de quibusdam accidentibus que accidunt planetis in semetipsis ⁊ ad inuicem: ⁊ loquar tibi vt iam introducto ⁊ non vt introducendo. Et dicam tibi primo s̄m vestigia philosophorum de his q̄ accidunt planetis in semetipsis. Et sunt ista de illis accidentib⁹ scꝫ quando planeta est ascendēs in circulo aug̃ sue: ⁊ quando est descendens in eodem circulo: ⁊ quando est nec ascendens in ipso nec descendēs. ¶ Et dixit alchabici⁹ significatio eoꝝ que accidunt planetis in semetipsis est vt sit planeta ascendens in circulo sue augis minor lumine ⁊ magnitudine atq̃ cursu. Nā cum planeta fuerit in remotiori parte sui ecentrici a terra in qua est eius aux: ipse

apparet tunc minor lumine et magnitudine sui corporis et videtur tardior cursu non quod ipse currat minus uno die quam alio in eo quod ipse currit per lineam sui epiciculi: sed propter situm partium epiciculi sic apparet. Et cum est in opposito sue augis videlicet in illa parte sui ecentrici que est magis propinqua terre: tunc ipse apparet maior lumine et magnitudine sui corporis atque cursu velocior. In remotiori parte sui ecentrici videtur tardior cursu propter maiores compassus graduum in illa parte quam in alia. In propinquiori vero parte ipsius videtur velocior cursu propter minores compassus graduum in illa parte quam in alia quoniam ipse citius percurrit minores compassus quam maiores cum semper currat equaliter sicut dixi. Unde videtur tunc velocioris cursus quo ad octavum celum quam sit quo ad suum ecentricum. In remotiori quidem parte videtur tardior cursu quo ad octavum celum propterea quia ipse perambulat maiores compassus graduum qui sunt in illa parte quam in alia tardius quam minores. Gradus enim ecentrici sunt maiores ex parte augis quam ex alia ei opposita: quod accidit propter declinationem centri ecentrici a centro terre quod est centrum octave spere. ¶ Et putaverunt aliqui quod aux esset remotior locus epiciculi non vim facientes in auge: sed forte equivocantes in ea large loquendo. Sed aux vera est solummodo remotior locus ecentrici et non epiciculi. In epiciculo non considerantur nisi longitudo longior et longitudo propior. Longitudo longior est illa pars epiciculi que est supra lineam ecentrici. Longitudo vero propior est illa pars epiciculi que est infra lineam ecentrici: et sic in hoc differunt ab invicem aux et longitudo. Preterea quod aux non consideretur in epiciculo patet per hoc: quoniam epiciculus circuit totum ecentricum. Unde aliquando est in auge scilicet in remotiori parte ecentrici: aliquando in opposito augis scilicet in propinquiori parte ecentrici: aliquando inter hec loca scilicet augem et eius oppositum. Et circuit epiciculus omnia signa: sed aux ecentrici manet semper fixa in uno signo et in uno loco: et sic solum in ecentrico consideratur aux. ¶ Auges sunt ita ut in presenti opere tibi narro. Nam aux solis et aux veneris est in uno et eodem gradu scilicet in. 18. geminorum et in. 50. minuto ipsius. Aux martis est in secundo gradu leonis scilicet in. 51. minuto ipsius. Aux iovis est in 15. gradu virginis scilicet in. 30. minuto ipsius. Aux saturni est in primo gradu sagittarij in quinto minuto ipsius. Aux mercurij est in. 18. gradu libre scilicet in. 10 minuto ipsius. Aux vero lune non distinguitur sicut distinguuntur alie auges aliorum planetarum: quoniam ipsa non subtrahitur a medio cursu suo in equationibus sicut fit in alijs planetis quod accidit propter cursum centri ecentrici in circulo parvo cuius centrum est centrum orbis signorum. Quando planeta est in medio circuli ita quod sit tantum de circulo stellarum fixarum supra planetam quantum infra sive ante augem fuerit sive retro tunc ipse videtur equalis corpore atque lumine in omnibus alijs locis apparet aut maior aut minor lumine atque corpore. Et cum fuerit vadens ad augem et fuerint inter ipsum et augem. 90. gradus equales vel infra tunc incipit apparere minor lumine atque corpore: et sic cessat minorificari paulatim atque paulatim donec ipse perveniat ad augem que est remotior pars ecentrici. Et cum inceperit se se-

parare ab auge incipit apparere maior lumine atq corpore: et ita non cessat maiorificari quantum est in aspectu vsq dum ipse sit elongatus ab auge per 90. gradus equales qui considerantur in circulo signorum et apparet equalis sicut dictū est. Ab inde in antea maiorificatur lumine atq corpore sensibilius q̄ prius donec ipse perueniat ad oppositum augis que pars ecentrici propinquior terre. Et si fuerit argumentum planete equatum ab vno gradu vsq in sex signa erit augens numerū siue cursum. Et si fuerit a sex signis vsq ad. 12. erit minuens cursū. Et si fuerit tantum sex signa vel tantum. 12. erit planeta nec augens nec minuens cursum. ¶ Et sic cōsideratur in epiciculo directio et retrogradatio atq statio et velocitas et tarditas cursus. Nam cum planeta fuerit in illa parte epiciculi que est supra ecentricum dicitur directus. Et cum fuerit in illa parte epiciculi que est infra ecentricum dicitur retrogradus. Et cum fuerit in locis contactus linee ecentrici cum linea epiciculi dicitur stationarius. Et cū fuerit inter illa duo loca contactus scz a capite linee diametri epiciculi que distat parum a linea ecentrici dicitur tardus cursu. ¶ Sz qr illud opus non est de consideratione istius dimittam dicere de ipso plus: et reuertar ad propositū: et maxime cum omnia hec sint latius dicta in alfragano cuius intentio tractare fuit de motibus supercelestium corporū et eorum diuersitate. Et quando equatio equata alicuius planete additur super mediū cursum eius tunc auget cursum siue numerum Et quando minuitur equatio equata de medio cursu planete tunc minuit numerum siue cursum. et illa eq̄tio consideratur ƒm epiciculū et non ƒm ecentricum. Et quando saturnus vel iupiter vel mars vadunt plus medio cursu suo dicitur minuens cursum siue numerum suum. Medius autem cursus saturni in die vno est duo minuta et 35. tercia. Medius cursus iouis est quatuor minuta et. 59. secunda. Medius cursus martis est. 31. minuta et. 26. secunda. Et quando quilibet eorum vadit tantum quantuz est medius cursus eius dicitur q cursus eius sit equalis hoc est nec augens nec diminuens. Et quando sol aut venus ant mercurius vadūt in die vno plus medio cursu solis qui est. 59. minuta et octo secunda dicitur augens cursum. et quando vadit minus. 59. minutis et octo secundis dicitur minuens cursum. Et cum sol est prope augem suā ante vel retro. 90. gradibus dicitur cursus eius equalis siue medius. Et cum est minus. 90. dicitur eius cursus tardus. Et quando est distans ab ea vel ante vel retro plus. 90. gradibus dicitur cursus eius velox. Et quando vadit. 59. minutis et octo scdis tantū dicitur cursus eius equalis. Et quando luna vadit in die vno plus. 13 gradibus et decem minutis et. 35. secundis dicitur augēs cursum. Et quando vadit minus. 13. gradibus et decem minutis et. 35. secundis dicitur minuens cursum. Et quando vadit. 13. gradibus et decez minutis et. 35. secundis tantum dicitur cursus eius equalis.

¶ Capitulum secundum quando planete sunt septentrionales et quando meridionales.

Accidit autem planetis vt sint aliquando septentrionales: aliquando vero meridionales. Efficitur autem planeta septentrionalis quando ipse transit gensahar suū hoc ē in loco in quo linea ecētrici planete secat viā solis. Unde cum ipse transit a meridie in septentrionez est transitus eius per locum contact⁹ ecentrici sui cum ecentrico solis. Et donec ipse manet in illa parte sui ecentrici que est ex parte septētrionis a via solis dicitur septentrionalis donec ipse veniat ad alium locum contactus qui est in opposito illius transitus et redeat ad partem illam ecentrici que ē a parte meridiei ecentrici solis: et in tota illa medietate dicitur meridionalis. Et cum transierit predictum primum locum contactus vsqz in tria signa integra erit septētrionalis ascendens: et a tribus signis vsqz in sextū erit septentrionalis descendens. Et cum transierit iterum dictum locum contactus rediens ad meridiez vsqz ad tria signa integra erit meridionalis descendens: et a tribus vsqz in sex integra qui est loc⁹ genzahar eius a quo ipse incipit esse septentrionalis erit meridianus ascendens. Ista sunt que accidunt planetis in semetipsis.

¶ Capitulum tercium de his que accidunt planetis ad inuicem vni scilicet eorum ab altero.

In isto capitulo tractandum est de his q̄ accidunt vni planete ab altero sm dicta philosophorum hoc est ad inuicem. Et est in primis dicendū de his q̄ accidūt saturno ioui marti veneri mercurio a lumiaribus et erga luminaria. ¶ Et dixit ptholome⁹ q cum planeta videt se facie ad faciem tunc planeta dicit esse in almuguea planete. Almuguea visio facie ad faciez sonat hoc enim verbum ptholomei videtur quodāmodo stabrosum: sed est ita intelligendum scilicet q cum planeta fuerit occidentalis a sole dicitur esse in almugea solis. Et caue ne decipiaris in hoc q ptholomeus dixit occidentalis ne intelligas q planeta occidat post solem sicut intelligitur alibi occidentalitas. Sed occidentalis a sole intellexit ptholomeus vt planeta sit ex parte occidētis ita q occidat anteq̄ occidat sol. Et intellexit ptholome⁹ quando ipse dixit facie ad faciem hoc est vt sit inter planetam et solez tantum quantū est inter domum solis et domuz planete: hoc intelligas cum planeta distat de quocunqz loco a sole tantum quantum est inter domum suam et leonem qui est domus solis. Uerbi gratia ponatur q saturnus distet a sole tantū quantū est inter leonem et capricornum qui est domus saturni scilicet vt sit sol in vno signo qualecunqz signum sit: et saturnus sit in vno signo quod distet ab illo tantum quantum distat capricornus a leone videlicet vt sit vnus eorum in sexto signo ab altero sicut capricornus est sextum signum a leone. Et sit inter eos de signis et gradibus et minutis tantum quantum est inter illa duo signa vno eorum computato in numero: altero vero excluso quod est quinqz signa integra tunc erit saturnus in almuguea solis. Uerbi gratia ponatur q sit sol in duodecimo gradu leonis et saturnus sit etiā in duodecimo gradu piscium: modo saturnus est in sexto signo a sole computato signo in quo est quilibet eorum scilicet leone cancro geminis tauro ariete atqz piscibus: nunc distat

saturnus a sole tantum quantū est inter leonem qui est domus solis: ⁊ capri-cornum qui est domus saturni ita ꝙ cadūt inter eos quinqꝫ signa integra: qm̄ a .12. gradu pisciū vsqꝫ ad .12. gradū leonis sunt quinqꝫ signa integra scꝫ aries taurus gemini cancer leo sicuti cadunt quinqꝫ signa integra inter leonē ⁊ capricornum que sunt libra scorpio sagittarius ⁊ capricornꝰ. A .12. enim gradu leonis vsqꝫ ad .12. gradū cancri est vnum signum integrū. A .12. gradu cancri vsqꝫ ad .12. gradum geminorꝫ est vnum signum intergrū ⁊ sic sunt duo signa. A .12. gradu geminorū vsqꝫ ad .12. gradum cancri est vnum signum integrum ⁊ sic sunt tria signa. A .12. gradu tauri vsqꝫ in .12. gradū arietis est vnum signū integrū ⁊ sic sunt quatuor signa. A .12. gradu arietꝭ vsqꝫ in .12. gradum pisciū est vnum signum integrum ⁊ sic sunt quinqꝫ signa integra. Signum enim nō perficitur in signo in quo incipit: sed perficitur ī secūdo signo a se. ¶ Similr̄ oportet ad hoc vt iupiter sit in almuguea solis vt cadat inter ipsum ⁊ solem de signis gradibꝰ atqꝫ minutis tantum quantum est inter leonē ⁊ sagittariū qui est domꝰ iouis ⁊ hoc est quatuor signa integra scꝫ vt sit iupiter in quinto signo a sole. Uerbi gratia sit sol in aliquo signo ponamus in geminis oportebit nunc ꝙ iupiter sit in aquario ad hoc vt ipse distet a sole per q̄tuor signa integra nec plus nec minus. Aquarius enim est quintuꝫ signum a geminis in simili gradu atqꝫ minutis. Sit ergo sol in tercio gradu geminorum: modo a tercio gradu geminorū vsqꝫ in tercium gradum tauri est vnum signū integrū ⁊ a tercio gradu tauri vsqꝫ in tercium gradum arietis est vnum signū integrū ⁊ sic sunt duo signa integra. Et a tercio gradu arietis vsqꝫ in terciuꝫ gradum pisciū est vnum signum integruꝫ ⁊ sic sunt tria signa. Et a tercio gradu pisciū vsqꝫ in tercium gradum aquarij est vnum signum integruꝫ ⁊ sic sunt quatuor signa integra ⁊ sic erit iupiter in quinto signo a sole. ¶ Similiter ad hoc vt mars sit in almuguea solis oportet vt sit in quarto signo a sole ita ꝙ cadant inter eos de signis ⁊ gradibꝰ atqꝫ minutis tria signa integra sicut cadūt inter leonē ⁊ scorpionē qui est domus martis: ⁊ vt dictum est vno incluso: altero excluso vt in ceteris. Ut ponatˀ ꝙ sit sol in quarto gradu arietis oportet nūc vt sit mars in quarto gradu capricorni quoniam inter quartū gradum arietꝭ ⁊ quartū gradū capricorni sunt tria signa integra: nam a quarto gradu arietꝭ vsqꝫ in quartum gradum pisciū est vnum signum integrum: ⁊ a quarto gradu pisciū vsqꝫ in quartum gradum aquarij est vnum signum integrum ⁊ sic sunt duo signa integra. Et inter quartū gradum aquarij ⁊ quartū gradum capricorni est vnum signum integrum ⁊ sic sunt tria signa integra ⁊ sic erit mars in quarto signo a sole. ¶ In venere autem non consideratur almuguea sicut in alijs planetis quoniam ipsa non elongatˀ tantum a sole quantū distat domꝰ eius a domo solis. Sed dicitur esse in almuguea solis qn̄ ipsa occidit anteq̄ȝ occidat sol: ⁊ est in vltima elongatione a sole ita ꝙ non possit plus elongari ab eo ¶ De mercurio autem est dicendum ꝙ ad hoc vt ipse sit in almuguea solis oportet vt ipse sit in secundo signo a sole ita ꝙ vnum signum integrum cadat inter ipsum ⁊ solem sicuti vnum signū integrū est inter leonē ⁊ virginē que est domus mercurij. Ut ponatur ꝙ sol sit in nono gradu capricorni ⁊ .12 minuto: nunc oportet ꝙ mercurius sit in nono gradu sagittarij ⁊ .12. minuto

quoniaz inter nonum gradum ⁊.12.minutum capricorni: ⁊ nonum gradum ⁊ 12.minutum sagittarij est vnum signum integruz. Luna vero non dicitur esse in almuguea solis propterea q luminaria non dicuntur esse in almuguea luminaris: ⁊ etiam oporteret q ipsa esset longe a sole per vnum signum tantũ cum esset in almuguea solis si eaz deberet recipere ⁊ cum ipsa posset recipere almuzuea que posset inferre vel conferre sensibilitatem.

De almuguea

In almuguea quidem lune considerandum est: ⁊ te scire oportet q sicut planeta qui est in almuguea solis est occidẽtalis a sole: hoc est q ipse occidat ante q̃ occidat sol: ita opportet q ex aduerso planeta qui est ĩ almuguea lune sit orientalis ab ea: taliter q ipse occidat post lunam ⁊ non ante ipsam: ⁊ luna occidat ante ipsum ⁊ non post. Et dixit ptholome⁹ cum fuerit planeta distans a sole post tantum quantum distat domus eius a domo solis: ⁊ a luna ante tantũ quantum distat domus eius a domo lune: vel fuerit tutus a radijs eorum tunc est in almuguea.

De almuguea aliorum planetarum.

De almuguea vero aliorum planetarũ non curauerunt sapientes facere mentionem: quia non crediderunt in eis esse magnam vim: tamen quilibet aliorum quinq planetarum habet suam almugueã. Almuguea enim trium superiorum considerantur sicut almuguea solis: ⁊ duorum inferioruz sicut cõsideratur almuguea lune. Et quilibet eorum potest esse in almuguea alterius scz cum distat ab eo tantum quantum distat domus eius a domo alterius que est ei magis propinqua: ⁊ semper inferior recipit almugueam a superiori se preter saturnum qui recipit eius almugueam a mercurio.

Capitulum quartum de alitisal planetarum.

Est ⁊ alterum esse planetarum erga se inuicem videlicet corporalis siue aspectualis coniunctio siue applicatio quam alchabicius alitisal siue cõtinuatio vocat. Corporalis enim coniunctio est quando planeta iungitur planete in eodem signo. Aspectualis vero est quando duo planete fuerint in duobus diuersis signis aspicientibus se ad inuicem trino vel sextili siue quadrato aspectu ⁊ leuis fuerit minus gradib⁹ in suo signo q̃ ponderosus in suo ita tamen q sint sex grad⁹ vel minus inter eos scz inter radios vnius ⁊ corp⁹ alterius. Verbi gratia ponatur q sit venus vel mercurius in quarto gradu arietis ⁊ mars vel iupiter vel saturnus sit in decimo gradu geminorum vel cancri vel leonis ante se: vel sit in decimo gradu aquarij vel capricorni vel sagittarij post se: tunc venus vel mercurius iungitur illi per aspectum donec perueniat ad eius aspectum gradu per gradũ. Et illud idem intellige de coniunctione corporali vt sit venus vel mercurius in q̃rto gradu arietis ⁊ aliq̃s superiorum planetarũ sit in decimo gradu eiusdem arietis: modo leuis iungitur ponderoso per corpus: ⁊ dicitur semper iunctus ei donec compleat suã coniunctionez cum eo in eodem minuto: sed postq̃ transiuerit eum per vnũ minutum dicitur separatus ab eo. Quod dixi tibi de venere ⁊ mercurio intellige de omnibus alijs: quoniam semper leuis iungitur ponderoso: ⁊ minus ponderosus iungitur ponderosiori donec perueniatur ad saturnũ. Saturn⁹

enim quoniam ponderosior ceteris nulli planetarum iungitur prout alias dictum est: sed omnes alij iunguntur ei. ¶ Alchabicius tamen dixit quod non dicitur planeta iunctus planete nisi iungatur ei gradu per gradum siue corporalis sit illa coniunctio siue aspectualis: ipse tamen intellexit ipsum actū perficiendi rem. ¶ Messahala vero cui valde crediderunt sapientes dixit quod ex quo planeta proijcit radios suos super planetam dicitur ei iunctus: quod est verum nisi alius planeta prohibeat eorum coniunctionem. Preterea coniungitur vnus planeta cum altero: et significantur exinde effectus rerū. Unde quando vnus planeta proijcit radios suos super radios alterius et distat ab eo tantum quantum sunt orbes amborum: dicitur quod vnus petat coniunctionē alterius: et significat effectum rei quesite nisi alius planeta destruat vel impediat: et dicitur illa coniunctio grauis. Et quando distant tantum quantū est orbis vnius planete dicitur coniunctio absolute et nisi aliquid impediat vt dixi significat effectum rei. Et quando orbis leuis tangit corpus ponderosi dicitur quod ponderosus sit in gradibus leuis. Et cōsiderantur omnia hec tam in aspectu quam in coniunctione corporali.

¶ Capitulum quintum quando planete dicuntur orientales et quando occidentales.

Saturnus et iupiter ex quo exeunt de sub radijs solis vt ait alchabicius vocantur orientales: et dicuntur augmentari in fortitudine vsque dum elongentur a sole .30. gradibus: sicut eger qui post crisim augmentatur in sua fortitudine atque prosperitate donec resumat suas pristinas vires et redeat ad suū statū in quo erat antequam inciperet egrotare et securius maneat. Deinde ab illis 30. vsque ad alios .30. dicuntur orientales fortes quoniam tunc sunt in maiori securitate a sole quam vnquam esse possunt: non enim timent eū tunc in aliquo: sicut non timet ille egritudinē qui euasit ab ea et iam resumpsit omnes suas vires imo post perfectam liberationem et virium resumptionem effectus est aliquantulum carnosior et fortior solito si tamen eius complexio sit bene disposita ad illud suscipiendum. Et cum transiuerint solem .60. gradibus scilicet quod sol sit tantum elongatus ab eis vocantur orientales euntes ad debilitatē donec ipsi veniant ad elongationē .90. graduū a sole et tunc vocantur orientales debiles donec veniant ad retrogradationem. Et postquam inceperint retrogradare vocantur orientales retrogradi donec ipsi sint in oppositione solis gradu per gradum. Et postquam transiuerint gradū oppositionis solis donec ipsi veniant ad directionem vocantur occidentales retrogradi. Deinde a gradu directionis vsque ad .60. gradū post directionem sunt occidentales fortes non quod sint vere fortes sed minus debiles. Deinde a dictis .60. gradibus vsque dum sit lōgitudo eorum a sole .30. graduū dicuntur occidentales euntes ad debilitatem. Deinde vsque dum veniant ad principium combustionis dicuntur occidentales debiles. Et postquam inceperint intrare sub radijs solis donec veniāt ad gradū eius dicuntur occidentales combusti. Et considerantur omnes isti gradus secundum zodiacum et eius gradus et non secundum ecentricum vel secundum epiciculum.

¶ Capitulum sextum de duobus inferioribus quando sunt orientales: et quando occidentales.

Venus vero et mercurius cum separãtur a sole et ipsi retrogradi vocant orientales debiles. Et exquo ipsi incipiũt dirigi vsqꝫ dum sint prope solem ita q tot gradꝰ sint inter ipsos et solem quot fuerãt inter solem et ipsos quando inceperũt retrogradari dicuntur orientales fortes. Deinde vsqꝫ ad medium illorum graduum qui remanserunt inter locum predictuꝫ et radios solis dicunẽ orientales debiles. Et exquo incipiunt intrare sub radijs solis vsqꝫ dum ipsi sint in eodem gradu cum sole dicuntur orientales combusti. Deinde vsqꝫ dum perambulant omnes alios gradus combustionis dicunẽ occidentales combusti euntes ad apparitionẽ. Et exquo incipiũt apparere de sub radijs solis in directione vsqꝫ ad .15. gradũ post apparitioneꝫ dicunẽ occidentales fortes. Deinde vsqꝫ ad medietateꝫ graduũ qui sunt inter locũ illum et stationem suam primam dicuntur occidẽtales euntes ad debilitatẽ. Deinde vsqꝫ ad principiũ sue retrograditionis dicunẽ occidẽtales debiles. Deinde vsqꝫ dum veniant ad radios solis dicuntur occidẽtales retrogradi siue debilissimi. Et postq̃ incepint intrare sub radios donec veniant ad gradum solis dicuntur occidẽtales combusti. Et omnis planeta exquo exiuerit de sub radijs solis donec iungatur alteri planete siue per corpꝰ siue per aspectum dicitur esse in lumine suo. ¶ Istud est esse planetaꝝ cum luminaribus: vnde tu debes considerare in natiuitatibus seu interrogationibus et videre significatorem nati siue interrogantis vtrum significat bonum vel malum. nam si significauerit bonum et fuerit in bono loco sui epicicli vel sui ecentrici significabit illud bonum completũ quantuꝫ est ex hoc. Et si fuerint supiores orientales fortes et fuerint ascendentes ad longitudinẽ longioreꝫ vel ad suã augem: vel fuerint veloces cursu et maxime si fuerint septentrionales: quoniã tunc fiet res melius et perfectius et velocius et cum minori labore. Si vero fuerint orientales debiles vel euntes ad debilitatẽ: vel fuerint descendentes in aliquo predictoꝝ circuloꝝ signt effectũ rei: sed cũ labore atqꝫ instãcia et tardiꝰ atqꝫ cũ solicitudie et cũ aliquali diminutõe et hoc ita in natiuitatibus sicut in interrogationibus. Siquidem fuerint occidentales minuent iterũ bonũ. Et si fuerint occidentales debiles minuent iterum plus de significato. Et si fuerint retrogradi vel combusti minuent iterũ magis et cum labore et instãtia et solicitudine atqꝫ angustia dabunt quod dare debuerunt: et maxime si cum hoc fuerint meridionales.

¶ Capitulum septimum de dustoria siue ayꝫ planetarum.

Dixit alchabicius q tunc planeta dicitur esse in sua dustoria quando est in suo ayꝫ siue in sua silitudine: hoc est vt sit planeta masculiꝰ in signo masculino: et femininus in feminino. Et diurnus in die sup terram et in nocte sub terra: et nocturnus in nocte super terram et in die sub terra. sitqꝫ in die orientalis a sole: et in nocte occidẽtalis a luna. Et vt sit planeta in aliquo angulorum ascendentis: et aliquod ex luminaribus sit in aliquo angulorum quadrature illius planete. Ut verbi gratia sit quintus gradus tauri ascendẽs qd est tunc prima domus oportet tũc q sit planeta in quarta domo vel in decia ab ascendente ad hoc vt sit in angulo ascendẽtis in quinto scꝫ gradu signi facientis domũ illã ita q tria signa integra cadant inẽ illas domos et ascendẽs,

⁊ luminare aliquod sit in quadratura illius planete ita .s. ꝙ cadant inter eos 90. gradus inter planetã .s. ⁊ luminare. ¶ Dicit͛ ⁊ alio mõ dustoria ⁊ illa interpretat͛ dexteratio siue securitas: hoc est quãdo planeta fuerit in die orientalis a sole: ⁊ in nocte occidentalis a luna. Orientalis .s. a sole vt oriat͛ ante eum: ⁊ occidentalis a luna vt occidat ante eam, ita .s. vt sint inter planetaꝫ ⁊ solem siue lunam. 60. gradus. Et sit similiter luminare in suo ayz .s. sol in die supra terrã ⁊ in nocte sub terra: ⁊ luna necessario sic habet esse in nocte super terram ⁊ in die sub terra. Et ob hoc dixerunt sapientes vt sit planeta tutus a radijs luminariũ: quia exquo planeta intrat sub radios solis ita ꝙ tegat͛ ab eis dicit͛ combustus donec exeat de sub radijs eius ⁊ appareat. Et cum incipit intrare sub radios dicit͛ incipere comburi vel cecidisse in combustionem ⁊ dum est sub radijs prope solem per .12. gradus vadens ad eum si fuerit de inferioribus vel sepatus recedens ab ipso per duos gradus vel infra: vel fuerit de superioribus ⁊ sol iuerit ad eum ⁊ fuerit prope ipsum p .12. gradus vel dimiserit eum post se per duos gradus vel infra dicit͛ oppressus. Et cum fuerit cum sole in vno gradu ita ꝙ sint inter eos .16. minuta vel minus tam per latitudinem q̃ȝ per longitudinẽ quod raro contingit dicit͛ esse vnitus ⁊ tunc efficit͛ fortis quia dicit͛ esse in camino solis hoc est in corde ipsius. Et multi ex tractatoribus stellarum ⁊ specialiter mei temporis cõcordauerũt in hoc ꝙ quãdo planeta distat a sole per .16. minuta vel minus efficit͛ fortis ⁊ dicit͛ esse in corde solis. Ego vero sum concors cũ eis sed non simpliciter quoniã ad hoc vt sit planeta in camino siue in corde solis oportet ꝙ ipse sit distans a sole ad minus .16. minutis ẜm longitudinẽ ⁊ ẜm latitudinem ⁊ ista fuit intentio philosophorum quia si planeta distet a sole per longitudineꝫ minus 16. minutis ⁊ ẜm latitudinẽ distet plus .16. minutis nihilominꝰ est cõbustus quoniã differẽtia cõbustionis latitudinis quasi insensibilis est a combustione longitudinis. ¶ Et dixit alchabitius cum transierit planeta eandẽ vnionem .s. ꝙ tres superiores remãserint post solem .5. gradibꝰ ⁊ .2. inferiores fuerint elongati ab eo .5. gradibus dicit͛ euasus siue directi fuerint siue retrogradi. ¶ Et dixerũt phi hoc ad maiorẽ cautelam ⁊ ad certiorẽ certitudineꝫ ne possent in aliquo decipi. Ego aũt credo planetã euasum ex quo fuerit sepatus a sole per .2. gradus vel vltra siue ante fuerit siue retro: Et dicit͛ planeta euasus ad silitudinem egri quem reliquit febris nec tamen conualuit adhuc ita ꝙ dicat͛ liberatus nec est liberatus penitus: tamen est extra periculuꝫ donec conualescat postea dicit͛ liberatus. Et ita est de planeta cum ipse intrat combustionẽ est sicut ille qui incipit egrotare. Et cum est in vltimata cõbustione est sicut infirmus quãdo paroxismus est in statu ꝙ fit quãdo febris est superuentura ⁊ est iaꝫ vt in fieri. Et cum est separatus a sole vsqꝫ ad .2. gradus est sicut eger cui superuenit crisis nec est adhuc completa sicut sudor somnus fluxus ⁊ similia facientia crisim. Et cuꝫ est ab illis .2. gradibus vsqꝫ ad alios tres scilicet complementũ .5. graduum est sicut infirmus cui superuenit crisis ⁊ est iam completa. Et cũ est ab illis .5. gradibus elongationis a sole vsqꝫ dum exeat de sub radijs est sicut infirmus cuius egritudo cessat atqꝫ manife-

feste diminuit: et est penitus liberatus a cõbustione sicut eger est penitus liberatus ab egritudine sed non resumpsit adhuc pristinas vires est tamen securus ab egritudine illa.

¶ Capitulũ. 8. de trib⁹ superioribus ex quo apparuerint de sub radijs solis

Et postq̃ saturnus iupiter et mars apparuerint de sub radijs solis et fuerint penitus extra cõbustionẽ ita q̃ videant mane in oriente ante solẽ vocant orientales dextri donec veniant ad oppositũ solis. Et augmentat eorum fortitudo vsq̃ dum elongent a corpore solis per. 30. gradus. Et ab inde vsq̃ alios. 30. gradus ita q̃ sit eorũ longitudo a corpore solis. 60. gradus sunt orientales fortes. Et ab illis. 60. gradibus in antea sunt orientales euntes ad debilitatẽ donec veniant ad stationẽ primã et incipiant retrogradare. A statione prima in antea vsq̃ dum opponat eis sol directa linea gradu per gradum sunt orientales retrogradi. Sed postq̃ sol ptransiuerit eos per oppositionem sunt occidentales retrogradi vsq̃ dum venerint ad stationem secundam et incipiant dirigi. Et abinde vsq̃ dum sol appropinquat eis per. 30. gradus sunt occidentales fortes. Abinde in antea vsq̃ dum sol appropinquet eis per. 15. gradus dicunt occidentales euntes ad debilitatem. Postmoduz sunt occidentales debiles donec intrent sub radios solis. Ab inde in antea sunt occidentales combusti vsq̃ dum vniant cum sole in eodẽ gradu. Et cũ fuerint in oppositione solis vocant oppositi. Et cum transiuerint oppositionẽ vocant occidentales sinistri. Et est eis quoddam impedimentũ non modicum quoniam incipiunt timere ne iterum veniant ad combustionem sicut timet ille quãdo aliquis insequit qui incipit fatigari in fuga et videt illum qui insequit eum auferentem iam sibi de via et videt eum velociorem se et appropinquare sibi: timet enim ne non posset euadere manus illius.

¶ De venere et mercurio cum separant a sole

Venus vero et mercurius ex quo separãt a sole: fuerintq̃ retrogradi sũt orientales vsq̃ dum ipsi veniant ad stationem primam et incipiant dirigi. A directione vero in antea vsq̃ dum ipsi elongent tantũ quantũ erant longe ab eo quãdo inceperunt retrogradare sunt orientales fortes. Deinde vsq̃ dũ appropinquant soli per viginti gradus sunt orientales debiles vsq̃ dum intrent sub radios solis. Postq̃ fuerint sub radijs sunt orientales cõbusti vsq̃ dum vniant cum sole. Et dixit alchabicius deinde sunt combusti euntes ad apparitionẽ quousq̃ videant. Et ex quo separant a sole directione dicunt occidentales fortes vsq̃ dum veniant ad retrogradationẽ. Et ex quo inceperint retrogradare vsq̃ dum iterũ vniant cum sole dicunt occidẽtales debiles. Et dixit cuz planeta exierit de sub radijs solis et nulli planete iunct⁹ fuerit dicit q̃ sit in lumine suo. Hoc est esse planetarũ cũ luminarib⁹

¶ Capl'm. 9. de cõiunctione planetarũ ƒm latitudinẽ.

Facta est mentio in precedentibus de cõiunctione planetarũ: et illa mẽtio fuit de cõiunctione ipsorũ ƒm longitudinez cõsiderando illam coniunctionẽ de oriente ad occidentẽ vel ecõtra. ¶ Nunc aũt restat dicendum

de ipsoꝝ coniunctionē ſm latitudinē: ⁊ eſt illa que fit inter eos a meridie ad ſeptētrionē vel econtra vel ad vtrāq; partem. ¶ Eſt aūt coniunctio latitudinis vt vnus planetarū coniungat᷑ alteri ſm latitudinē ſuā .ſ. vt ſi vnꝰ planeta fuerit iungens alteri per corpus ſuum ⁊ fuerint ambo in vno gradu erit cōiunctio eoꝝ ꝑ latitudinē ⁊ equalis ſiue ſeptētrionalis fuerit illa cōiunctio ſeu applicatio ſiue meridionalis qm̄ erit latitudo vniuſcuiſq; eorum ad vnā ⁊ eandem partem. Et ſi fuerit eoꝝ cōiunctio ꝑ oppoſitionē erūt latitudinis eoꝝ equales ita .ſ. vt latitudo vnius ſit aſcendēs in ſeptētrionē ⁊ alteriꝰ aſcēdens in meridiē. Et licet illud verbū videat᷑ forte ad intelligendū tamen in ſe leue eſt: quoniā cū planeta vadit ad longitudinē longiorē tunc eſt aſcēdēs in ſeptētrionē. Et oportet ad hoc vt vnꝰ iungat᷑ alteri ꝑ oppoſitionē ꝙ vnꝰ ſit ī vna quarta ſui epicicli: ⁊ alter ſit in ſuo epicicluo ī quarta oppoſita illi. Omnes alie cōiunctiones que fiunt ꝑ alium modū q̄ȝ per iſtuȝ ſunt cōiunctiones longitudinis ⁊ nō latitudinis. Et eſt ille modus vt ſit vnꝰ planeta ſeptētrionalis aſcendēs in ſeptētrionē ⁊ alter meridianus deſcendēs in meridiem. Hec eſt cōiunctio latitudinis. Sapiētes tamē huius artis ⁊ ſpecialiter illi q̄ vtunt᷑ almanach nō multū curant de iſta cōiunctione latitudinis in ſuis iudicijs: quod mihi nō videt᷑ congruū maxime in magnis factis vt ſunt natiuitates queſtiones vniuerſales reuolutiones annoꝝ ⁊ ſimilia.


¶ Capitulū. 10. de euacuatione curſus planetarū.

Poſtq̄ȝ vnus planeta fuerit iunctus alteri ⁊ fuerit coniunctio eoꝝ perfecta: ⁊ poſt perfectionē fuerit tranſacta ita ꝙ vnus eoruȝ ſit ſeparatus ab alio ⁊ poſt ſepationē nulli alteri planete iungat᷑ dicit᷑ vacuus curſu quoniaȝ ipſe tūc currit ſolitarius. Et tamdiu durabit eſſe vacuus curſu donec ipē iūgat᷑ alteri vel petat eius cōiunctionē ſicut dictū eſt alias: ⁊ hoc eſt ei quoddā impedimentuȝ. ¶ Et dixit alchabicius ꝙ quādiu fuerit aliquis planeta in aliquo ſigno ſolitarius ⁊ alius planeta non aſpexerit illud ſignum dicit᷑ ꝙ ſit feralis ſiue agreſtis: ⁊ hoc ſimiliter eſt ei magnū impedimentū ⁊ res horribilis valde.

¶ Capitulū. 11. de tranſlatione nature planetarum.

Opinio fuit quorundam philoſophorum ꝙ vnus planeta transfert naturam alterius ad alterum abſolute. Dixerunt enim ꝙ quando planeta leuis ſeparatur a ponderoſo ⁊ iugit᷑ alteri ſiue ponderoſiori eo ſiue leuiori ꝙ transfert naturam primi ad ſecundū. Quod mihi videt᷑ obſcurum quodāmodo ita ſimpliciter confiteri: non enim videt᷑ veriſimile ꝙ licet vnꝰ planeta iungatur alteri niſi iungat᷑ ei de aliqua ſuarum dignitatum ꝙ ipſe det ei virtutem ſuam vel cōmittat naturam vel diſpoſitionem ſuam illi iuxta illud philoſophi dicentis: non dat planeta aliquid in loco in quo nihil promiſit. Unde ſi planeta non dat ei naturā ſeu virtutē ſuā nō videt᷑ ꝙ ipſe poſſit portare naturam alterius ad alium. Et etiā ſi daret vel cōmitteret eaȝ ſibi eadē ratione non videtur ꝙ det eam alteri niſi iungatur eidem de aliqua ſuarum dignitatuȝ. Et credo ꝙ hec fuerit eorum intentio licet eam non expreſſerint ¶ Sȝ ſi plāeta leuis iūgeret᷑ planete pōderoſo de aliqua dignitate pōderoſi cōmitteret ei pōderoſus naturam ⁊ diſpoſitionē ſuam ⁊ poſſet eam portare

secum donec iungeret alteri planete quem inueniret in aliqua sua dignitate
⁊ illi cõmitteret quod acceperat nisi forte deliteret ex coniunctione alterius
illa virtus licet non cõmitteret eam sibi: nõ enim videt verisimile ꝙ aliquis
det ignoto in terra aliena quod acquisiuit sibi. Tamen quoniam ipsi fuerũt
sapientiores me sustinenda sunt dicta ipsorum qualiscũqꝫ fuisset eorum intẽ-
tio. Et dixerunt planetam ferre naturam planete ad alterũ sub tali exemplo.



Erat luna iuncta veneri in vno signo ⁊ in vno gradu vt ponat in .4. gra-
du tauri ⁊ cum sepata fuit a venere iuncta est marti in .6. gradu eiusdem tau-
ri vel in quocũqꝫ alio gradu fuerit qui est ponderosior venere vel mercurio
qui est leuior ea: modo luna transfert naturam veneris ad martẽ siue ad aliũ
quẽcũqꝫ primo inueniat vel cui primo iuncta est. venus enim cõmiserat dispo
sitionem suam atqꝫ naturam lune: ⁊ ipsa cõmisit illi quem primo inuenit ⁊ cui
primo iuncta fuit illud quod sibi cõmissum fuerat a venere. Et dixerũt ꝙ est

alius modus translationis nature alicuius planete ad alium videlicet vt planeta leuis iungat ponderoso: et ille ponderosus iungat alteri pōderosiori se modo ponderosus qui est medius inter leuem et ponderosiorem transfert naturam leuis ad ponderosiorem. ¶ Uerbi gratia iunctus fuit mercurius veneri in. 10. gradu piscis vel in quocūq alio: et post sepationē a venere iunct⁹ fuit soli in. 12. gradu piscis vel in quocūq alio: et sol iterum iunctus est marti in. 14. gradu eiusdem piscis vel in quocūq alio dummodo gradus sint correlatiui sibi inuicem: modo mercurius transfert naturam veneris ad solem, et sol transfert eam ad martem. Sed si nullus illorum duorum ponderosiorum iungat alicui planete solus sed iungāt ambo simul et semel vni planete tunc ille tercius planeta dicit quod reddit lumen illorum ad illum locum circuli quem ipse aspicit. Et hoc dicitur redditus luminis sub tali exemplo. Separatus fuit mercurius a venere de decimo gradu piscis vel de quocūq: et post separationem a venere iunctus fuit soli et marti in. 12. gradu eiusdem piscis vel in quocūq: et ipsi iuncti sunt iterum ioui in. 13. gradu eiusdem piscis vel in quocūq sed iupiter nulli alteri planete iunctus est: modo transfert iupiter lumen veneris ad illum locum circuli quem ipse aspicit. s. ad. 13. gradum tauri ante se sextili aspectu. Et ad. 13. gradum geminorum quadrato aspectu: et ad. 13. gradum cancri trino aspectu: et ad. 13. gradū capricorni retro sextili aspectu: et ad 13. gradū sagittarij quadrato aspectu: et ad. 13. gradū scorpionis trino aspectu.

¶ Capitulū. 12. de redditu luminis planetarū et eius abscisione.

Dicto de translatione nature planetarum restat dicendū de redditu luminis eorum et eius abscisione. Et est vt si vnus planeta petat coniunctionem alterius sed non iungunt adhuc simul et alius planeta preter illos iungat primo illi cuius coniunctionem petebat primus et ille tercius reddit lumen tercij ad primum: dicitur redditus luminis: et dicitur eius abscisio.



¶ Verbi gratia ponat᷑ q̄ sol esset in.12.gradu cancri: et saturnus in.18.gradu libre et iupiter in.15.gradu geminorum: est modo sol petens cōiunctionē saturni a quarto aspectu: sed iupiter qui est magis prope cōiunctionē saturni q̄ȝ sol iungit᷑ ei a trino aspectu et abscindit lumen solis a saturno: et hec dicit᷑ abscisio luminis. ¶ Et dr̄ similiter redditus luminis: quoniam saturnus reddit soli lumen quod iam incepit recipere ab eo et recipit lumē iouis qui est ei magis propinquus: quoniā est in.15.gradu signi in quo est: et sol est tm̄ in.12.gradu signi in quo est: et sic pōt destrui res de qua fieret questio vel habet᷑ spes. Et fit hoc per modum quē faciunt aliqui mercatores vel quiuis alij qui consueuerunt vendere et emere res aliquas: petit enim vnus aliquo alio vt vendat sibi rem aliquā et sperat ille qui petit rem se habiturū eam per modum per quem eam petit nec credit q̄ aliquis ali⁹ se intromittat de ipsa et tunc venit alius ex transuerso et dat aliquid plus venditori q̄ȝ promiserat sibi primus et accipit rem: frustrat rem vel facit aliquem aliuȝ interponere se ita q̄ frustrat eam a primo et acquirit rem pro se. Et est hec res valde consideranda in questionibus quoniā multū frustrant᷑ res etiā postq̄ȝ vident᷑ directe. Et debes scire q̄ redditus luminis considerant᷑ ſm aspectū. Trāslatio vero nature si-

ne virtutis cōsideraꝉ ƒm cōiunctionē corporalem ⁊ ƒm aspectū sed vt plurimū ƒm cōiunctionē corporalem.

¶ Capitulū.13.de prohibitione coniunctionis ⁊ quare aliquando res non perficiuntur.

Prohibitio coniunctionis ⁊ ꝙ res aliquando non perficiunꝉ fit duob⁹ modis quoꝝ vnus est quādo tres planete fuerint in vno signo in diuersis gradibus: ⁊ magis ponderosus fuerit plus gradibus ꝗ̄ alij: ⁊ vnus alioꝝ duorum petierit coniunctionem illius ponderosioris ⁊ inter ipsum ⁊ illum cuius coniunctionē petit ipse fuerit alius in medio: ille qui est in medio prohibet illum qui est minus gradibus ne iungaꝉ alteri qui est plus gradib⁹ eis ambobus: nec iungiꝉ ei donec ille medius trāseat cōiunctionē pōderosioris ⁊ dimittat eū post se. ¶ Verbi gratia sol erat i.10.gradu capricorni: ⁊ mars erat in.14.gradu eiusdē capricorni: ⁊ iupiter erat in.16.gradu eiusdem signi petebat nūc sol iungi ioui sed mars qui erat inter eos.s. magis propinquus ioui ꝗ̄ sol prohibebat ne sol iungereꝉ ioui: ⁊ ipse mars iungebaꝉ ei: ⁊ ita nō cessabat mars ꝓhibere cōiunctionē solis cū ioue donec ipse transiret eum ⁊ dimitteret eum post se: ⁊ tunc iungebaꝉ sol ioui ex quo mars transiuerat cuꝫ vnde si nō foret adhuc penitus destructa res de qua quereret poterat perfici tūc cū essent cōiuncti.s.sol ⁊ iupiter: ¶ Secundus modus est vt duo planete sint in vno signo ⁊ leuis iungaꝉ ponderoso per corpus alter quoqꝫ iungaꝉ ponderoso ꝑ aspectū a simili gradu a quo iungiꝉ ei ille qui est secum in eodē signo.s.cū ponderoso.modo ille qui iungiꝉ ei in eodē signo anullat cōiūctionem aspicientis ⁊ prohibet eū ab ea.s.coniunctione ponderosi: qm̄ cōiūctio corꝑalis fortior est aspectuali. ¶ Verbi grā erat venus in.4.gradu arietis ⁊ mars in.9.ḡdu eiusdē arietis: ⁊ luna in quarto ḡdu aq̄rij volēs se iūgere marti ꝑ aspectū: ⁊ iūcta esset ei nisi aliud impedisset: sed ven⁹ que iungebaꝉ marti corꝑaliter ꝓhibebat cōiunctionē lune a marte rōne p̄dicta.s. ꝙ cōiūctio corporalis destruit aspectū: aspect⁹ vō nō annulat cōiunctionē corporalē. Nec⁹ esset si aspiciēs cēt pl⁹ gradib⁹ in suo signo ꝗ̄ ille qui iungiꝉ ꝑ corpus: quoniā tūc esset cōiunctio aspiciēt ⁊ nō ꝯiūgētis ꝑ corp⁹ sub hoc exemplo. Erat venus vt dixi in.4.gradu arietis: ⁊ mars in.9.gradu eiusdē arietis ⁊ luna in.6. gradu aquarij: modo luna iūgiꝉ marti ⁊ annulat cōiunctionē veneris a marte: qm̄ ipsa aspicit cū a proximiori gradu ꝗ̄ iungebaꝉ ei ven⁹ ¶ Et dr̄ ꝙ si aliquis planeta iūgaꝉ cū dn̄o signi in quo fuerit vel cū dn̄o exaltationis eiusdē signi vel cū dn̄o termini vel triplicitat vel faciei siue ꝑ corp⁹ siue ꝑ aspectuꝫ ꝙ planeta qui est dn̄s signi vel alicui⁹ dignitat illi⁹ cōmittit ⁊ dat dispositionē ⁊ naturā atqꝫ virtutē suā illi. Hoc quidē verū est si iungaꝉ cū dn̄o domus vel exaltationis vel cū dn̄o duaꝝ de alijs dignitatib⁹ minorib⁹.scilicꝫ.cum domino termini ⁊ triplicitatis.vel cum domino termini ⁊ faciei vel cuꝫ domino faciei ⁊ triplicitatis. Sed si iungitur cum domino termini tm̄ vel cum dn̄o triplicitatis vel cū dn̄o faciei nō recipit eū dn̄s alicui⁹ illarū dignitatuꝫ minoꝝ ab vna sola: q2 nō sunt tāte virtutis ꝙ vna earū sola possit facere receptionē sine aminiculo alteri⁹. Vn̄ planeta q̄ recipit aliū de ill' dignitatib⁹ vt dixi cōmittit illi dispōnē suā etiā si forēt inimici a quocūqꝫ aspectū ꝗ̄ a ꝯiūctōe

¶ Uerbi gratia erat luna in.3.gradu arietis & mars qui est dñs arietis erat in.8.gradu geminoꝝ vel cancri vel leonis ante se vel aquarij vel capricorni vel sagittarij post se: modo iungebat luna marti per aspectũ & ipse recipiebat eam de domo sua & cõmittebat ei virtutem atq3 dispositionẽ suaz. Uel erat luna in dicto.3.gradu arietis & sol qui est dñs exaltationis arietis erat in.8. vel in.9.gradu geminoꝝ vel cancri vel leonis ante se vel in.8.vel in.9.gradu aquarij vel capricorni vel sagittarij post se: modo iungebat luna soli per aspectũ: & ipse recipiebat eam de exaltatione sua & cõmittebat ei fortitudinẽ suam. Uel erat luna in dicto.3.gradu arietis & iupiter qui est dñs primi termini arietis & est etiã dñs triplicitatis arietis erat in.5.gradu geminorũ vel cancri vel leonis ante se vel in.5.gradu aquarij capricorni vel sagittarij post se: modo iungebat luna ioui per aspectũ & ipse recipiebat eam de termino & triplicitate sua: & comittebat ei virtutẽ atq3 dispositionẽ suam ac si reciperet eam de domo vel de exaltatione. Hec est commissio seu datio virtutis atq3 dispositionis planetarum. Sed si luna iungeret saturno qui est dñs triplicitatis arietis nec habet ibi aliaz dignitatem non reciperet eam: qm̃ nõ habet ibi nisi vnam de illis minoribus dignitatibus de quibus non potest fieri pfecta receptio. Alchabicius tamẽ videt velle dicere q planeta qui est in domo vel exaltatione vel in aliqua dignitate alicuius planete si iungat cuz eo q ille cuius est dignitas dat & cõmittit naturã suam illi: cuius sententiã ego nõ infringo nec dico esse abiciendam cum ipe fuerit introductorius vnde pocius est sustinendus q̃3 si alius dixisset & cum ipse plurimũ valuisset in introductorio. Et dixit q quãdo planeta fuerit in aliqua suarum dignitatũ & fuerit coniunctus alicui planete per corpus dabit ei fortitudinẽ suam: & hoc similiter soluit ratione pdicta. Et si fuerit planeta in tali sua dignitate q alius planeta habeat ibi aliquã dignitatẽ & fuerit ei iunctus in ea dat sibi suaz fortitudinẽ ita q ille cui ipse iũgit habet vtrãq3 fortitudinẽ seu naturã. ¶ Uerbi gratia erat iupiter in.9.gradu arietis & mars erat in.5.gradu eiusdẽ arietis modo mars iungit ioui & recipit eum de domo sua: vnde cõmittit illi fortitudinẽ siue dispositionẽ suã atq3 naturã: & habet ibi iupiter dignitatẽ triplicitatis: vnde habet modo vtrãq3 dignitatẽ illam.s.quã habet ibi ex triplicitate & illam quã dat sibi mars ex domo: & illa cõmixtio quam facit sibi mars dicit receptio quã philosophi alcobol vocant

¶ Capitulu3.14. de redditu virtutis quãdo planeta reddit eam illi qui sibi dedit.

Quando aliquis planeta iũgit alteri & dat vel cõmittit sibi virtute3 seu dispositionẽ suã & ille cui dat virtus seu dispositio fuerit retrogradus vel cõbustus non põt illã virtutẽ retinere vnde reddit illi qui eam sibi dedit qm̃ nõ põt eam retinere propter debilitatẽ qua3 habet ex ista retrogradatione seu ex cõbustione. Tunc si fuerint ambo in angulis vel in succedentibus angulorum erit redditus ille bonus & vtilis & cũ proficuo. Et si fuerit etiam ille qui cõiungit alteri in angulo & ille cui ipse iungit receperit eũ siue fuerit in angulo siue in succedenti angulum erit redditus cũ proficuo & vtilitate.



¶ Uerbi gratia erat iupiter in ariete ponatur in decio gradu sed ipse erat retrograd⁹ vel cōbustus ⁊ erat in angulo: ponatur q̧ esset ascendens eius dez arietis quint⁹ ⁊ mars erat in q̄rto gradu capricorni in angulo decime domus: vel erat in aquario in q̄rto gradu in succedenti angulū iungebatur mars ioui per aspectum ⁊ recipiebat eum de domo sua ⁊ cōmittebat sibi dispositionē ⁊ virtutem suam: sed iupiter quia erat retrogradus non potuit retinere illaz virtutez vnde reddidit eam sibi: ⁊ talis reddit⁹ fuit bonus ⁊ vtilis cum proficuo quoniaz mars erat in angulo vel succedenti angulum ita q̧ bene potuit retinere illam virtutem sibi redditaz a ioue: ⁊ remansit postea tota virtus marti ita q̧ bene proficiēres de qua esset questio ex sua virtute ⁊ ex illa sua potētia. ¶ Si vero fuerit planeta qui iungitur scz leuis seu ille cui redditur virtus cadens ab angulo vbicunq̧ fuerit ponderosus seu ille qui reddit virtutez siue in angulo siue in succedenti seu cadenti erit redditus inutilis ⁊ malus ⁊ cū detrimēto. Uerbi gratia fuit ascendens .14. grad⁹ tauri ⁊ iupiter in quarto gradu arietis cadēs ab angulo ⁊ mars in tercio gradu cancri similiter cadēs: recepitq̧ mars iouē ⁊ cōmisit illi dispositionē suam: sed iupiter quoniam erat cadens ab angulo non potuit retinere virtutem sibi a marte cōmissam vnde reddidit eam sibi: sed mars quoq̧ erat similiter cadens ab angulo nec potuit retinere virtutem sibi a ioue redditam propter debilitatez sui casus ab angulo quod fuit ei potius ad damnum q̄ȝ ad vtilitatē. Ad exemplum cuiusdaz qui habebat in humero fassez quem non poterat portare dedit illum alteri ⁊ ille reddidit eum sibi non valenti portare: ille redditus non fuit ei vtilis sed damnosus. ⁊ sic destructa fuit causa de qua erat questio si questio fuerit facta de aliqua re ⁊ anullata propter debilitatē iouis qui non potuit retinere virtutē sibi a marte cōmissam: marti tamen debili ab eo redditam qui eam retinere non potuit: nec potuit rem ducere ad effectum: ⁊ hoc fecit debilitas vtriusq̧. Ego tamē inueni aliquos qui videbantur mihi diuersi ab alijs ⁊ erant in quadam sua opinione q̧ non credebant q̧ redditus virtutis seu dispositionis esset aliq̄d sicut fuit ille tyrannus ycilinus de romano ⁊ erat quidā eius astrologus nomine salionus quē credo assensisse sibi potius ex timore q̄ȝ q̧ crederet ita esse Et hoc credo propterea quia ycilinus habebat quendam eius fratrem in cōpedibus de quo ipse timebat ne occideret eum. Et dicebat q̧ luna ⁊ quilibet planeta leuis accipiebat naturam illius cui iungebat: ⁊ quilibet pōderosus dabat virtutē suam leui siue recipet eum siue non: ⁊ multas alias opiniones

erroneas habebat.


¶ Capitulum quindecimum de refrenatione planetarum.

Refrenatur vnus planeta a coniunctione alterius in hunc modum vide licet quando aliquis planetarum vult coniungi alteri planete siue applicari sibi ⁊ credit perficere illam coniunctionem ⁊ interim anteq̃ȝ illa coniunctio perficiatur accidit ei retrogradatio ⁊ sic non pficitur coniunctio quã petebat ⁊ quaȝ planeta ille perficere credebat: sicuti refrenat aliquis equum volentem currere tenens habenas ⁊ non permittit illum currere quo intendebat equ⁹. Unde dicitur planeta tunc refrenari a coniunctione alterius planete. Uerbi gratia erat iupiter in. 16. gradu piscium ⁊ mars erat in septimo gradu eiusdem signi volens iungi ioui: sed cum peruenit mars ad. 14. gradũ piscĩu effectus est retrogradus: vnde retrogradatio illa refrenauit illũ a ioue ita q̄ nõ potuit perficere coniunctioneȝ: ⁊ anullatũ est omne significatũ eius ita q̄ si putaret querens perficere ipsam rem esset in spe perficiendi eaȝ donec mars foret directus: dubitaret tamen ⁊ haberet semp̄ remorsum conscientie ne res illa perficeretur: tamen maior esset spes q̄ res perficeretur q̃ȝ suspitio de non perficiendo eam: ⁊ ita non cessaret in spe perficiendi eam donec accideret marti retrogradatio: nam tunc desperaret ne non posset perficere rem excogitatam. Et hec proprie dicitur refrenatio quam alchabicius vocat alicichec.

¶ Capitulum sedecimum de contrarietate planetarum.

Aliquando accidit planetis contrarietas ⁊ fit in hunc modũ videlicet quando aliquis planeta leuis fuerit in aliquo signo multis gradibus: ⁊ alius ponderosior fuerit minus gradibus q̃ȝ leuis: ⁊ tercius planeta qui sit leuior primo sit iterum minus gradibus q̃ȝ ponderosus vadens ad ponderosiorem volens iungi ei: sed anteq̃ȝ iungatur sibi: alter qui erat plus gradibus ceteris effectus est retrogradus: ⁊ in illa retrogradatione iunctus est ponderosiori anteq̃ȝ iungatur ei leuis qui petebat eius coniunctionem: ⁊ postea dimittens ipsum ponderosioreȝ retrogradando iugitur alteri planete leui: tũc destruit coniunctionem illius leuis directi qui petebat coniunctionem ponderosioris ⁊ destruit rem que significabatur per illam coniunctionem etiam si foret completa. ¶ Uerbi gratia erat iupiter in aquario. 26. gradibus ⁊ saturnus in aquario. 24. gradibus ⁊ mars in eodem signo. 15. gradibus petens coniunctioneȝ saturni volens iungi ei interim iupiter est effectus retrograd⁹ ⁊ fuit iunctus saturno per retrogradationem suam ⁊ transiuit ipsum in retrogradatione illa ⁊ dimisit eum post se ⁊ retrogradando iunct⁹ est iteruȝ marti ⁊ non permisit martem iungi cum saturno. Et hec appellatur contrarietas: quoniam deuenit contrariũ eius quod debebat deuenire: debebat enim iupiter cũ ipse min⁹ sit ponderosus saturno ⁊ transiuerit eum ire viam suã ⁊ nõ iungi ei: imo debebat mars iungi saturno qui insequebatur eum: erat enim minus ponderosus eo ⁊ minus ponderosus q̃ȝ iupiter. Unde si esset facta q̃stio aliqua de aliqua re que significaretur debere fieri aut perfici per coniun-

ctionem martis & saturni destruerettur res propter retrogradationem iouis qui iunctus saturno retrogradando anteq̃ compleretur coniunctio martis cum saturno: etiam postq̃ interrogator putauerat eam directã & debere perfici. Et talem contrarietatem alchabicius vocat halintirad.




¶ Capitulum decimumseptimum de frustratione coniunctionis planetarũ

Frustratio vero coniunctionis vnius planete ab alio fit in hunc modũ videlicet quando vnus planeta vult coniungi alteri se ponderosiori &

petit eius coniunctionem in aliquo signo sed non potest iungi ei in illo imo ille ponderosus mutatur in aliud signū: ⁊ quidam alius planeta aspicit illud signū: ita ꝙ ille cui volebat alter iungi primo obuiat radijs illius aspicient. anteꝙ̄ posset iungi illi ponderoso ille qui volebat primo iungi sibi ita ꝙ iungitur ei per aspectū: quoniā radij illius qui aspiciebat erant ita in principio signi ꝙ oportuit ꝙ ille cuius coniunctionem petebat alter primo iungeretur cum aspiciente ꝙ̄ iungeret illi qui volebat ei iungi per corpus: ⁊ sic destructa est illa coniunctio ⁊ frustrata. Et vt leuius intelligas ponam tibi exemplum huius rei quoniam textus est fortis valde. Uerbi gratia erat mars .28. grad᷒ arietis ⁊ venus erat in .17. gradu eiusdē arietis petens coniunctionē martis ⁊ iupiter erat in secundo gradu cancri erantq̄ radij iouis in inicio tauri ita ꝙ quandocunq̄ mars egrediebatur de ariete ⁊ tangebat aliq̄d de tauro in continenti iungebatur ioui per aspectum anteꝙ̄ scȝ venus posset insequi martē cuius coniunctionem ipsa petebat ⁊ illud frustrauit coniunctionem veneris cum marte ita ꝙ venus frustra petijt eius coniunctionem quoniam non potuit eam perficere propter obuiationem radiorū iouis ⁊ eius coniunctionē cum marte: sicut accidit aliquando in casibus venaticis quando insequitur vnus eorum feram ⁊ secutus est eam capere anteꝙ̄ cum capiat alter eā capit ⁊ sic frustratur venatio sua. Unde si foret facta questio aliqua de aliqua re q̄ videretur debere perfici per coniunctionem veneris cum marte corporalē frustraretur ⁊ destrueretur per coniunctionem martis aspectualem cum ioue Et ita fit multotiens ꝙ quando aliquis laborauit ⁊ studuit diutius vt posset perficere rem aliquam ⁊ credebat semper ⁊ erat in spe vt posset eam ꝑficere: ⁊ interim ex improuiso venit alter ⁊ sine labore perficit eam ⁊ abstulit eam sub tali exemplo. Facta fuit questio de matrimonio ascendente libra ⁊ ven᷒ erat in ariete volens se iungere marti vt dictū est ⁊ videbat ꝙ mars deberet eam recipere de ariete. Et ille cuius significator erat mars dabat bonam intentionem illi cuius significatrix erat venus de perficiendo qđ ille petebat: ⁊ de bona conscientia proponens ⁊ credens facere quod petebatur ab eo: et durantibus illis verbis apparuit quoddam aliud factum quod non excogitauerat ille quod forte visum est ei vtilius illo: vel qđ nesciuit ei dicere sicut pluries accidit: ⁊ ita dimisit iam diu examinatū ⁊ perfecit illud inconcussuȝ ⁊ quod nouiter accidit ei ex improuiso.

¶ Capitulum 18 de abscisione luminis vnius planete ab altero.

Abscisio luminis vni᷒ planete ab altero fit in hūc modū scȝ vt si vn᷒ velit coniungi alteri se ponderosiori ⁊ alius planeta fuerit in secundo signo a signo in quo fuerit ille pōderiosior: ⁊ anteꝙ̄ primus iungatur illi cui volebat iungi qui est ponderiosior eo: ille tercius qui est ponderiosior oībus efficitur retrogradus ⁊ retrogradando iungitur illi cui volebat iungi prim᷒ leuis. Abscindit modo iste ponderosior lumen leuis ab alio qui est minus ponderosus eo: ⁊ non permittit illam coniunctionē perfici: ⁊ sic destruitur res de qua erat facta questio.



¶ Uerbi gr̃a erat mars in .24. gradu arietis ⁊ sol in .15. gradu sagittarij petẽs coniunctionez martis ⁊ volens sibi coniungi per aspectũ ⁊ proijciebat lumẽ suum super lumen martis: ⁊ iupiter erat in tercio gradu tauri ⁊ interiꝫ effectus est retrogradus: ⁊ iupiter iunctus est marti in ipsa retrogradatione anteq̃ sol posset ꝑficere coniunctionem suam cum marte: ⁊ abscidit iupiter lumen solis a marte ⁊ ita destructa est ꝯiunctio illa ⁊ anullata. Uñ si foret questio ꝺ aliq̃ re que videreť debere perfici per coniunctionem solis ⁊ martis destrueretur propter coniunctionẽ iouis cum marte. ¶ Fit etiam alio mõ abscisio luminis planetarum vnius scꝫ ab altero videlicet vt si aliquis planeta petat coniunctionem alterius se ponderosioris ⁊ ipse ponderosior iterꝫ petat coniunctiõꝫ alterius ponderosioris se: ⁊ anteq̃ ille primus leuis iungať secundo ponderosiori ille ponderosus iungitur alteri scꝫ tercio se ponderosiori: modo ille tercius abscindit lumen scđi a primo leuiori: ⁊ ita destruitur causa que significabatur per illam coniunctionẽ sicut superius dictum est Uerbi gratia erat mercurius in .10. gradu arietis vel cuiuscũq; alteri⁹ signi petens coniunctiõꝫ

veneris que erat in .20. gradu eiusdem signi ꝛ mars erat in .22. gradu eiusdez signi cui primo iuncta est venus ꝙ̄ mercurius iungeretur ei: modo mars abscindit lumen veneris a mercurio cum venere.

¶ Capitulū decimūnonum in quibus locis planete fiunt fortes ꝛ in quibus debiles ꝛ in quibus fiunt fortune ꝛ in quibus infortune.

Sunt quedam loca in quibus planete ꝯfortantur ꝛ fiunt fortes: ꝛ quedā in quibus fiunt debiles: ꝛ quedā in quibꝰ fiunt boni ꝛ fortune: ꝛ quedā in quibus fiunt mali ꝛ infortune. Loca enim in quibus ipsi fiunt fortes ꝛ fortune sunt ista scꝫ vt sint in aspectibus bonorum planetarū ꝛ fortunarū trino vel sextili vel saltim quadrato ꝛ maxime si fuerit aspectus cum receptione: quoniam tunc efficiuntur fortune etiam si fuerint mali. Et vt sint in locis in quibus mali planete sint cadentes ab eis ita ꝙ nō iungant̃ ipsis nec ipsi eis Et vt sint separati a fortunis ꝛ iuncti fortunis: vel sint inter duas fortunas: vel sint inter radios duorum planetarum fortunarum. ¶ Verbi grã erat iupiter in .10. gradu arietis: ꝛ venus erat in .20. gradu sagittarij: ꝛ luna in .15. gradu leonis: modo luna separabatur a ioue trino aspectu qui fit de ariete ꝛ leone ꝛ iungebat̃ veneri similiter trino aspectu qui fit de leone ad sagittariū Similiter vt sint in domibus in quibus gaudent scꝫ saturnus duodecima vt alias dictum est: iupiter in vndecīa: mars in sexta: sol in nona: venus in q̃nta mercurius in prima: luna in tercia. Similiter vt sint in signis in quibus gaudent dum intrant scꝫ saturnus in aquario: iupiter in sagittario: mars in scorpione: venus in tauro: mercurius in virgine. Et vt sint angulis vel succedentibus angulorum. Et vt sint vniti cum sole sicut dictū est alias: quoniam nō est planeta vnitus nisi sit iuxta solē minꝰ .16. minutis ante ꝛ retro dextrorsū ꝛ sinistrorsum: quia non dicitur planeta in corde solis nisi sit ita vt dixi. Etiā si esset in eodem minuto secum ꝑm longitudinez ꝛ esset longe ab eo plus .16. minutis ꝑ latitudinē: nihilominꝰ esset cōbustꝰ nec possit ob hoc dici fortis. Et vt sint planete ĩ aspectu solis trino vł sextili vł trino vł sextili lune ꝛ ipsa sit tunc fortunata. Et vt sint veloces cursu aucti lumine ꝛ numero. Et vt sint in suis dignitatibus in domibus scꝫ vel exaltationibus vel terminis vel triplicitatibus vel faciebus. Vel sint in suis similitudinibꝰ supradictis hoc est masculinus in signo masculino: ꝛ femininus in signo feminino: ꝛ diurnus in die super terrā ꝛ in nocte sub terra ꝛ econtra. Aut sint recepti vel sint in gradibus lucidis. Et vt sint septentrionales ascendentes. ꝛ sint ascendentes in circulis suarū augium. Et vt sint directi vel in statione sua secunda quilibet eorum quando vult dirigi. Et vt sint exeuntes de sub radijs solis: vel sint saturnꝰ iupiter ꝛ mars orientales a sole non multū remoti ab eo ita ꝙ non vadant ad debilitatem. Et masculini sint in q̃rtis masculinis que sunt ab ascendente vsqꝫ ad decimaz ꝛ a septima vsqꝫ ad quartam. Et femini in quartis femininis que sunt a decima vsqꝫ septimā ꝛ a quarta vsqꝫ ad ascendens. Et sol similiter gaudet in quartis masculinis nisi quando est in libra quoniā est ibi eius casus. Et vt sint venus ꝛ mercurius ꝛ luna occidentales a sole ita ꝙ occidant vespere post ipsum. Et vt sint in quartis femininis. ꝛ luna sit in die sub

terra & in nocte super terram. Et vt sit in signo feminino & loco feminino: vel sit luna in exaltatione solis. Hec sunt loca in quibus planete fiunt fortes: & fortune dummodo sint alias liberi ab impedimentis.

Capitulum vigesimum quando & in quibus locis planete fiunt debiles.

Dictum est de fortitudinibus & fortunijs: nunc dicendum est de debilitatibus & infortunijs. Et hoc fit multis modis scz vt sint in corporali coniunctione malorum vel in aliquo eorum aspectu sine receptione: vel sint ita prope malos vel radios eorum q sint inter eos scz inter planetam maluz vel eius radios minus q̄z sit termin⁹ illius planete: sic si esset iupiter in ariete & saturnus esset prope eum vel eius radij minus sex gradib⁹ qui sunt termin⁹ iouis in ariete: vel esset ibi venus & saturnus esset prope eam vel eius radij minus octo gradibus qui sunt secundus terminus veneris in ariete: vel esset ibi mercurius & essent inter ipsum & saturnum vel eius radios minus septem gradibus qui sunt terminus scz tercius mercurij in ariete. Et ita debes intelligere de quolibet planeta & de quolibet termino cuius vis planete & in quo libet signo: vel q sint planete in terminis malorum: & vt sint in domib⁹ eorū non recepti: aut sint mali eleuati super eos scz q sint septentrionales ab eis a decima vel ab vndecima a locis eorum videlicet a quarto vel trino aspectu postremo qui fit a tergo: & eo deterius si mali non receperint eos: siquidē receperint eos minuit receptio maliciā eorū. Aut si fuerint sub radijs solis vel in ei⁹ oppositōe qui sunt grad⁹ ꝯbusti: vel in ei⁹ quarto aspectu sine receptōe aut fuerit cū capite vel cauda draconis: vel fuerint in suis zenzahar ita q sint inter ipsos & caput vel caudā vel eoꝝ zenzahar. 12. g̃. ante vel minus vel. 10 post aut minus. Et de illis planetis qui magis impediuntur a suis zenzahar sunt sol & luna qn̄ fuerint inter eos & caput vel caudam draconis. 12. gradus ante vel minus quoniam ibi patiuntur eclipsim quod est eis magnum detrimentum: vel sint planete obsessi a malis vel ab eoꝝ radijs. Et ex infortunijs planetarum est vt sit planeta retrogradus: aut sit cadens ab ascendēte ita q non aspiciat illud: aut sit tardus cursu: aut sit in statione sua prima scz vt fiat retrograd⁹: aut sit in gradibus tenebrosis: aut sit planeta masculinus in gradibus femininis vel in signo feminino: aut sit in die sub terra & in nocte sup terram: aut sit planeta femininus in gradibus masculinis vel in signo masculino: vel sit in die super terram vel in nocte sub terra: aut sint in oppositione domorum vel exaltationum suarum: aut sint meridiani vel descendentes in meridiem: aut sint cadentes ab angulis vel eorum succedentibus: vel sint in domibus cadentib⁹ ab ascendente: aut sint in via combusta que est a medietate libre vsqz ad medietatem scorpionis: aut iungatur aliquis eorū planete retrogrado vel combusto vel alio modo impedito: aut non sint recepti: aut sint tres altiores occidentales a sole in quartis femīs: aut sint tres inferiores orientales a sole in quart masculinis. Et vt sol sit in signis femininis vel in quartis femīs nisi sit in nona q̄ est dom⁹ gaudij sui qm̄ ipse habet significare religionē sic dom⁹ nona teste pħo. Aut sit luna cōbusta: aut in gradib⁹ descēsionis sue: aut iungat planetis q̄ sunt in descensiōe sua: vel sit ī oppositōe sol

Aut sit iuncta malis vel in eoꝝ oppositione vel quarto aspectu sine receptõe vel sit obsessa a duobꝰ malis vel eorum radijs. Aut sit cum capite vel cauda draconis vt dictū est. aut sit in geminis non recepta a mercurio. aut sit in terminis malorum. aut sit cadens ab angulis: vel iuncta planete descendenti ab eis: vel sit in via combusta: vel sit tarda cursu: aut sit in fine mēsis lunaris nō recepta: aut sit in gradibꝰ fumosis vel tenebrosis vel putealibꝰ vel azemena. Unde dixerunt sapientes ꝙ qñ luna fuerit sic impedita vix potest esse quin habeat aliquod ex dictis impedimentis ita ꝙ non est bonum incipere aliqđ opus vnde speratur bonum nec aliquod iter seu peregrinationē: nec laudat̃ in natiuitatibus. Unde si nascitur tunc aliquis quando luna fuerit impedita aliquo istorum impedimentoꝝ qđ raro accidit quin ipsa sit impedita aliquo eorum si natiuitas per se fuerit bona minuit nato de bono quod significatur per natiuitatem ẜm quantitatem seu qualitatē impedimenti: ⁊ si fuerit mala augmentat nato malum. Et ita de itineribus seu peregrinationibus: si fuerit iter bonum minuit bonitatem: si vero fuerit malum augmentat maliciaꝫ ẜm ꝙ fuerit impedimentum ipsius.

¶ Capitulum vigesimūprimum de obsessione planetarum atqꝫ signorum.

Aliquando dicitur planeta obsessus: ⁊ hoc fit duobus modis. Uno scꝫ ꝙ appellatur veneratio: ⁊ illa obsessio dicitur bona ī bona parte scꝫ vt sit planeta inter duas fortunas vel eaꝝ radios ita ꝙ hēat vnā fortunā ante se vl' radios eiꝰ ⁊ vnā pꝰ se vel radios eiꝰ ita ꝙ separet̃ ab vna vel eius radijs ⁊ iungat̃ alteri vel eiꝰ radijs. ¶ Alio mō dr̃ planeta obsessus: ⁊ illa obsessio ē mala ⁊ in mala pte scꝫ vt sit planeta inter duos malos vel eoꝝ radios ita scꝫ ꝙ habeat vnum malū ante se vel eius radios: ⁊ aliuꝫ maluꝫ vel eius radios post se. Quemadmodum vero planeta dicitur obsessus: ita ⁊ signum dicitur obsessum vt ait alchabicius. Et dixit ꝙ si sol vel alia fortuna aspexerit planetā vel signū obsessum a trino vel sextili aspectu ita ꝙ cadant inter planetā ⁊ solem vel aliam fortunaꝫ vel eius radios aut signum minus septē gradibꝰ ꝙ soluitur illa malicia siue illa obsessio. Et dicitur signuꝫ obsessum si vna ex fortunis vel eius radijs fuerit ante ipsuꝫ: ⁊ alia fortuna vel eiꝰ radij pꝰ ipsuꝫ ⁊ illa obsessio est bona. Et dicitur signū obsessum si vnus malꝰ vel eius radij fuerint ante ipsum: ⁊ alter malꝰ vel eius radij fuerit post ipsuꝫ: ⁊ illa obsessio dicitur mala.

¶ Capitulum vigesimum secundum qualiter vnus planeta diligat alium: et qualiter diligatur ab altero: ⁊ qualiter inuicem odio se habeant.

Dixerunt antiqui sapientes ꝙ quidam planetarum sunt se inuicem diligentes: ⁊ quidam eorum se inuiceꝫ odientes. Nam dixerunt ꝙ iupiter diligit omnes planetas ⁊ est amicus omnium naturaliter: ⁊ ipsi oēs diligunt eum: ⁊ omnes sunt eius amici preter marteꝫ. Uenus diligit omnes planetas ⁊ omnes diligunt eam preter saturnū. Saturnus diligit iouem solem ⁊ lunā ⁊ ipsi eum: ⁊ odit martem ⁊ venerē ⁊ ipsi eum: ⁊ venus odio habet eum plus q̄ mars. Mercurius cum applicatur diligentibus saturnuꝫ diligit eum: cum applicatur odientibus odit eum. Mars diligit venerem solam ⁊ ipsa eum: ceteros odit: ipsi eum: sed iupiter ⁊ sol odiunt eum plus ceteris. Sol diligit

iouem ⁊ venerē dilectione pfecta ⁊ ipsi eum: ⁊ odit martē mercuriū ⁊ lunam
⁊ ipsi eum. ¶ Mercurius diligit iouem ⁊ venerē ⁊ ipsi eum: ⁊ odit martē so-
lem lunam ⁊ saturnū vt dixi. ¶ Luna diligit saturnū iouem ⁊ venerem ⁊ ipsi
eam: ⁊ odit martē ⁊ solē ⁊ mercuriū. ¶ Caput draconis diligit iouem ⁊ ve-
nerem ⁊ ipsi illud de alijs nō curat. ¶ Cauda eius diligit saturnū ⁊ martem
⁊ ipsi eam: ⁊ odit iouem solem ⁊ venerem ⁊ lunam ⁊ ipsi eam. ¶ Item dixe
rūt ꝙ est quedā alia species inimicitatis .s. ꝙ duo planete habent domos su
as oppositas vel exaltationes sicut sunt saturnꝰ ⁊ luminaria: iupiter ⁊ mercu
rius: mars ⁊ venus qui habent domos suas oppositas. Et sicut saturnus ⁊
sol: iupiter ⁊ mars qui habent exaltationes suas oppositas sed talis inimici
citas est potius per accidens ꝙ̄ per naturā. Unde tu debes cōsiderare in iudi
cijs siue questionū siue natiuitatū siue cuiuscūqȝ modi sint ꝙ quicquid fuerit
significatū per aliquē planetarū de his que videntᷣ debere accidere nato seu
interroganti si fuerit illud significatū bonū ⁊ significabitᷣ per planetā qui in
imicatᷣ dn̄o ascēdētis natiuitatis seu questionis ꝙ nō ita libēter dabit vel fa
ciet rem illā quā dare vel facere debuerit ⁊ semper cum aliquali diminutio-
ne fiet. Sed licet inimicentᷣ planete sibi inuicē vt dictū est: tamen si aliquis
coniungatᷣ alteri vel inuenit vnus aliū in domo vel in exaltatione sua reci-
pit eum ⁊ videt eum bono aīo ⁊ bona voluntate: ⁊ obliuiscitᷣ omnem inimi
citiam nec recordatᷣ aliquid ex ea. Sicut si aliquis inueniat aliquē suū inimi
cū qui nō esset inimicus inimicitia vltimata seu capitali in domo sua vel in
loco in quo habet dignitatē seu magistratū vt potestariā ⁊ similia ꝙ recipit
eum ⁊ honorificat eū alacri facie timens ne reprehendatᷣ si aliud faceret nisi
esset homo siluester ⁊ valde feralis cuiꝰ mens nō cōsociaretᷣ hominibus nec
pateretᷣ associari sicut ille tyrannus cilinꝰ de romano cuius tyrannidi nō fuit
inuēta similis qui nulli pepcit ordini: nulli pepcit religioni: nulli pepcit no-
bilitati: nulli pepercit etati: nulli pepercit sexui: nulli pepercit sanguini suo
vel alieno imo sine causa propriū fratrē: propriū nepotē proprijs manibus
interfecit. Et ego vidi omnia hec. Et illa talis receptio ⁊ illa bone volunta
tis ostensio dicitᷣ apertio portarū quia aperit sibi portas ⁊ hostia ⁊ securum
eū reddit: non eni pōt manifestius dicere intra in domū ꝙ̄ apire sibi portas.

¶ Capitulū .23. de ipsorum amicitia.

Sicut aliqn̄ cadit inimicitia inter planetas sic ⁊ amicitia cadit intᷣ eosdē
videlicet qn̄ planeta concordat cuȝ alio planeta in natura ⁊ qualitate
atqȝ substātia ⁊ potestate: sicut cōcordāt mars ⁊ sol in caliditate ⁊ siccitate ⁊
est mars dn̄s exaltationis solis in qua apparet eius fortitudo multa. Et for
tior omnibus istis amicitijs est cōcordantia in natura. Unde debes semꝑ cō
siderare in natiuitatibus seu questionibꝰ quid significetᷣ per aliquē planetaꝝ
de his que debent accidere nato siue interroganti ꝙ si fuerit bonū ⁊ fuerit si
gnificatū per aliquem planetarū qui amicetᷣ dn̄o ascendentis natiuitatᷣ seu
questionis quia libentius ⁊ alacrius ⁊ perfectius dabit vel faciet rem illam
ille qui dare vel facere debuerit ⁊ semper sine diminutione. Sicuti quando
aliquis diuidit res aliquas inter aliquos ꝙ amico suo partē rei quaȝ diuidit

nititur dare illi meliorem: ⁊ quando dat illi qui nõ est totaliter eius amicus siue qui inimicat̃ ei licet det tamen nitit̃ dare sibi minus bonam partem rei que diuidit̃. Et vt concordãt venus ⁊ luna in frigiditate ⁊ humiditate: ⁊ est venus dña exaltationis lune: ⁊ sic concordant iupiter ⁊ venus in beniuolentia ⁊ boni collatione atq; fortunij ⁊ tempore.

¶ Finit tractatus terci⁹ de his que accidũt planetis in semetipsis ⁊ adinuicẽ

¶ Incipit tractatus quartus de cõsideratione quarũdam coniunctionum ⁊ quorundã alioꝝ que oportet astrologum scire ⁊ considerare.

¶ Capitulũ primũ de expositione quorundã nominũ astrologorum.



Ste tractatus est de fortioribus qui sint in tota cõsideratione astronomie qui ad iudicia pertinere videant̃ vnde oportet q̃ tu adhibeas totam mentem ⁊ totam tuam intentionez ei taliter q̃ non sis alijs rebus deditus donec ipsius intẽtionem percipias: q̃ si aliter faceres deciperes temetipsuz ⁊ perderes opus ⁊ tempus tuuz ⁊ me forte licet indebite blasphemares me nihil dixisse affirmans. ¶ Iniciũ vero huius tractatus sunt cõiunctiones significãtes res que fiũt in hoc mũdo: ⁊ sunt sex iste cõiunctiones quarum prima ⁊ omnib⁹ maior est cõiunctio saturni ⁊ iouis in primo termino arietis siue in ipsius arietis inicio: ⁊ illa fit in .960. annis soluz semel que habet significare res magnas venturas in mũdo. ¶ Secũda vero eorum cõiunctio habet fieri in primo termino siue gradu vniuscuiusq; triplicitat̃ tam ignee q̃z terree tam aeree q̃z aquatice: ⁊ ista fit in omnib⁹ .240. annis semel tantum. ¶ Preterea faciũt in vnaquaq; triplicitate alias cõiunctiones: ⁊ est aliquãdo possibile q̃ faciunt in vna triplicitate .13. cõiunctiones in hunc modum: finit vna cõiunctio in principio alicui⁹ triplicitat̃ que incipit in alia triplicitate ita prope finem ei⁹ q̃ nõ poterãt in ea compleri: vnde denominat̃ ab illa triplicitate in qua finit. Et finit ita in principio illi⁹ q̃ alie .12. possunt incipere atq; finiri in eadem triplicitate oẽs ⁊ sic fiũt in eadem .13. cõiũctiones. hoc accidit si vna cõiũctio finiat in principio alicui⁹ triplicitat̃ ita q̃ nõ trãscẽdat .54. minuta primi gradus illi⁹ triplicitat̃. Et fiũt iste .13. cõiunctiones in vna triplicitate sicut aliquãdo fiũt due cõiũctiones solis ⁊ lune in vno signo ⁊ in vno mense solari. verbi gratia fuit facta cõiũctio solis ⁊ lune in primo gradu arietis ⁊ fuit cõiunctio saphar qui est secũd⁹ mensis qui constat ex .29. dieb⁹: ⁊ anteq̃z egrederet̃ sol de ariete facta fuit alia cõiũctio in .30. gradu ariet̃ vel forte in .29. ⁊ sic facte sũt due cõiũctões in ariete: Similiter facta fuit vna cõiũctio in primo die augusti ⁊ ante q̃z egrederet̃ sol de augusto ita q̃ cõpleret̃ ille mensis lunaris facta fuit alia cõiũctio solis ⁊ lune in .30. die augusti: ⁊ ita facte sunt due cõiunctiones solis ⁊ lune in vno mense: nõ q̃ ambe inceperint in eo sed quoniã ambe finite sunt in eo: ⁊ ita est de cõiunctionib⁹ saturni ⁊ iouis quãdo faciũt .13: cõiunctiones in vna triplicitate. ¶ Postea mutat̃ illa cõiũctio ad triplicitatem que succedit ad primam: vt si fuerint facte prime cõiũctiones eorum in

triplicitate ignea mutant ad triplicitatem terream: et de terrea ad aeream: et de aerea ad aquaticam: et iterum de aquatica revertitur ad igneam scilicet ad triplicitatem arietis: et de triplicitate arietis ad triplicitatem tauri: de triplicitate tauri ad triplicitatem geminorum: de triplicitate geminorum ad triplicitatem cancri: de triplicitate iterum cancri ad triplicitatem arietis et sic in infinitum.

¶ Capitulum secundum qualiter corpora supercelestia moventur secundum diversos motus planetarum.

Coniunctiones superiorum corporum sensibiliter mutabilium fiunt secundum diversitates motuum ipsorum tam naturalium quam localium: et exinde fiunt effectus ipsorum in individuis inferioribus insensibilibus: At illi motus naturales considerantur secundum tres divisiones quia divisiones appellantur et considerantur hic secundum successivum ordinem circulorum .7. planetarum in hunc modum videlicet quod prima divisio consideratur secundum motus trium planetarum superiorum qui sunt saturnus iupiter et mars secundum quod tu invenies infra in tractatu de nativitatibus sufficienter determinatum. Secunda vero consideratur secundum planetam in medio aliorum locatum qui est sol. Tercia siquidem consideratur secundum motus trium inferiorum qui sunt venus mercurius et luna. ¶ Prima namque divisio planetarum .s. superiorum tripliciter est et triformiter imprimit in individua inferiora: et hoc secundum tres motuum diversitates primi .s. atque secundi et tercii. Primus namque motus movetur super medio. Secundus movetur a medio. Tercius vero non movetur super primo nec a primo nec super medio nec a medio sed ad medium. ¶ Unde prima divisio planetarum superiorum consideratur et refertur ad motum primum qui preest motui medio eo quod illi planete appropinquant motui primo et elongantur a motu tercio qui est ad motum medium. Et considerantur ille divisiones motuum super individuis particularibus quorum durabilitas expectatur ut sunt edificationes domorum et similia que principium habent et eorum medium non festinat et eorum finis a suo principio multum elongatur: et hec attribuuntur saturno qui habet affinitatem pre ceteris cum motu primo Et eorum medium iovi attribuitur quoniam sicut iupiter est inter alios superiores medius ac in medio ipsorum locatus et inter illos motus eius motus sit mediocris ideo medium illarum rerum est ei attributum et etiam earum complementa sunt sibi attributa et secundum ipsum considerantur. Et quia ipse est magis propinquus marti cui attribuitur finis rerum quam saturnus: et magis propinquus saturno cui attribuitur principium quam marti ideo attributum est sibi medium et complementa rerum et secundum ipsum consideratum. ¶ Finis vero attributus est marti quoniam ipse est positus in fine prime divisionis et quia finis facit destructionem rerum: et ob hoc attributa sunt ei bella et guerre atque contentiones quoniam illa magis faciunt ad consumptionem et diminutionem atque destructionem quam cetera. ¶ Principium enim indicat rerum esse: medium vero earum perfectionem: finis vero ipsarum destructionem. Et quia multitudo diversorum motuum multiplicantur et diversitates inter homines et discordie voluntatum ipsorum: et exinde oriuntur bella et contentiones que faciunt ad destructiones rerum et ad earum fines. Et quicquid dicatur a quibusdam ignorantibus creatorem suum qui cuncta disposuit ordinatim et nihil sine causa fecit: hec fuit causa quare

fuerunt hec tria tribus planetis superioribus tanq̄ principia in significatio
ne prima precedētia ea que sequunt̄ ex significatione secunda que significāt
ab alijs planetis attributa. Et sic teste philosopho motus primus mouetur a
medio: ⁊ motus tercius mouet̄ ad medium. Et motus secundus medius est
naturaliter attributus soli qui est luminare maius ⁊ eius effectibꝰ: ⁊ ille mo-
tus est a medio per relationē quia ipse est affinis illi motui: ⁊ est in ordine cir
culorum circulariter in medio aliorum positus ⁊ quicquid ad eum refert̄ est
inter motum primū ⁊ motum tercium. Et quia eius motus est minus tardus
q̄ superiores ⁊ minus velox q̄ inferiores ob hanc cām dicit̄ significator re-
gum atq̄ diuitū seu magnatū atq̄ alijs preesse ⁊ dn̄ari volentiū: ⁊ quia ipse
participat cum diuisione prima ⁊ perpendit̄ eius significatū in secunda for-
tius q̄ alicuius alterius ⁊ succedit marti in ordine circulorum. ¶ Motus autē
tercius est attributus tribus planetis inferioribus ad motum medium pro-
pter remotionē ipsorum a motu primo qui est super motum mediū: ⁊ eorum
effectus sunt sup rebus festiuis ⁊ quarū lōgitudo nō expectat̄: ⁊ propter ipso
rum motum velocem habentē cum rebus festiuis affinitatē licet quodāmo
do sapiant motum primū tamen habent affinitatem cum motu tercio. Et cō
siderant̄ eorum motus naturales s̄m tres diuisiones motuū triū planetarum
superiorum. Data est enim significatio coniugij ⁊ indumentorum ordinantiū cor
pora ⁊ similiū veneri propter eius correlationē ad saturnū. Sicut enim sa-
turnus est primus ⁊ altior trium planetarū superiorum ⁊ considerant̄ princi
pia rerum magne durabilitatis atq̄ longeue ab ipso sic ⁊ venus est primus
planetarū trium inferiorū ⁊ s̄m ipsam considerant̄ principia rerum quarum
magna durabilitas seu prolixitas nō expectat̄ ⁊ succedit soli in ordine circu
lorū. ¶ Mercurio vero data est significatio sup res significātes pfectionē re
rum nō diucius durabilium vt sunt numeri ⁊ scripture ⁊ mensurationes atq̄
sculpture ⁊ similia quarū licet quedam diu durant nō tamen fiunt nisi ad re-
rū memoriā vt hominū obliuiones emendent ⁊ quoniam eius significatio
est affinis significationi iouis ⁊ ei correlatiua que habet significare perfectio
nem rerū longeuarū. Sicut enim iupiter est medius inter planetas supiores
ita ⁊ mercurius est medius inter planetas inferiores ⁊ succedit veneri in ordi
ne circulorum. ¶ Lune vero data ē significatio sup res mobiles ⁊ velociter se
mutantes ⁊ super peregrinationes ⁊ sup omnes res velociter mutationē su-
scipiētes ⁊ quarū finis festinat ⁊ eius significata correlatiua sunt ad significa
ta martis sicuti enim mars est tercius atq̄ vltimus trium planetarū supiorum
⁊ significat finem rerum diu durabiliū sic ⁊ luna est tercius atq̄ vltimꝰ trium
planetarū inferiorum: ⁊ est affinis tercie diuisioni significate p martē: ⁊ signifi-
cat finem rerum velociter ad suum finem peruenientiū: ⁊ sic cedit mercurius
in ordine circulorum prout infra in tractatu natiuitatum lacius dicet̄. Nec cre
das has significationes fore attributas his tribus planetis nisi causa indigē
tie illorum quos naturalis necessitas ad eos impellit sicut sunt ritus hoium
⁊ oppositiones ⁊ cōditiones ⁊ leges ⁊ s̄m suos appologos viuentiū que oīa
numero atq̄ scriptura perficiunt̄ ⁊ in suum debitum actum apparenter per-
ueniunt tam in eis q̄ ad bella contentiones ⁊ itinera ⁊ ceteras mutationes

que non nisi per motum perfectionem suscipiunt. Et fuerunt attributa hec supradicta significata dictis tribus inferioribus quoniam sunt veluti secundarij per relationem ad motum siue ad esse primũ: ꝛ propter illud quod ipsi exinde consequuntur. Et quia ex eorum significatis ꝛ aliorum habetur presciencia effectuũ eorum que vniuersaliter ventura sunt ſm eorum cursum ꝛ per quẽ ad eorum particulares peruenitur cognitiones quas coniunctiones predictas perpendendere possimus si eas recte voluerimus intueri. s. saturni cum ioue ꝛ marte in locis predictis. De istis tamen motibus ꝛ eorum significatis dicetur lacius in tractatu natiuitatũ ꝛ magis ad vnguem.

¶ Capitulũ. 3. de cõiunctione saturni ꝛ martis.

Tercia vero cõiunctio est coniunctio saturni ꝛ martis quã ipsi faciunt in inicio cancri siue in eius primo gradu vel saltim in eius primo termino ꝛ hoc fit in oĩbus. 30. annis semel. ¶ Sed posses dicere quare fuit considerata solũmodo coniunctio quã faciunt saturnus ꝛ mars in principio cancri cum ꝛ ipsi coniungantur in principijs aliorum signorum similiter ꝛ aliarũ triplicitatum sicut ꝛ in principio cancri. Ad quod potest sic responderi quod eorũ coniunctio magis fuit considerata in inicio cancri quam alibi quoniam ipsa est deterior omnibus alijs coniuectionibus quas ipsi faciunt licet omnes alie sint male ꝛ minus maliciosa est illa quam ipsi faciũt in principio capricorni quoniam recipiunt inuicem ꝛ minuitur eorum malicia. Capricornus est dignitas vtriusque domus. s. saturni ꝛ exaltatio martis: nam cancer est detrimentum vtriusque. s. saturni ꝛ martis quod est eius maximũ impedimentũ: ꝛ mali quãtũcũque magis sunt impediti tantũ efficiuntur deteriores ꝛ augmentatur eorum malicia ꝛ eorum impedimentum. In alijs enim signis non habent ita manifesta detrimenta. Et licet ledant ꝛ offendant in alijs non tamen nocent tñ quantum in illo: quoniam tunc eueniunt maxime mutationes in mundo ꝛ maxima accidentia quod nõ accidit in alijs cõiuñctionibus quas faciunt alibi. Mutantur etenim regna aut fiunt guerre terribiles ex quibus sequuntur interfectiones suffocantes captiones praue: destructiones regnorũ: combustiones ignis ꝛ multe sanguinũ effusiones: fames: mortalitates: sterilitates atque multitudines pestilentiarũ. Et si fuerint orientales accident cito eorum significata prout fuerint propinqui soli vel remoti ab eo. Et si fuerint occidẽtales prolongabuntur ꝛ tardabunt eorum significata. Unde considerabis ascendẽs cõiunctionis eorum quando scilicet cõuenerint in minuto: ꝛ vide numerũ graduum longitudinis que fuerit inter eos ꝛ solem ex quibus facies signa dando scilicet vnicuique signo. 30. gradus si fuerit ascendens signum fixum ꝛ ipsi fuerint occidentales significabunt annos aduentus eorum significati ſm numerum signorũ qui tibi deuenerit de gradibus distantie inter ipsos ꝛ solem. Et si fuerint orientales loco annorum pone menses. Et si fuerit signum cõmune ꝛ ipsi occidentales loco annorum pone menses. Et si fuerint orientales loco mensium pone ebdomadas. Et si fuerit signum mobile loco annorum pone ebdomadas si fuerint occidentales. si vero fuerint orientales loco ebdomada

rum pone dies. Et quādo das vnum signum pro anno da pro .2. gradibus ⁊ 30. minutis mensem ⁊ pro .37. minutis .30. secūdis ebdomadaꝫ ⁊ pro .5. minutis ⁊ .21. secūdis diem quoniā infra hec tempora euenient significata eorū si bene equaueris ad ascendēs perfectionis cōiunctionis eorū. ¶ Est ibi cōsiderandū tamen vtrum angulus prime domꝰ sit rectus an remotus quoniā si fuerit rectus .s. ꝙ sit vnum signū ⁊ nō faciat nisi vnam domū euenient ista ſm ꝙ dixi tibi in temporibꝰ nominatis ⁊ equalibus. Si aūt fuerit remotus eueniet alio modo quoniam si angulus ille contineat minus .30. gradibus tardabit significatuꝫ hoc est si vnum signū fecerit duas domos sicut pluries accidit. Si vero contineat plus .30. gradibus hoc est ꝙ includatꝰ ibi vnuꝫ signum quod nō nominetꝰ vel alio modo cōtineat plures gradus ꝙ̄ .30. festinabit significatū ⁊ accelerabit: vt ponatꝰ ꝙ sit .5. gradus leonis prima domꝰ ⁊ .27. gradus eiusdem signi sit secūda domus: modo istud signum facit duas domos ⁊ tardat significatum pro decima parte sicut decima pars ipsius cadit in aliam domum: ⁊ si plus caderet de ipso in eam plus tardaret significatum: ⁊ si caderet nona pars ipsius in aliam domum tardaret pro nona parte temporis suum significatum. si octaua caderet tardaret pro octaua parte: ⁊ ita de ceteris partibus signi. Et si includeretꝰ vnū signum vt si esset .28. gradꝰ piscis prima domus ⁊ tercius gradus tauri esset secūda domus: modo includeretꝰ aries totus in prima domo: ⁊ festinaret significatū ſm quātitatem graduum quos caperet prima domus plures .30. ⁊ qui deberent esse de secūda qui sunt de pisce .2. ⁊ .3. de tauro: ⁊ sic festinaret significatuꝫ pro sexta pte sui temporis sicut sexta pars vnius signi caderet in eam domū plus ꝙ̄ deberet ſm rectitudinē angulorꝫ. Et sic intelligas pro qualibet signi ꝓportione. Similiter si fuerint inter ipsos ⁊ solem ita pauci gradus ꝙ nō possit ex eis fieri signū integrum hoc est ꝙ sint minus .30. Et fuerit ascēdens tale signū ꝙ oriatur in minus duabus horis equalibꝰ significat dies. Et si fuerint inter ipsos ⁊ solem tot gradus de quibus possit fieri signum integrum .s. ꝙ sint .30. fueritqꝫ ascendens signū quod oriatꝰ in duabus horis tantū significat mēses Et si fuerit ascendens signum quod oriatꝰ plus duabus horis significat annos seruata proportione substantia in gradibus ⁊ minutis sicut dixi. ¶ Est etiā sciendū ꝙ significata cōiunctionū eorū cadent vt pluries super ea que significantꝰ per signum quod fuerit ascendens hora medie coniunctionis eorꝫ vel per eiꝰ dn̄m: et ita de signo in quo fuerit eorꝫ cōiunctio. Et si fuerint in parte orientali quādo complebitꝰ eorꝫ cōiunctio ita .s. ꝙ cōueniant in vno minuto vel fuerint iuncti planetis orientalibus accident illa significata in parte orientis. Et si fuerint in meridie iuncti planetis meridianis accident in parte meridiei. Et si fuerint iuncti planetis occidentalibus vel fuerint occidentales accident in parte occidentali. Et si nō fuerint in aliqua illarum partium sed fuerint septētrionales vel fuerint iuncti planetis septētrionalibus accident in septētrione. ¶ Cancer vt dixi est detrimentū saturni ⁊ martis quoniam est oppositum capricorni qui est domus saturni ⁊ est exaltatio martis: ⁊ omne septimū signum a domo vel ab exaltatione alicuius planete dicitur esse ipsius planete detrimentū. ¶ Aries est oppositū libre que est exaltatio

saturni: sed non est oppositum alicuius dignitatis martis imo est eius dignitas. ¶ Taurus est oppositũ scorpionis qui est domus martis sed nõ est oppositũ domus vel exaltationis saturni. Unde coniunctiones eoꝝ in inicijs alioꝝ signoꝝ seu aliarum triplicitatũ sunt infra cõiunctionẽ eorum in inicio cancri ⁊ minus maliciose. ¶ Gemini võ non est oppositũ domus vel exaltationis alicuius eorum.

¶ Capitulũ. 4. de quarta cõiunctione saturni ⁊ iouis.

Quarta vero cõiunctio est saturni ⁊ iouis que fit in omnibus. 20. annis semel ita ꝙ faciunt in vnaquaqꝫ triplicitate. 12. cõiũctiones. Et ꝙ hoc sit verum ꝙ ipsi faciant. 12. cõiunctiones in qualibet triplicitate patet ꝑ hoc si bene intueberis eius veritatẽ. Multiplicitatis eni. 12. in. 20. aut. 20. in. 12. quod idem est faciunt. 240. ⁊ sic coniungunt̃ in. 240. annis. 12. vicibus faciẽdo in singulis. 20. annis vnam coniunctionẽ. Et sic faciunt inter omnes triplicitates antequã redeant ad eundẽ punctũ in quo fecerunt primam coniunctionem. 48. coniunctiones: vnde faciunt in. 240. annis. 12. coniunctiones multiplicatis enim. 240. in. 4. faciunt. 960. ⁊ tunc redit eorum cõiunctio ad principium arietis vel ad principium alterius cuiuslibet triplicitatis. Et ita intellige de quolibet loco in quo fecerunt aliquã cõiunctionẽ: semper enim redibũt illuc in omnibus. 960. annis semel.

¶ Capitulũ. 5. de quinta cõiunctione solis cũ alijs planetis.

Quinta aũt cõiunctio est illa quã facit sol cum planetis in introitu suo in primũ minutum arietis vel alij planete sibi inuicem: illa enim habet sua significata: quãdoqꝫ pua: quãdoqꝫ magna: quãdoqꝫ bona: quãdoqꝫ mala: quãdoqꝫ mediocria sicut in tractatu reuolutionũ plenarie dicet̃: longum enim ⁊ laboriosum esset nec philosophicũ si tangeret̃ nunc hic nec ordinatũ. Et si cõsiderat̃ similiter introitus solis in ariete ⁊ eius ascendens in hora illa ⁊ eius minutum in omni anno in quo debet sibi aliqua de cõiunctionibus supradictis saturni. s. cum aliquo dictoꝝ planetarũ: quoniam in illo anno habet cõiunctio solis cum planetis ostendere maiora significata quã in alijs.

¶ Capitulũ. 6. de sexta coniunctione.

Sexta quidem cõiunctio solis ⁊ lune in eodẽ minuto que fit in omni inicio cuiuscũqꝫ mensis lunaris semel ⁊ eorum oppositione que fit in medietate cuiusqꝫ mensis lunaris. Et ille similiter habent sua significata diuersa sicut in tractatu de pluuijs dicetur ⁊ etiam in reuolutionibus quedam de ipsis tibi dicam que videbunt̃ expedire.

¶ Capitulũ. 7. de horis combustis ⁊ incõbustis post cõiunctiones solis ⁊ lune quod quidam albuiz siue abiuth uocãt.

Dixerunt quidam antiquorum sapientum a quibus ego nolo deuiare ꝙ post coniunctionem solis ⁊ lune ab ipso minuto eiusdeꝫ coniunctionis sunt duodecim hore que dicuntur combuste: ⁊ post illas duodecim combustas sunt. 72. hore que dicunt̃ incombuste: ⁊ post illas. 72. incõbustas sunt. 12. combuste: ⁊ ita vsqꝫ ad gradum ⁊ minutũ alteri⁹ cõiunctionis sequentis. Et dixerunt ꝙ diuidebant̃ ille. 12. hore cõbuste in tres partes equales dan-

do vnicuiqʒ parti quatuor de illis horis. Et dicebant quod qui inceperit in primis quatuor horis bellare vel ad belluʒ ire timendum est ei mors corporis sui. Et qui inceperit in .4. horis secundis bellare vel ad bellum ire timenduʒ est ei captio vel vulneratio siue aliqua percussio sine amissione vite. Et qui inceperit in .4. horis vltimis bellare vel ad bellum ire timendum est ei amissio substantie et eorum qui cum eo fuerint et poterit etiaʒ perdere de personis adiutorum suorum. ¶ Et qui inceperit in primis quatuor horis arare vel ad arandum ire timendum est ei perditio fructuum speratorū ex aratione illa. Et qui inceperit in .4. horis secundis arare vel ad arandum ire timendū est ei detrimentum magnū in omnibus que possidet et etiam in corpore suo sine amissione vite. ¶ Et qui inceperit in vltimis. quatuor horis arare vel ad arandum ire timendum est ei diminutio suorum seminum.

¶ De duodena lune.

Item fit ex ipsis horis alia diuisio que appellatur .12. hore solis et lune scʒ .12. lune: et est res valde obseruanda videlicet quod tu debes scire horaʒ coniunctionis solis et lune et eius minutum et accipere .12. horas post coniunctionem et diuidere ipsas in tres partes equales dando scilicet vnicuiqʒ parti .4. horas et primam diuisionem dare soli qui est primus dn̄s prime triplicitatis scilicet ignee et secundam debes dare secundo dn̄o eiusdem triplicitatis scilicet ioui: et terciam debes dare tercio dn̄o ipsius triplicitatis qui est saturnus et debes iudicare secundum esse illorum dn̄orum sicut tibi exponam in sequentibus ¶ Deinde dēs dare alias .12. quas dedisti infra dn̄os triplicitatis prime et iudicare secundum dn̄os triplicitatis secunde scʒ terree dando scʒ primas .4. horas veneri que est primus dn̄s triplicitatis secunde .s. terree. Secūdas .4. lune q̄ est secundus dn̄s eiusdem triplicitatis. Ultimas vero .4. marti qui est tercius dn̄s ipsius triplicitatis. ¶ Deinde dēs dare .12. horas dn̄is triplicitatis aeree scʒ tercie post illas .12. quas dedisti dn̄is triplicitatis secunde dando scilicet primas .4. horas saturno qui est primus dn̄s tercie triplicitatis. Secūdas .4. mercurio qui est secūdus dn̄s triplicitatis aeree Ultimas vero .4. ioui qui est vltimus dn̄s triplicitatis eiusdē ¶ Deinde dēs dare alias .12. horas dn̄is triplicitatis quarte .s. aquatice dādo .s. primas .4. horas veneri q̄ est primus dn̄s triplicitatis quarte. Secūdas vero .4. marti qui est secūdus dn̄s eiusdē triplicitatis Ultimas vero .4. debes dare lune q̄ est vltimus dn̄s triplicitatis quarte .s. aquatice Et ita debes facere cū omni dn̄o cuiuscūqʒ triplicitatis donec reuertatur dispositio ad solē et perueniatur ad gradū et minutū alterius cōiunctionis sequentis. Et oēs istas horas cōsiderabis secundum inequalitatē et non secundum equalitatē. Et ob hoc dixit ptholomeus serua duodenā lune quoniam hec est illa duodena lune de q̄ ipse intellexit. Nā semper cū luna fuerit in aliqua illarū duodenaruʒ erit eius esse atqʒ dispositio secundum esse illius planete cui fuerit deputata illa tercia pars duodene in qua fuerit tūc luna. Unde vitāda est duodena lune secundum dispōneʒ illius planete cui attribute sunt ille .4. hore qui non est ponendus ex parte illius cui eligis si vnquam potes vitare nisi accideret ex infortunio alicuius quod principium sui belli vel sui itineris ad bellum caderet in aliquam ex illis horis combustis prohibitis; esset enim ei timendum periculū supra dictū.

Et eo fortius contingent ille quatuor hore ex duodena lune si esset tūc male
disposita: qa tunc non esset ei remediū etiam habita bona electione ad bellū
solus deus posset auertere. Attamen .12. hore combuste predicte magis sunt
vitande quoniā iste subalternant̄ illis. Et sic attingunt vnicuiqꝫ planete .12.
gradus de ipsis duodenis inter planetas equaliter diuidēdo: vnde efficiunt̄
illi gradus inter omnes .84. quoniam .12. multiplicatis in septem faciunt .84
Deinde reuertitur octaua duodena ad solem ⁊ fiunt diuisiones duodenarū
iterum vt dictum est in precedentibus donec perueniatur ad coniunctioneꝫ
secundam. Deinde dixerūt sapientes ꝙ post predictas .12. horas combustas
in quib⁹ non est bonū facere vel incipere aliquid de predictis neqꝫ vtile sunt
72. hore incombuste in quibus potest incipere vel facere quod vult nisi aliud
impediat. ⁊ ita donec perueniatur ad secundam coniuntioneꝫ. Unde debes
considerare in iudicijs ⁊ specialiter in illis rebus de quib⁹ feci tibi mentionē
videre ne principium alicuius rei quam facere vel incipere intendis tu vel q̄
uis alius cadat in aliquam illarum horarū prohibitarū siue sit iter siue aliud
⁊ vitare illud in quantumcunqꝫ tu magis potes.

¶ Capitulum octauū de inuentione grad⁹ ascendentis natiuitatis vel alic⁹
questionis seu alicuius principij cuius habent̄ aliqua iudicia q̄si semicerta.

Dicto de coniunctionib⁹ ⁊ de horis combustis ⁊ incombustis licet non
videat̄ de philosophica ordinatione tamen faciam tibi hic mentionē
de inueniendo gradum ascendentis alicuius inicij cui non habet̄ certitudo
dūmodo hēant̄ exinde aliqua indicia q̄ videant̄ ostendere proximitatē licet
non sint bene certa sed q̄i se incerta: qd accidit aliqñ ꝙ mater vel baiula seu
alie obstetrices non bene sciunt horā natiuitatis pueri: nec etiam illi qui in/
tersunt alicui rei: sed habent eam prope veritatē non multum remotaꝫ forte
per horam vel dimidium hore vel circa. Unde dicūt iste puer fuit nat⁹ circa
horam terciam vel sextam vel nonam: vel forte dicent circa mediam noctē
vel circa auroram diei vel circa primum somnum sicut aliqñ consueuerunt
layci dicere: vel de aliqua alia re dicēt circa talem horā fuit sicut est qñ dant̄
vexilla vel fit principiū alicuius edificij vel aliqua dispositio ⁊ similia tunc
nō potest tibi dari certitudo illius hore per illa iudicia: sed datur tibi prope
horā. ¶ Unde ad hoc vt possis inuenire certaꝫ horaꝫ illius natiuitatis vel
illius rei oportet ꝙ tu eques planetas ad illam horaꝫ quā propinqui⁹ potes
ita ꝙ non distes ab illa hora quam dicunt obstetrices vel mater vel aliquis
alius plus vna hora equali ⁊ vide ꝙ signum tunc ascendat ⁊ considera vtrū
illa natiuitas siue illud principium cuiuscunqꝫ rei fuerit sit coniunctionalis
seu preuentionalis ⁊ vide gradū in quo fuit facta illa coniunctio seu ꝑuentio
⁊ cōsidera quis planetarū sit fortior ac potentior pre multitudine dignitatū
seu fortitudinuꝫ in illo gradu ⁊ vide quot gradibus ipse perambulauerit de
signo in quo est ⁊ facies ascendens gradum signi quod videtur ascendere tūc
simile gradui in quo fuerit ille planeta qui fuerit almuteꝫ in gradu coniuncti
onis seu ꝑuentionis. ¶ Uerbi grā videbat̄ tibi ſm equationē quam feceras
ad horam incertam ꝙ habueras per indicia prima ꝙ foret ascendens quart⁹
gradus arietis per estimationeꝫ tuam vt dixi ex eo ꝙ potuisti comꝓhendere

de natiuitate seu re non bene certa: ⁊ coniunctio vel preuentio fuerat in .10. gradu arietis: mō sol est fortior in gradu ꝯiunctionis q̄ȝ aliquis planeta pre multitudine dignitatū sicut alias dictū est. Equa ergo solē ad horaȝ illam ⁊ vide in quo gradu alicꝰ signi fuerit: vt ponatᷣ q̄ sit in .17. gradu aq̄rij: debes nunc mutare ascendēs qd̄ inueneras primo ꝑ arbitriū ⁊ facere q̄ sit ascendēs aries qui primo videbatᷣ esse quartꝰ gradꝰ .17. gradus: ⁊ ita verificabis ascn̄s qd̄ queris. Et si inuenisses per tuū arbitriū q̄ foret ascn̄s plusq̄ȝ esset planeta almuteȝ in signo in quo est reduc ad quantitatē graduū eiꝰ vt si esset .24. vel plus vl'minꝰ reduc ad .17. sicut est sol in signo suo. ⁊ ita intellige de quolibet ⁊ iuxta illud ascn̄s ꝯstitue alias domos. Sed q̄a ego faciā tibi ānuente deo spēalē tractatū de natiuitatibꝰ in quo exponam tibi oīa hec ⁊ explicabo ad vnguē non sisto hic modo plus vt rectior seruetur ordo.

¶ Incipit tractatꝰ quintus in consideratioībꝰ que cadunt sup iudicijs ſm motus ⁊ significata stellarū ⁊ sup quibusdaȝ capitulis ad iudicioꝝ introductionem pertinentibus. Et sunt in eo .146. capitula seu considerationes.

Ex his aūt que ad iudicia spectant primordialr̄ sex sunt considerāda prout inferiꝰ suo loco diceᷣ. Primo nationes nationumq̄ȝ gn̄ationes. Scd̄o familiarū constitutiones atq̄ȝ familias singularū domorū familiarū ordinatiōes. Tercio diuitū ⁊ potentū negocioꝝ disponēs. Quarto indiuiduoꝝ humane speciei consideratōes Quinto electiones siue opm inceptōes Sexto q̄stiōes tā vl'es q̄ȝ ꝑticulares: ⁊ sic pōt ad astronomica iudicia ꝑueniri. ¶ Sed anteq̄ȝ ad ipsa ꝑueniatur sunt premittenda quedam que ad rem ipsoꝝ facere videnᷣ sicuti est considerare modū querendi cū quis de re aliqua q̄rere intendit: ⁊ etiā intueri alias consideratōes ⁊ alios modos quos oportet te in iudicioꝝ negocio ꝯsiderare ¶ Et sunt .146. considertōes q̄s esset impossibile oēs simul ⁊ semel adaptare: sed postq̄ȝ noiauero eas tibi oēs dicam tibi vltimo illas sine quibꝰ astrologus non potest ꝑfecte iudicare. Attn̄ dicam tibi primo modū quē quicunq̄ȝ voluerit aliquid q̄rere ab astrologo seruare debet: qm̄ iudicare de futuris prout alias dr̄ difficilimuȝ est nec potest iudicari certū ad vnguē de futuris: pōt tn̄ iudicari ita prope veritateȝ q̄ satis assimilatur ⁊ appropinquat vero: nec multū differt ab eo q̄si insensibilr̄ Et licet sit difficilimū de futuris iudicari: non tn̄ est labor euitandꝰ quin scire nitamur quicquid vnq̄ȝ de iudicijs a mente humana potest attingi. Et quia inferiora reguntᷣ a superioribꝰ prout oēs vnanimiter confitentᷣ ⁊ est verum vt alias dr̄: ⁊ dispositio superioꝝ corporū pōt sciri per ipsoꝝ motuū dimensiones qui a peritis ad vnguem sunt inuenti atq̄ȝ manifeste ꝓbati possumus iudicare de futuris ⁊ quid ex illis motibus concidat atq̄ȝ ventura predicere ¶ Habet eni ars ista p̄cepta: precepta eni astronomie sunt eius finis: ⁊ eius finis sunt iudicia sicut alibi tangitur qd̄ facit contra illud qd̄ dicūt qui astronomiam reprehendere nitunᷣ qui videnᷣ velle dicere ipsam nihil esse: non eni esset ars si non haberet propria precepta. ipsa eni est ars vt dictū est alias qd̄ nemo diffiteᷣ: ergo habet fineȝ: ⁊ eius finis est iudicium: ⁊ astrologus habet cōsiderare iudicia: ⁊ iudicia sunt ex accidentibꝰ q̄ imprimunᷣ in inferiora ex motibꝰ superioꝝ corpoꝝ ⁊ eorum qualitatibꝰ propter eorum effectus in ea.

COnsideratio prima in his q̄ mouent hoīem ad questionē faciendam: ⁊ sunt tres mot⁹. ¶ Primus est mot⁹ aīe qñ quis mouet̄ ex sua intentōe ad questionē faciendā. ¶ Scđs est motus superioꝝ corpoꝝ scʒ qñ quis q̄rit ꝙ ipsa imprimunt in rem quesitā quid inde futurū sit. ¶ Tercius est motus liberi arbitrij qui pōt esse ipse act⁹ q̄rendi: q̄a licet aīa moueat̄ ad querendū non sufficit nisi superiora corpora ducant ad questionē faciendā: nec sufficit motus stellaruʒ nisi ex motu liberi arbitrij perueniatur ad actum querendi.

Secunda ꝯsideratio est in modo quē debet seruare q̄libet qui vult aliq̄d querere ab astrologo. Et est vt cū ipse vult interrogare astrologum de p̄ntib⁹ aut p̄teritis seu futuris oportet eū hūc modū q̄rendi seruare videlicʒ ꝙ ipse debet dep̄cari dñm deū a quo omne bonū ducit exordiū ⁊ omī deuotione ⁊ spū contrito ipm̄ exorare ꝙ ipse ꝯcedat ei eū ꝑuenire ad cognitionē veritatis eoꝝ de quib⁹ interrogare intendit. Deinde ad astrologū cum hac veritatis debet ire intentiōe de quo vult quesitur⁹ ⁊ de quo interrogare proposuerit ⁊ cuius intentionē retinuerit in corde suo per dieʒ ⁊ noctē vel plus non quolibet mentis motu tact⁹ sicut aliq̄n plures impiti facere consueuer̄t sicut alias dr̄: ⁊ sic qui dixit qui dedit vt q̄ras addet vt inuenias. Hoc modo de q̄libet interrogatiōe debere fieri censeo nisi esset forte aliq̄n subit⁹ casus subito emergens qui subitā questionē atqꝫ subitaʒ r̄nsionem q̄ non suscipiat dilationē sic pluries accidit fieri cogat: cuius tñ sp̄ nomē altissimi sit exordiū q̄a enī quidaʒ aliq̄n aliter faciunt ⁊ seipsos decipiendi causa fiūt ⁊ astrologū cogunt aliq̄n imo pluries mētiri: stult⁹ enī interrogator sapientē facit r̄ndentē aliq̄n deuiare ⁊ diffamant ⁊ vilipendunt eū hoīes ignorātes fatuitatē illi⁹ q̄ male quesiuit cum astrologus non sit culpabilis vt diffamet̄ aut vilipendat̄.

Tercia ꝯsideratio est videre quot modis operent̄ planete in inferiorib⁹ propter diuersitates qualitatū predictorum motuū. Et sunt .16. modi quibus accidunt diuersitates operationū ⁊ effectuuʒ oīm rerum que fiunt ⁊ ꝑficiuntur: ⁊ earū que non fiunt ⁊ que non ꝑficiuntur: ⁊ earū que ex p̄te fiunt ⁊ perficiuntur: ⁊ ex parte non fiunt nec perficiuntur qui dicentur inferius.

Quarta ꝯsideratio est causarū adiuuantium res vt fiant ⁊ vt ꝑficiantur ⁊ que sunt prohibentes res vt non fiant nec ꝑficiantur: ⁊ que sint cause destruētes res postq̄ꝫ fuerit ꝑfecte qđ pluries accidit. Et fiūt hec .16. modis vt dixi ƀm .16. motuum diuersitates ⁊c̄. ¶ Quoꝝ primus est aduentus siue profect⁹ rerū siue in reb⁹ quē ph'i alocohol vocāt. ¶ Scđs est deterioratio quē ipsi vocant aliber. ¶ Terci⁹ est coniunctio seu reuersio quē ipsi vocant alitisal. ¶ Quartus est separatio seu disiunctio queʒ ipsi vocant alinchirat. ¶ Quintus est translatio luminis queʒ ipsi vocant annecad. ¶ Sextus est collectio siue aggregatio quem ipsi vocant algemei. ¶ Septim⁹ est vetatio vel prohibitio quem ipsi vocant almana. ¶ Octauus est receptio quem ipsi vocant alcobol. ¶ Nonus est euacuatio cursus quem ipsi vocant gasralcobol. ¶ Decimus est concessio vel permissio quem ipsi vocant galaalocir. ¶ Undecimus est reddit⁹ virtutis vel dispositionis quē ipsi vocant alteat. ¶ Duodecim⁹ est pulsatio virtutis quē ipsi vocant dalpha alchoa. ¶ Tredecimus est pulsatio dispositionis quē ipsi vocant dafaaredbit. ¶ Decimus quartus est virtus seu fortitudo queʒ ipsi vocant alcoeuah. ¶ Quindecim⁹ est debilitas quem ipsi vocant adirof. ¶ Sedecimus est esse lune quem ipsi

vocant gnaymel alchamaur quod est esse malum prout sapientes antiqui dixerunt atqȝ lune viciositas.

Consideratio q̄nta est quot modis accidit tale esse lune. Dixeruntqȝ phi ꝙ accidit hoc decem modis. Mihi aūt videtur ꝙ possint addi septem ⁊ sic erunt. 17. modi quibus fiunt impedimenta ⁊ detrimenta in oībus rebus que impediuntur ⁊ in oībus inicijs ⁊ in oībus interrogationibus ⁊ in oībus itineribus ⁊ in oībus natiuitatibus ⁊ in oībus que agere volumus vel agere intendimus. ❡ Quorū primus est vt sit luna combusta scȝ infra radios solis ante eū minꝰ. 15. gradibꝰ a tergo scȝ solis qn̄ vadit ad eū: ⁊ post eum minus 12. gradibus hoc est qn̄ recedit ab eo vt exeat de sub radijs eius: qm̄ possibile est vt appareat de sub radijs eius. Et est ei maius impedimentū qn̄ vadit ad solē ꝙ̄ sit qn̄ recedit ab eo: qm̄ quando recedit ⁊ ē separata ab eo per quinqȝ gradꝰ dicitur euasa licet non sit ex toto liberata sicut ⁊ qn̄ febris dimisit egrū quia licet sit debilis ⁊ confractus: tn̄ dicitur liberatus qm̄ est iam securus de salute ventura. ❡ Secundꝰ est vt sit in gradibꝰ descensionis sue scȝ in tercio gradu scorpionis vel toto scorpiōe ⁊ in toto capricorno: aut iungat̄ planete in descensione sua scȝ ꝙ planeta sit in descensione sua vel in descensione lune: vt ipsa iungat̄ soli ⁊ ipse sit in scorpione vel in capricorno: vel esset sol in sua propria descēsione scȝ in aquario vel in libra scȝ in eius. 19. gradu: vel in tota libra: vel si iungeret̄ marti ⁊ ipse in libra vel in tauro vel in. 28. gradu cancri vel toto cancro. Et ita de oībus alijs planetis intellige. ❡ Tercius est vt sit in gradibus combustis quoꝝ deteriores sunt. 12. gradus qui sunt ante gradū qui est directe oppositus gradui in quo est sol in quocunqȝ gradu sol fuerit. ❡ Quartus est vt sit iuncta alicui malorum vel in eius opposito vel quarto aspectu sine receptione perfecta vt si iungeretur saturno vel marti: secus aūt esset si interueniret receptio perfecta qm̄ tunc minus impediunt: in omnibus alijs locis impediunt eam de aspectibꝰ predictis ac de ꝯiunctione corporali nisi esset in locꝭ in quibus malus haberet duas de dignitatibus minoribꝰ vt saturnus in vltimis quatuor gradibus arietis in quibus habet terminum et triplicitatem: ⁊ in vltimis quatuor gradibus geminorū in quibus habet sil' duas dignitates. Et vt mars in vltimis. 10. gradibus pisciū in quibꝰ habet faciem ⁊ triplicitateȝ. Et ita intellige de oībus alijs signis ⁊ locis in quibus habent duas de illis dignitatibus minoribꝰ. ❡ Quintus est vt sit cū capite draconis vel eius cauda ita ꝙ sit inter eos minus. 12. gradibꝰ qm̄ est terminꝰ intra quem eclipsatur luna. ❡ Sextus est vt sit in geminis qd̄ est signum. 12. a domo sua. ❡ Septimus vt sit in finibus signoꝝ qui sunt termini maloruȝ exceptꝭ vltimis sex gradibꝰ leonis qui sunt terminus iouis: sed in primis sex gradibꝰ eius impeditur: quia sunt terminus saturni. ❡ Sed posses tu forte dicere ꝙ ipsa sit impedita in primis sex gradibꝰ cancri q̄ sunt terminꝰ martis tamen non impeditur ibi sicut in alijs terminis malorū nam aliquid detrahitur sibi: qm̄ cancer est eius domus ⁊ eius maxima fortitudo. ❡ Octauus est vt sit in sexto octauo nono vel duodecimo ab ascendēte non recepta: vel iungatur planete in aliquo eorum: vel sit in tercio in eo ꝙ tercium est de cadentibud ab angulis: sed quoniam ipsa dicitur gaudere in ipso non ita impe

ditur in eo sicut in alijs cadentibus ab angulis. ¶ Nonus vt sit a. 15. gradu libre vsqz in finem. 15. graduū scorpionis qui. 30. gradus sunt via combusta ¶ Decimus vt sit vacua cursu scz nulli planetarū iuncta per corpus vel per aspectum vel sit siluestris seu feralis qd accidit quando ipsa est vacua cursu ⁊ est in loco in quo nullaz habet dignitatē. ¶ Undecimus vt sit tarda cursu qm̄ tunc assimilatur planete retrogrado. ¶ Duodecimus vt sit in defectu sui luminis ita q nihil aut parum videatur de ipsa vadens ad combustionez qd accidit in fine mensis lunaris. ¶ Tredecim⁹ vt sit obsessa inter duos malos impedientes eam. ¶ Decimusquartus vt sit in gradibus azemena. ¶ Quindecimus vt sit in gradibus putealibus. ¶ Sedecimus vt sit in gradibus fumosis. ¶ Decimusseptimus vt sit in gradibus tenebrosis de quib⁹ omnib⁹ tu habes tabulas superius notatas in tractatu primo istius operis.

Consideratio sexta est alius modus debilitatiōis planetarū non multū discrepans a supradicto qui habet fieri decez modis. ¶ Quorū prim⁹ est vt sit planeta cadens ab angulis ⁊ ab ascendente vt non aspiciat illud. ¶ Secundus est vt sit planeta retrogradus. ¶ Tercius est vt sit combustus hoc est. 15. gradib⁹ ante solē ⁊ minus post ipsum: inferiores vero impediunt plus quando sunt post solem: ⁊ minus qn̄ sunt ante ipsuz quādo sunt directi: retrogradi vero econtra. ¶ Quartus vt sit aliquis eorum in oppositiōe vel in corporali coniunctione vel quarto aspectu alicuius malorum vel pluriuz sine receptione. ¶ Quintus est vt sit obsessus a duobus malis scz vt separet ab vno ⁊ iungat alteri sine receptione perfecta de domo vel exaltatione vel de duabus dignitatibus minoribus que sunt terminus triplicitas ⁊ facies. ¶ Sextus vt sit planeta iunctus planete in descensiōe sua vel in casu suo in oppositiōe .s. dom⁹ vel exaltationis sue. ¶ Septimus vt iungatur planete cadenti ab ascendente vel separet. aut separet a planeta qui eum recipiebat ⁊ iungatur alteri qui eum non recipiat. ¶ Octauus vt sit peregrinus hoc est vt sit in loco in quo non habeat aliquam dignitatem vel sint supiores secuti a sole vel inferiores insequntur eum. ¶ Nonus vt sit planeta cum capite draconis vel eius cauda sine latitudine. ¶ Decim⁹ vt sit planeta impediens semetipsum hoc est vt sit in septimo a domo sua feralis scz vel nō recept⁹. Ista sunt decē impedimenta planetarū quibus fiunt impedimēta in natiuitatib⁹ in interrogationibus itineribus ⁊ in omnib⁹ operibus que facere vel incipe intendimus. Oēs istos modos impedimentorū planetarum oportet te scire ¶ Sunt ⁊ alij modi quos oportet te scire de quibusdaz quorum faciam tibi mentionem qui videntur fore tibi magis necessarij: quoniam esset graue imo grauissimū considerare illos modos omnes: sunt eni quos esset impossibile te oēs simul ⁊ semel adaptare vt dixi: sed dicam tibi illos qui sunt tibi magis necessarij ⁊ sine quibus non posses perfecte iudicare. Alios forte nominabo tibi sed non exponam omnes ne tedium tibi generarent: quoꝝ quidam sunt fortissimi boni: quidam fortiores boni: quidam fortes boni: quidaz debiles boni: quidā debiliores boni: quidam debilissimi boni: quidā occulti: quidā manifesti: quidam sunt fortissimi mali: quidam fortiores mali: quidā fortes mali: quidam debiles mali: quidaz debiliores mali: quidā debilissimi mali.

Consideratio septima est vt caueas tibi ab illis modis quibꝰ potest astrologus errare de quibus sapientes quatuor nominauerunt. ¶ Primus est si interrogator nesciuerit interrogare. ¶ Secundus si astrologus accepit ymbraꝫ in loco inequali vel cum instrumento falso. ¶ Tercius si ignorauit vtrū sol iam recesserit de linea medij celi: vel vtrū sit in linea vel ante ipsam vel post ipsam. ¶ Quartus si equales fuerint fortune ⁊ infortune: vnde tunc non debes recipere aliquam questioneꝫ si tu potes euitare. Mihi aūt videt̄ ꝙ possint addi alij tres modi quibus astrologus potest errare. ¶ Uno scꝫ si interrogator venerit ad eum causa temptandi sicut aliqui aliquando faciūt qui dicunt: eamus ad talem astrologum ⁊ queramus de tali re ⁊ videbimꝰ si ipse dixerit nobis veritatē: sicut faciebant iudei domino ihesu xp̄o. ¶ Alio modo similiter videt̄ ꝙ possit errare astrologus scꝫ si interrogator non q̄rat ex intentione sicut faciunt aliquando quidā qui quando obuiant astrologo vel quando vadunt pro alijs suis factis cogitant aliquā rem de qua volunt interrogare astrologum ⁊ sic ex improuiso querunt ⁊ tunc potest ibi cadere error. ¶ Et posses tu dicere quomodo potero ego scire vtrum interrogator q̄rat ex intentōe an nō: vel querat causa tēptandi vel non. Ad quod dico tibi ꝙ videtur mihi res valde ardua ⁊ valde difficilis: sed tamen hoc fui expertꝰ pluries ⁊ inueni fore verum quoniam aspiciebam horam interrogationis ⁊ videbam ascendens ipsiꝰ ⁊ si inueniebam alicuius signi in linea orientali ꝙ esset ascendens inter finem vnius signi ⁊ principium alterius dicebaꝫ ꝙ ipse non querebat ex intentione: aut ꝙ ipse querebat causa temptandi: ⁊ inueni plures qui confitebantur mihi ꝙ ita erat ⁊ reputabant me postea scire aliud q̄ꝫ crederent prius: ⁊ adhibebant fidem arti cum prius non adhibuissent. Et ego quando inueniebam ascendens aliquod vt dixi dicebam ei frater noli me fatigare nisi tu queras ex intentione: quia suspicor ne tu velis me decipe non proponendo hanc questionem vt debuisti: sed si tu vis ꝙ ego laborem pro facto tuo prouideas mihi pro labore meo: ⁊ incontinenti si ipsa erat deceptio recedebat. ¶ Alio modo scꝫ tercio potest errare astrologus vt si dn̄s ascendentis ⁊ dominus hore non fuerint idē: vel dn̄s ascendentis ⁊ dominꝰ hore non sint eiusdem triplicitatis: vel non sint eiusdem complexionis cum ascendente: si enim ita inueneris non erit questio radicalis prout expertꝰ fui multotiens. Hoc autem ideo recitaui tibi vt tu scias quibus hominibus tu debeas aspicere: quoniam vt ait philosophus res exit s̄m qualitatem sollicitudinis interrogantis: ⁊ s̄m ꝙ ipse venerit ad te sub necessitate quasi tristis aut cogitans ⁊ sicut sperans ꝙ tu possis ⁊ scias ei respondere veritatē ad questionem suam: illi enim potes aspicere secure.

Consideratio octaua est vt videas ⁊ consideres quot ex predict̄ modis seu ex predictis considerationibus quibus oportet te vti in iudicijs debeas considerare qui sunt. 30. scꝫ. 16. supradicti de impedimentis lune: ⁊. 10 quibus impediunt̄ ⁊ debilitant̄ planete: ⁊ quatuor quibus gaudent planete sicut dixi tibi superius in capitulo de gaudijs planetarū. ¶ Quoꝝ quatuor minoꝝ primus est videre locū in quo quilibet planeta gaudet sicut mercuriꝰ

qui gaudet in ascendente: luna in tercia: venus in quinta: mars in sexta: sol in nona: iupiter in vndecima: saturn⁹ in duodecima. ¶ Scd̄s est vt sit planeta in domo sua in qua gaudet vt alias dictū est vt saturnus qui gaudet in aq̄rio iupiter in sagittario: mars in scorpione: sol in leone: ven⁹ in tauro: mercuri⁹ in virgine: luna in cancro. Et non pigeat te si aliquā do reitero tibi aliqua de his que alias dicta sunt quoniam leui⁹ est tibi videre quod vis vbi oportet ꝛ qñ q₃ querere alias. ¶ Tercius est vt sint planete diurni qui sunt saturnus iupiter sol ꝛ mercurius cum diurnis in oriente ꝛ sint orientales a sole: sintq₃ iuxta lineam orientalem: ꝛ nocturni qui sunt mars venus luna ꝛ mercurius cum nocturnis sint in occidente ꝛ occidentales a sole ꝛ maxime iuxta linea₃ occidentale₃. ¶ Quartus est vt sint tres superiores sc₃ saturn⁹ iupiter mars in quart꞉ masculinis que sunt a cuspide decime dom⁹ vsq₃ ad cuspidē prime domus: ꝛ a cuspide quarte domus vsq₃ ad cuspidem septime domus. Et vt venus ꝛ luna sint in quartis femininis que sunt a cuspide ascendentis vsq₃ in cuspidem quarte: ꝛ a cuspide septime domus vsq₃ in cuspidem decime dom⁹. Mercurius vero gaudet cum planetis masculinis in quart꞉ masculinis ꝛ cū planetis femininis in quartis femininis.

Consideratio nona est videre modos iuuantes vel nocentes in rebus vt fiant vel vt non fiāt tam manifestos q̄₃ occultos: tam bonos q̄₃ malos Sunt enim. 21. ¶ Quorū primus est fortissimus occultus iuuans. ¶ Scd̄s est fortior occultus iuuans. ¶ Tercius est fortis occult⁹ iuuans. ¶ Quart⁹ est debilis occult⁹ iuuans. ¶ Quint⁹ est debilior occultus iuuās. ¶ Sext⁹ est debilissim⁹ occult⁹ iuuans. ¶ Septimus est fortissim⁹ manifeste iuuans ¶ Octau⁹ est fortior manifeste iuuans. ¶ Nonus est fortis manifeste iuuās ¶ Decim⁹ est debilis manifeste iuuans. ¶ Undecim⁹ est debilior manifeste iuuans. ¶ Duodecimus est debilissimus manifeste iuuans. ¶ Tredecimus est fortissimus occultus nocens. ¶ Decimusquart⁹ est fortior occult⁹ nocēs ¶ Quindecim⁹ est fortis occult⁹ nocens. ¶ Sedecimus est debilis occult⁹ nocens. ¶ Decimusseptim⁹ est debilior occult⁹ nocens. ¶ Decimusoctau⁹ est debilissimus occultus nocens. ¶ Decimusnonus est fortissim⁹ manifeste nocens. ¶ Uigesimus est fortior manifeste nocens. ¶ Uigesimusprimus est fortis manifeste nocens: de quibus oībus faciam tibi mentionem. ¶ Et hec est res occulta ꝛ secreta ex secretis iudiciorū astrorum de qua non curauerūt antiqui: ꝛ nihil manifestu₃ de ipsa dixerunt qd̄ ego inuenerim preter q̄ haly visus est aliquid tetigisse de ipsa in expositione. 23. verbi centiloquij ptho/lomei. Nec credo ipsos dimisisse propter ignorantiam: sed potius propter insuetudinem: ꝛ quia nolebant generare tedium auditoribus vel legentib⁹ nec eorū mentes grauare. Ipsi enim iudicauerunt ẜm q̄ inuenerūt planetas dispositos in domibus in signis ꝛ ẜm eorum fortitudinem atq₃ ipsorum de bilitatem: ꝛ ẜm partem fortune: similiter ꝛ ẜm quedam alia que eis visa sunt inter illa. Tu autem debes considerare in tuis iudicijs ea que ipsi conside/rauerunt in suis ꝛ insuper quicquid aliud de cōtingentib⁹ considerare potes

Debes enim considerare atq; videre qñ tu erigis figuram aliquã dñatorem rei quesite siue incepte vel incipiẽde seu faciende si aliqua de stellis fixis que sit de natura ipsius sit in loco in quo ipse habeat domum vel exaltationez ⁊ sit secum in eodem minuto: quia tunc illa stella iuuabit significatorez taliter ⁊ in tantũ q̄ perficietur res etiam vltra q̄z sit intentio q̄rentis seu incipientis vel facientis eam. Et iste est fortissimus occult⁹ iuuãs: nesciet enĩ vnde hoc sibi eueniat. Si vero fuerit illa stella cũ significatore in eodez gradu ab vno minuto vsq; in. 16. ante vel vsq; in. 5. retro iuuabit eum sed non tantum. Et iste est fortior occultus iuuans. Si vero fuerit cum eo in gradu eodem a. 16. minutis vsq; in. 50. iuuabit iterum minus. ⁊ iste est fortis occultus iuuans. Si vero fuerit cum in eodem gradu in loco in quo habeat significator duas de minoribus dignitatibus in eodem minuto vel ab vno vsq; in. 16. iuuabit eum iterũ minus. ⁊ ille erit debilis occult⁹ iuuans. Si vero fuerit in eodem gradu longe a significatore plus. 16. minutis vsq; in. 50. iuuabit eum adhuc minus. ⁊ iste erit debilior occultus iuuans. ¶ Si vero fuerit in loco in quo significator non habeat aliquam dignitatem iuuabit eum aliquid sed quasi insensibiliter. ⁊ iste erit debilissimus occultus iuuans. ¶ Et nocentes sunt in contrarium iuuantiũ: nam si planeta qui fuerit significator alicuius rei fuerit in tali loco in quo non habeat aliquam dignitatez cum aliqua de stellis fixis que sit contraria nature ipsius in eodez minuto nocebit ei ⁊ non p̄mittet rem perfici ⁊ videbitur per figuram super re illa erectaz q̄ debeat perfici res ⁊ tũc culpabitur ⁊ vilipendetur astrologus iniuste ⁊ ex causa quam non meruit: et astronomia dicetur fallibilis atq; nihil esse ab ydiotis ⁊ blasphemantib⁹ eã ⁊ iste erit fortissimus occultus nocens. ¶ Si vero fuerit cũ ea in loco in quo hẽat vnã de predictis minoribus dignitatibus extra primũ minutũ vsq; in 16. tunc nocebit minus ⁊ minus impediet. ⁊ iste erit fortior occult⁹ nocens. ¶ At si fuerit in loco in quo habeat duas de ipsis dignitatib⁹ minoribus in eodẽ gradu cum aliqua de ipsis stellis a. 16. minutis vltra nocebit tunc iterũ minus. ⁊ iste erit fortis occultus nocens. ¶ Si vero fuerit illa stella in domo vel exaltatione significatoris non in eodẽ minuto sed alio extra ipsum vsq; in. 16. minuta nocebit adhuc min⁹. ⁊ iste erit debil' occult⁹ nocẽs. ¶ Si aũt fuerit stella cum significatore in domo vel exaltatione a. 16. minutis vsq; in 50. nocebit iterum minus. ⁊ ille erit debilior occultus nocens. ¶ Si quidẽ fuerit stella cum significatore in eodem gradu in aliqua de dignitatibus maioribus a. 50. minutis vsq; in finem gradus illius nocebit iterũ minus. ⁊ iste erit debilissimus occultus nocens. ¶ Stellas aũt fixas que sunt de naturis planetarum ⁊ de contrarijs eorum non nominabuntur hic: esset enim verbũ prolixum: sed in tractatu de reuolutionibus dicam tibi quasdam quas oportebit te considerare in qualibet reuolutione: quasdam dicam tibi in tractatu natiuitatum: quasdam alias in tractatu de pluuijs si dei bonitas prestiterit mihi vitam cum integritate corporis ad hoc opus perficiendum.

¶ De modis supradictis qui sint fortissimi boni ⁊c. ⁊ q̄ sint fortissimi mali.

Nolo tamen obliuisci quin dicã tibi modos de quib⁹ feci mentionẽ superius videlicet qui sunt fortissimi boni ⁊c̃. ⁊ qui sunt fortissimi mali ⁊c̃. ⁊ illi omnes sunt manifesti ⁊ nõ occulti siue boni sint siue mali. ¶ Fortissimus manifeste bonus est quando planeta significator alicuius rei fuerit in domo sua in angulo in ipso minuto cuspidis directus velox cursu receptus liber ab omni impedimẽto quod rarissime cõtingit. ¶ Fortior manifeste bonus est vt sit significator in domo vel exaltatione sua in angulo vno gradu ante lineã: duob⁹ post: liber a malis ⁊ receptus quod rarius ꝯtingit. ¶ Fortis manifeste bonus est vt sit significator in angulo in domo vel exaltatione sua ante lineam tribus gradib⁹ vel quinqȝ post ipsam. Debilis manifeste bonus est vt sit planeta in duabus de suis dignitatibus minoribus in angulo. 5. gradibus ante vel. 15. post vel sit in domo vel exaltatione sua in succedenti angulum liber a malis. ¶ Debilior manifeste bonus est vt sit planeta significator in domo vel in exaltatione sua vel in duab⁹ de alijs suis dignitatibus minorib⁹ in cadentib⁹ aspiciẽs ascendens. ¶ Debilissimus manifeste bonus est vt sit planeta significator in aliqua suarũ dignitatũ maiorũ vel in duabus de minoribus non aspiciens ascendẽs vel in vna de minoribus tm̃ aspiciẽs illud vel iungat planete aspicienti ascẽdẽs ⁊ in illo habẽti testimoniũ. ¶ Fortissim⁹ manifeste malus est vt sit significator in loco in quo nullaȝ habeat dignitatem nullum gaudiũ nõ receptus obsessus a duobus malis cadens ab angulo ⁊ cadens ab ascẽdẽte ⁊ eo fortius si fuerit iunctus cũ aliqua de stellis fixis malis. ¶ Sũt ⁊ alij modi preter supradictos iuuantes ⁊ alij nocẽtes tam occulti ꝙ̃ manifesti ⁊ fiunt ꝑ cõiunctiones ⁊ aspect⁹ planetaruȝ quos oẽs longũ esset singulariter hic enarrare: de quib⁹ nõ facio modo mentionem: fiet tamen de quibusdam ex eis in tractatu hoc: ꝓlongaret̃ enĩ sermo ⁊ generaret tedium audiẽti ⁊ legenti. Nec etiã exemplifico tibi de omnibus supradictis ꝓpter nimiã verborũ prolixitatẽ. Sed dicã tibi vlterius de cõsiderationib⁹ seu capitulis que principaliter spectant ad primam facieȝ iudiciorum. Quarũ prima est cõsideratio nona ⁊ est vt scias ꝙ luna pre omnibus alijs planetis habet similitudinẽ cum rebus inferioribus generibus scȝ ⁊ generum speciebus atqȝ indiuiduis specierum: ⁊ hoc accidit ei propter effectus suos quos habet in terrenis omnibus: ⁊ ex frequentibus reuolutionibus quas reuolutiones facit circa elementa ⁊ circa elementata quod est propter suam nimiam appropinquationem terre. Ipsa enim habet paruiorem circulum ꝙ̃ alius planetarũ. Infra circulum enim suum non cõtinet̃ aliquis alius circulus sed solum elementa ⁊ cetera corruptibilia. ¶ Luna si quidem est mediatrix inter stellas ⁊ inferiora: suus enĩ circulus cõtinet̃ a circulo mercurij. ¶ Mercurij aũt circulus cõtinet̃ a circulo veneris. ¶ Ueneris circul⁹ cõtinet̃ a circulo solis. ¶ Solis circulus cõtinet̃ a circulo martis. ¶ Martis circulus cõtinet̃ a circulo iouis. ¶ Iouis circulus continet̃ a circulo saturni. ¶ Saturni circulus continet̃ a circulo stellarum fixarum vltra quem non interest astrologi se intromittere licet aliter quibusdam visuȝ fuerit quã causam hic disputare non intendo. Tu enim vides ꝙ luna in nouilunio apparet parua subtilis ⁊ pauca: deinde augmẽtat̃ lumen eius ⁊ videt̃ ꝙ crescat

paulatim donec illuminet totum corpus eius ex parte quam videmus et sit in complemento sui luminis: deinde minuit lumen ipsius paulatim ac pedetentim donec ad nihilum deveniat: ita faciunt corpora tam rationalium quam non rationalium et omnium vegetabilium. Vide enim quomodo nascuntur homines: augmentantur et crescunt donec perficiantur in sua determinata magnitudine: deinde minuuntur et incipiunt declinare similiter et declinant donec eorum uita finiatur sic et cetera faciunt. Unde semper est ponenda luna significatrix omnis rei et omnis inicij: omnisque natiuitatis: et eius bonum esse est bonum esse omnis rei: et eius malum esse est malum esse omnis rei. At est eius virtus atque ipsius potentia tanta quod etiam si dominus ascendentis siue alius significator alicuius rei sit impeditus ita quod non possit facere vel perficere quod debet et ipsa inueniatur fortis nihilominus perficietur res. Est enim rerum omnium pedagoga: et est delatrix virtutum omnium planetarum ad planetas vnius. s. ad alterum ita quod recipit dispositionem vnius planete et defert eam ad alium. Et visum est quibusdam quod ipsa semper hoc faciat. In qua opinione fuit ille tyrannus cilinus de romano. s. quod cum ipsa separatur ab vno planeta recipiat virtutem illius et portet eam ad alium et committat eam illi quem prius inuenit. Et videtur quibusdam quod zael dixerit illud idem sed intentio zaelis non fuit absoluta. Ipse enim credidit quod luna portaret illud quod esset ei commissum: et si non esset ei commissum non portaret aliquid ad aliquem cui ego assentio. ¶ Luna enim quando iungitur alicui planete qui recipiat eam tunc planeta committit ei dispositionem et ipsa portam eam secum et committit illi quem primo inuenit in aliqua suarum fortitudinum et non altri. Iuxta illud non dat planeta aliquid in loco in quo nihil promisit.

Consideratio. 10. est vt prospicias stellas fixas iuuantes seu nocentes de quibus dicetur in tractatu reuolutionum suo loco et tempore que multum habent operari circa iudicia et inducunt aliquando astrologum in errorem.

Consideratio. 11. est intueri atque considerare planetas malos et videre quid significent. Nam saturnus et mars sicut dixi tibi superius sunt mali naturaliter. Saturnus quidem propter excedentiam frigoris. Mars vero propter excedentiam caloris in eis vincentis siue dominantis non quod aliquis eorum sit in veritate calidus vel frigidus sed habent hoc in virtute: et ille est eorum effectus: et ob hoc significant malum et detrimentum ac impedimentum in rebus nisi receperint mali significatorem vel lunam de domo vel de exaltatione vel de duabus suis dignitatibus minoribus: vel fuerint ipsi mali significatores: quoniam tunc refrenant omnem suam maliciam ab illo quem recipiunt nec impediunt eum a quocumque aspectu aspexerint: melius tamen si a trino vel sextili. Si vero non receperint magnificatur eorum malicia et eo fortius si aspexerint ab oppositione vel a quarto aspectu. Siquidem fuerit aspectus trinus vel sextilis licet sine receptione minus tunc impedient. ¶ Zael tamen videtur velle dicere quod mali refrenant maliciam suam si aspexerint a trino vel sextili aspectu: sed eius intentio fuit quod minus impediunt: non tamen dixit quod eorum malicia penitus refrenatur.

Consideratio .12. est prospicere fortunas ⁊ videre quid significent. Naꝫ iupiter ⁊ venus sunt fortune naturaliter ⁊ sunt temporati: ⁊ ob hoc dicunť esse absqꝫ omni malicia quia nemini nocent nisi forte aliquādo ꝑ accidens quod nō accidit de ipsoꝝ intentione raroqꝫ cōtingit. Habent enim imprimere cū tempamento atqꝫ ꝓfectu suos ⁊ nō suos adiuuare semper nitunť siue recipiant siue non: melius tamē si reciperint: ⁊ aspectus trinus vel sextilis est melior ac vtilior quarto: ⁊ quartus est melior oppositione.

Consideratio .13. est videre solem ⁊ ipsius significata quoniā ipse diciť fortuna ⁊ est .s. per aspectū qualiscūqꝫ .s. fuerit aspectus nisi sit ab oppositione: sed per cōiunctionem corporalē efficiť malus quoniā tunc diciť cōburere atqꝫ infortunare omnē stellam nisi fuerit illa stella in ʒanū solis sicut dictum est supra: quia tunc est in corde solis: ⁊ omnis stella in corde solis efficitur fortis.

Consideratio .14. est prospicere mercuriū ⁊ lunam ⁊ videre cui planetarum coniunguntur: quoniam habent significare illud quod significat ille cui aliquis eorum iungitur: sunt enim conuertibilis nature.

Consideratio .15. est considerare modos quibus planete habent imprimere in inferiora ⁊ sunt duo: vnꝰ bonus ⁊ alter malus: quia fortune habent imprimere bonum naturaliter. Infortune habēt imprimere siue inferre malum naturaliter. Unde tu debes semꝑ quando vides fortunas sperare bonum: ⁊ quādo vides malos timere malū nisi predicta minuāt illud.

Consideratio .16. est videre vtrū planeta significator alicuius rei sit impeditus ab aliquo maloꝝ: quoniā planeta non diciť impeditus a malo nisi malus proiciat radios suos super radios eiꝰ ꝯm quātitatē orbiū eoꝝ luminū. Ex quo vero ꝓicit lumen suū siue radios suos super lumē siue radios planete diciť planeta impeditus donec malus trāseat euʒ ¶ Et dixit ʒael ꝙ exquo malus planeta trāsiuerit planetā quē impediebat ꝑ vnū gradum integrū diciť planeta liberatus a malo. Mihi tū videť ꝙ exquo malus trāsiuerit cū per vnū minutū planeta dicať liberatꝰ ⁊ euasus qm̄ ipse nō pōt immittere postea nisi timorē. ¶ Preterea imittet maiorē timorē cū trāsiuerit euʒ tm̄ per vnū minutū ꝙ̄ cū trāsiuerit eū ꝑ vnū gradū: sed tamen est talis ille timor quē imittit malus cū transiuerit planetā ꝑ vnū minutū tm̄ ꝙ non videť illi cuiꝰ est res ꝙ posset euadere: nō tamē sine aliquali ramusculo alicuiꝰ spei. Sub tali exemplo fecit questionē quidam volens ire ad prelium vtrum reuerteřť sanus a prelio an non: ⁊ fuit ascendens gemini .13. gradus: ⁊ mercuriꝰ in aquario .7. gradibus ⁊ .54. minutis in nono iunctus saturno qui erat similiter in aquario .7. gradibus ⁊ .53. minutis separabaťqꝫ mercurius a saturno qui erat dn̄s domus mortis iam per .1. minutū: videbať ergo ꝙ ille debebat in prelio illo mori propter coniunctionem quam faciebat cuʒ saturno in .8. gradu aquarij: vnde ille fuit in periculo mortis ⁊ timuit timore quasi vltimato ⁊ credidit interfici ab inimicis ⁊ persecutus fuit ab eis ita ꝙ non videbatur ꝙ posset euadere: pluriesqꝫ iniecerunt manus in eum: vltimo tamen euasit ab eis quasi post desperationem: quia non credebat posse euadere. Et hoc accidit ei propter mercurium qui erat iam separatus a saturno.

¶ Et dixit zael q̄ si planeta malus qui fuerit impediens aliquod negocium fuerit cadens ab ascendente ita q̄ non aspiciat nō impedit sed immittit tantum timorem.

Consideratio .17. est prospicere vtrū planeta significator sit saluus ita q̄ non impediat ab aliquo malorū: & aliqua ex fortunis proijciat radios suos siue lumen suum super radios siue super lumen ipsius: quoniam tunc dicit planeta saluus donec illa fortuna transeat per vnū minutum: & significat perfectionē rei. ¶ Postq̄ vero transiuerit eum per vnum minutū nō perficit nec res imittit ei nisi spem sicut malus non imittit nisi timorē vt dixi. Et est talis illa spes quaz dat fortuna q̄ credit querens q̄ perficiat ei res & videtur sibi q̄ sit certus de perfectione rei sue: nō tamē sine remorsu aliqualis dubij. ¶ Verbi gratia facta fuit quedā questio de quodam arduo negocio vtrum perficeret res an nō & fuit ascendens scorpio .17. gradus: & mars erat in tauro .12. grad⁹ & .13. minuta & venus in capricorno .12. grad⁹ .14. minuta. Erat nāq̄ venus iuncta marti a trino aspectu & recipiebat cū de domo sua & mars recipiebat eam de exaltatione: & visum est querenti & omnibus tractantib⁹ negocium illud q̄ deberet perfici propter illum aspectum amicicie integre: steteruntq̄ in spe illa donec venus transiuit aspectum martis per vnum gradum integrum: vltimo tamen destructa est res proterea q̄ venus iam transiuerat martem per vnū minutum tempore facte questionis. Posset forte aliquādo esse q̄ perficeret res in tali casu sed nō sine magna instantia & magno labore & magna inuolutione magnoq̄ studio & importunitate. ¶ Et dixit zael q̄ si fortuna fuerit cadens ab ascendente ita q̄ nō aspiciat illud dat spem tantum & non perficit negocium.

Consideratio .18. vt consideres quādo planeta est in angulis malorum: quia nisi malus receperit eum dicit esse in malis & in angustijs atq̄ tribulationib⁹ sicuti est vir quē aliqui fuerūt agressi & in quē fecerūt insultū cui nullus auxiliat qui pugnat & defendit se a plurib⁹: & sicuti est ille qui nititur & laborat contra fortunā & omnia cedunt ei aduersa & sicuti ē ille qui cecidit in gurgitem & nescit natare tamē ducit man⁹ & pedes ita q̄ aliquando ꝑuenit ad ripam & euadit licet nō semp accidat hoc ¶ Et dicit esse planeta in angulis mali cū malus est in vno signo & planeta est in .4. ab illo vel in .7. vel ī .10 vt si malus fuerit in ariete & alius planeta fuerit in cancro vel in libra vel in capricorno dicit esse in angulis eius. Idē intelligas de cōiunctione corpali. Et si receperit nō impedit qm̄ receptio frāgit oēm maliciā sicut alias dicit. ¶ Postq̄ vero vt dictū est trāsiuerit eum per vnum minutū integruz dicit planeta euasus a periculo illius mali & ab ipsius impedimēto. Et postq̄ trāsiuerit eum per vnū gradum dicit securus quia non potest malū aliquid sup eum licet imittat aliquem timorez. Et nō obliuiscaris hec que tibi dico quoniam poterunt esse tibi vtilia tam in natiuitatibus q̄ in questionibus atq̄ omnium rerum inceptionibus.

Consideratio .19. est vt prospicias lunaz quando fuerit vacua cursu quoniam tunc significat impedimentum: & q̄ res de qua fit questio vel que incipitur vel que tractatur: non veniet ad bonum finem: & annullabit res il-

la ⁊ non fiet nec complebit volenti eam facere: ⁊ quod querens reuertetur ab ea reuersione vacua ⁊ feda similiter atque impedita.

Consideratio.20.est vt prospicias si luna vel significator iungatur alicui ex planetis quia tunc significat quod futurum est: vnde considerandum tibi est vtrum ille cui iungitur luna siue significator rei siue questionis recipiat eum vel lunam: significat enim tunc complementum atque rei perfectionem eiusque finem bonum atque laudabilem. hoc dico si receptor fuerit fortuna. Si autem non receperit ⁊ luna vel dominus seu significator illius rei commiserit ei dispositionem nihilominus tamen perficietur res. Sed si fuerit malus licet luna vel significator committat ei dispositionem ⁊ receptio non interuenit non perficietur ⁊ malum ⁊ detrimentum interponens partes suas. Si autem receperit nec ipse fuerit alias impeditus significat perfectionem rei licet cum labore atque instantia ⁊ fatigatione.

Consideratio.21.est vt videas a quo planetarum separetur luna quoniam illud significat quod iam fuit ⁊ quod preteritum est: nam si separetur a fortuna significat bonum quod iam fuit. si vero separetur a malo significat malum quod iam fuit. Unde si tu vis iudicare de eo quod iam fuit ⁊ est preteritum potes dicere de ipso secundum quod videris lunam separatam ab aliquo planetarum.

Consideratio.22.est vt consideres cui luna coniuncta est ex planetis. quoniam illud significat quod est presens. Unde si volueris aliquid iudicare de re presenti necesse tibi est considerare cui luna sit iuncta tunc gradu per gradum vel per minus vno gradu ⁊ secundum illum cui iuncta est bonum. s. vel malum iudicare debes.

Uigesimatercia consideratio est vt prospicias lunam cui tunc iungitur ita tamen vt eius coniunctio non sit adhuc completa: quoniam illud significat quod est futurum. Unde si necesse fuerit tibi iudicare de re que nondum est ⁊ speratur quod veniat in actum oportet quod intuearis cui luna tunc velit iungi: ⁊ secundum significata illius cui eam videris iungi velle bona scilicet aut mala iudicare debes.

Uigesimaquarta consideratio vt aspicias si planeta significator fuerit in descensione sua: quoniam tunc significat impedimentum cuiuslibet rei cuius fuerit significator ⁊ angustiam ⁊ tristiciam causa illius. Et si fuerit questio de carcere quem timuerit aliquis significat eius casum in ipsum ⁊ obprobrium similiter ac detrimentum. Et si fuerit de incarcerato significat eius moram in carcere longam atque fixionem in eo plus quam credat incarceratus.

Uigesimaquinta consideratio est vt consideres vtrum planeta significator alicuius rei sit retrogradus vel stationarius in statione sua prima: quoniam tunc significat malum ⁊ impedimentum atque discordiam ⁊ diuersitatem ⁊ contradictionem ⁊ reiterationem in malo ⁊ inobedientiam ⁊ reuersionem malam a quocunque fuerit reuersio ⁊ in mala parte. Sed in statione non significat tantum malum quantum in retrogradatione: quoniam retrogradatio significat malum presens ⁊ preteritum quod est adhuc quasi presens, ⁊ futurum quod est iam vt in fieri. Statio vero prima significat malum quod iam completum est secundum tempus imperfectum.

Consideratio .26. est vt videas vtrum planeta significator sit in statione sua secūda quia tunc significat impedimentum et malum quod iam fuit et est preteritum. Quidā tamen dixerunt quod statio secunda significat id quod directio sed illud est intelligendum secundum quendam modum loquendi sicut dicitur de aliquo qui egrotauit et est iam conualescens quod est liberatus et sanus sed non est simpliciter verum licet sit propinquum veritati: sicut enim statio prima nō significat tantū malum quātum retrogradatio ita et statio secunda nō significat tantum bonum quantum directio.

Consideratio .27. est vt prospicias vtrum planete mali sint significatores alicuius rei vel alicuius operis seu alicuius principij vel alicuius natiuitatis seu alicuius de rebus que quottidie accidūt vel pre manibus hominibus currunt quoniam si ipsi significauerint malum significabunt illud magis magnum et si significauerint bonum significabunt illud diminutum et imperfectum et cum tristicia et angustia et difficultate atque pressura ita quod vix credet ille cuius fuerit negocium quod perficiatur sibi nisi forte ipsi mali sint valde boni esse atque bene dispositi.

Consideratio .28. est videre si planeta significator alicuius rei fuerit tardus cursu: prolongat enim tunc effectum rei quesite. et si fuerit inicium alicuius edificij prolongabitur et tardabitur eius complementum ita quod vix aut nunquam perficietur: et si fuerit aliqua promissio alicui facta tardabitur illud promissum et vix aut tardissime perficietur pro illo promissario. et si mine facte fuerint alicui non festinabit earum effectus vel male promissiones. Tardāt etiam res si fuerint significatores in sagittario in capricorno in aquario et in pisce siue dñi eorum scilicet iupiter et saturnus sint tardi siue non: sed si fuerint tardi postponunt plus. Si vero fuerint in ariete vel scorpione postponunt minus quam in signis predictis. Si autem fuerint in leone festinant. Si quidem in tauro vel libra festinant plus. Si vero in geminis vel virgine iterum magis festinant quam in alijs signis:

Consideratio .29. est at intuearis vtrum luna sit alicui planetarum corporaliter iuncta siue per aspectum et fuerit coniunctio eius completa in minuto per minutum: quia tunc significat quod est presens de ipsa re. Et cum trāsiuerit illud minutum videndum tibi est cui primo iungatur ex planetis: quoniam ille significabit illud quod euenire debeat de re illa. Aspicies etiam planetam a quo tunc separata fuerit luna priusquam iungeretur illi cui dictum est minuto per minutum immediate: quoniam ipse habet significare illud quod iam fuerat de ipsa re.

Consideratio trigesima vt aspicias quando planeta significator siue luna iam transiuerit .29. gradum signi in quo fuerit et tetigerit trigesimum gradum ipsius: et maxime si transiuerit gradus eiusdem vnū minutum: quoniam tunc non erit ei aliqua fortitudo in illo signo sed erit in sequenti. Unde si primo significasset aliquod malum non noceret illi cui videretur debere nocere sicut si domus aliqua que minaretur ruinam non lederet illum qui exiret de ipsa et iam posuisset vnum pedem in limine hostij et haberet alium

in proiciendo ipsum vltra limen velociter recedendo ⁊ tunc rueret domus. ¶ Et si significasset alicui aliquod bonum non proficeret sibi nisi vt qui pieciſſet rethe ad aliquam auem ⁊ tetigiſſet pennas caude illius nec includeret eam. ¶ Unde dixit zael si planeta vel luna fuerit in.29.gradu alicuius signi quod est fortitudo eius adhuc in illo signo in quo est: quoniam non trãsiuit adhuc. vigesimumnonum gradum ex toto ⁊ in gradu qui est ante illum ⁊ qui post illum

Consideratio trigesimaprima est perspicari quando vnus planeta petit coniunctionem alterius si ipse fuerit ita iuxta finem signi in quo est ipse vel ille cuius coniunctionem petit ꝙ egrediatur de illo signo anteq̃ȝ coniunctio perficiatᷣ: ⁊ videre si ipse iungitur ei in sequenti signo ad quod mutatur quoniaȝ tũc perficitur causa si planeta ille dat ei aliquid in illo signo in quo sibi iungitᷣ hoc est si receptio interueniat: nisi ipse vel ille cui vult iungi iungatᷣ primo alteri quoniam tunc annullatur causa ⁊ non perficitur: etiam si iterum iungatur alteri cui primitus volebat iungi postquã fuerit separatus ab illo cui iunctus fuerit cum mutatus fuerit a signo dicto: ex quo alter inter posuit se antequã perficeretᷣ illa coniunctio prima. ¶ Nec obliuiscaris quoniam coniunctio corporalis prohibet aspectum ⁊ abscindit illum sed aspectus non prohibet nec abscindit coniunctionem corporalem.

Trigesimasecunda consideratio est vt aspicias si malus planeta fuerit significator alicuius rei quale fuerit eius esse quoniam si fuerit bonum bene erit de re illa. Si autem fuerit malum male erit de re illa: iuxta illud quod dixit sarcinator in pentadeca: malus planeta cum fuerit orientalis in domo vel exaltatione sua ⁊ non fuerit iunctus malo qui eum impediat melior ac dignior est fortuna retrograda ⁊ impedita.

Trigesimatercia consideratio est vt videas vtrum aliquis malus sit significator alicuius rei ⁊ iungatᷣ alteri malo qui cuȝ impediat: vel fuerit ei iunctus dominus ascendentis vel luna ab aspectu malo scilicet a quarto vel ab oppositione: nam perficit ille malus causam sed non facit eam peruenire ad bonum finem immo destruetur postquam videbitur directa ⁊ credetur perfecta: sed si fuerit ille malus leuior qui impedierit ita ꝙ petatᷣ coniunctionem significatoris impediet minus q̃ȝ si petat significator coniunctionẽ mali qui impedit ita ꝙ erit peius si pulset significator q̃ȝ si pulsetᷣ ipse.

Trigesimaquarta consideratio est vt aspicias in questionibus seu in natiuitatibus vel quibuslibet alijs rebus super quibus oporteat te iudicare vtrum significator negocij de quo agitur sit malus sitqȝ dominus ascẽdẽtis ⁊ sit ipse in ascendente directus ⁊ boni esse quoniam si sic fuerit perficit rem ⁊ ad bonum finem eam peruenire facit: ⁊ etiam si non sit significator nec sit dominus ascendentis ⁊ sit in ascendente: fueritqȝ ascendens eius exaltatio dimittit omnem suam maliciam ⁊ refrenatur a malo impedimento: impeditus auget maliciam suam ⁊ multiplicatᷣ eius nocumentum ⁊ eius cõtrarietas ⁊ conabitᷣ omnimode destruere negocium

TRigesimaquinta consideratio est vt prospicias vtrum planeta malus sit in signis sibi similibus quoniam minuit tunc maliciam suam: et est sicut ille qui habet quod vult: quia tūc inuenit bone volūtatis et magis pius et magis misericors minusq; maliciosus. Sicut cuz saturnus fuerit in capricorno vel aquario vel libra siue in signo frigido: et maxime si habeat ibi aliquā dignitatē: et sic cū fuerit mars in ariete vel scorpione vel i capricorno vel in signo calido: et maxie si habuerit ibi aliquā dignitatē qr tūc pficit cā. Si vero fuerit saturnus i signo calido extra suas dignitatel vl mars i frigido ex suas dignitates erit malū nec pficit causa sicut non perficitur cōmixtio aque cum oleo de leui nec complectuntur simul. Si vero fuerint boni esse ac bene dispositi prout dixi erunt tunc commiscibiles in bono et perficiunt causam sicut perficit coniunctio aque cum vino vel cum melle vel cū lacte.

TRigesimasexta consideratio est vt consideres quando mali significant impedimentuz vtrum fortune aspiciant eos a trino vel sextili aspectu quoniam tunc minuit eorū impedimentū et multo fortius si receperint eos.

TRigesimaseptima consideratio est videre si fortune fuerint significatrices vtrum mali aspiciant eas ab oppositione vel a quarto aspectu quoniam tunc minuunt fortunium et bonitatem earum:

TRigesima octaua consideratio est vt consideres si fortune fuerint significatrices si sint cadentes ab angulis vel ab ascendente ita q non aspiciant illud et sint retrogradi: quoniam tūc erunt impedite et erunt quasi similes malis nisi sint recepte.

TRigesimanona consideratio est vt aspicias si planeta qui fuerit significator sit receptus: quia si fuerit fortuna erit eius significatū meli⁹ q̄z aliter. Si aūt fuerit malus erit ei⁹ impedimentū minus: impediet etiā si deberet aliquem impedire postq̄z fuerit receptus.

QUadragesima consideratio est vt aspicias si planeta malus fuerit peregrinus siue sit ipse significator siue nō: hoc est vt nō sit in aliqua suaruz dignitatū: quoniā tūc magnificat eius malicia: similiter et malū qd significauerit ac ipsius impedimentū. Et cū fuerit in suis dignitatib⁹ minuit ei⁹ impedimentū et refrenat maliciā suam in domo. s. aut in exaltatione vel in termino. In triplicitate vero et in facie refrenat eā min⁹. In hayz aūt iterū minus

COnsideratio. 41. est vt prospicias si malus planeta fuerit significator alicui⁹ rei siue alicuius inicij fueritq; in domo aut in exaltatiōe sua siue in termino vel triplicitate et in angulis et in succedenti angulum quoniā tūc dicet fortis sicut fortuna.

COnsideratio. 42. est vt intuearis si fortuna fuerit significatrix vel prebuerit suum aminiculum alicui ex planetis fueritq; in domo in qua nullam habeat ex dignitatibus supradictis: quoniā tūc minuit eius bonū atq; fortuna. Et si fuerit in aliqua ex dictis suis dignitatib⁹ pficit rem et auget ei⁹ fortitudinē et bonū et magnificat eius fortuniū.

QUadragesimatercia consideratio est videre si fortune atq; mali fuerint simul in locis malignis scz in aliquo ex impedimētis que iā dixi tibi super⁹ et pluries hoc est in domibus in quibus nō habent testimoniū et fuerint

combusti: quoniā tunc significant debiliter quicquid significant: ⁊ significāt res debiles ⁊ despectibiles: nec poterunt boni significare bonum: neqꝫ mali malum propter nimiam sui debilitatem: iuxta illud quod dicit philosoph⁹ planete retrogrado ⁊ cōbusto nulla est fortitudo in significatione. ¶ Unde dixit zael quia planeta cum fuerit sub radijs solis cōbustus vel fuerit in eius oppositione erit debilis: quia in hoc loco nulla vtilitas: nihil boni est bonis planetis: nec est aliquid mali planetis malis: quoniā fortune significāt nullū vel modicum bonum cum fuerint combusti: mali similiter cum fuerint combusti: paucam vel nullam virtutem habent significandi malum: minusqꝫ impedimentum possunt tunc inferre.

Quadragesimaquarta consideratio est vt prospicias si planeta significator siue bonus siue malus fuerit in domo sua vel in exaltatione siue triplicitate sua siue in termino suo vel in facie sua: sed facies nō est tante virtutis quante sunt alie dignitates predicte. Unde oportet ꝙ iuuet͛ ab alia dignitate scꝫ lumine siue hayz: quoniaꝫ tunc malus refrenatur a sua malicia sic refrenatur equus viciosus per frenuꝫ forte a suo vicio ⁊ quicquid in eo est ex malicia conuertitur in bonum: ⁊ fortuna fortificat ⁊ augmentat bonum. Et licet videatur hoc quasi quoddam mirabile: tamen maxima pars philosophorum testatur hoc: ⁊ ego vidi meis temporibus sic euenire. Unde debes ꝯsiderare omnia hec que dixi tibi in capitulo isto ⁊ poteris sic vere iudicare super illo: non enim inueni quod falleret.

Quadragesimaquinta consideratio est vt aspicias si mali sint in angulis ascendentis ⁊ impediant aliquem planetarum a quarto aspectu vel ab oppositione: quoniaꝫ tunc impedient ⁊ affligent magis: ⁊ maius erit eorum nocumentum: ⁊ maxime si mali fuerint in fortiori loco ꝙ̄ sit planeta quē ipsi impedierint. Si vero aspexerint a trino vel sextili aspectu refrenant͛ a malo ⁊ minuitur eorum malicia similiter ⁊ eorum impedimentum.

Quadragesimasexta consideratio est videre planetam qui fuerit significator vtrum sit fortuna vel malus: quoniam fortuna naturaliter semꝑ significat fortunam. malus auteꝫ semper naturaliter significat malum quod accidit ei propter superfluitatē malignitatis sue nature. Unū oꝑtet te intueri loca planetarum ab ascendente in quib⁹ fuerint: si enim fuerit planeta in suo lumine vel in suo hayꝫ vel in aliqua suarum dignitatuꝫ vel in bono loco ab ascendente significat bonum. si autem fuerit bonus significat maius bonū.

Quadragesimaseptima consideratio est vt consideres vtrū significator sit in lumine suo scꝫ diurnus in die super terram ⁊ in nocte sub terra: et nocturnus in nocte suꝑ terram ⁊ in die sub terra: vel fuerit planeta nocturn⁹ significator rei alicuius in die super terraꝫ: vel planeta diurnus in nocte: aut fuerit peregrinus ille significator scꝫ vt non habeat dignitatē in loco in quo fuerit: vel fuerit cadens ab ascendente ita ꝙ non aspiciat illud: vel cadens ab angulis: tunc enim est impeditus ⁊ impedit illud quod habet significare: nec potest illud perficere.

Quadragesimaoctaua consideratio est vt videas si malus planeta sit significator ⁊ minetur malum vtrū iupiter aspiciat illuꝫ vel iungatur ei

per corpus suum: quoniã ipse franget maliciam ipsius et vertet eius naturã in bonum q̃liscunq; fuerit ille malus: tanta est enim eius bonitas ꝛ fortitudo in bono: quoniam ipse frangit omnem maliciaȝ saturni ꝛ vertit eam in bonũ Unde si non det saturnus in loco illo bonum nec perficiat rem quã promisit iupiter facit eum dare atq; perficere rem velit nolit saturnus: nisi fuerit ipse iupiter impeditus ex casu vel combustione vel retrogradatione: iuuat enim tunc sed nõ pficit rem ex toto. ¶ Uenus vero frangit maliciam martis propter nimiam amicitateȝ que reperta est inter eos nisi sit res valde ardua sicut sunt strepitus armorum ꝛ bellorum ꝛ effusiones sanguinum. Maliciam aũt saturni non potest frangere sine adminiculo iouis: nam tunc frangit maliciam saturni sicut alias frangit maliciam martis: quoniam saturnꝰ non applaudat veneri aliquo modo: quoniam saturnus est tardus: venus est velox: ipse ponderosus: ipsa leuis: ipse gaudet in lamentatione: ipsa in delectatione.

Quadragesimanona consideratio est vt cõsideres vtrum aliquis maloꝝ sit alicuius significator ꝛ si iungatur alteri ex infortunis quoniaȝ si aliquod bonum significauerit destruitur bonum illud. Si vero malũ aliquod significauerit augmentabitur ꝛ deterius fiet vel mutabitur in aliquod maiꝰ malum sicut cum dolor circa vmbilicum factus mutatur in ydropem siccam Si autem iungatur fortune que ipsum recipiat vel ipse eam tunc illud malũ deducitur in bonum. At si aliqua receptio non interueniat nõ tollitur malũ penitꝰ sed mitigat̃ ita q̧ fit minus ſm q̧ illa fortuna fuerit disposita vt possibile est q̧ minuatur in tantum q̧ modicum videbitur nocere.

Quinquagesima consideratio est vt aspicias dñm ascendentis alicuius rei atq; lunam si fuerint impediti vel alter eoꝝ ab aliqua ex infortunis a coniunctiõe scȝ vel ab oppositione vel a quarto aspectu impeditur res illa sine aspectu fortune. At si aspexerit tũc fortuna iupiter scȝ aut venus siue sol eum aut luna soluitur malicia illius infortune impedientis ꝛ liberat̃ ille cuiꝰ dominus ascendentis fuerit significator vel luna si aliq̃d sibi periculum imineret ex timore imissionis illius infortune: etiaȝ si aspectus fuerit tetragonꝰ dũmodo est cum receptione. At si aspexerit fortuna sine receptione a quarto aspectu vel ab oppositione: vel malus a trino vel sextili sine receptiõe vel a q̃rto vel ab oppositione ꝛ cum receptione possibile tunc erit q̧ liberetur ille cuius fuerit significator dominus ascendentis vel luna ex impedimento q̃d videtur iminere sibi sed conuertetur in aliud malum equale priori vel parũ minus ita q̧ non videbitur illa liberatio profuisse sibi.

Quinquagesimaprima consideratio est vt aspicias vtruȝ planeta sigtor alicuꝰ rei sit cadens ab angulo ꝛ ab ascendente nec sit in aliqua suaruȝ dignitatum: nec in aliquo suo gaudio qm̃ tunc significat omne maluȝ ꝛ oẽm dubitationem: ꝛ nulla vtilitas ꝛ nullum bonum ꝛ nulla spes erit in re illa ꝛ nihil laudabile poterit significare planeta talis ꝛ ita dispositus.

Quinquagesimaseda est vt cũ tres inferiores scȝ venus mercurius ꝛ luna exeunt de sub radijs ꝛ veniũt ad ortũ vespertinũ scȝ vt appareãt vespe post occasum solis: qm̃ anteq; exeant de sub radijs solis ꝛ elongent̃ ab eo. 12 gradibꝰ erit fortitudo cuiuslibet eoꝝ debilis ꝛ etiã alioꝝ ita q̧ fortuna parũ poterit prodesse: malus silr̃ paruȝ poterit nocere. Unde si fortuna profuerit

grauiter atq3 tarde ita q cū magno labore: cū magna instātia: ⁊ magna inuolutione deueniet illud proficuū. Et si fuerit mal⁹ tarde appebit illud sigtum. In supiorib⁹ vero qui sunt saturn⁹ iupiter ⁊ mars accidunt ista cū ipsi exeūt de sub radijs solis vt oriant mane ante solē ⁊ appareant ante ipsius ortum.

Quinquagesimatercia ꝯsideratio est vt aspicias vtruz planeta sigtor sit sub radijs solis qm̄ tūc erit debilis ⁊ q̄si nullius fortitudīs in q̄libet re: erunt tñ mali aliquantulū potentiores in malo q̄3 fortune in bono licet non multū. Tunc enī dr̄ esse planeta sub radijs solis qñ inter ipsum ⁊ solem sunt 12. gradus tm̄ vel minus ⁊ plus. 16. minutis: qm̄ cum fuerint inter planetam ⁊ solem. 16. minuta tm̄ vel minus dicitur esse fortis q̄a est tunc in zamini siue in corde solis sicut dixi tibi superius. Cum vero fuerint inter planetaz ⁊ solē plus. 12. gradibus ⁊ minus. 15. dicitur exiens de sub radijs ipsius.

Quinquagesimaq̄rta consideratio est vt aspicias vtruz planeta supior sit elongat⁹ a sole per. 12. grad⁹ vadens ad ortū matutinū vt planeta inferior tm̄dem ⁊ ipse direct⁹ vadens ad ortū vesptinū quia tunc dr̄ esse fortis. Postq̄3 vero fuerit elongat⁹ ab eo p. 15. grad⁹ ita q appareat de sub radijs solis dr̄ esse fortior q̄3 esse possit in oī re sicuti est ille q̄ exiuit de p̄lio deuictis oībus suis inimicis ⁊ q̄escit ⁊ gaudet in sua victoria: nec timet aliquē aliū q̄ insurgat ꝯtra eū vel q̄ resistat ei in aliquo: est enī tūc hilaris boni animi bone dispositōis vndiq3 beat⁹. ¶ Cū aūt sol inseq̄tur tres supiores fueritq3 inter eos ⁊ ip̄m min⁹. 15. gradib⁹ dr̄ augmentari eoꝝ debilitas vsq3 dū inter ipsos ⁊ solē fuerint septez grad⁹ tm̄: ⁊ postq̄3 fuerint inter eos ⁊ solē minus septem gradib⁹ vsq3 dū sint ī corde solis dicunt esse in vltiata debilitate. Debilitas vero trium inferioꝝ est in ꝯ̄rium illius. Dicitur enim augmētari qñ ipsi solē insequunt ⁊ fuerint inter eos ⁊ solem a. 15. gradib⁹ vsq3 ad septē gradus: ⁊ a septem vsq3 dum sunt in corde solis dicuntur esse in vltimata debilitate.

Quinquagesimaq̄nta consideratio est vt aspicias vtrū planeta sigtor sit peregrin⁹ q̄a tunc sigt q ille cuius ipse fuerit sigtor siue sit in natiuitate siue in q̄stione siue in principio cuiuscunq3 rei erit callid⁹ astutus maliciosus sciet enim facere bonū ⁊ malū ⁊ ingeniose incedere in oībus actibus quibus voluerit: erit tñ eius intentio p̄nior ad maluz q̄3 ad bonū. Et si fuerit in aliq̄ suaꝝ dignitatū maioꝝ ī domo sc3 aut exaltatōe ⁊ fuerit directus: fueritq3 in bono loco ab ascendente in decio vel in vndecio vel in aliquo aspectu amicicie ascendentis tunc significabit bonū effectū rerū quesitarū seu inceptarū ⁊ bonū animū ⁊ bonaz voluntatē nati seu querentis siue q̄siti. Si aūt fuerit in aliqua suarum dignitatum minorum erit eius significatum infra hoc.

Quinq̄gesimasexta ꝯsideratioē vt aspicias si planeta sigtor alicui⁹ rei cōmiserit dispositōz suā alicui planete vtrū ille receptor illius dispōis orientalis an occidental': qm̄ si fuerit oriental' ⁊ ipse de inferiorib⁹ fueritq3 direct⁹: vel fuerit occidental' ⁊ ipse de superiorib⁹ fuerintq3 inter ip̄m ⁊ solez min⁹. 20. gradib⁹ erit debil' vt ait sarcinator ⁊ non pficitur qd ipse iudicauit vel ostentat: impedit enī tunc p̄la tali impedimento qd est sil'e impedimēto quo impedit vir qui iam incipit egrotare ita q egritudo inualuit iam in tm̄ q eger cogit iacere: nec potest quasi se iuuare sine alterius aminiculo: ⁊ sicut edificium quod iam incepit ruere: nec est aliquis qui defendat illud ne ruat.

At quanto magis fuerit planeta longe a sole tanto minus impeditur. Et si fuerit orientalis & ipse de superiorib⁹. Uel fuerit occidentalis & ipse de inferioribus nec fuerit retrogradus erit fortis & bene aptus ad perficiendum qd ipse indicat sicut vir qui fuerit infirmus & iam est penit⁹ liberat⁹ & resumpsit omnes suas potentias: & sicut edificium quod iam ruerat & nunc est refectu3 & nouiter releuatum & in omnibus suis partibus melioratum: ita est de omnibus predictis planetis sic dispositis.

Quinquagesimaseptima consideratio est vt aspicias planetam significatorem vtrū sit in octaua ab ascendente: quoniam si fuerit in eo inuent⁹ fueritq3 fortuna licet non operetur malū non operabitur bonu3. Et si fuerit malus operabitur maius malum q3 in aliquo ex alijs locis toti⁹ figure & magnificabitur eius malicia. Et si fuerit questio eundi ad bellum non consulas ei q vadat tunc: etiam si fuerit fortuna quoniam semper est suspicandū malū sc3 mortem vel ad minus captionem: est enim locus tenebrarum & mortis. Si autem fuerit malus poteris ei iudicare mortem nisi ipse separetur tunc a dño octaui: quia tunc posset significare vulnera seu percussiones siue casum quare videretur posse mori licet forte posset euadere. Et si esset aliquod iter & maxime longum posses ei iudicare captionem vel saltim pauorē maximū in itinere: hoc semper intellecto si separet a domino octaui: & intellecto silr q malus ita dispositus vt dixi semper operetur maius malum q3 fortuna.

Quinquagesimaoctaua consideratio est vt aspicias vtrū planeta significator sit fixus in signo in quo fuerit inuentus. ¶ Et dixit zael q planeta non dicitur fixus in signo nisi perambulauerit in eo per quinq3 gradus. Mihi aūt videtur q ex quo perambulauerit planeta vnum gradum integrū de signo q sit firmus in eo: ipse tamen dixit ad maiorem euidentiam: & dixit q planeta non dicitur cadere ab ascendente nisi elongetur ab eo per quinq3 gradus. Uerbi gratia erat ascendens noue3 gradus arietis & planeta erat in quinto gradu eiusdem arietis. Dicit ibi ptholome⁹ & dicunt multi alij sapientes q talis planeta est in angulo quibus omnibus ego assentio. ¶ Quidā vero alij voluerunt q planeta diceretur esse in angulo cū esset in ipso gradu ascendentis vel vno gradu ante vel duobus post. sed eorum intentio fuit in reuolutionibus annorum: & quia voluerunt esse ita certi q in aliquo decipi non possent. Ego tamen probaui q planeta esset in angulo vsq3 prope complementum quinq3 graduū vltra cuspide3 cuiusuis anguli: nam dum quodā anno ego inuestigare3 reuolutionē ipsius anni inueni martem in q̄nto gradu vltra cuspidē anguli terre & erat in capricorno & erat ei⁹ latitudo meridiana & illud significabat interfectionem imperatoris romanorū: & significaui tūc illud ei: erat enim ipse tunc grosseti & ego forliuij: fuerūtq3 inuenti pandulfus de fasanella & thebald⁹ franciscus & plures alij de suis secretarijs fecisse coniurationem vt interficerent eum: & nullus suorum astrologorum inuenit hoc quia non credebant q mars esset in angulo: transiuerat enim cuspidē anguli per quatuor gradus & .58. minuta fm eorum opinione3. postq3 vero planeta fuerit elongatus a cuspide siue a linea alicuius anguli per quinq3 grad⁹ dicit cadens ab angulo.

QUinq̃gesimanona cõsideratio est vt aspicias vtrũ planeta significator sit post lineã anguli per.15.gradꝰ nec vltra: dicitur enim esse in angulo eque bene vt ille qui est recte in angulo ſm ꝙ visuz est zaeli. Ab inde in antea dixit ꝙ non erat in angulo: ⁊ dixit ꝙ non erat ei fortitudo in angulo vltra.15 gradum post angulum. Uerbi gratia erat ascendens quartꝰ gradꝰ tauri vsqꝫ in finem eius erat post angulum: sed quicunqꝫ planetarũ erat ab ipso quarto gradu tauri vsqꝫ in.19.gradũ eiusdẽ erat in angulo: quicunqꝫ vero erat vltra 19.gradum non erat in angulo. ¶ Ptholomeus vero videtur velle ĩnuere licet non dicat expresse ꝙ oĩs planeta qui fuerit ante anguluz per q̃nqꝫ gradꝰ ⁊ post ipsum vsqꝫ in.25.gradũ sit in angulo. ¶ Zael voluit extrahere dubiũ ne illa multa elongatio planete ab angulo impediret negociũ. ¶ Ptholomeus videtur velle a quo ego non dissentio ꝙ nulla pars alicꝰ domus remaneat expers virtutis. Mihi autez videtur nec credo incassum ꝙ oĩs planeta qui fuerit in aliqua domo dicat̃ ⁊ sit in domo illa in qua fuerit inuentꝰ a principio ipsius domus vsqꝫ in finẽ eius. Et ob hoc dico in domo ⁊ non in signo quoniam vna domus aliquando comprehendit plus vno signo: aliquando minus vno signo. Ridiculũ enim esse videtur ꝙ aliqua pars alicuius domꝰ remaneret ociosa vel expers virtutis.

SExagesima cõsideratio est vt aspicias vtrum planeta significator sit in signo fixo vel cõmuni seu mobili: quoniã in signo fixo significat fixurã ⁊ stabilitatem atqꝫ rei durabilitatem incepte seu incipiende vel de qua facta fuerit interrogatio. Cum fuerit in signo cõmuni significat mutationem ⁊ reiterationem rei iam incepte vel incipiende vel de qua sit interrogatio: ⁊ ꝙ res illa soluetur ⁊ iterum incipietur: vel ꝙ alia res cõmiscebitur cum illa ⁊ applicabitur ei: vel accidet de ipsa re aliq̃d alterationi seu reiteratõi simile. Unde in rebus quarũ alterationez desideramus sicut sunt emere vendere atqꝫ silia facere debemus ponere planetam significatorez ⁊ lunam vel saltim alterum eoꝝ in signo cõmuni. Et cũ fuerit in signo mobili significat citam mutationẽ seu alterationem rei vel iam incepte vel incipiende vel querende vel qualiscunqꝫ sit: ⁊ eius citum complementũ atqꝫ finem velocem siue bonum significauerit siue malum. Unde in rebus quarum citum finez desideramꝰ debemꝰ significatores ponere in signis mobilibus. In rebus vero quarum cupimus durabilitatem ⁊ longam fixionem debemus ponere significatores in signis fixis. In illis quarũ cupimus mediocritatẽ debemus ponere significatores in cõmunibus: ideꝫ intelligas de natura lune semper si vnq̃ꝫ facere potes. Et iterum repilogo tibi ꝙ signa fixa significant fixionem durabilitatẽ ⁊ vnitatẽ cõmunia significant pluralitatem: mobilia mutationis celeritatem.

SExagesimaprima ꝯsideratio est vt aspicias vtrum dñs ascendentis vel luna sit cũ capite vel cauda draconis: quia tunc significat impedimentũ in omni re: ⁊ veniet impedimentum a causa vel ex causa que significatur per illam domum in qua fuerit coniunctio illa significatoris vel lune cum capite scꝫ vel cauda. Et non nocet alia coniunctio capitis vel caude, nisi corporalis quõaꝫ nõ habent aspectũ neqꝫ oppositionez. Et est deterius qñ significator vel luna vadunt ad eos q̃z cum recedunt vt alias dicitur: quando enĩ vadũt

ad eos tunc significant vltimatum malum sicut accidit illi qui est in naui qñ ipsa periclitatur & frangitur in pelago quoniaz tunc non est ei spes. Sed qñ ipsi recedunt ab eis est sicut quando nauis iam periclitata est: q̄a potest aliqs nauigantium adherere alicui rei ligno scz vel scorzo & similibus quod dat ei spem euadendi & aliquando euadit. ¶ Et est sciendũ q͏ quando significator rei vel luna vadit ad caput augmentatur malicia: & est maior q̄z cum recedit ab eo quoniam eius natura est augmentare. Et quando vadit ad caudã non est malicia vltimata ex toto sicut quando est in separando se ab ea scilicz infra vnum gradum. ab vno gradu in antea non est eius malicia tanta quanta est infra illum gradum licet sit multa. & ab vno in tres dicitur satis minor. et a tribus in quinqz dicitur iterum minor. et a quinqz in septem dicitur pauca. & a septem vsqz in nouem dicitur paucior. & a nouem in duodecim dicitur q̄si nulla.

Sexagesimasc̄da consideratio est vt aspicias vtrum luna sit vacua cursu: euacuatio enim cursus significat q͏ res de qua querit̃ vix aut nunq̄z poterit perfici aut peruenire ad bonum finez. Et si perfecta fuerit perficietur cũ labore similiter & cum angustia & tristicia nisi dominus ascendentis seu significator rei fuerit valde boni esse: quoniam si sic fuerit licet impediat nõ tollit rem ex toto. Potest tamen quis vti quiete. s. potationibus balneationibus comestionibus & similibus cum luna fuerit impedita Est similiter bonuz vti ancra maxime cum ipsa fuerit in scorpione quod est quoddam vnguentũ extirpans pilos quod latine dicitur psilotruz: vulgariter tamen dicitur sconapotum.

Sexagesimatercia consideratio est vt aspicias vtrum luna sit longe a cõiunctione malorum tantuz q͏ non proijciat radios suos sup radios mali: nam si sic fuerit tunc significat bonum euentũ rei de qua queritur vel que fit: & eo melius si ipsa proijcit radios suos sup radios alicuius fortune: & multo fortius si dominus ascendentis seu significator rei fuerit boni esse. Si autez non fuerit bene dispositus minuetur illud bonum significatum: non tamen tolletur penitus quin remaneat ex eo aliqualis bona pars.

Sexagesimaquarta consideratio est vt aspicias vtrum luna sit in cancro vel in tauro vel in sagittario siue in piscibus: quia si sic fuerit significat bonum in re de qua agitur si sit iuncta malis licet non sit iuncta fortunis nec nocet ei euacuatio cursus in hoc casu in illis locis tantum quantũ in alijs dũmodo ipsa non sit combusta: non enim prosunt ei loca illa tunc.

Sexagesimaquinta consideratio est vt aspicias vtrum dominus septimi sit impeditus an non: quia cũ fuerit impeditus significat impedimentũ rei quesite: vnde oportet te tunc differre iudicium si vnq̄z potes & cõsiderare atqz modis omnibus perscrutari quibus vnq̄z potes vt videas vnde illud impedimentum possit euenire: tum ex coniunctione domini septimi cum planetis: tum ex eius separatiõe ab eis. Similiter ex luna quia vix fiet tunc q̄n tu inuenias causam impedimenti vnde ipsa veniat: poteris enim postea tutius iudicare.

Sexagesimasexta consideratio est vt aspicias in questionib⁹ ꝛ in oĩbus que facere intendis quando mali planete minant᷑ aliquid mali si locus ille in quẽ ceciderunt ille mine fuerit dignitas alicuius fortune: ꝛ vide si illa fortuna tunc aspexerit locum illum a trino vel sextili aspectu: quoniam auferet totum illud malum ꝛ anihilabitur illud penitus. Si vero aspexerit a quarto aspectu auferet de illo malo ꝛ minuet illud licet non tollat ex toto: minuet forte medietatem vel parum minus. Si vero ab oppositione aspexerit auferet de ipso iterum minus forte quartam partem vel quintã vel sextam vel ad minus octauam. Si autem non aspexerit eueniet malum ẜm q᷒ minatus fuerit malus ille impediens: ꝛ eueniet a bonis hominibus ꝛ iustis qui non vtuntur malicijs. ꝛ accidet hoc forte quia illi iusti faciunt attestationem contra illum qui querit dicendo veritatẽ contra ipsum: qua de causa ipse patietur damnum seu detrimentum vel forte a iudice vel preside qui iudicabit contra ipsum propter iusticiam. Si autem fuerit locus ille dignitas alicuius infortune eueniet illud malum ab hoĩbus iniustis ꝛ qui non vtunt᷑ iusticia neqꝫ veritate sed sunt homines scelerati qui ferent forte attestationẽ contra veritatẽ siue attestatio illa sit veritatis siue sit falsitatis erit talis sicut dixi: vel fiet ei a malo rectore seu iudice atqꝫ scelerato: etiaꝫ si iuste iudicet in re illa: tamen erit talis quantum est in se: nec erit homo amãs nec timens nec colẽs deum.

Sexagesimaseptima consideratio est vt aspicias in questionibus seu in aliquibus principijs vtrum sit aliqua eclipsis futura prope illam questionem seu illud principium que distet a significatore illius rei siue a luna minus .12. gradibus: quoniam illa eclipsis inferet damnũ ꝛ malum querenti atqꝫ rei que debuerit incipi nisi fuerit ibi fortuna que habeat dignitatem in loco illo quia tunc minuitur malicia illa. Verũtamen oportet te aspicere si non fuerit ibi fortuna: quis ꝛ quomodo aspiciat locum eclipsis: quoniam si fortune aspexerint augmentabitur illud malum: si vero mali aspexerint minuetur quod videtur quasi quoddam mirabile.

Sexagesimaoctaua consideratio est vt aspicias in questionibus egrorũ siue in principijs egritudinum vtrum domin⁹ septimi sit liber ꝛ ipsum septimum ab impedimentis an non: quoniam si fuerit liber a malis ita q᷒ nõ sit impeditus ab aliquo ipsoꝝ tunc poterit se infirmus secure cõmittere cure medicorum: proderunt enim tunc sibi medicine. Si quidem septima ꝛ eius dominus fuerit impedit⁹ dixit ptholomeus q᷒ tunc est remouendus medic⁹ ab infirmo: non enim proderunt sibi medicine neqꝫ cure medicorũ: quoniaꝫ septimum significat medicinam vt zael ait: vel forte cronicabitur egritudo. Idem potes dicere si fuerit predictum impedimentum in hora principij curationis alicuius egritudinis.

Sexagesimanona est vt aspicias in questionibus itinerum seu in eorum principijs vel etiaz aliarum rerum vtrum significatores ascendentis et domus significantis rem quesitã siue inceptam vel incipiendaz sint equales in fortitudĩe seu debilitate: qm̃ non poteris tunc iudicare secure: oportebit enim te tunc videre dominũ coniunctionis seu preuentionis prout res fuerit ꝯiunctionalis seu p̃uentionalis que fuerit ante rem de qua tu agere intendis et ſm illud iudicabis. Qḋ si iterum dominus coniunctionis seu preuentionis et dominus rei quesite fuerint equales non poteris secure iudicare: reuertar[is] tunc ad lunam et vide cui primitus ipsa iungatur et ſm illud poteris iudicare que si non iungat[ur] alicui in signo vel a signo in quo ipsa fuerit mutabis ipsaz a signo in quo est et vide cui primo iungatur in signo vel a signo in qḋ intrauerit post exitum suum ab illo in quo erat tp̃e questionis seu principij noĩati et ſm illud iudicabis. Et hoc est tale caplm̃ ꝙ te oportet illud bene ꝯsiderare

Septuagesima consideratio est vt aspicias quandã aliam rem occultã scz que non bene seruatur ab astrologis: et aliquando ĩmo pluries nocet eis multũ. Hoc est ꝙ videas in questionibus seu rerum principijs vtrum dñs coniunctionis seu preuentionis que fuit ante illam questionez seu ante illud principium sit in aliquo angulorum illius rei quesite vel incepte: qm̃ significabit tunc ꝙ res illa perficietur et fiet nisi steterit per querentẽ seu incipientẽ nisi deus restiterit: etiam si non videatur per alios significatores ꝙ debeat perfici: ꝙ si non sic fuerit sed fuerit in succedentibus et alij significatores dñs scz ascendentis et dominus rei quesite similiter et luna vel alter eorum adiuuerit fiet res cum facilitate: et si fuerit in cadentibus vix vnq̃ fiet etiam si alij significatores videantur fauorabiles: ꝙ si non fuerint fauorabiles vel saltim duo ex eis nunq̃ perficietur.

Septuagesimaprima consideratio est vt aspicias in questione que tibi facta fuerit de aliqua re vel si volueris facere aliqḋ principium siue iter fuerit vel qḋuis aliud vtrum significator cadat inter ascendẽs et duodecimã quoniam tunc significabit tempus durabilitatis quando res debeat fieri: et si fuerit facta quantum debeat durare et erunt dies vel hore. Si autez fuerit inter duodecimam et decimam significabit medietates ebdomadarum. Si vero fuerit inter decimam et septimam significabit menses vel septimanas. Si aũt fuerit inter septimam et quartam significabit annos. Et si fuerit inter quartam et ascendens significabit medietates annorum.

Septuagesimasecunda consideratio est vt aspicias vtrum questio sit de itinere vel sit principium alicuius itineris et si luna fuerit tũc impedita quia non erit iter tunc faciendũ. Si vero nõ poterit fieri quin fiat iter pone illum qui impedierit lunam dominum ascendentis.

Septuagesimatercia consideratio est vt aspicias in questionibus vtrum questio significet bonum vel malum et videas si bonum significauerit et fortune aspexerint significatorem questionis vel lunã: quoniam tunc augmentabitur illud bonũ. Si autem aspexerint mali minuetur. Si vero significauerit malum et fortune aspexerint minuet[ur] illud malũ. Si aũt aspexerint mali significatorem aut lunam augmentabitur malum et deterius fiet.

Consideratio .74. est vt aspicias vtrum planeta significator sit in statio-
ne sua prima volens retrogradare: quia tunc significat inobedientiaz ⁊
ꝙ res de qua sit interrogatio non fiat nec perficiat' etiam si videat' debere p-
fici. Et si fuerit tunc inceptum aliquod opus seu edificium non complebitur
¶ Et si talis significator ita dispositus fuerit tunc sub terra non eleuabitur:
illud edificium quod dicat' eleuatū vsq; ad .30. annos nec tamen complebit'
tunc. Et si tunc fuerit eleuatem parum eleuabit' vsq; ad alios .30 annos. Et
si tunc non fuerit completum non complebit' vsq; ad .90. annos a die sui pri
mi principij: ꝙ si tunc non fuerit completum non complebit' in eternum: nisi
forte dn̄m transferat' ad extraneos ⁊ non consuetos possessores. ¶ Et cum
fuerit in statione sua secunda volens dirigi significat ꝙ perficiet' res cuz tar-
ditate tamen ⁊ inuolutione atq; duricia ⁊ grauitate atq; studio ⁊ solicitudi
ne magna. ¶ Et si aliqd edificiū fuerit tunc inceptū cōplebit' licet nō ita ci-
to sicut credet' a principio: dummodo significator non sit sub terra: quia tūc
non perficiet edificiū ille qui incipit illud nec etiā eleuabit illud multum su
pra terram. Et hoc intelligas quia planeta in statione secunda quando vo-
luerit dirigi significat aptationē ⁊ renouationē ⁊ directionē ac fortitudinez
cuiuslibet rei. Sed in prima quādo vult retrogradare significat dissolutio-
nem ⁊ grauitatē atq; destructionē cuiuslibet rei. Intellige bene omnia hec
quoniam sepissime venient tibi pre manibus.

Consideratio .75. est vt aspicias vtrū luna in aliqua re quam facere quis
intendit sit impedita ab aliquo planetarū qualiscūq; fuerit questio vel
qualecūq; sit principiū quoniā quicquid tunc fuerit factū siue inceptum erit
impeditum. Uerūtamen si luna fuerit in bono loco ab ascendente ita ꝙ aspi
ciat illud aspectu laudabili trino .s. vel sextili: ⁊ ille qui lunam impedirit as-
pexerit ascendēs aliquo predicto ꝝ aspectuū minuet' impedimentū nec tan-
tum nocebit: ⁊ forte tollet ex toto ꝯm ꝙ ille impediens fuerit bene disposit⁹
ita ꝙ non sit cadens ab angulis nec ab ascēdēte vt dixi: nec fuerit in casu suo
scilicet in septimo a domo sua. Immittet enim tunc timorem plusq̄ inferat
nocumentū. ¶ Zael vero videt' velle dicere ꝙ si malus impediens fuerit ca
dens ab ascendente vel fuerit retrogradus tunc imittit timorē ex parte que-
rentis vel incipientis. Ego tamen memini ⁊ timui semp impedimentū lune
pre ceteris impedimentis nec memini me vidisse bonum finem alicui⁹ rei in
qua luna fuerit impedita: quia in itineribus si iter fuerit ad bellum timui de
persona itinerantis ad illud. Si aūt fuerit ad negociationē vel ad aliud si-
mile timui angustiam ⁊ iram atq; tristiciam in itinere cum amissione substan
tie.

Consideratio .76. est vt aspicias a quo planetarū separet' luna ⁊ cui iun-
gat': quoniā ille a quo ipsa separatur significat illud quod iam fuit. Ille
vero cui ipsa iungitur significat illud quod futurū est vt alias dicit'. Quod si
separet' a malo ⁊ iungat' bono significat ꝙ illud quod iam fuit non fuit bonum
imo fuit res mala ⁊ impediēs interrogantē: ⁊ illud quod futurū est erit bonū
⁊ res de qua gaudebit interrogans ⁊ ꝙ erit sibi vtile. Et si separet' a bono ⁊
iungat' malo fuit res bona a principio sed finis erit malus. Siquidē separet'

a bono ꝛ iungat bono res illa fuit bona ꝛ est bona ꝛ finis eius erit laudand⁹ Si vero separetur a malo ꝛ iungat alteri malo res illa fuit mala ꝛ est mala ꝛ malus erit eius finis.

Consideratio.77.est vt aspicias vtrum dñs ascendentis alicuius interrogationis vel alteri⁹ cuiusuis rei vel luna fuerit in oppositione dom⁹ sue hoc est luna in capricorno: mercuri⁹ in sagittario vel pisce: venus in scorpione vel ariete. Sol in aquario. Mars in tauro vel libra. Jupiter in geminis aut virgine. Saturnus in cancro vel leone: qm̄ tunc dñs interrogationis vl cuiusuis alterius rei erit abhorrens causam de qua interrogat seu de q̄ agit nec erit res in qua ipse delectet vel quā ipse affectet ꝙ ꝑficiat: ꝛ videbit potius ꝙ ipse nolit eā ꝑfici q̄ȝ ꝙ velit ꝙ ꝑficiat vel fiat.

Consideratio.78 est vt aspicias signū qd̄ sigt rem illā de qua fuerit interrogatio. Prima enī sigt ꝑsonā. secūda sigt substātiā. tercia sigt fratres quarta sigt patres ꝛc: vt dictū est supra in tracratu de.12.domibus: ꝛ videas dñm illius ꝛ ꝑm ꝙ ostenderit tibi de re quam significauerit ꝑm illud iudicandum esse poteris estimare omnibus ꝛ singulis alijs que tibi dixi diligenter inspectis.

Consideratio.79.est vt aspicias vtrū planeta significator seu luna iūgat bonis vel malis planetis siue ꝑ ꝯiūctionē siue ꝑ aspectū. Et hoc est tibi diligenter inquirendū quia cōiunctio solis corporalis est maius infortuniū quod possit euenire planetis.

Consideratio.80.est vt aspicias in quo signo sit significator rei quesite a domo sua vtrū in eodē aut in.2.vel in.3.aut in.4.vel in.5.aut i.6.siue in.7.vel.8.siue in.9.seu in.10.siue in.11.vel.12.quia ꝑm significatū illius signi i quo fuerit a domo sua ꝑm illud iudicabis sicut iudicares de aliquo planetarū existente in aliqua domo ꝛ ab ascēdēte.

Consideratio.81.est vt aspicias vtrū planeta significator sit i angulo vl in succedenti aut in cadēti quia quātūcūq; significator fuerit magis ꝓpe lineā anguli tāto magis erit fortior. Et quātūcūq; fuerit remotior ab eo. tanto magis erit min⁹ fortis: ꝛ ita in succedēti. Et quātūcūq; fuerit magis ꝓpe lineaȝ dom⁹ cadētis ab angulo tāto magis erit debilis. Et quātūcūq; fuerit remotior ab ea tanto magis erit minus debilis.

Consideratio.82.est vt aspicias vtrū planeta significator alicui⁹ rei accipiat dispositionē ab aliquo planetarū fortuna siue infortuna: q: si receperit dispositionē a fortuna sigt bonū: ꝛ eo meli⁹ si fortuna illa fuerit boni eē ac bene disposita. Si aūt nō fuerit bene disposita erit infra hoc. Si vero fuerit impedita erit iterū magis infra hoc. Si quidē ab infortuna receperit dispositionē sigt cōtrariū: ꝛ eo fortius si illa infortuna fuerit impedita. Si aūt nō fuerit impedita erit aliquid infra hoc. Si quidem fuerit bene disposita minuet iterum plus de malicia illa.

Consideratio.83.est vt aspicias vtrum fortune ꝛ infortune sunt equales in questione seu quauis alia re: quia tunc nō significabunt aliquod contractum iudicium bonum scȝ aut malū nec adducet res illa de qua tunc agit lucrum. neq; damnum

Consideratio.84.est vt aspicias si fortune fuerint fortiores in questionibus quam infortune quoniam si vtrique fuerint fortes et fortune preualuerunt in fortitudine significabunt aliquale bonum quasi mediocre: si vero preualuerit in fortune significabunt aliquale malum quasi mediocre.

Consideratio.85.est vt aspicias vtrum pars fortune cadat in bono loco in figura an in malo angulo.s.an in succedenti seu in cadenti. Et vide quo aspiciatur et a quo vtrum a fortuna vel ab infortuna: et vtrum recipiatur ab illo a quo aspicitur an non: quoniam questiones videntur aliquando bone et pars fortune cadit in malum locum quod debilitat multum questionem et minus vtilem eam reddit sperabit enim interrogator de re bonum et non veniet ei ita sicut questio videtur ostendere. Minuetur enim bonum quod videbatur questio significare propter partem fortune existentem in malo loco figure vel iunctam malo planete. Et aliquando videbitur questio minari malum et prenunciare illud: tamen si pars fortune fuerit in bono loco figure fueritque iuncta bono planete per corpus vel per aspectum qui recipiet eam minuetur illud malum et non tantum accidet ex eo querenti quantum videbatur questio minari.

Consideratio.86.est ut aspicias in omni questione seu itinere siue natiuitate vel quocunque alio principio vtrum aliquis malorum aspiciat significatorem et videas si ambo fuerint retrogradi et cadentes et peregrini et in signis contrarijs sue nature penitus tunc inferunt tale contrarium et tale nocumentum quod nunquam poterit euitari nec poterit illud aliquis auertere nisi solus deus faciat illud: et erit quasi quoddam magnum miraculum si euaserit ille cui periculum iminebit. Et si natus fuerit aliquis re ita existente in perpetuum erit mendicus et pauper et indigens cibi ventris sui et nunquam poterit se tantum fatigare quod ipse possit euitare mendicitatem. Et si fuerit edificata tunc domus nunquam gaudebit aliquis in ea nec pecuniam congregabit que sibi prosit: et sepe venient ei contraria quibus eius bono delebuntur et euanescent et in nihilum deuenient. Et semper quandocunque credet aliquod suum negocium melius directum et post deuenire ad bonum finem et optatum tunc potius destruetur et dirimetur nisi diuina bonitas se interponat

Consideratio.87.est vt aspicias nouenarium lune quod est res multum obseruanda: quoniam impedit astrologum pluries ne posset bene intueri veritatem et fallit aliquando iudicando nesciens causam que facit eum fallere.

Consideratio.88.est vt consideres planetam a quo separatur luna qualiter sit dispositus quoniam ille habet significare quod iam fuit vt dictum est supra. Et videas cui nunc ipsa est iuncta ita quod non sit inter eos distantia plus 5.minutorum: quoniam ille habet significare quod presentialiter est secundum quod ipse fuerit dispositus. Videas etiam cuius coniunctionem ipsa petit vel cui primo iungetur post separationem ab illo cui nunc iuncta est quoniam ille significabit secundum quod ipse fuerit dispositus illud quod in re futurum est.

Consideratio.89.est vt aspicias duodenariam lune que est etiam res valde obseruanda in multis iudicijs plus etiam quam predicta quoniam maiora pericula possunt inde superuenire et est de subtilissimis considerationibus astrologorum et inusitatis quam a multis propter pigriciam potius quam propter ignorantiam et plurimum male fuatur. vnde cadunt aliquando in ignominiam laicorum propter timorem laboris quem nolunt sustinere.

NOnagesima consideratio est vt aspicias in questionibus seu natiuitatibus vel itineribus vel q̃buscũq; alijs rebus siue principijs vtrũ dñs domus i q̃ fuerit sol ⁊ dñs dom⁹ i q̃ fuerit lũa: ⁊ dñs ascẽdentis sint orientales ⁊ i angulis licet hoc raro ɔtingat ⁊ aspiciãt se inuicẽ ex bonis locis ⁊ ex bonis aspectibus ⁊ laudabilibus trinis.s. vel sextilibus: quoniã tunc significãt maximũ fortuniũ ⁊ maximũ bonũ ⁊ vltimatũ profectum in omni re qualiscũq; fuerit. Si vero non fuerint omnes ita dispositi sed pars eorum significabit bonum ẜm illam partem pro qua sic dispositi fuerint.

NOnagesimaprima consideratio est vt aspicias in questionibus seu natiuitatibus vel in alijs rebus qualescũq; fuerint vtrum mars sit in aliquo anguloꝝ illius figure maxime si anguli fuerint signa fixa: ⁊ specialiter si scorpio fuerit prima domus: quia tunc destruit mars omne bonum quod significat per illam questionem seu per illam figurã. Et si non penitus destruit multum impedit ⁊ diminuit illud: nisi forte iupiter aspiciat tunc martem a trino vel sextili aspectu quoniam tunc minuit malicia martis ⁊ mitigatur propter aspectum iouis. ẜm tamen q iupiter fuerit dispositus in fortitudine vel debilitate sua.

NOnagesimasecũda consideratio est vt aspicias in natiuitatibus siue in questionibus vniuersalibus vel in questionibus de morte: ⁊ videas si dñs domus mortis siue significator mortis seu dñs domus in qua fuerit dñs domus mortis iuerit ad significatorẽ nati seu querentis vel ipse ad eum: qm̃ ille planeta sic dispositus efficitur interfector ⁊ interficit ita si fuerit fortuna q̃ si fuerit infortuna siue receptio interueniat siue non.

NOnagesimatercia cõsideratio est vt aspicias si fuerit questio de re quaz aliquis vult petere ab alio vel fuerit res quã velit fodere seu extrahere de loco abscondito vel occulto vtrum significator querentis vel rei quesite aspiciat saturnũ vel iungat ei per corpus vel sit saturnus in domo rei quesite quoniam vix fiet tunc quod querit interrogator ⁊ grauiter extrahet res abscondita de loco in qua fuerit ⁊ cũ labore maximo ⁊ inuolutione atq; cũ tarditate etiam si videat q debeat res de qua querit velociter fieri ⁊ cũ facilitate ⁊ vt multũ postq̃ putauerit interrogator rem directã impediet ⁊ tardabit plusq̃ ipsemet credet.

NOnagesimaquarta cõsideratio est vt aspicias in questionib⁹ siue i alijs principijs vtrum significator rei quesite sit cadens ab ascendẽte vel ab alijs angulis vel a domo rei quesite vel ab eius dño vel sit retrogradus vel in malo esse cũ sole vel sit in domo rei quesite planeta cadẽs vel retrogradus vel in malo esse cũ sole siue in malo loco ab eo vel in mala dispositione cum ipso quoniam ista significant impedimentũ rei etiam si questio aliter uideat esse bona.

NOnagesimaquinta cõsideratio est vt cõsideres vtrũ planete significantes rem quesitã iungãt adinuicez: qm̃ illud sig̃t ipsi⁹ rei ꝑfectionẽ: noli tñ iudicare trãsacte rem ꝑfecturã nisi tu videas ⁊ ɔsideres bene naturã signi in quo ipi iungunt vtrũ sit de natura ipsoꝝ qm̃ si ex natura eoꝝ fuerit ꝑficiet res cum facilitate atq; alacritate querẽtis. Si vero nõ cõcordauerint plane

te in natura cũ signo non perficiet res de facili imo vix aut nunq̃. Et si per fecta fuerit erit hoc cum labore atq̃ solicitudine maxima querentis: eciam si videat alias leuiter debere perfici. Et si cõcordauerint fiet res cum minori labore tamen non multum leuiter

Nonagesimasexta consideratio est vt aspicias in questionibus que videntur ostendere q̃ res de quibus fiũt questiones debeant pfici: vtrũ significator rei, ⁊ luna sint in angulis ⁊ fuerint remoti ambo a cuspidib⁹ angulorũ plus. 25. gradib⁹: quoniã habet significare hoc q̃ nõ pficiet res illa. etiã si videat directa. Si vero vnus eorũ tantũ fuerit remotus ab angulo vt dictũ est dñs. s. significans rem quesitã vel luna ⁊ alter non fuerit remotus perficietur res licet cũ difficultate nisi forte esset iter quoniã illud nihilomin⁹ pficeret licet essent significatores remoti ab angulis.

Nonagesimaseptima cõsideratio est vt cõsideres in quo climate tu suscipias questionẽ: quoniã iudicia diuersificant ſm q̃ diuersificant ascensiones climatũ ⁊ regionũ nõ enim est idem ordo in ascensionibus siue eleuationibus signorũ in vno climate qui est in alio: nec est idem ascendens in vna regione quod est in alia. Unde nisi caueris tibi bene in hoc posses errare in tuo iudicio quod malum esset ⁊ improperabile vel reprehensibile multum. Aliter enim eleuant signa in primo climate. aliter in secundo: ⁊ aliter in tercio: ⁊ aliter in quarto: aliter in quĩto: aliter in sexto: ⁊ aliter in septimo. ¶ Et ob hoc oportet q̃ bene caueas tibi ab istis diuersitatib⁹ ne cadas in errorem in tuis iudicijs: quoniã versus quãcũq̃ partem tu iueris ab vna regione in aliam siue ab oriente fuerit ad occidentẽ vel ab occidente in orientem. vel a meridie in septẽtrionẽ siue a septẽtrione in meridiez per. 53. miliaria ⁊ quoddam parũ sensibile diuersificabit vnũ ascendẽs ab alio per vnum gradũ ab oriente ad occidentẽ ſm longitudinẽ ⁊ econtra ⁊ a meridie ad septentrionez ⁊ ecõtra: ⁊ quoddã plus paruz sensibile tamẽ. ¶ Sed possent forte insurgere aliqui fatui tunicati ⁊ dicere si iudicia diuersificant ſm situs regionum ergo sunt falsa ignorãtes quid lateret: nec est eis aliquid respondẽdũ nec cũ eis altricandũ nec enim habent discretionem nec intelligunt nec credunt ⁊ talib⁹ nihil est probabile. Sunt tamen inter eos quidam discreti ⁊ bene intelligentes intelligibilia ⁊ cum illis potes bene conferre licet sint pauci quorũ vn⁹ fuit venerabilis frater enuerandus brissiensis de ordine p̃dicatorũ quẽ inueni valde discretum ⁊ bene intelligentẽ omnẽ veritatẽ ⁊ vtentem ea qui propter sue scientie profunditatẽ effectus est episcopus cesenas. ¶ Hec enĩ que tibi dixi possent facere astrologũ errare: ⁊ timeo ne aliquos aliquãdo errare fecissent: quoniã iudiciũ nõ põt dari nisi ſm ascendens ⁊ alias domos: vnde si ascendentia diuersificent oportet necessario q̃ diuersificent ⁊ iudicia. Et sic oportet q̃ nõ timeas laborẽ nec pigricia vincat tuam sollicitudinẽ sed facias ita q̃ tu habeas tabulas eleuationũ signorũ ad omne clima in quo fueris ⁊ ad omnẽ regionẽ per te vel per alium factas per equationẽ vel p talem cõiecturationẽ ab vna regione ad aliã que te nõ decipiat. ¶ Uerũtamen est grauius inuenire differentiã climatis ad clima q̃ regionis ad regionez ⁊ hoc ſm longitudinẽ: q: si tu habueris tabulas eleuationũ signorũ i aliqua regiõe

ab oriente ad occidētem poteris cōiecturari ⁊ habere eleuationes signoꝝ
ab illa regione ad aliā ad quā partem volueris siue ad orientē siue ad occi/
dentē ab ea ſm illud clima accipiendo diuersitatē sicut dixi tibi sed ſm di/
uersa climata nō poteris ita leuiter cōiecturari.

Nonagesimaoctaua cōsideratio est vt aspicias in qstiōibꝰ si illud qd si/
gnificatur per questionē aliquā debere fieri significatur a planetis ꝑ cōiun
ctionē corporalē vel ꝑ aspectū vel per translationē luminis: qm̄ si fuerint si/
gnificatores cōiuncti per corpus vel per aspectū fiet res ⁊ perficietur ꝑ queren
tem ⁊ ꝑ quesitū sine alteriꝰ intromissione. Si vero nō fuerint cōiuncti ꝑ cor
pus vel per aspectū sed transtulerit aliquis planetarū lumē inter eos fiet res
per manꝰ legatorum seu alicuius vel aliquoꝝ qui exinde se intromittēt ⁊ du
cent rem ad effectū per aliquā personam seu rem significatā per domū cuius
dn̄s fuerit ille intromissor. Nam si fuerit dn̄s secunde domus qui transferat
lumen fiet res cum expensis vel alio modo interponendo pecuniā querētis.
Si fuerit dn̄s tercie fiet per fratres querentis si habuerit fratres vel per ali/
quod de his que significantur per terciā domū. Si fuerit dn̄s quarte fiet ꝑ pa
trem vel per aliquod de his que significantur per quartā domū. Si fuerit do/
minus quinte fiet per filiū vel per aliquod de his que significantur ꝑ quintaꝫ
domū. Si fuerit dn̄s sexte fiet per seruos vel ꝑ aliquod de his que significā
tur per sextam domū. Si fuerit dn̄s septime fiet per vxorem vel ꝑ aliquod
de his que significantur per septimam domū. Si fuerit dn̄s octaue fiet ꝑ mor
tem vel per pecuniā vxoris vel ꝑ aliquod de his que significantur per octauā
domū. Si fuerit dn̄s none fiet per aliquē episcopū vel religiosum vel ꝑ ali/
quod de his que significantur per nonā domum. Si fuerit dn̄s decime fiet ꝑ
regē seu rectorē, vel ꝑ aliquod de his que significantur per decimā domū. Si
fuerit dn̄s vndecime fiet ꝑ aliquē amicū vel ꝑ aliquod de his que significan
tur ꝑ vndecimā domū. Si fuerit dn̄s duodecime fiet per aliqueꝫ inimicum
occultū vel per aliquod de his que significantur per duodecimā domū.

Nonagesimanona cōsideratio est vt aspicias in questionibꝰ seu natiui
tatibꝰ siue aliis principiis quid inde futurū sit: qm̄ videbitur aliqn̄ ꝑ que
stionē ꝙ aliqua res debeat fieri ⁊ perfici penitꝰ nec ꝑficietur ex toto sed ex ꝑte
⁊ aliqn̄ ꝑficietur ex toto: ⁊ aliqn̄ nō ex toto nec ex parte ꝑficietur: ⁊ quare hoc ac
cidat. Unde culpantur ⁊ blasphemantur inde astrologi ⁊ nesciūt se bene excusa
re ignorantes cām quare hoc accidat ⁊ est hec res ardua ⁊ difficilis atq sub
tilissime inquisitionis: ⁊ illud fuit cā quare antiqui nostri nō intromiserūt se
de hoc: qm̄ erit labor valde magnꝰ ꝓpter ꝙ honorādissimꝰ ille ꝓdecessor albu
masar in omnibꝰ imitādꝰ dixit inde plus q̄ dixissent ceteri astrologi. Et ego
inueni eius iudicia tam particularia q̄ reuolutoria pre ceteris aliis efficatio
ra ⁊ etiā atenciora licet ptholomeꝰ qui fuit dilucidator huius scie in vniuer
salibꝰ iudiciis ceteris astrologis inuētus fuerit atencior. Et est hoc qd dixi
cōsideratio quorūdā stellarū fixarū que sunt in signis de quibusdā quorū fa
ciam tibi mentionē in tractatu reuolutionū ⁊ in tractatu natiuitatū aliquid
tangā de ipsis. Nihilominꝰ tn̄ eas hic noīabo que magis tibi ꝓ manibus
eueniēt ⁊ ne forte nimis differas ad eaꝝ noticiā habendā: quarū quedā sunt

de natura fortunarū seu de natura bonoꝝ planetarū: ⁊ ille quarū quedā sūt de natura fortunarū pficiūt res que nō videnť debere pfici p significata planetaꝝ: quedā sūt ꝺ natura infortunaꝝ ⁊ ille sūt q̄ nō pmittūt res pfici p sigͣta plāetaꝝ: ꝺ qbꝰ illaꝝ q̄ sunt de natꝰa maloꝝ quedā sūt inuēte i quolibet signo Quarū due sunt in capite arietis. s. in. 13. gradu ⁊. 45. minuto. Altera est in 14. gradu ⁊. 45. minuto ⁊ sūt septētrionales: ⁊ sūt de natura saturni ⁊ marť. ¶ In tauro sunt. 6. stelle in. 9. gradu ⁊. 55. minuto: q̄ dicunť pleyades: oēs tñ dicunť vna ⁊ sunt oēs de natura martis ⁊ lune. Et altera est in. 13. gradu eiꝰ. Et altera est in. 13. gradu ⁊. 2. minuto. Et altera est in. 14. ḡdu. ⁊. 45. minuto ⁊ illa diciť diabolus. Et altera est in. 15. ḡdu eius que diciť caput diaboli. Et alia est in ventre tauri in. 19. ḡdu ⁊. 15. minuto que diciť aldeboram que oēs sūt de natura martis ⁊ mercurij. ¶ In geminis est vna in. 8. ḡdu eiꝰ q̄ diciť humerꝰ canis q̄ est de natura marť ⁊ saturni. Et alia est in. 10. ḡdu eiꝰ ⁊. 15. minuto q̄ est de natura marť ⁊ diciť bellatrix. Alia est in. 17. ḡdu eiꝰ ⁊ 55. minuto. Altera est in. 18. ḡdu eiꝰ ⁊. 52. minuto que diciť malefica ⁊ est de natura solis ⁊ martis. ¶ Altera ē in cancro in. 2. ḡdu eiꝰ ⁊. 3. minuto q̄ diciť camelꝰ ⁊ est de natura saturni ⁊ lune. Et altera est in. 7. ḡdu eiꝰ ⁊. 55. minuto Et altera est in. 13. ḡdu eiꝰ ⁊ est de natura solis ⁊ lune q̄ diciť occidēs camelū Et altera est in eodē ḡdu de natura saturni q̄ diciť pes canis. Et altera est in 17. ḡdu ⁊. 55. minuto ambe sunt de natura saturni. ¶ In leone vero est vna ex eis in. 15. gradu eiꝰ ⁊. 55. minuto de natura saturni. ¶ In virgine aūt sunt due stelle quarū vna est in. 7. ḡdu eius ⁊. 11. minuto ⁊ est de natura marť. Et altera est in. 15. gradu eiꝰ ⁊ est de natura saturni. ¶ In libra est vna stella in 26. ḡdu de natura saturni. ¶ In scorpione sūt tres stelle q̄rū vna est i primo ḡdu ⁊. 3. minuto ipsiꝰ. Et altera in. 8. ḡdu ⁊. 7. minuto. Et altera in. 9. ḡdu q̄ oēs sunt de natura marť. ¶ In sagittario sunt due stelle pue quaruꝫ vna est in. 19. ḡdu eiꝰ ⁊. 2. minuto. Altera est in. 21. ḡdu eiꝰ ⁊. 1. minuto ⁊ sunt de natura saturni. ¶ In capricorno sūt due stelle q̄rū vna est in. 27. ḡdu eius ⁊. 2. minuto que noiať mala. Et altera est in. 29. ḡdu eius ⁊. 5. minuto ambe sunt de natura saturni. ¶ In aquario vna stella in. 9. gradu eiꝰ ⁊. 4. minuto de natura martis ⁊ saturni. ¶ In pisce quidē est vna stella in. 4. gradu eiꝰ ⁊. 7. minuto de natura martis ⁊ mercurij. Omēs p̄dicte stelle sunt nocentes ⁊ maliuole atq̧ impedientes ⁊ destruentes res postq̄ videnť debere perfici ⁊ prohibentes ne perficianť: vnde semp oportet te vitare ipsas in omnibꝰ tuis actibus si vnq̄ poteris quod est valde difficile. Et licet fecerim hic tibi mencionem de ipsis tu inuenies hoc latius ⁊ melius dictum in tractatu de reuolutionibus annorum sanitate atq̧ vita mihi fauente.

CEntesima consideratio est vt aspicias in tuis actibus stellas fixas iuuātes res vt fiant ⁊ perficiantur quarum situs talis est. ¶ Nam in ariete sunt due stelle quarum vna est in. 15. gradu eius ⁊. 6. minuto que est de natura iouis ⁊ veneris cuius natura est iuuare atq̧ prodesse. Alia est in. 26. gradu eius ⁊ primo minuto de natura iouis. ¶ In tauro vero sunt. 3. stelle q̄rū vna est in. 1. ḡdu eiꝰ ⁊. 3. minuto. Et altera est in. 8. ḡdu eiusdē ⁊. 7. minuto. Altera in. 9. gradu eius ⁊ primo minuto que omnes sunt de natura veneris

¶ In geminis aũt sunt due stelle quarũ vna est in.19.gradu ei⁹ ⁊.2. minuto Et alia est in.21.gradu ei⁹ ⁊.3.minuto que sunt de natura iouis ⁊ sunt de magnitudine secũda. ¶ In cancro iterim sunt due stelle quarũ vna est in.27.gradu eius ⁊.2:minuto que vocatˀ bona. Et altera est in.29.gradu eius ⁊.5. minuto ⁊ sunt ambe de natura iouis. ¶ Et in leone quidem est vna stella in.9. gradn eius ⁊.4.minuto de uatura iouis ⁊ venerꝭ. ¶ In virgine vero est vna stella in.4.gradu eius ⁊.7.minuto que est de natura veneris ⁊ lune. ¶ In libra aũt sunt due stelle de natura iouis ⁊ veneris quarum vna est in.13.gradu eius ⁊.45.minuto. Et altera est in.14.gradu eius ⁊.45.minuto. ¶ In scorpione vero sunt.4.stelle quarum vna est in.9.gradu eius ⁊.55. minuto. Et altera est in.13.gradu eius ⁊ primo minuto. Et altera est in.14. gradu eius ⁊ 45.minuto. Et quarta est in.19.gradu eius ⁊.15.minuto que omnes sunt de natura iouis. ¶ In sagittario vero sunt.2.stelle quarum vna est in.10. gradu eius ⁊.15.minuto. Et altera est in.7.gradu eius ⁊.55.minuto ⁊ ambo sũt de natura iouis. ¶ In capricorno sunt.3.stelle quarum vna est in.2. gradu eius ⁊.3.minuto. Et altera est in.7.gradu eius ⁊.55.minuto. Et altera est in 17.gradu eius ⁊.55.minuto que omnes sunt de natura iouis. ¶ Et in aq̃rio est vna stella que est in.15.gradu eius ⁊.55.minuto de natura iouis ¶ In pisce vero sunt due stelle quarum vna est in.7.gradu eius ⁊.11.minuto ⁊ est de natura veneris. Et altera est in.14.gradu eius ⁊. 59.minuto ⁊ est de natura iouis. ¶ Unde semper cum tu videris significatorẽ alicuius rei iunctũ corporaliter cum aliqua de predictis stellis fixis iuuantibus prenũciabis bonũ ⁊ rei augmentũ ⁊ bonum finem.

Consideratio.101.est vt aspicias in natiuitatibus seu interrogationib⁹ quis planeta sit interfector vel abscisor vite seu annorum vel prohibitor rei ne fiat vel perficiatˀ quoniam ille est qui destruit vitam nati ⁊ interficit ⁊ prohibet res ne fiant ⁊ destruit eas qui fuerit fortior pre multitudine dignitatum seu potestatũ in natiuitate seu in terrogatione vel inicio alicuius rei. Uerũtamen messahala occultauit hoc ⁊ videtˀ quasi ꝙ bene fecerit. qm̃ ipse solum patefecit illud cuidam suo discipulo ⁊ quoddam aliud valde vtile se cretum qui arrogantia ductus appropriauit illud sibiipsi. Postq̃ꝫ uero perceperis illum qui fuerit ꝓhibitor seu destructor siue interfector vide. cui dñs ascẽdẽtis vel luna iungatˀ q̃ est pticeps oĩs rei sicut alias tibi dictũ est: siue dñs cuiusuis rei q̃site vel incepte seu incipiẽde ⁊ dñs dom⁹ lune aliq̃s.s. eoꝝ vel plures ex eis: qm̃ si iũgitˀ planete retrogrado vel cõbusto vel cadẽti ab ascendente vel ab angulo aut alicui maloꝝ qui nõ recipiat illũ: aut alteri stelle infortunate q̃ infortunetˀ a malis q̃ abscidit lumẽ significatoris destruitur res ⁊ nõ pficitˀ: ⁊ sic abscindũtˀ ⁊ diminuuntˀ anni nati ⁊ nõ viuit diucius Ampli⁹ si iungatˀ dñs ascẽdẽtis vel luna vel dñs rei q̃site alicui planete q̃ sit liber a cõiũctione maloꝝ ⁊ sit salu⁹ q̃tũ est in se sed iũgitˀ alteri planete ipedito aliquo ex p̃dictis impedimẽtꝭ destruetˀ res etiã postq̃ꝫ videbitˀ ⁊ credetur directa ꝙ debeat pfici ⁊ abscindetˀ vita nati qñ videtˀ ⁊ credetˀ bene ꝙ debeat viuere. Et accidet hoc etiã si nõ sit cõiunctio cũ abscisore dũmodo impediatˀ significator vel luna sicut dictũ est ex aliquo p̃dictoꝝ impedimẽtoꝝ.

Consideratio.102.est vt asppicias τ consideres in rebus que significant qualiter significatum quod significatur debeat inueniri τ ex ex quibus significatorib⁹ debeat extrahi. Ipsum enim extrahitur ex significatore querentis τ ex significatore ipsius rei quesite. Unde si iungatur significator querentis τ significator rei q̃sitesiliter τ lūa significat ex toto effectuƺ rei. si vero non iungatur significat contrarium. Et ex coniunctione significatorū debet sciri quare fit questio: τ per dominum domus in qua fit cōiunctio debet sciri de quo erit questio: nam si fuerit fortuna erit de bono ƒm esse atq; significatū illius fortune τ domus in qua fuerit τ significatuƺ dñi illius domus τ loci in quo fuerit domin⁹ domus in qua etiam ipsa fuerit. Si auteƺ fuerit infortuna significat q̄ erit de malo ƒm esse atq; significatū illius infortune τ domus in qua ipsa fuerit τ significatum domini illius domus τ loci in quo fuerit dñs domus in qua etiaƺ ipsa fuerit. Nō si dominus domus aspexerit vel domin⁹ exaltationis vel dominus aliarum duarum dignitatum minorum vel fiat translatio luminis scietur causa quare questio fiat. Si vero nō fuerit aliquo istorū non scietur ea determinate quare questio fiat: sed erit ex causa que non est adhuc nota: τ ex aspectu fortunarum vel maloꝝ scietur qualis erit effect⁹ illius rei.

Consideratio.103.est vt aspicias in natiuitatibus seu questionibus vniuersalibus in qua domo fuerit inuenta pars fortune: quoniam ex significato illius domus erit fortuna seu lucrū nati siue q̃rentis si ipsa fuerit bene disposita. Si autem fuerit male disposita significat q̄ illa de causa erit infortunium ipsius atq; damnum.

Consideration.104.est vt aspicias in natiuitatibus seu in questionibus vniuersalibus vel cuiuscunq; alterius rei vtrū significator nati seu querentis inueniatur in septima a domo sua vel in oppositione dñi ascendentis quoniam non significabit ei lucrum ex significatis illius domus: sed potius damnum τ expensas.

Consideratio.105.est vt aspicias in natiuitatibus seu in questionib⁹ vniuersalibus vtrum malus infortunatus inueniatur in septimo quoniam significat q̄ natus seu interrogans non gaudebit cū vxorib⁹ neq; cū amasijs nec cum socijs sed semper habebit rixas τ maliuolentias cū eis: raro accidet ei aliter inde.

Consideratio.106.est vt aspicias in natiuitatibus siue in questionibus vniuersalib⁹ vel in aliquibus rebus si fortuna fortunata non impedita fuerit in septimo quoniam significat q̄ natus seu interrogans erit fortunat⁹ in habendo bonas vxores τ bonos socios: attamē habebit multos emulos τ multos odiētes eum cū causa τ sine causa: τ potius inuidia q̃ʒ ex sua culpa ita q̄ vix poterit ꝑficere qd̄ voluerit τ cum labore atq; instantiā ꝑficiet illa.

Consideratio.107.est vt aspicias in natiuitatibus seu questionibus vniuersalibus vel alijs vtrum mars sit in secundo abscendente vel in.10. τ ipse bene dispositus: significat enim q̄ natus siue interrogans habebit fortunam in his que operantur per ferrum vel ignem vel comestionem vt sunt fabrica fornax τ similia: taberna hospitatio τ silia. Si aūt fuerit infortunat⁹

ac male dispositus contrarium poteris iudicare.

Consideratio.108. ẽ vt aspicias si aliqs planetarũ aspexerit duas dom⁹ quoniam erit fortitudo eius in illa in qua ipse habuerit maiorẽ dignitatem ⁊ plures fortitudines ⁊ magis auxiliabitur illi ⁊ eius significatis.

Consideratio.109. est vt aspicias in natiuitatibus seu in questionib⁹ vniuersalibus si dominus quinte domus fuerit in septimo impeditus: qm̃ habet significare q̄ ille natus non erit fortunatus in conuiuijs ⁊ accident ei multa incõmoda in eis: ⁊ epponẽtur ei deteriora fercula ⁊ detestabiliora q̄z alijs recumbentibus ⁊ turpiores parapsides ⁊ turpiores ciphi: ⁊ forte q̄ nõ dabuntur ei cifi nisi petat eos primo: ⁊ vix etiam si dentur omnibus alijs: et si auferetur aliquid de mensa potius aufertur ab eo q̄z ab aliquo aliorum. illud idem accidet sibi ex indumentis ⁊ alijs ornamentis corporis.

Consideratio.110. est vt aspicias in natiuitatibus ⁊ in questionib⁹ vniuersalibus vtrum sit ascendens scorpio: quoniaz non habebit ille cui⁹ ipsum fuerit ascendens fortunam in ecclesia romana propter cancrũ exaltationez iouis qui habet naturalr̃ significare clericos qui erit tunc nona dom⁹ que significat ecclesiam: ⁊ est iupiter inimicus martis qui est dñs ascendent.

Consideratio.111. est vt aspicias in natiuitatibus ⁊ in questionibus vniuersalibus ⁊ etiam in alijs questionib⁹ ⁊ maxime litium seu controuersiarum vtrũ cauda draconis sit in septimo: quoniam habet significare detrimentum ⁊ euacuationem inimicorum: ⁊ augmentationem nati seu querent. quoniam caput erit tunc in primo. Si vero fuerit in octauo significat euacuationem ⁊ diminutionem substantie atq̄ bonorum ipsorum. ⁊ etiam in septio ⁊ augmentationem bonorum atq̄ substantie nati seu querentis quoniaz caput erit tunc in secundo. quando est in tercio significat euacuationez fratrum. in quarto euacuationem patrum. in quinto euacuationem filiorum. in sexto euacuationem seruorũ. in septimo ⁊ octauo que dixi tibi. in nono euacuationez itinerum. in decimo euacuationez hominis. in vndecimo euacuationẽ amicorum. in duodecimo euacuationem animalium maiorũ. Et significat etiã in vnaquaq̄ domo euacuationem aliorum significatorum illius domus. idez faciunt saturnus ⁊ mars sed aliquid infra hoc quod facit cauda. Et etiaz alij mali euacuant predicta significata sed tñ aliq̄d infra hoc q̄d faciũt saturn⁹ ⁊ mars nisi fuerint ipsi mali sig̃tores: quia tunc minuitur multũ de sua malicia

Consideratio.112. est vt aspicias in natiuitatibus seu questionib⁹ ascendens: nam cuiuscunq̄ ipsarum fuerit ascendẽs virgo: fueritq̄ mercuri⁹ boni esse aut saltez non fuerit infortunatus significat q̄ si nat⁹ ille seu querẽs adheserit medicine erit fortunat⁹ in medicando ⁊ bene accidet ei in suis medicinis seu suis curis: sed erit infortunat⁹ in salarijs ⁊ in lucro causa medicie quia male libenter satisfacient ei illi quibus ipse seruicium prebet: ⁊ vix poterit consequi ab eis quod debuerit nisi a paucissimis: eritq̄ infortunatus in suis litibus. Et si adheserit legibus erit infortunatus in suis aduocationib⁹ et vilipendetur etiaz a vilibus nedum ab alijs, nec audientur eius verba ⁊ p̄ nihilo reputabuntur etiam eo dicente verba vtilia illis qui audierint ea: et verba sapientie: magis ei audiẽt aliquez fatuũ ⁊ ydiotam illi idem in quorum vtilitatez ipse fuerit locutus licet sint pauci qui sciant meliorare dicta ipsius

Et vt plurimum de quibus se intromiserit erit ei sinistruz ꝛ inimicabunt sibi homines pro nihilo ꝛ loquentur de ipso mala nescientes reddere causaz q̃re Secus autez erit si fuerit ascendens taurus aut pisces ꝛ iupiter ꝛ venus atqꝫ mercurius cunctis in ascendente fuerint iupiter ꝛ venus in zaminisolis quali tercunqꝫ ascendens fuerit erit ei ꝛ ille habiturus tanq̃ ꝓpheta ꝛ eius verba melliflua reputabuntur ꝛ si fatua prouulgaret.

Consideratio.113.est vt aspicias in natiuitatibus seu questionibus vtrũ aliquis malorum sit in nono impeditus qui non habeat ibi dignitatez qm̃ sigt ꝙ natus seu querens accusabit ꝛ culpabitur cum causa ꝛ sine causa. Si vero fuerit ibi fortuna non impedita ꝛ eo forti⁹ si habuerit ibi dignitatẽ significat ꝙ laudabitur ꝛ honorabitur cum causa ꝛ sine causa.

Consideratio.114.est vt aspicias in natiuitatibus seu questionib⁹ vtruz dominus octaue domus sit fortuna fueritqꝫ in secundo: quoniaz habet significare ꝙ natus seu querens acquiret ꝛ lucrabitur de bonis mortuoruz ꝛ inimicorum atqꝫ vxorũ ꝛ eo fortius si non fuerit impeditus vel habuerit ibi dignitatem. Si autem fuerit malus significat diminutionez substantie nati seu querentis nisi habuerit ibi forte dignitatem. Et si habuerit ibi dignitatẽ ꝛ fuerit alias bene dispositus ac boni esse parum vel nihil nocebit. Si vero non habuerit ibi dignitatem ꝛ fuerit alias mali esse significat ex toto destructionem substantie ac ipsius omnimodam perditionem.

Consideratio.115.est vt aspicias in natiuitatib⁹ seu q̃stionibus si octaua domus vel eius dominus fuerint impediti: quoniam significat ꝙ nat⁹ seu querens damnificabitur causa mortis alicuius mulieris cuius dotem oportebit restituere eum cum suo damno.

Consideratio.116.est vt aspicias in natiuitatibus seu questionibus que domoꝝ fuerit impedita siue infortunata vel eius dñus fuerit impedit⁹ vel infortunatus: quoniaz significat ꝙ propter illa que significant per illam domũ euenient nato seu q̃renti nocumenta. Quecunqꝫ vero fuerit fortunata vel eius dominus propter illa que significantur per illam domum euenient ei bonum ꝛ vtilitas.

Consideratio.117.est vt aspicias in natiuitatibus seu questionib⁹ in qua illarum fuerit cauda draconis in quarta: quoniam significat ꝙ quicq̃d natus seu querens acquisierit seu lucrabitur destruetur ꝛ in nihilũ deueniet. Et in quacunqꝫ alia domo ipsa fuerit significat ꝙ damnum ac detrimentum nati seu querentis in his ꝛ ex his que significant per illam domũ deuenient.

Consideratio.118.est vt aspicias in natiuitatib⁹ seu questionib⁹ in qua domo fuerit fortuna fortunata ꝛ fortis ac bene disposita nõ impedita: quoniaz significat ꝙ ab illis ꝛ ex illis rebus que significant per illam domũ lucrabitur natus seu q̃rens ꝛ habebit fortunam in eis. Et in quacunqꝫ fuerit infortuna perdet eritqꝫ suum infortuniũ tunc ex rebus significatis per eam.

Consideratio.119.est vt aspicias in natiuitatibus seu questionib⁹ si dñs secunde domus fuerit in septima ꝛ septima fuerit aries vel scorpio vel capricornus vel aquarius: qm̃ habet significare ꝙ inimici nati seu querent auferent ei libenter eius bona. Et si habuerit societatez cũ aliquo furabit ei quantũ fuerit nat⁹ seu q̃rens iunct⁹ cũ eo. silr vxor eius vel amasia furabit ei

quicq̃d cõmode sibi furari poterit: nisi dominus ascendentis sit in tercio vel sextili aspectu cum domino septimi vel in alijs aspectibus cum receptione.

Consideratio.120.est vt aspicias in natiuitatibus seu questionibus vtrũ aliquis dñs alicuius istarum octo domorũ scz tercia quarta quinta sexta nona decima vndecima duodecima sit in septima: quoniã quicunqʒ ex ipsis fuerit in eo inimicabitur nato seu querenti nisi receptio perfecta interueniat ⁊ ex bono aspectu trino scz aut sextili. Si autẽ quartus vel oppositus cum receptione minuet de malicia non tamen ex toto tollet eam. vt si fuerit dñs tercie inimicabunt ei fratres. Si fuerit dominus quarte inimicabit ei pater Si fuerit domin⁹ quinte inimicabunt ei filij. Si fuerit dñs sexte inimicabũt ei serui Si fuerit dominus none inimicabunt ei religiosi ⁊ aduersabuntur ⁊ dicent malũ de ipso nec ipse tamen mandabit eis persica. Si fuerit domin⁹ decime inimicabuntur ei reges nobiles diuites ac potẽtes nec lucrabitur cũ eis vel occasione ipsorum tantum quin ex altera parte perdet tantũdem vel plus tamen deterius erit ei cum potentibus. Et licet tamẽ aliquando vnus vel plures videantur ei fauorabiles: tñ ostendetur ei malum velle ab aliquo aliorũ vel forte a pluribus ita q̃ si alij relinquunt aliquid in sillabis illi recuperabunt in temporib⁹. Et forte q̃ expellet eum de ciuitate aliquis ex potentibus propter maleficia que ipse cõmittet confidendo de domesticitate quã videbitur ei ostendere potestas seu conuiue ⁊ seruicia que ipse faciet potestatibus vel cõmunitatibus ciuitatum vel magnatibus perdet atqʒ pro nihilo reputabunt vt plurimum. Si fuerit dominus vndecime nõ habebit amicos qui eum diligant nisi propter eorũ vtilitatem etiam si fingant se amicos esse promittent nanqʒ sibi multa pauca vel nulla seruabunt. Si autẽ fuerit dñs duodecime non poterit quasi confidere de aliquibus: ⁊ si dederit eis aliquid in deposito negabunt ⁊ auferent illud sibi nec restituent etiam si fuerint religiosi nisi forte coacti.

Consideratio.121.est vt aspicias in natiuitatibus seu questionibus vtrũ luna sit in octaua ⁊ dominus ascendentis in ascendente vel in secunda vel in duodecima retrogradus quoniã significat hoc q̃ non habebit natus seu querens fortunam in ludis taxillorum nec taxilli dicent ei bonum.

Consideratio.122.est vt aspicias in natiuitatibus seu questionibus vtrũ pars fortune sit in primis decem gradibus q̃rte domus cum capite draconis luna venere atqʒ ioue ipsiqʒ directi: quoniã habet significare q̃ acq̃ret natus siue interrogans pecuniã imensam subterratã. Si vero fuerit in scdis decem gradibus cum duobus illorũ acquiret eam sed nõ in tanta quantitate acquiret forte pro dimidia parte vel circa dimidiam. Et si fuerit in vltimis decem gradibus dicte domus fueritqʒ cum vno illorũ tantum acquiret iterũ minus: tamen acquiret in bona quantitate forte pro quarta parte vel forte prope quartam partem. Qd si fuerit ibi pars fortune sola fueritqʒ libera ab aspectibus malorũ iterum acquiret minus: acquiret enim forte pro sedecima pte vel min⁹. Si quidẽ non fuerit aliqd istorũ non acq̃ret eã nec ex ea quicq̃ Qd si asperexit tũc sol locũ illũ a trino vel sextili aspectu fueritqʒ aspect⁹ ille magis ppe p̃mos.10.g̃d⁹ q̃ aliq̃s p̃dictorũ sig̃torũ erit ille thesaur⁹ aurũ cude

Si autem luna fuerit magis prope erit argentum. Qd si fuerit magis prope iupiter erunt thesauri diuersi aurum scz & argentū & similia. Si quidez fuerit magis prope venus erunt margarite ornamenta muliebria pro maiori parte Si fuerit mercurius magis prope erunt sculpte imagines monete. At si fuerit retrogradi significat q ostendetur ei pecunia illa sed non acquiret eam sibi. At si alter fuerit retrogradus: alter vero directus acquiret ex eo partem sm quantitatem numeri directorum. Qd si tunc aspexerit dñs octaue domus dominū ascendentis a qrto aspectu vel ab oppositione morietur inuentor illa de causa Si quidez aspexerit a trino vel sextili significat q infirmabitur grauiter sed non morietur inde. Qd si fuerit cauda in loco capitis inueniet eam sed auferetur sibi: aut ignauia ductus nesciens quid sit dabit eam quasi pro nihilo. Si vero luna fuerit tunc sepata a dño ascendentis & iungatur malo qui impediet eam ille cui primo dabitur illa pecunia ab illo qui eaz inueniet non sequitur inde vtilitatem quasi sensibilem vel q multū sibi proficiat. At si cū hoc aspexerit tunc mars vel dñs octaue domus dñm ascendentis interficietur inuentor ab illis qui auferunt eā sibi. Qd si fuerint mars & saturnus in loco iouis & veneris erit ille thesaurus es vel cuprum aut plumbū aut alia res parui valoris. Si quidē fuerit dominus ascendentis tunc cum eis vel aspexerit eos a quocūqz aspectu fatuescet inde ille qui thesarū inueniet qualiscunqz fuerit thesaurus siue carus siue preciosus siue vilis.

Consideratio .123. est vt aspicias in natiuitatibus siue questionibus vtruz sol & luna sint iuncti in vno eodemqz minuto sm longitudinē & sm latitudinem & aliqua ex fortunis sit in ascendente scz .15. minutis vel infra supra lineam cuspidis vel .44. minutis aut minus infra lineam cuspidis: quoniam significat q natus seu querens erit fortunatus in acqrendo substantiā multā ac in ipsius accumulatione quoniā fortuna erit tunc in ascendente. Si vero fuerint iuncti simul in eodez minuto sm longitudinē sed non sm latitudinē fueritqz distantia eorum vnius scz ab altero .15. minutis vel infra erit fortuna ipsius in acquirendo substantiaz: sed erit infra hoc sm q distantia eorum fuerit maior vno minuto & minus .15. At si fortuna que fuerit in ascendente fuerit infra lineam cuspidis plus .15. minutis vsqz .45. minuta erit fortuna ipsius nati seu querentis infra hoc sm q dictum est cum fuerit infra .15. minuta vsqz in vnum minutum proporcionando a .15. vsqz ad .45. sicut proporcionātur ab vno vsqz ad .15. Idem dicas si luna fuerit in minuto oppositionis solis & fortuna fuerit in septia sicut dictū est de ascendēte: quoniā fortuna erit tunc in septima scz in linea cuspidis septime domus qd habet significare fortunam nati seu querentis causa vxorum seu aliarum mulierum: & causa sociorum atqz inimicorum. At si fuerit hora natiuitatis luna in tauro in minuto ascendentis q taurus sit ascendens: vel fuerit ascendens leo & sol in minuto ascendentis nec impedierit eum vel eam aliquis malorū significat q natus acquiret pecuniam multam: peruenietqz ad magnam dignitatem atqz ad magnam exaltationem. At si aliqua ex infortunis fuerit in loco fortune scz in ascendente vel in septima significat perditionem atqz destructionem substantie nati seu querentis occasionibus supradictis.

Consideratio.124.est vt aspicias in natiuitatibus seu questionibus significatorem substantie nati seu querentis ac significatorē dignitatis siue magisterij ipsius quem percipe potes a domino decime domus figure natiuitatis seu questionis ipsius vel etiam a domino ascendentis si dominus decie non fuerit aptus significare dignitatem siue magisterium nati seu querentis prout qualitas sui esse sueqꝫ progeniei fuerit apta suscipere dignitatē vel magisterium. Quod si dominus decime domus siue ipsius almutez fuerit orientalis a luminari cuius est auctoritas fueritqꝫ longe ab ipso per.60.gradus vel plus vsqꝫ ad.90. si fuerit de supioribus vel fuerit longe ab ipso per.30. si fuerit de inferioribus fueritqꝫ in angulo decime domus aut ascendentis ita ꝙ non sit remotus a linea anguli si fuerit vltra eā plus.30.minutis. si vero fuerit infra eam plus vno gradu ⁊ dimidio vel fuerit cum luminari cuius est auctoritas scꝫ cum luna vt cum alijs. Cum sole vero in corde ipsius ⁊ cum parte fortune nec ipsa impedita significabit ꝙ natus accedet ad dignitatem seu magisteriū suorum precessorum ⁊ non excedet illud: erit tamē maior ⁊ excellentior atqꝫ perfectior in illa dignitate seu in illo magisterio ꝙꝫ fuerit aliquis suorū antecessorum. Si autem fuerit in aliquo predictorum angulorum aliqua de predictis stellis fixis iuuantibus ⁊ fortunatis cum parte fortune siue aliquo ex planetis accedet ad valde maiorem dignitatez ꝙꝫ accessisset aliquis vnqꝫ de sua parentela Quod si fuerit de illis q̄ sunt in magnitudine prima fuerintqꝫ ipse sole significatrices accedet natus seu querens ad dignitatem imensam atqꝫ honorē imensum ⁊ ad diuitias quasi inestiabiles. Quā si aspexerit dominus ascendentis existet eius fama ⁊ honor in persona sua. si autem dominus secde domus existet in diuitijs. si vero dominus decime existet in celsitudine atqꝫ regno tali quale congruet magnis regibus: etiaꝫ si fuerit de vilibus personis atqꝫ infimis natione. ⁊ quantumcunqꝫ fuerit vilioris progeniei tāto magis accedet ad maiorem sublimitatem: Uerūtamē non durabunt hec multum: nec transcendent de leui spacium viginti septem annorum ⁊ pauci deuenient ad illud vel plus triginta annorum. Et quanto gradus eius erit altior tanto magis casus eius erit grauior eiusqꝫ dignitas seu celsitudo finietur in malum deueniet enim ad miseriam vltimatam: morietur nanqꝫ morte vituperabili seu turpissima. quod si non acciderit ei hoc accidet proximiori suo successori in illa dignitate.

Consideratio.125.est vt aspicias in natiuitatibus seu questionibus quod signum sit ascendens: si fuerit signum alicuius planete habentis duas domos erit exercicium nati seu querentis in his que significantur per aliam domum ipsius planete ⁊ leuiter euenient ei accidentia illa: ⁊ ipse idem erit causa quare sibi deuenient. ¶ Nā si fuerit ascendens aries exercitabitur in talibus ꝙ ipse idem erit causa sue necis siue occasio: quoniam scorpio qui est altera domus martis erit tunc octaua domus. Quod si fuerit tunc mars bene dispositus fueritqꝫ pars fortune in octaua erit fortunatus in his que significant per octauaz domū. ¶ Si fuerit ascendens taurus exercitabitur in talibus ꝙ ipse idem erit causa sue infirmitatis: quoniam libra que est altera domus veneris erit tunc sexta domus vnde infirmabitur sua culpa. Quod si fuerit tunc venus bene disposita fueritqꝫ pars fortune in sexta erit fortunatus in his que signifi-

cantur per sextã domũ. ¶ Si fuerit ascẽdẽns gemini exercitabitur in talib⁹ q̃ ipse idem erit causa sue captionis: quoniã virgo est altera dom⁹ mercurij erit tunc quarta domus. Quod si fuerit tũc mercurius bene dispositus fueritq̃ pars fortune in quarta erit fortunat⁹ in his que significant̃ per quartã domũ ¶ Si fuerit ascendens virgo exercitabit̃ ĩ his que spectant ad dignitatem ⁊ exaltationem: acquiret enim regnũ ex persona ⁊ industria sua ⁊ leuiter sine magno labore seu fatigatione: quoniã gemini qui est altera domus mercurij erit tunc decima domus. Si autem fuerit mercurius tunc iunctus cum parte fortune fueritq̃ ĩ ascẽdẽte acquiret diuitias ⁊ dignitates similes regno. Quod si fuerit mercurius in decima cum p̃te regni ⁊ alias bene disposit⁹ fortunat⁹ scz atq̃ fortis acquiret regnũ absq̃ dubio vel dignitatem que erit equiualẽs magno regi. Si quidem fuerit cum hoc pars fortune in decima ⁊ luna simil̃r fiet rex magnus infallibiliter. ¶ Si fuerit ascẽdens libra exercitabit̃ in his que spectant ad suum interitum ⁊ ipse idez erit causa siue occasio sui interit⁹ quoniam taurus qui est altera domus veneris erit tunc octaua domus. Quod si fuerit tũc venus bene disposita vel fuerit pars fortune in octaua significat q̃ erit fortunatus in his que significantur per octauam domuz. ¶ Si fuerit ascendens scorpio exercitabitur in talibus q̃ ipse idem erit causa sue infirmitatis: quoniam aries qui est altera domus martis erit tunc domus sexta. Si quidem fuerit tunc mars bene disposit⁹ vel fuerit pars fortune in sexta significat q̃ erit fortunatus in his que significantur per sextã domũ. ¶ Si fuerit ascendens sagittarius exercitabitur in talibus q̃ ipse idem erit causa sue captionis: quoniam pisces que est altera domus iouis erit tunc quarta domus Si quidez fuerit tunc iupiter bene dispositus vel fuerit pars fortune in q̃rta erit fortunatus in his que significantur per quartam domum. ¶ Si fuerit ascendens capricorn⁹ significat q̃ exercitabitur in his que spectabunt ad suũ questum: quoniam aquarius que est altera domus saturni erit tunc secunda domus. Quod si fuerit tunc saturnus bene dispositus vel fuerit pars fortune in secunda erit fortunatus in his que significantur per secundam domus. si aũt fuerit male dispositus ipse idem erit causa destructõnis substantie sue ¶ Si fuerit ascendens aquarius significat q̃ exercitabitur ex quibus ipse idez erit causa q̃re acquiret sibi multos inimicos occultos: quoniam capricornus qui est altera dom⁹ saturni erit tunc duodecima domus. Quod si fuerit tũc saturn⁹ bene dispositus vel fuerit pars fortune in duodecima significat q̃ erit fortunatus in his que significantur per duodecimam domũ. ¶ Si quidem fuerit ascendẽs pisces significat q̃ ipse idem erit causa sui regni sueq̃ celsitudĩs ⁊c̃ vt dictum est supra cum fuerit ascendens virgo.

Consideratio. 126. est vt aspicias in natiuitatib⁹ seu questionibus vtruz mercurius sit significator natiuitatis vel eius particeps ⁊ ipse bene dispositus fortunat⁹ scz atq̃ fortis: sitq̃ in capricorno aut in aquario: quoniã significat q̃ nat⁹ erit profundi atq̃ subtilis ingenij altiq̃ intellect⁹ ⁊ magni intelliget enim res radicales qualescunq̃ fuerint medullitus: videbitq̃ ab ipso principio ad quem finem possint deuenire: ⁊ eo fortius si tunc saturnus aspexerit mercuriũ ſm qualitatẽ aspect⁹ nec ipse impedit⁹: magis tñ si fuerit

mercurius in aquario in quo est gaudium saturni: et iterum magis si fortuna fuerit tunc complexa cum mercurio: vel fuerit ipse cum aliqua de stellis fixis fortunatis. Quod si fuerit in ariete vel scorpione significat quod erit fortis per stulticiam et perfidiã atque sui motus agilitatem et magnanimitatẽ circa multosque arrogans erit ex suis actib⁹ armorum: eritque prudẽs et velox ad intelligendũ ea q̃ sibi dicta fuerint: vel q̃ scripta repiet magis quam ad excogitandũ a se vel per se

Consideratio .127. est vt aspicias in natiuitatibus si domin⁹ ascendentis natiuitatis fuerit malus naturaliter sicut sunt saturn⁹ et mars et p̄ fuerit solus natiuitati sine participatione alicuius fortune: quoniam habet significare quod gustus nati vel ei⁹ odoratus: aut ei⁹ cõplexio nõ erit silis gustui vel odoratui neque cõplexionibus aliorũ: Nam si fuerit saturnus solus significator delectabitur gustus eius in rebus insipidis ponticis atque acetosis vt testat᷑ haly in expositione .40. verbi ptholomei in centiloquio. Si autem fuerit mars solus significator delectabitur in acutis atque amaris: non abhorrebit vinum turbulentum neque circũnatum nec pendulum: nec delectabitur in dulci neque subtili vel claro: non abhorrebit carnes viles nec etiam semiputridas nec pisces etiã putridos seu fetẽtes: affectabit magis odores horribiles quam suaues vt aloes galbani serapini oppoponaci candelarum extinctarum: coreorum combustorum: fimi tam stabulorum quam aliorum locorum et similia: delectabit᷑ etiam natura illius in mulierib⁹ turpibus et deformib⁹ magis quam in formosis et magis confortabitur cum illis quam cum alijs. Idem dicas de mulieribus quod magis delectabuntur in deformibus viris quam formosis.

Consideratio .128. vt aspicias in natiuitatibus vtrum ascendens signum sit formatum ad imaginem signi hoĩs vel eius dñs sit in signo humano nam si sic fuerit significat quod natus erit domesticus hominib⁹ et libenter associabitur eis. Quod si fuerit ascendens signum humanum et dñs ascendentis in signo humano erit iterũ magis domesticus et associans se hoibus et libenti⁹ cum eis conuersans. At si fuerit ascendens signum formatũ ad similitudinem alicuius animalium que homines exercent in suis operib⁹ siue in suis actib⁹ vt sunt aries taurus et vltima pars sagittarij capricornus significat quod natus erit humilis hominibus sed non erit multum associabilis eis. At si fuerit in signis semiferalib⁹ vt sunt cancer et pisces erit iterũ minus associabilis illis. Si quidẽ fuerit in signis feralibus et furibundis atque siluestribus vt sunt leo et scorpio erit ipse furibundus et feralis atque siluestris hominib⁹ nec volet in aliquo eis associari: amabitque magis morari solitarius quam associatus: non enim cum parentibus vel alijs suis consanguineis esse volet.

Consideratio .129. est vt aspicias in natiuitatibus vtrum luna sit recte in oppositione solis cum aliqua de stellis que dicuntur nebulose que sunt athozaie et caput geminorum et locus de quo cadit aqua quam fundit aquarius et gutte leonis que dicuntur parum distare a corde ipsius et alie que propter suam ad inuicem mixtionẽ non lucent cum fuerit non distans ab eis plus .10. minutis ſm longitudinem et ſm latitudinem ineuitabiliter videtur quod natus sit habitur⁹ morbos in oculis qui non poterũt humano medicamine curari Quod si luna tũc fuerit occidentalis in angulo fuerintque mars et saturn⁹ occidentales

ab ea non multū remoti ⁊ orientales a sole vel fuerint sibiipsi oppositi ⁊ sol in aliquo anguloꝝ significat ꝙ natus priuabit᷑ luce vtriusq̄ oculi ante diem sue mortis naturalis: nec hoc videt᷑ posse frustrari quin sic eueniat. Quod si nō fuerit vtriusq̄ luīaris quod dictū est sed fuerit vni⁹ tantū priuabitur luce vnius oculi tantum. Si fuerit sol ⁊ fuerit vir priuabit᷑ luce dextri. Si fuerit mulier priuabitur luce sinistri. At si fuerit luna ⁊ fuerit vir priuabit᷑ luce sinistri. Si fuerit mulier priuabit᷑ luce dextri.

Consideratio. 130. vt aspicias in natiuitatib⁹ vtrum luna sit iuncta cum mercurio per coniunctionē vel per aspectū aut aliquis planetarū transferat lumen inter eos ꝙ si non sic fuerit nec fuerit ascendens signū ꝙ sit de natura mercurij vel lune: fueritq̄ cū hoc saturn⁹ in natiuitatibus diurnis ⁊ mars in nocturnis in angulo erit natus amens vel furiosus aut epilenticus aut demens aut fatuus vel ad minus obliuiosus valde nisi fortuna fortis aspexerit tunc ascendens aut mercuriū siue lunam: ⁊ eo fortius si angulus in quo fuerit aliquis predictoꝝ malorum fuerit cancer qui est exaltatio iouis: aut virgo q̄ est exaltatio mercurij: aut piscis qui est exaltatio veneris. Et hoc ideo quia luna in natiuitatibus habet significare corpus nati ⁊ planeta cui ipsa iungit᷑ habet significare virtutes apparentes in eo ſm virtutem suam. Si aūt fuerit ei iuncta vel iuerit ad eum erit sapiens ⁊ conseruans suū sensum nec amittet illum. Quod si fuerit mercurius in capricorno vel aquerio non impedit⁹ ⁊ ipse boni esse fuerit natus magni intellectus longeq̄ cogitationis sapiens atq̄ philosophus erit. Quod si fuerint iupiter ⁊ venus in zamini solis erit heremita ⁊ quasi vir propheta: audient᷑q̄ verba ipsius ⁊ recipient᷑ pre alijs verbis hominum.

Consideratio. 131. est vt aspicias in natiuitatibus si fuerit natiuitas viri vtrum sol ⁊ luna sint ambo in signis masculinis: vel sint ambo in vna quarta masculina vel in vno signo masculino: quoniam habet hoc significare si sic fuerit ꝙ actus nati ⁊ eius operationes erunt naturaliter ſm ꝙ ptinent ad viros ⁊ exercitabit᷑ naturaliter in eis. At si fuerit natiuitas mulieris fuerintq̄ luminaria ita disposita vt dictū est erit virago ⁊ exercebit naturaliter in his que ad viros pertinēt ⁊ spernet viros. Et si nupserit nolet reuereri virum nec subiacere illi. Qd̄ si venus ⁊ mars fuerint in signis masculinis in natiuitate viri erit ordinatus coitus ſm naturā ⁊ ſm legem. Si vero fuerit orientales habūdabit in coitu ⁊ excedet modū in eo: ⁊ nō erit content⁹ in naturali coitu imo affectabit incestum ita ꝙ spernet mulierē ⁊ abutet᷑ viris. Si aūt fuerint occidētales ⁊ in signis femininis erit coitus eius innaturalis ⁊ imūdus: ⁊ eo fortius si aspexerit eos saturnus qui habꝫ significare imūdiciā coitus. Si vero fuerit mulier fueritq̄ mars ⁊ ven⁹ in signis masculinis ⁊ fuerint oriētales abhorebit coitū viroꝝ nec delectabit᷑ in eo: delectabit᷑ poti⁹ in fricatione mulierū ⁊ maxime puellaꝝ. At si mars ⁊ venus fuerint in signis femininis fuerintq̄ occidētales diliget coitū viroꝝ ⁊ delectabit᷑ in illo ⁊ vtetur eo ſm naturam. At si fuerit iupiter in signo feminino fueritq̄ occidentalis in natiuitatibus tam viri q̄ꝫ mulieris nec fuerit de marte quod dictuꝫ est de ipso erit coitus nati naturalis ⁊ ſm legem. Si quidem fuerit mars signifi

cator solus nec aspexerit eum iupiter erunt corum coitus vt multum contra leges tam naturales q̄ȝ apostolicas. ¶ Et dixit ptholomeus in centiloquio venus incorporabit saturno in natiuitate fueritq̄ȝ eidem in septima digni/tas erit natus imundi coitus.

Consideratio.132. vt aspicias in natiuitatibus vtrum mars sit corporaliter in natiuitatibus cum quadaȝ stella rubea de natura ipsius que est in tauro que dicit algol ita q̄ sit inter eos distantia.16. minutorum vel minus eunte marte ad ipsam ⁊ dn̄s domus in qua fuerit luminare cuius est auctori/tas qui dicit dn̄s anauba vel exaltationis vel duarum aliarū dignitatū: fueritq̄ȝ in oppositione martis vel in eius quarto aspectu nec aspexerit aliqua ex fortunis gradum ascendentem nec fuerit in octaua domo proculdubio si/gnificat q̄ natus ille decapitabit. Quod si non fuerit marti latitudo ab ea plus.16. minutis accidet hoc infallibiliter nec poterit euitari nisi deus auertat. Quod si aspexerit fortuna retrograda vel combusta gradum ascendēteȝ vix tamen poterit prahibere quin decapitet natus sed non decapitabit ex sua culpa. ¶ Si aūt nō fuerit impedita natum a mala morte releuabit: mi/grabit in electo suo: morief tamē decapitali egritudine que proueniet ex calida causa ⁊ hoc infra.50. annum. Quod si nō fuerit de marte hoc quod di/ctum est fueritq̄ȝ in.8. infortuna morief natus mala morte. Si autem fuerit ibi fortuna non impedita morief in habitaculo suo morte cōmuni. Siquidem illa fortuna fuerit impedita morief tunc ex aliqua incōmoditate sibi superueniente. ¶ Et dixit ptholomeus in centiloquio q̄ si fuerit luminare in medio celi cuius est auctoritas: dico cum conditionibus predictis natus ille suspendet. Quod si fuerit aliquis malorum tunc in geminis ⁊ alter in pisce abscindent eius manus vel pedes s̄m significatuȝ dico signi in quo inuenies illum qui magis fuerit maliciosus. Si quidē fuerit mars corporaliter iunct⁹ cum dn̄o ascendentis ipsiq̄ȝ in leone nec habuerit mars in ascendente aliquā dignitatē nec aliqua ex fortunis fuerit in.8. significat q̄ natus ille combureť Quod si fuerit tunc mars retrogradus vel combustus vel cadēs accidet hoc ei ex sua culpa. Si aūt non fuerit impeditus accidet ei ex causa quā non me/ruerit. ¶ Et dixit ptholomeus q̄ si fuerit saturnus in natiuitate dico in me/dio celi ⁊ ille cuius fuerit anauba in opposito eius ⁊ quartū signū siccuȝ morief natus ex ruina. Si vero fuerit humidum submergeť. Q̄d si fuerit ad formam hominū strangulabiť. Iterum si aliqua ex infortunis mars .s. aut sa/turnus fuerit in ascendente hora natiuitatis fueritq̄ȝ peregrina natus ille habebit in facie vel in capite notam seu signum. Q̄d si fuerit impedita retrograda aut combusta erit nota illa siue signū illud turpe. Si autem fuerit libera erit non turpe.

Consideratio.133. est vt aspicias in natiuitatibus vtrum sit ascēdens gemini aut sagittarius fueritq̄ȝ dn̄s illius ascendentis bene dispositus fortunatus.s. atq̄ȝ fortis ⁊ luna similiter quoniā habet significare q̄ si natus vixerit acquiret multam substantiā. Q̄d si fuerit ascēdens virgo aut piscis dominusq̄ȝ ascendētis ⁊ luna bene dispositi acquiret pecuniam ⁊ expendet eaȝ

in bona parte: eritq largus et splendide viuens: diligetur ab hominibus propter suam largitatem atque bonitatem sue vite. Ille aut cuius fuerit ascendens gemini aut sagittarius non erit bonus expensor sed tenax. Adhuc ille cuius fuerit ascendens gemini aut virgo poterit amittere suam substantiam et depauperari ea. Ille vero cuius fuerit ascendens sagittarius aut piscis nunquam perdet eam nec depauperabitur ipsa. Item aspice si fuerit ascendens aries vel scorpio vel capricornus aut aquarius quod erit natus auarus atque miserrimus et abhorrendus. At si aspexerit iupiter tunc ascendens minuet de illa miseria non tamen tollet eam.

Consideratio. 34. est vt aspicias in natiuitatibus vtrum mars et venus sint in. 6. et ipsi alias bene dispositi: quoniam habet hoc significare quod natus ille sit naturaliter futurus perfectus medicus in qualibet parte medicine. At si fuerit mercurius iunctus corporaliter veneri et ipsa retrograda significat quod natus erit naturaliter perfectus cantor. At si fuerit mercurius in. 12. nec ipse alias impeditus significat quod erit sapiens naturaliter in omnibus scientijs atque philosophijs.

Consideratio. 135. est vt aspicias in natiuitatibus vtrum dominus ascendentis et luna et iupiter et venus sint omnes in ascendente vel aspiciant iupiter et venus dominum ascendentis et lunam in ascendente a trino vel sextili aspectu nec ipsi sint impediti: quoniam si sic fuerit significat quod natus ille sit futurus valde fortis corpore et quod nullus presumet pretermittere mandata ipsius.

Consideratio. 136. est vt aspicias in natiuitatibus regum atque diuitum et magnatum illorum. s. qui sunt apti regno si ambo luminaria fuerint in gradibus suarum exaltationum vel in suis domibus in gradu tali vnum in quali fuerit alterum fuerintque ab omnibus impedimentis libera: quoniam habet significare quod natus accedet ad dignitates grandes atque sublimes: fiet enim rex romanorum vel primior qui fuerit in dignitate regali post regem romanorum ita quod dicetur de ipso quod sit quasi rex vniuersalis in mundo: et extendetur hoc vsque ad quartam generationem suorum descendentium. At si omnes planete qui sunt sub ioue commiserint ei dispositionem suam et ipse receperit eam ab vnoquoque non obstante conditione predicta: et postmodum commiserit eas et suas saturno et saturnus receperit eas et eum fuerintque ambo orientales a sole et in angulis significat quod natus sit futurus homo magni nominis magneque potencie licet non regie: figet nomen suum in terra: durabitque fama ipsius multo tempore in tota vita sua: et post mortem ipsius per tria regna saturni vel forte plus durabit.

Consideratio. 137. est vt aspicias vtrum mercurius sit iunctus cum saturno in ascendente quoniam habet significare quod natus erit insipiens linguosus. et volet reputari sapiens: erit male loquens de omnibus tam de viris quam de mulieribus: Maior sapientia que reperietur in eo erit inuenire multa mendacia et vti eis: vix vnquam poterit loqui quin immisceat dicto suo aliquid falsitatis ita erit ei naturale mentiri: eritque valde turpis lingue: habebit quoque a saturno maliciam lingue: a mercurio vero acuitatem malicie ipsius.

Consideratio.138.est vt aspicias in natiuitatibus vtrū in natiuitate alicui⁹ sint due infortune in termino quarte domus ipsius natiuitatis vel si fuerint anguli signa mobilia ⁊ mars ⁊ saturnus fuerint in eis: quoniam habet significare ꝙ natus erit pauper miser infortunatus pre omnibus alijs infortunatis toto tempore vite sue nisi contra operet̃ iupiter aut dñi triplicitatis ascendentis.

Consideratio.139.est vt aspicias in natiuitatibus similiter ⁊ in questionibus in qua domo inueniat̃ cauda draconis: quoniã habet significare hoc euacuationem atq; destructionē rerū que significant̃ per illam domum ⁊ specialiter lucri. ¶ Nam si fuerit in primo significat euacuationē lucri qđ faciet natus cū persona sua. ¶ Si fuerit in secūdo euacuationē lucri quod fecerit cum pecunia siue cū substantia sua. ¶ Si fuerit in tercio euacuationē lucri quod fecerit cū fratribus vel occasione fratrū vel cū vicinis vel cōsanguineis minoribus se. ¶ Si fuerit in quarto euacuationē lucri quod fecerit cum patre vel auo vel socero vel hereditate ⁊ significat etiã ꝙ natus seu querens mutabit multas domos causa meliorãdi nec morabit̃ firmus in eis nec bene cedet ei ex illa mutatione. Si fuerit in quinto euacuationē lucri qđ faciet cū filijs vel occasione filiorum. ¶ Si fuerit in sexto euacuationē lucri qđ faciet cum seruis vel aĩalibus minoribus. ¶ Si fuerit in septimo euacuationem lucri quod faciet cū mulierib⁹ vel socijs vel inimicis. ¶ Si fuerit in.9. euacuationē lucri quod faciet cū religiosis vł causa religiosorum. ¶ Si fuerit in.10.euacuationē lucri quod faciet causa dignitatū seu magisteriorum. ¶ Si fuerit in.11.euacuationē lucri quod faciet cū amicis vel causa amicorum. ¶ At si fuerit in.12.euacuationē lucri quod faciet cū animalib⁹ maioribus vel causa inimicorum occultorum.

Consideratio.140.est vt aspicias vtrū significator finis rei vel ipsi⁹ cōplementi sit ita debilis ꝙ nō posset rem perficere nec luna similiter accipe tunc si sic fuerit significatorē querentis ⁊ significatorē rei q̃site: minuesq; minorem de maiori: ⁊ adde residuo gradus signi ascēdētis ⁊ quod peruenerit proice ab ascendēte ⁊ vbi acciderit dñs illi⁹ signi erit significator eius quod queris ſm substantiã rei quesite seu cōsiderate ⁊ ſm illius esse iudicabis prout ipm inueneris fortunatū ⁊ fortem vel infortunatū ⁊ debilem. Nam si agat̃ de substantia ⁊ ipse fuerit in secūdo ſm ei⁹ esse disponet̃ substantia querentis. Si fuerit i tercio ſm eū disponent̃ fratres. Si fuerit in.4.ſm eū disponent̃ cōsanguinei maiores. Si fuerit in.5.ſm eū disponent̃ filij. Si fuerit in.6.ſm eum disponent̃ vernaculi. Si fuerit in.7.ſm eū disponent̃ vxores. Si fuerit in.8.ſm eum disponent̃ dotes. Si fuerit in.9.ſm eū disponent̃ itinera longa. Si fuerit in.10.ſm eū disponent̃ ei⁹ magisteria. Si fuerit in.11.ſm eum disponent̃ amici. Si fuerit in.12.ſm eū disponent̃ inimici.

Consideratio.141.est vt aspicias in natiuitatibus ⁊ cōsideres dona seu fortunia que dãt̃ hominibus a stellis fixis ⁊ modū durabilitatis eorum in suis subiectis ⁊ quare non durant tantū in eis q̃tum durant illa que dant̃ a planetis cum videant̃ debere durare diucius q̃ illa de quibus nullū aliud

dictum memini me inuenisse nisi q ptholomeus dixit in centiloquio stelle fixe dant dona modum excedentia sed multociens finiũt in maluz. ¶ Et almansor dixit in capitulis oblatis regi magno sarraceno q stelle fixe dant dona grandia et subleuant de paupertate ad sublimitate quod septem planete nõ faciunt. ¶ Dona que stelle fixe dant hominibus non durant in eis tantũ quantum durant illa que dant planete. Qđ accidit ex eo q stelle fixe sũt agẽtes et homines sunt patientes. Unde subiecta in que stelle agunt nõ sunt eis conuenientia nec sunt apta nata posse suscipere earum impressionẽ. Oportet enim q inter agens et patiens sit conformitas seu aliqua cõueniẽtia. Stelle siquidẽ fixe sunt tardissimi motus et tardissime mutationis: et ideo impressiones earum requirunt subiecta seu patientia cõuenientia sibi et que longissime sint durabilitatis et que habeant conformitatem cum eis vt earum effectus possit in eis perfici siue compleri. Circularis enim motus stellarum fixarum non complet in minus. 36000. annis. Circularis vero motus hominũ durat per tria regna saturni qui est tardissim⁹ planetarũ quod est spacium. 90. annorum pauci transcendũt illud quod posset accidere aliquibus ex additione annoꝝ alicuius planete annis alcocoden in radice natiuitatis Unde vt multũ imo vt plurimũ longa vita hominis est. 90. annorum licet aliqui octuagenarij vel forte nonagenarij mentiant se centenarios esse cum in veritate non sint quod nõ habet verã cõformitatem neq vllam similitudinem cum: 36000. annis ad perficiendũ effectus illarum impressionũ. Sicut enim aquila non potest extendere nec exercet complementũ sui volatus nec sue potẽtie in muscam nec lapis exiens a funda trabuchi potest exercere suos actus in muscionem: ita stelle fixe nõ possunt exercere complementum seu effectũ suarum impressionũ in hominibus: et ideo dona seu fortunia ipsarum nõ durant in hominibus diucius quoniã homines sunt velocissime mutationis et parue durabilitatis respectu circularitatis stellarum fixarum. Et ob hoc dictũ est exerce stellas fixas in edificatione vrbium: planetas vero i edificatione domorum: quoniã ciuitates sunt res longissime durabilitatis inter res corruptibiles respectu domoꝝ: domus vero longe durabilitatis respectu hominũ. domus nãq nõ durant semper per ipsarum indiuidua. Ciuitates vero durãt per successiuam domorum edificationem et reedificationẽ Castra verũtamen licet sint longe durabilitatis non sunt tante quante sunt ciuitates. Unde possumus vti planetis superiorib⁹ in edificationib⁹ castrorum: tutius tamen est vti in eorum edificatione stellis fixis: quoniam castra sunt maioris durabilitatis q̃ domus licet aliquãdo quedã castra dirimant Et quia ciuitates sunt maioris durabilitatis q̃ castra sunt magis propinque stellis fixis quarum sunt subiecta: plus enim durat impressio q̃ res solida facit in rem magis solidam q̃ in re minus solida. Iterum multo minus durat in re non solida q̃ in re aliquãtulũ solida: et iterum multo minus durat in re lubrica q̃ in re non solida vel minus lubrica. Unde ille impressiones quas faciunt stelle fixe in ciuitates sunt maioris durabilitatis q̃ ille quas faciunt in castra: quoniam ciuitates sunt eis magis correlatiue quo ad temporis

diuturnitatem. Et ille quas faciunt in castra sunt maioris durabilitatis q̃ȝ ille quas faciunt in domos: quoniam castra magis propinqua sunt earũ correlationi q̃ȝ domus: hominũ vero corpora magis remota sunt a corporibus illis q̃ȝ domus ꝛ ideo magis corruptibilia: ꝛ ob hoc minus applicant eis earum significata: ꝛ si applicent eis minus durant: quoniam significata stellarum fixarum sunt tam magna ꝛ tam nobilia ꝛ tam alta: ꝛ a corruptione atq; mutabilitate remota ꝙ non possunt cito suscipere mutabilem cõmixtionem cuȝ cito corruptibilibus seu velociter mutabilibus nisi vt oleuȝ cum aqua: licet enim imprimat in eam non tamen diu durat impressio illa. Tanta enim nobilitate funguntur stelle fixe ꝙ propter earum remotissimam elongationeȝ ab istis corruptibilibus ꝛ vilibus ꝛ velociter mutabilibus ꝛ appropinquationem superno splendori non possunt earum significata diucius in eis manere vel cum eis: ꝛ in hominibus maxime cum leuiter ac velociter immo velocissime mutent ꝛ corrumpant ꝛ maxime in vilibus natione cordisq; imbecillitate atq; pusillanimitate: non enim transcendũt personam illius cui contingunt ꝛ eo viuente rarissime continget aliter: ꝛ vt plurimum in ipsius malum ꝛ in tale ꝙ solus deus poterit auertere ꝛ non alius: vt plurimum dico: quoniã aliquando possent finiri in bonum licet hoc rarissime cõtingat sicut accidit aliquando ꝙ aliqui vixerunt ƒm annos maximos alcocoden de quibus tempore meo non vidi nisi vnum qui vocabatur ricardus qui dicebat se fuisse in curia karoli magni regis francie ꝛ vixisse. 400. annis. Et dicebatur tunc ꝙ erat quidam alius qui fuerat tempore ihesu xpi ꝛ vocabatur iohannes buttadeus eo ꝙ impulisset dñm quando ducebatur ad patibulum: ꝛ ipse dixit ei tu expectabis me donec venero: ꝛ vidi ricardum rauenne era xpi. 1223. ꝛ ille iohannes transiuit per forliuium vadens ad sanctuȝ iacobum era christi 1267. Nec applicarentur significata stellarum fixarum hominibus nec adherere possent eis nec durarent in eis quasi sensibiliter nisi esset medium ꝑ quod ipse agunt in eos planete qui sunt secundarium agens ꝛ stelle fixe principale vbicunq; enim sunt plures actiones ordinate diuersis agentibus attribute oportet ꝙ principalis actio tribuatur principali agenti: quoniaȝ habent se ad effectus rerum corruptibilium tanq̃ȝ causa prima. planete vero tanq̃ȝ causa secunda. Corruptio enim quam ista inferiora patiuntur est propter nimiã remotionem seu distantiam a superioribus incorruptibilibus que non dicuntur habere motum cum nõ videantur moueri sensibiliter. Durant tamen aliquando in magnatibꝰ ꝛ diuitibus qui sunt apti regno: suntq; magnanimes ꝛ fortes corde quorum meo tempore vnus fuit fridericus secundus romanoruȝ imperator qui cum esset indigens atq; in necessitate magna positus: nullo potente sibi resistere imperator est effectus sibiq; apuliam regnum sicilie atq; ierusalem cracouiam italiam romanũq; imperium preter partem lombardie: omnes etiã suos inimicos proditores atq; rebelles subiugauit: stetitq; in tali statu annis fere triginta. Ultimo tamen miserabiliter mortuus est a suis proprijs fuit venenatus totaq; sui prosapies fuit extirpata ita ꝙ quasi ex eis nulli penitus remanserunt. Et fuit quidam alius ecilinus de romano

qui cum non esset multum sublimis exaltatus est valde pre omnibus italis ita quod fama eius transfretauerat atque per multas sonuerat regiones. Dominabatur enim quasi toti marchie triuisiensi etiam usque in alamaniam et usque tridentum et usque prope venecias per 4. vel per. 5. miliaria: stetitque tyrannus in illis partibus et durauit eius tyrannides per. 26. annos. ultimo tamen omnia hec finita sunt in eius malum. Cum enim videret impossibile ipsum posse deprimi cecidit in manus maiorum inimicorum quos habebat in quodam prelio quod gessit in comitatu mediolanensi apud cassianum et miserabiliter mortuus est et tota eius progenies est destructa ex ipsa nemine remanente. ¶ Fuit similiter quidam de regno apulie natione vilis nomine petrus de vinea qui cum esset scolaris bononie mendicabat nec habebat quid comederet: et postea effectus est notarius: deinde prothonotarius curie imperatoris frederici secundi. postmodum audiuit leges et effectus est iudex maioris curie imperatoris et ascendit ad tantam dignitatem quod beatus reputabat qui poterat fimbriolam aliqualem habere gratie ipsius: et quicquid ipse faciebat imperator habebat ratum: ipse autem multa retractabat et infringebat de his que faciebat imperator et fecit cum imperator dominum siue dominatorem totius apulie et est inuentus habuisse in bonis solum in auro. 10000. libras augustanensium sine alijs diuicijs que dicebantur quasi esse inextimabiles. In fine siquidem deuenit ad tantam depressionem et ad tantam miseriam quod imperator fecit eum cecari qui dedignatione motus percussit caput ad quendam murum et sic se metipsum miserrime interfecit sicut tunc comuni fama dicebatur. ¶ Fuit etiam quidam alius pisis qui vocabatur smergulus vilis natione quasi de minimis popularibus qui est effectus quasi dominus pisarum nec erat aliquis de magnatibus ausus resistere illi: postmodum deuenit in nihilum. Post illum fuit quidam alius in eadem ciuitate qui vocabatur oddo gualduzius paruus popularis qui ascendit ad tantam altitudinem quod quasi dominabatur toti ciuitati. nec erat aliquis ausus contradicere sibi: ultimo quidam qui erat iudex galiuer fecit eum frustratim incidi in ciuitate pisarum nec aliquod regimen fecit inde potestas nisi quod qui habuerit malum passus est damnum. ¶ Idem accidit forliuij de quodam qui vocabatur symon mestaguerre qui de vili patre natus est qui deuenit ad tantam sublimitatem quod totus populus sequebatur ipsum: nec audebat ei aliquis resistere nisi ego solus qui pure noueram illum et quicquid mali poterat operabatur contra omnes: et durauit illud quasi per tres annos. Ultimo tamen depressus est et deuenit quasi ad nihilum: fuit enim bannitus et expulsus de ciuitate quod accidit propter vilitatem sui corporis atque pusillanimitatem. ¶ Fuit similiter quidam frater de ordine predicatorum nomine iohannes natione vicentinus quem alias nominaui qui reputabatur sanctus quasi ab omnibus italis qui confitebantur ecclesiam romanam: mihi autem videbatur quod esset ypocrita qui deuenit ad tantam sublimitatem quod dicebatur suscitasse. 18. mortuos quorum nullus potuit ab aliquo videri: et dicebatur curare omnem infirmitatem fugare demones: ego tamen non potui videre aliquem liberatum: licet studuerim multum ut viderem nec aliquem qui diceret firmiter se vidisse aliquid de suis miraculis et videbatur

quasi totus mundus ruere post ipsum: ⁊ reputabat̃ beatus qui poterat ha-
bere aliquod filũculum cappe ipsius: ⁊ reseruabatur pro reliquijs sanctis: ⁊
ibant bononienses armati cum eo ⁊ circa ipsum pro cõmuni ⁊ circũdabant
ipsum lignis conuexis quocũqꝫ ibat ne aliquis posset ei appropinquare: ⁊
si aliqui appropinquabant ei tractabant eos malo modo: nam aliquos ma-
ctabant: alios vulnerabant: alios baculis fortiter cedebãt: ⁊ ipse gaudebat
⁊ letabat̃ de mactatis cesis atqꝫ vulneratis nec sanabat aliquem sicut fecit
ihesus marcum. Et dicebat ipsemet palam in suis predicationibus ꝙ loque-
bat̃ cum ihesu xp̃o ⁊ cum beata virgine similiter ⁊ cum angelis quãdocũqꝫ
volebat: ⁊ fuerunt fratres predicatores bononie tunc sub talibus nugis lu-
crati ꝭm ꝙ dicebat̃ publice plus q̃ꝫ. 20000. marchas argenti: ⁊ erat tantum
posse ipsius in bononia ꝙ bononienses timebant eum in tantuꝫ ꝙ quicquid
ipse precipiebat eis totum faciebant immo fecit quadam vice relaxari quẽ-
dam militem qui vocabat̃ laurencertus qui interfecerat filium cuiusdaꝫ sui
conuicini: ⁊ erat cõdemnatus per potestatẽ vt decapitaret̃ nec fuit potestas
ausus facere inde aliquod regimen nec erat aliquis ausus contradicere suis
mandatis nisi ego solus: non tamen bononie: noueram enim suas tricarias
⁊ suas falsitates. vulgus tamen dicebat ꝙ ego eram hereticus solum pre ti-
more ipsius: ⁊ durauit in illo statu fere per vnum annum: vltimo tamen de-
uenit quasi in nihilum ita ꝙ vix associabat̃ ab vno fratre cuꝫ volebat ire ali
cubi ⁊ ceperunt hoies cognoscere quis ipse erat.

Consideratio. 142. est vt aspicias in natiuitatibus seu questionibus vni
uersalibus dona seu fortunia que dant̃ hominibus a planetis: quoniaꝫ
applicant̃ eis ⁊ durant cum ipsis diutius ⁊ extendunt̃ ad successores ꝭm ꝙ
ipsi fuerint in radicibus natiuitatum dispositi sed nõ sunt excedentia modũ
nisi forte applicent̃ stellis fixis fortunatis: ⁊ hoc ideo quoniam sunt velocꝭ
mutabilitatis. vnde habent maiorem affinitatem cum eis q̃ꝫ illa que dant̃
a stellis fixis: ⁊ maxime fortunia que dant̃ ab inferioribus propter eorũ ma
iorem velocitatem ⁊ conformitatẽ eorum cum subiectis sibi correlatiuis.
Fortunia vero que dant superiores non durant tantũ in hominibꝰ quantũ ꝑ
dicta: valẽt tamẽ in edificationibꝰ domoꝝ plus alijs.

¶ De fortunijs que dant saturnꝰ ⁊ alij planete.

Saturnus enim cuꝫ fuerit orientalis bene dispositus fortunatus. s. atqꝫ
fortis ⁊ receptus in loco in quo fuerit dat fortunia magna in edificatio
nibus plantationibus arborum longam durabilitatẽ requirentiũ in cultibꝰ
terrarũ in productionibus aquarũ ⁊ similium ¶ Jupiter vero dat fortunia
magna in scientijs vt sunt leges decreta ⁊ decretales ⁊ dignitatibus vt iudi
catus episcopatus ⁊ similia. ¶ Mars aũt dat magna fortunia in productio
nibus exercituũ ⁊ eorum ducatibus ⁊ similia. ¶ Sol quidẽ dat magna for-
tunia in dignitatibus laicalibus sicut sunt regna regimina ciuitatũ potesta-
rie ⁊ similia. ¶ Inferiores vero dant sua fortunia magna adherentia ho-
minibus ⁊ magis durabilia in istis corruptibilibus que sunt infra ciuita-
tes ⁊ castra q̃ꝫ superiores propter suam appropinquationem cum eis ⁊ citaꝫ
ac velocem mutationem suscipientibus ⁊ correlationem cum eis.

¶ Venus vero qui est planeta superior ex inferiorib⁹ dat sua fortunia in his que pertinent ad facta mulierum ꝛ earum ornamenta ꝛ in seducendo eas vt non tueantur se ab illis ꝛ lucra causa ipsarum ꝛ similia. ¶ Mercurius autē dat sua fortunia ex mercatorib⁹ scripturis picturis sutur[is] ꝛ similib⁹. ¶ Luna quidē dat sua fortunia ex nauigationibus ꝛ mercationib⁹ que sepe recitant scripturis etiam ꝛ picturis: plantationibus vinearum: vsibus potationum: vel venditionibus vini ꝛ eius mercationibus ꝛ similia. Omnia hec dantur excellenter si adhereant illis quibus naturalr̄ data fuerint a planetis vt dixi. Et licet significata corporum supercelestium adhereant hominibus non tn̄ durant semper in eis: durant tamen significata planetarum inferiorꝫ diutius q̄ꝫ significata superiorum: ꝛ significata superiorum durant diutius q̄ꝫ significata stellarum fixarū. Significata quidē siue fortunia siue diuitie que dant per lunam possunt durare vsqꝫ ad septimā etatem seu generationem: quoniā ipsa est septimus planeta post saturnum incipiendo a superiorib⁹ ꝛ si transcē derint septimam non possunt transcendere octauam ponendo etatem seu generationē a. 42. anno vsqꝫ. 45. annū ita q̄ vterqꝫ includatur. Illa que dant per mercurium possunt durare vsqꝫ ad sextam etatem quoniam ipse est sext⁹ planeta post saturnum: septimam quidem non possunt trāscendere ꝛ vix illā attingere. Illa autem que dantur per venerē possunt durare vsqꝫ ad quintā etatem quoniam ipsa est quintus planeta post saturnum: Sextam vero non possunt transcendere ꝛ vix eam attingere. Illa vero que dantur per solē pn̄t durare vsqꝫ ad quartam etatē quoniā ipse est quartus planeta post saturnū quintam non possunt transcendere ꝛ vix eam attingere. Illa vero que dant per martem possunt durare vsqꝫ ad terciam etatem quoniam ipse est tercius planeta post saturnum: quartam non possunt transcendere ꝛ vix eam attingere. Illa que dantur per iouem possunt durare vsqꝫ ad secundā etatem: qm̄ ipse est secundus planeta post saturnum: terciam vero non possunt transcendere ꝛ vix eam attingere. Illa siquidem que dantur per saturnū possunt durare vsqꝫ ad vnam etatem: secundā equidem non possunt transcendere ꝛ vix aut vnq̄ꝫ attingere. Et licet dixerim q̄ possunt tantū durare non tamen dico q̄ non prius finiri: dixit enī auctoritas q̄ sunt positi termini qui non possunt preteriri: non tamen dixit q̄ non possunt preueniri: sic ꝛ in istis. Dico nanqꝫ non possunt transcendere ipsa predicta quin aut penit⁹ dirimant: aut taliter deprimantur q̄ remanebunt in tali esse q̄ non assimilabitur priori nisi vt viride vel subnigrū albissimo nisi forte aliquid accidat nouiter aliunde quod rarius cōtinget: nec poterit vere dici q̄ sit illud idem imo erit aliud a primo. Et ex predictis fuerunt quidam qui voluerunt dicere q̄ tales diuitie vel similes possent dici male queste: ꝛ inde tractatū est q̄ layci dicūt de malo q̄stu proxima destructio: dicunt enim q̄ male questa non transcendunt quintam etatem: ꝛ quidam dicunt q̄ non transcendūt terciam ignorantes tamē vnde hoc habeant nisi audiuerint dici ab alijs diutius: ꝛ quia viderunt vt multū sic euenire: nec tamen hoc caret aliquali ratione conditionibus predictis scꝫ q̄ male questa non transcendunt terciam vel quintam etatē: intelligo enim male questa diuitias que aduenerunt alicui per modum fenerationis ꝛ rerū

in quibus cõmittuntur multa mendacia ⁊ multe deceptiones ⁊ rapine atqꝫ furta ⁊ similia.

Consideratio.143.est vt consideres modum iudicandi: ⁊ per quas vias oporteat te ad iudicium aliqđ peruenire vt illud examinare atqꝫ recte discutere possis: ⁊ ſm ꝙ stelle tibi ostendederint eius pandere veritatẽ. Cui⁹ considerationis modus hic est. aspicies enim hoc.14.modis. ¶ Primus modus est vtrum interrogator querit ex intentione aut non. si enim domin⁹ ascendentis ⁊ dominus hore fuerit idez: vel signa in quibus fuerint predicti significatores fuerint eiusdem triplicitatis vel eiusdem complexionis ex intentione fiet questio. si vero non fuerit ita vel fuerit ascendens finis alicuius signi non erit questio ex intentiõe nec radicalis. ¶ Secundo aspicies ascendens ⁊ eius dominum ⁊ lunam ⁊ planetam a quo ipsa seperatur ⁊ da illos querenti. septimũ vero ⁊ planetam cui iungitur luna dabis quesito vt alias dicitur: ⁊ si necesse fuerit descende ad personas ſm ꝙ significantur res per domos a prima vsqꝫ ad duodecimã. ¶ Tercio considerabis domum seu signũ signans rem quesitam. ¶ Quarto aspectum planetarum bonorum seu malorum ad significatores rerum quesitarum. ¶ Quinto in quo loco a domo sua fuerit quisqꝫ significatoruz vtrum in ipsa vel in secunda vel in tercia vel in quarta ⁊ cetera vsqꝫ ad duodecimam: aut in via combusta vel in similibus locis inueniatur. ¶ Sexto vtrũ i angulis vel succedentibus vel cadentib⁹ reperiat. ¶ Septimo interrogantium auxilium vnde sibi eueniat vtrum scꝫ a patre vel filio vel rege vel consanguineis vel amicis ⁊c̃ diligẽter attende: quoniã boni significatores bonũ: mali vero contrarium iudicabũt. ¶ Octauo per leticiam querentis vt si dominus primi reperiatur in quinto vel alibi cũ ei⁹ domino iunctus absqꝫ malorum impedimento: vel per eius tristiciam vt si reperiatur in sexta vel septima vel octaua vel duodecima nisi questio sit de rebus que significantur per illas domus: nam ſm ꝙ illud inueneris ita iudicabis. ¶ Nono per fortunas vel infortunas ſm ꝙ eas inueneris in locis significantibus res de quibus fiunt q̃stiones vt si fortune plures fuerint bonũ si autem mali plures fuerint malum: si equaliter bonũ mediocre nunciabis. ¶ Decimo vt si dominus primi fuerit in domo rei quesite vel cum eius dño alicubi iunctus. ¶ Undecimo vt consideres in qua domo fuerit cõiunctus dominus primi cum significatore rei quesite: quoniã per significatorẽ illius domus vel eius occasione rem venturã poteris iudicare. ¶ Duodecimo vt si non fuerint coniuncti significatores ⁊ transtulerit inter eos aliquis planetarum lumen vel acceperit eorum dispositionẽ illud idẽ iudicabis. ¶ Tredecimo per naturam significatorum se inuicem in naturis ⁊ significationib⁹ concordantium. ¶ Decimoquarto ſm ꝙ receptor dispositionis fuerit fortuna vel infortuna fortis vel debilis ⁊ aspexerit significatores vel lunaz vel aliquem eorum ex amicitate vel inimicitate pronunciabis.

Consideratio.144.est vt consideres in questionibus vel in natiuitatibus vel alijs principijs quãdo significatores nõ bene ostẽderit tibi qđ scire intendis ⁊ eorum significatum fuerit ambiguum nec bene poteris illud perpendere: accipe locum domini ascendentis ⁊ locum dñi domus lune: ⁊ vide

distantiaz graduum que fuerit inter eos incipiens ab ariete de quibus facies signa ⁊ adde desuper gradus signi ascendentis ⁊ proijce ab ascendēte tam in die q̄z in nocte: ⁊ vbi finitus fuerit numerus dominus illius domus erit significator ⁊ ab illo accipies significatum rei quesite nam ſm dispositionē illius poteris iudicare.

Consideratio.145.est vt aspicias in natiuitatibus diurnis si fuerit cor leonis in ascendente in linea scz orientali vel supra ipsam vno gradu vel infra ipsam tribus gradibus vel fuerit in decima in similibus gradibus sine coniunctione vel aspectu alicuius fortune: quoniaz significabit hoc q̄ natus erit magni nominis magneq̄z potentie nimium similiter exaltatus ⁊ q̄ ad sublimes perueniet dignitates etiam si de vilissimis parentibus natus reperiatur. At si aspexerit aliqua ex fortunis locum iterū plus augmentabitur eius sublimitas. Si autē natiuitas fuerit nocturna erit aliquid infra hoc non tamen multum. Quod si aspexerint mali erit aliquid magis infra illud. Si vero aspexerint fortune augmentabunt bonitatez pro quarta parte ⁊ minuent maliciā pro quarta parte. Attamen quodcunq̄z predictorū eueniat significat q̄ natus mala morte morietur: vel saltem omnes eius sublimitates omnesq̄z magnitudines eiusq̄z potentie finientur in malum.

Consideratio.146.est vt aspicias locum dn̄i ascendentis ⁊ locū domini duodecimi ⁊ minuas minorem de maiori ⁊ addas residuo gradus signi ascendentis ⁊ proijce ab ascendente: ⁊ vbi finitus fuerit numerus dn̄s illius signi erit particeps dn̄i questionis ⁊ dicetur primus particeps. Iterū aspice locum domini dicti signi ⁊ locum domini partis fortune ⁊ minue minorē de maiori ⁊ adde gradus signi ascendentis ⁊ vbi finitus fuerit numerus dominus illius signi erit particeps ⁊ dicetur particeps secundus. Quod si fuerit vnus et idem planeta aspicies tantū ipsum. Aspicies etiam dictos participes primū scz ⁊ secundū ⁊ minue minorem de maiori ⁊ adde gradus signi ascendentis ⁊ planeta in cuius domum ceciderit numerus erit tercius particeps: ⁊ quis predictorum trium fortior est dicetur autentior in participatione rei quesite Quod si ceciderit residua vel duo illorū in domū vnius planete ille p̄ferendus erit Quod si questio videatur bona ⁊ illi participes sint male dispositi minuent de bono quod significatur per questionem. At si fuerint bene dispositi augmentabunt bonum. Si autez questio reperiatur mala ⁊ illi participes inueniantur bene dispositi minuent malum quod significatur per questionem. Si autem fuerint mali dispositi augebunt illud. Sunt etiam alie multe consideratōes que possent cum predictis assignari atq̄z considerari sed esset tibi maxima implicitas atq̄z multa ⁊ grauis inuolutio: tu autē ex industria tua poteris illas suo loco ⁊ tempore intueri si tibi occurrerint. De quibusdam quarū faciam tibi mentionē in tractatu iudiciorum: de quibusdam alijs in tractatu electionum: de quibusdam alijs in tractatu reuolutionum: de quibusdaz etiam in tractatu natiuitatū: de quibusdā alijs in tractatu imbriū ſe aeris mutationū prout tu ipsas si diligenter attēderis poteris eas si tibi placuerit perscrutari

¶ Tractatus sextus de partibus iudiciorum siue introductorium sub breuiloquio ad iudicia stellarum. Capitulum primum.



Et ob hoc dixi imediate q aliquis non abscindat lumen nec prohibeat coniunctionem dñi ascendentis vel lune cũ domino domus substantie. Si vero fuerit questio de substantia determinata vide per quam domum significetur illa substantia de qua fit interrogatio: & vide si dominus ascendentis & luna vel alter eorum iungatur cum dño domus significante rem illam: quoniam adeptio rei quesite fiet per coniunctionez dñi ascendentis vel lune cum dño domus significante rem illam de qua fuerit questio. Si autẽ non fuerit coniunctio dñi ascendentis vel lune cum dño domus significante rem quesitaz: tunc aspice in omnibus sicut dixi ibi in coniunctione dñi domus substantie in mutatione de signo ad signum & in coniunctiõe cum dño rei illius de qua fit interrogatio. Si vero domin⁹ domus substantie vel rei quesite cõmiserit dispositionem suam alteri planete anteq̃ ipse iungatur cum dño ascendentis vel dñs ascendentis vel luna iungatur ei: vide quis est ille planeta cui iungit̃ domin⁹ domus substantie vel rei quesite: & dic q ille planeta est significator impedimenti quare res nõ perficiatur: & vide cui⁹ domus sit domin⁹: q2 illa persona que significatur per illam domum nitetur facere q res non perficiat̃ & maxime si fuerit impeditus ille cui dominus domus substantie cõmittit dispositionem: hoc est si fuerit retrograd⁹ vel combustus vel in casu suo vel in descensione sua vel cadens ab angulis. Qd si non fuerit impeditus ille receptor dispositionis cui iungitur dominus domus substantie vel rei quesite aliquo predictorum impedimentoꝝ & fuerit fortuna non impediet quin res quesita perficiat̃ siue receperit dñm ascendẽtis siue non. Si vͦ fuerit malus & non fuerit impeditus aliquo predictorum impedimentoꝝ & receperit dñm ascendentis vel lunam perficietur res similiter a quo aspectu fuerit receptus. Si vero non receperit dñm ascendentis ille malus & fuerit cõiunctio a trino vel sextili aspectu perficietur res licet cuz labore atq3 tarditate: & si fuerit cõiunctio a quarto aspectu vel ab oppositione vix vnq̃ perficietur res quesita & si pfecta fuerit erit cũ tãta angustia & cũ tãto labore querẽtis q dicet plies vtinam q ego non intromisissem me de re ista. Sed si receptio interuenerit perficietur res. si fuerit fortuna ille qui receperit fiet res leuiter & in breui. si fuerit mal⁹ ille qui receperit fiet res cum grauitate & tarditate. Et nullo mõ poterit esse si receptio interuenerit quin res perficiatur: & nihil erit qd̃ possit eam prohibere q non fiat nisi querens velit desistere a proposito vt res non perficiatur. Sed si fuerit receptor dispositionis in angulo festinabit effectus rei: si in succedenti tardabitur & festinabit minus: si vero in cadentib⁹ prolongabitur iterum plus licet sit ibi receptio. verũtamen receptio est tante fortitudinis q non permittit rem anullari: licet tardetur enim: vltimo peruenit ad effectum quesitũ siue de substantia siue de quacunq3 re sit questio. Preterea si dominus ascendentis & luna vel vnus eorum iuncti fuerint domino dom⁹ substantie vel rei quesite: vel fuerit iuncti alicui fortune que sit in domo substantie vel rei quesite adipiscet̃ querens rem illam siue substantiam. Et si nõ fuerit aliquis eorum dñs ascendentis sc3 vel luna iunctus fortune in domo substantie: s3 fuerit iũctus alicui malo qui sit in domo substantie seu rei q̃site & ille malus receperit dominũ ascendentis vel lunaz fiet res & acquiret eam

dominus ascendentis seu querens. Et si non receperit ille malus dominum ascendentis neq; lunam si habuerit ipse dignitatem in domo substantie vel rei quesite: tamen acquiret interrogator substantiam vel rem quesitam licet differatur tractu temporis. Et si dñs domus substantie vel rei quesite fuerit levior q̃ dominus ascendentis & fuerit iunctus ei: vel quivis alius planeta q̃ sit in domo substantie seu rei quesite fuerit similiter levior dño ascendentis & iungatur ei a trino vel sextili aspectu acquiretur substãtia vel fiet res q̃sita cum levitate. Si vero a quarto aspectu fuerit coniunctio fiet res si receptio interveniat similr sine gravitate magna. Sed si dominus ascendentis fuerit levior & iungatur domino secunde domus vel rei quesite non fiet res leviter neq; sine petitione querentis. Si dñs rei quesite iungat dño ascendentis seu querentis & receperit eũ a trino vel sextili aspectu veniet ei substantia seu res quesita plusq̃ ipse speret & levius. Si autem dominus ascendentis vel luna non fuerit iunctus domino dom⁹ substantie vel rei quesite nec alicui planete qui sit in ea debes tunc videre cui planetarum iungat dominus ascendentis vel luna: quia si iungitur aliquis eorũ fortune bene disposite que non sit impedita vel sit in angulo nec iungatur illa fortuna alteri planete nec alter planeta iungat ei quem ipsa recipiat vel cõmittat ei dispositionẽ suam acquiret interrogator substantiam & perficiet res quesita. Sed si ille planeta cui iungitur dominus ascendentis receperit alium & non dominum ascendentis vel luna iungatur ei a simili coniunctione nec ille recipiat eum secus est: quia cõiunctio illius qui recipit anullat coniunctionem illius qui non receperit. Si vero dominus ascendentis vel luna iunctus fuerit malo qui non recipiat eũ significat destructionẽ & anullationem sustantie seu rei quesite ita q̃ non acquirat eam interrogator nec perficietur ei res q̃sita: quia mali planete ex quo non recipiunt non nituntur nisi ad destructionem rerum sicut fortune nitunt perficere atq; aptare sive recipiant sive non: ita mali nituntur ad contrarium nisi recipiant: quia tunc refrenant suam maliciaz & pficiunt res sicut fortune.

Capitulum quartum utrum acquirat substantiaz quam petit vel accõmodavit vel deposuit

Si vero fuerit questio alicui⁹ q̃ querat utrũ ille a quo petierit substantiã det eam sibi: aspice dominũ ascendentis & lunaz qui sunt significatores interrogantis: & secunda erit domus substantie sue. Septia vero & eius dñs erũt significatores illi⁹ a quo querit: & octava & eius dñs erũt significatores substantie illius a quo queritur substantia. Vide tunc si dñs ascendentis vel luna iuncti fuerint dño domus octave que est significatrix substantie illius a quo queritur substantia: vel fuerit aliquis eorum iunctus planete existenti in domo octava si fuerit fortuna acquiret substantiam de qua interrogat: si q̃rit alienaz illius scz a quo petit dabit eam sibi: si querit illam quã accõmodavit vel deposuit acquiret eam similiter sive receperit illam fortunã sive non. Si vero fuerit malus & receperit dñm ascendentis vel lunam similiter acquiret substantiaz de qua interrogat. Si vero non recepit vix aut nunq̃ recupabit

eam: ⁊ si habuerit vix aut nunq̄ habebit eam totam ⁊ cū grauitate atq; duricia ⁊ instantia habebit quod habebit inde. Similiter si dn̄s octaue fuerit in prima vel fuerit in secunda ⁊ dn̄s scd̄e receperit eum significat adeptionē rei de qua queritur. Sed si dominus septime vel dn̄s octaue fuerit in prima vel secunda ⁊ non receperit eum dn̄s ascendentis vel luna vel dn̄s secunde: significat ꝙ adhuc pdet interrogator de alia sua substantia ⁊ augmētabitur primum damnum. Si autem dn̄s ascendētis vel luna iuncti fuerint fortune que habeat dignitatem in ascendente fiet res illa: vel si fuerit aliquis eorum iunctus malo qui habeat dignitatē in ascendente ⁊ recipiat dn̄m ascendentis vel lunam fiet res illa de qua interrogat querens. Et si fortuna fuerit in loco forti cui iungitur dominus ascendentis vel luna fiet res etiam sine receptōe. Hec autem omnia supradicta intellige de rebus que tractantur vel sint inter minores ⁊ etiam inter cōmunes personas sicut sunt habitatores ciuitatum castroꝝ villarum ⁊ similium que non sunt inter personas quarū vna excedat aliam multū. Excedentes personas intellige reges ⁊ magnates qui sunt apti esse reges sicut sunt maximi duces ⁊ maximi marchiones quibus conueniūt regna: vel nisi sint inter religiosos vel inter laycos ⁊ religiosos in rebus que non sint ipsorum proprie. Et ego faciam tibi mentionem de his que tractant suo loco ⁊ tempore si placuerit domino nostro ihesu xp̄o ⁊ vero homini.

Capitulum quintum si adipiscetur de substantia regis.

Item veniunt aliquando alie questiones pre manibꝰ astrologis de substantia: sicut si aliquis querat vtrū sit adepturus de substantia regis alicuius sicut faciunt aliquando soldatarij regum ⁊ aliorum magnatum querit aliquis de predictis vtrum sit habiturus suū soldum a rege: ⁊ idem est si q̄rat de vicario regis: vel sit quiuis qui querat de substantia quam credit se habiturum: aspice tunc ascendens ⁊ dominū eius ⁊ lunam qui sunt significatores querentis: ⁊ secundum ab ascendente quod est domus substantie querentis ⁊ dominum eius: ⁊ aspice decimum ⁊ dominum eius qui sunt significatores regis vel eius vicarij ⁊ magnatis qui receperit seruicium: ⁊ aspice vndecimū ⁊ dominū eius qui sunt significatores substantie regis vel magnatis. Si dn̄s ascendētis vel luna iuncti fuerint domino vndecime: vel fuerit aliquis eoꝝ iunctꝰ planete existēti in vndecima qui sit fortuna nec sit impeditꝰ nec male dispositus acquiret ille interrogator illud qđ querit de substantia regis siue magnatis siue sit soldatariꝰ siue quiuis alius ille qui querit siue receperit illa fortuna dominum ascendentis vel lunam siue non. Si vero fuerit malus ⁊ receperit eos similiter adipiscetur quesitum. si autem non receperit ille malꝰ dominum ascendentis vel lunam vix aut nunq̄ adipiscetur res quesita.

Capitulum sextum de tempore predictorum.

Adhuc etiam si voluerit scire ille qui te interrogat quando fiet hoc qđ q̄ritur: vide tunc planetam cui iuncti fuerint dn̄s ascendentis vel luna ⁊ qui significauerit effectum rei: quia si aspexerit se cum dn̄o ascendentis vel cum luna a trino vel sextili aspectu siue fortuna fuerit ille qui receperit dn̄m

ascendentis vel luna siue non cōsiderā si proijcit lumen siue radios suos sup radios domini ascendentis vel lune: ⁊ vide quot grad⁹ sint inter eos a gradu scʒ in quo proijcit vnus radios suos super radios alterius vsqʒ ad perfectiōʒ aspectu gradu per gradum: ⁊ dic ꝙ tot dies erunt vsqʒ ad temp⁹ effectus rei si fuerint ambo in cadentibus: si sint in succedentib⁹ erunt ebdomade: si fuerit in angulis erunt menses. Et si esset res que videretur posse multuʒ elongari posses dicere ꝙ essent anni ⁊ maxime si ambo significatores domin⁹ scʒ ascēdentis vel luna ⁊ planeta cui iungitur forent in angulis. Si vero vnus esset in angulo ⁊ alter in succedenti tunc significarent menses. si vnus esset in succedenti alter in cadenti tunc significarent ebdomadas. si vero fuerit vnus in angulo alter in cadenti significant menses. Et si esset sol vel venus vel mercurius vel luna similiter grad⁹ qui fuerint inter eos significant dies: vel forte possent sol ⁊ venus significare ebdomadas ad plus. ¶ Item dixit messala ꝙ si non fuerit tunc erit quando planeta dictus iunget̃ cum dn̄o ascendentis vel cum luna corporaliter gradu per gradum. Si vero fuerit hora questiōis planeta qui significat effectum rei in vno signo cum domino ascendentis fiet res quando fuerint coniuncti corporaliter in eodē gradu atqʒ minuto si dn̄s ascendentis fuerit ponderosior siue recipiat eum ille qui iungitur siue non. Sed si dn̄s ascendentis fuerit leuior ita ꝙ vadat ad coniunctionem planete significantis effectnu rei ⁊ recipiat ille dominū ascendentis tunc fiet res. Si vero non recipiet dn̄m ascendentis non perficiet̃ res tūc nisi ille significator esset in angulis quando fieret coniunctio vel in signo dicatur eius gaudium. Qđ si non fuerit ita non perficietur tunc: sed perficietur quando ille planeta cui iungitur dominus ascendentis vel luna vel qui iungitur dn̄o ascendent[illegible] iuerit ad solem vel sol iuerit ad eum ⁊ fuerit combustus ⁊ exiuerit de combustione tunc quando inceperit apparere de sub radijs solis siue ante soleʒ siue post fuerit quando euaserit a combustione ita ꝙ videat̃ extra radios solis. ⁊ si fuerit sub radijs solis hora questionis erit res quando inceperit apparere ille planeta de sub radijs.

¶ De tercia domo. Capitulum primum de fratribus ⁊ eorum esse.

Si quis interrogauerit te de fratre vide per quem modū ipse interrogat scʒ vtrum q̄rat de fratre presente vel de fratre absente: vel de fratre sano vel de fratre infirmo vel cuiuscunqʒ status sit frater illius qui querit: dabis primam querenti quoniam ascendens significat eum: tunc ⁊ terciam dabis fratri. Si querit de fratre absente aspice tunc dn̄m tercie domus qui habet significare fratrem ⁊ vide vbi fuerit inuentus dominus domus fratris: quia status eius ⁊ dispositio sua debebit esse ꝑm ꝙ significat domin⁹ illius dom⁹ in qua fuerit: ⁊ vide quomodo planete aspiciant eum vtrū sit in aspectu bonorum vel malorum ⁊ quo aspectu aspiciant eum ⁊ ipse eos vel coniungant̃ corporaliter simul: quia si fuerit significator fratrum in domo sua scʒ tercia ⁊ nec aspexerint cū mali ab oppositione vel quarto aspectu poteris tunc dicē ꝙ frater eius est san⁹. Si vero aspexerint eum mali ab oppositione vel q̄rto aspectu sine receptione poteris dicere ꝙ frater eius viuit ⁊ est sanus sed est in angustijs ⁊ anxietatibus ⁊ sollicitudinibus magnis. Si vero aspexerint eū

a dictis aspectibus cum receptione poteris dicere q sit frater eius in sollici-
tudinib⁹ supradictis sed bene liberabit̃ ⁊ euadet ab eis. ¶ Si vero aspexe
rit eum fortune a trino vel sextili aspectu sine receptione vel a quadrato vel
oppositione cum receptione poteris dicere q frater eius bene se habet ⁊ be-
ne morat̃ in terra in qua est. ¶ Si aũt aspexerint eum fortune a trino vel se-
xtili aspectu cum receptione dic q frater eius est sanus ⁊ bene morat̃ ⁊ om-
nia prospere agunt ita q nihil ei deest de eo quod vult. ¶ Si vero fuerit in
quarta sine aspectu malorum nitit̃ ad hoc vt acquirat pecuniam in terra in
qua est. ¶ Si vero fuerit in quinta ⁊ fuerit iunctus cum dño quinte cum re-
ceptione siue fortuna fuerit siue non dummodo non sit malo modo impedi
tus ille dñs quinte significat q frater eius bene se habet ⁊ gaudet ⁊ letat̃ cũ
hominibus illius terre in qua est. ¶ Si vero fuerit fortuna ille cum quo iũ-
gitur significator fratris ⁊ fuerit coniunctio per corpus vel a trino vel sexti
li aspectu cum receptione dic q frater eius est sanus ⁊ hilaris ⁊ gaudet ⁊ le-
tat̃ cum hominibus ⁊ mulieribus illius loci in quo est ⁊ vtitur comestioni-
bus potationibus indumentis ⁊ studet in cultu venereo: ⁊ in omnib⁹ in qui
bus homines delectantur si fuerit homo aptus ad hoc vel qui delectetur in
talibus vt sunt iuuenes ⁊ iuuenibus similes. ¶ Si vero fuerit in quinta va-
cuus cursu vel in coniunctione malorum corporali vel in eorũ aspectu qua
drato vel opposito sine receptione ⁊ illi mali qui impediuerint eum fuerint
similiter ⁊ ipsi impediti significat eius malam dispositionem ⁊ eius malum
esse et discrasiam corporis quoniã quinta est tercia a domo fratrum. ¶ Si
vero inueneris eum in alijs domibus que non sunt excepte sicut sunt sexta
octaua duodecima cũ predictis significatoribus dic illud idem sed erit mi-
nus. ¶ Si aũt inueneris eum in octaua iunctum fortunis a trino vel sextili
aspectu dic q frater eius nõ sit bene sanus nec sit ita infirmus q oporteat eũ
dubitare est tamen discrasiatus. ¶ Si aũt fuerit iunctus malis ⁊ fuerit in se
xta vel fuerit iunct⁹ dño sexte poteris dicere q frater eius infirmet̃. Et illud
idem poteris dicere si dñs sexte fuerit in tercio nisi dñs tercij fuerit bene dis
posit⁹ sicut dictũ est supra. Deinde aspice si inueneris fratrẽ querentis infir-
mari: ⁊ vide si dñs tercij iungit̃ dño octaue dom⁹ vel ingrediat̃ in cõbustio-
nẽ sigt̃ q moriet̃ ex illa infirmitate. ¶ Si vero inueneris eũ in septima dic
q sit in terra ad quã ꝓfectus est nondũ exiens inde ⁊ morat̃ in ea sicut adue
na: nec est bene dispositus nec multũ male sed habet se ad vtraqꝫ. ¶ Si fue
rit in octaua dubitat̃ de ipso ⁊ specialiter si fuerit cõbustus vel iunctus dño
octaue in octaua vel iunct⁹ malis impediẽtib⁹ eũ in octaua quia tũc sigt̃ ei⁹
mortem. ¶ Si fuerit in nona sigt̃ q sit ꝓfectus a terra in qua erat primo ad
aliã terrã magis longinquã: vel forte dedit se cuidam religioni: vel alias ge
rit vitã clericalẽ seu religiosam. ¶ Si vero fuerit in decima ⁊ fuerit iunct⁹
fortunis a trino vel sextili aspectu ⁊ maxime cũ receptione significat q acq̃
siuerit officiũ seu honorẽ aliquẽ vel dignitatẽ in terra in qua est. ¶ Si vero
fuerit iunctus malis a quadrato aspectu vel ab oppositione vel alio modo
impedientibus eum: vel fuerit combustus in decima dubitabit̃ de ipsi⁹ mor
te. ¶ Si vero fuerit in vndecima iunctus fortunis a bono aspectu vł fuerit

iunctus cum dño vndecime significat q̄ sit cum aliquo suo amico cum quo bene moratur ⁊ gaudet ⁊ delectatur cum eo. ¶ Si vero fuerint mali aspiciētes eum significat q̄ non gaudet in his que habet nec videtur sibi q̄ ipse sit in bono esse. ¶ Si vero fuerit in duodecima ⁊ fuerit iunctus fortunis recipientibus eum ⁊ illa fortuna que receperit eum nō fuerit impedita significat q̄ habeat aliquod magisterium vel gerit mercationē equorum ⁊ boum vnde lucratur ⁊ ducit vitam suam laudabiliter. ¶ Si vero fuerit illa fortuna impedita vel fuerit iuncta malis impedientibus eam significat malā dispositionē ipsius: q̄ sit infirmus vel male dispositus ita q̄ si iungitur cum dño octaue vel fuerit combustus vel intrauerit combustionē q̄ dubitatur ne moriatur inde. ¶ Si fuerit in prima gaudet ⁊ letabitur cum diligentibus eum ⁊ est bene dispositus. ¶ Si fuerit in secunda non gaudet de aliquo suo statu quē habeat possibile est q̄ sit captus vel alio modo detentus ita q̄ non potest se separare a loco in quo est quando vult. ¶ Si quidem fuerit retrogradus nititur reuerti ad propria quandocūq3 potuerit. Et hec de fratribus ad presens dicta sufficiant tibi: quoniam esset longum iam dicere omnia accidentia fratrum ¶ Nam si quereret interrogator de fratre infirmo ego dicam tibi illud infra in tractatu de infirmitate. Si quereret de frātre presente sano ego dicā tibi ea que videbuntur expedire in tractatu de natiuitatibus sermone satis plixo sicut oportuerit. ¶ Preterea oportet q̄ dicam tibi quedam alia similiter que videntur posse comprehendi sub isto capitulo que sunt ista: videlicet si quereret aliquis de patre aspice quartam pro patre ⁊ dic ei sicut dixisti de fratre in tercia domo. Et de quinta dic vt dixisti de fratre in quarta domo. Et dic de sexta pro patre vt dixisti pro fratre de quinta. Et de septima pro patre dic vt dixisti de sexta pro fratre. Et de octaua pro patre dic vt dixisti de septima pro fratre. Et de nona pro patre dic vt dixisti de octaua pro fratre. Et de decima dic pro patre sicut dixisti de nona pro fratre. Et de vndecima pro patre dic vt dixisti de decima pro fratre Et de duodecima pro patre dic vt dixisti de vndecima pro fratre. Et de prima pro patre dic vt dixisti de 12. pro fratre. Et de secūda pro patre dic vt dixisti de prima pro fratre Et de tercia pro patre dic vt dixisti de secunda pro fratre. Si querat de patruo .s. de fratre patris dabis ei quintam ⁊ dic de quinta pro patruo sicut dixisti de tercia pro fratre: ⁊ de sexta pro patruo sicut dixisti de quarta pro fratre ⁊ ita intellige de omnibus domibus. ¶ Si querat de seruo vel clienculo dabis sextam seruo: ⁊ dic ita de sexta pro seruo sicut dixisti de tercia p̄ fratre: ⁊ dic ita de septima pro seruo sicut dixisti de quarta pro fratre: ⁊ dic ita de octaua pro seruo sicut dixisti de quinta pro fratre: ⁊ ita de omnibus. Hoc tamē nō pretermitto quia licet quelibet domus habeat suam sextam ⁊ suam octauā ⁊ suam duodecimā: tamen in quolibet quesito sexta questionis ⁊ eius dñs significant eius infirmitatem. Octaua questionis ⁊ eius dñs significat eius mortem. Duodecima ⁊ eius dñs significant eius captionē. Diuersificantur tamē in hoc.

De quarta domo.

¶ Capititulū primū de domo vel hereditate quam aliquis intendit emere vel alio modo habere vtrū sit habiturus eam interrogator.

Si quis sollicitus fuerit de aliqua domo vel de aliqua petia terre seu vinee vel prati vel oliueti vel silue vel de hereditate aliqua quod vl' quã voluerit emere vel aliter sperat eam habere ꝛ fuerit eius interrogatio absoluta quod non dicat de terra vel de domo vel de hereditate talis psone aspice ascendens ꝛ dñm eius ꝛ lunam qui habent significare interrogantẽ: ꝛ aspice signum quartuȝ ꝛ dñm eius que sunt significatores rei quesite: si fuerit dominus ascendentis in quarto vel luna vel fuerit dñs quarti in primo vel fuerit vnus eorum iunctus alteri corporaliter vel a trino vel sextili aspectu cũ receptione adipisceť rem quesitaȝ leuiter ꝛ sine inuolutione vel impedimẽto. ¶ Si vero fuerit sine receptione vel fuerint iucti simul a quarto aspectu vel ab oppositione cũ receptõe pfecta adipisceť rẽ quesitã introgator ¶ Si aũt non fuerint iuncti simul nec per aspectum nec per corpus sed transtulerit luna vel aliter planeta lumen inter eos adipisceť interrogator rem quesitaȝ per aliquem qui se interponet ꝛ ducet rem ad effectũ sua sagacitate atq; sua industria. ¶ Si vero fuerit ille planeta qui fuerit leuior ꝛ qui iungať alteri effectus retrogradus antequã perficiať eorum coniunctio gradu per gradũ destrueť res postquã putauerit interrogator eam complere ꝛ annullabitur. ¶ Si autem fuerit res completa per illum qui se intromiserit de re illa perficienda si fuerit luna que transferat lumen: vide in qua domo ipsa sit quia per illam personam que significať per domum in qua fuerit luna complebiť res ¶ Si autem fuerit alius planeta qui transferat lumen inter dñm ascendentis ꝛ dñm significantem rem quesitam vide cuius domus est dominus quia per illam personam perficieť res vt si fuerit dñs tercie domus complebitur res per fratrem querentis. Qd si non habuerit fratrem perficieť p aliquem de suis consanguineis minorem se. Et si hoc non fuerit perficieť p aliquem suum conuicinum. ¶ Si fuerit dñs quinte perficieť res per filium vel p aliquẽ de psonis que significanť p quintã domũ. ¶ Si fuerit dñs sexte pficieť p seruũ vel clienculũ vel p aliquẽ qui significať p sextã domũ. ¶ Et si fuerit dñs septime pficieť p vxorẽ vel amasiã vel sociũ. q̃ si vxorẽ nõ habuerit pficiať p aliquẽ de illis qui significanť p septimã domũ ¶ Et si fuerit dñs none p aliquẽ religiosum. ¶ Et si fuerit dñs decime pficieť p aliquẽ magnateȝ vel rectorẽ. ¶ Et si fuerit dñs. 11. pficieť p aliquẽ amicũ interrogãtis. ¶ Et si fuerit dñs. 12. pficieť p aliquẽ qui fingit se amicũ querentis cũ nõ sit. ¶ Et si fuerit dñs secũde vel octaue pficieť p talem de quo nõ sperať ꝛ de quo nõ erit facta mentio in re illa. ¶ Si vero nõ fuerit iunctus dñs quarte dño ascẽdentis nec dñs ascendẽtis dño quarte nec luna: nec fuerit planeta qui trãsferat inter eos lumẽ: uel fuerit aliquis planeta qui ꝓhibeat cõiunctionẽ eorũ nõ pficieť res. ¶ Si aũt volueris scire quis erit qui nõ pmittat rem pfici vide illum planetam qui prohibet coniunctionem inter dñm ascendentis vel lunam cuius domus sit dñs: quia p illum qui significať p illam domum fiet anullatio rei.

¶ Capitulũ. 2. de specie rei emende ꝛ eius natura.

SI vero quesierit interrogator sicut sepe fit vide cuiusmodi res est ista quã ego intendo emere vel adipisci vtrum sit terra fructuosa vel sterilis vel sit edificiũ illius domus solidũ vel conquassum vel alias viciosum: vel fuerint eius laboratores boni ꝛ fideles aut non aspice hoc similiter ab ascendente ꝛ eius dño: quoniã tunc ascendens ꝛ eius dñs significat laboratores terre seu vinee ꝛ siluanos ꝛ habitatores domus: ꝛ signũ quarte significat terram vel domũ vel hereditatem ꝛ qualis sit ꝛ quid sit in ea: ꝛ septima significat illud quod est in terra illa videlicet frumentũ ordeũ alias bladas vsuales herbas domesticas que cõsueuerunt nasci in ortis vt sunt caules feniculũ petrosilinũ borago blẽte ꝛ similia si fuerit in tpe in quo blada ꝛ herbe domestice sint in campis vel ortis: posset etiã significare vites vt pguleta ꝛ similia. ❡ Si fuerit iupiter in septima bene dispositus ꝛ boni esse significat ꝙ in illa terra sit frumentum ꝛ herbe de quibus nascunt̃ vtiliora semina ꝛ que magis sunt comede ad vtilitatẽ hominũ. ❡ Si fuerit ibi venus aut mercuri⁹ aut luna aut sol bene dispositi ꝛ boni eẽ significat ꝙ in illa terra sũt herbe in quibus delectant̃ homines vt rosaria ꝛ alia producẽtia fruct⁹ odoriferos ꝛ flores vnde fiunt serta ꝛ similia. ❡ Si aũt fuerint impediti iupiter aut venus aut alij qui fuerint ibi erunt aliqua de his que dixi sed nõ multa. ❡ At si fuerit saturnus erunt in illa terra petre ꝛ res ponderose graues ꝛ serpentes subterranei impediẽtes fruct⁹ illius terre. ❡ Si vero fuerit ibi mars ꝛ fuerit bene dispositus ꝛ boni esse sine impedimento erunt ibi rosaria siluestria ꝛ lambrusce. s. vites siluestres facientes fructus in sepib⁹: vel forte posset esse ꝙ essent ibi vites producẽtes tale vinum vnde inebrient̃ homines. ❡ Si vero fuerit male dispositus erunt ibi rubi saluince ꝛ alia genera spinarum venenosarũ ledentiũ hoĩes. ❡ Decima vero ab ascendẽte significat arbores que sunt in ea. ❡ Si fuerit iupiter in decima liber ab impedimẽtis bene dispositus sigt̃ ꝙ erit ibi copia arborũ ꝛ ꝙ ille arbores sint producentes fructus bonos ꝛ de quibus sequunt̃ homines vtilitatẽ ꝛ lucrum vt sunt pira mala oliue cerasa ficus ꝛ similia. ❡ Si aũt fuerit ibi venus bene disposita significat fructus odoriferos ꝛ delectabiles ꝛ qui libenter portant̃ in manibus a iuuenibus ꝛ etiam ab alijs vt sunt mala odorifera cedri aranzie ꝛ similia: ꝛ maxime in regionibus calidis ❡ Si vero fuerit ibi sol liber ab impedimentis ꝛ alias bene dispositus significat fructus bonos magnarum arborum vt sunt nuces pinee ꝛ etiã mala ꝛ cerusa ꝛ similia. ❡ Si autẽ fuerit ibi mars liber ꝛ bene dispositus significat frucus arborum qui habent̃ cum labore de suis arboribus: ꝛ habent spinas in suis corticibus vel alias testas ❡ Et possent etiam sol ꝛ mars significare vineas domesticas vel aliarũ fructus vt sunt castanee nespile ꝛ corna ꝛ similia. ❡ Si aũt fuerit ibi saturnus liber ꝛ bene dispositus sigt̃ ꝙ non erit ibi magna quãtitas arborũ ꝛ erunt arbores que faciũt fructus hñtes sapores stipticos. vt sunt pira ꝛ maxĩe siluestria ꝛ etiã aliquãdo sorbe glãdes nuces ꝛ similia. ❡ Si autẽ fuerit ibi mercurius vel luna ꝛ talis esse vt dictum est de alijs significant fructus multarũ manerierum ꝛ diuersorum saporum ꝛ diuersorum colorum ꝛ significant fm ꝙ significant illi quibus applicant̃. Si vero fuerit iupiter male disposit⁹ ꝛ

tunc erunt ibi arbores pauce vtilitatis et etiam parum fructifere et leuiter perdent suos fructus. ¶ Similiter et de venere si fuerit male disposita: poterit tamen esse quod erunt arbores ille ex maneriebus supradictis. ¶ Si autem fuerit saturnus male dispositus erunt arbores pauce silucstres et quarum fructus vix aut nunquam erunt edibiles ab hominibus. ¶ Similiter et de marte atque sole est intelligendum in fructibus illarum arborum quas significauerint mercurius et luna. Significabunt similiter id quod significabunt illi quibus applicabunt. ¶ Si autem fuerit aliquis predictorum planetarum retrogradus ille qui emit terram vendet fructus illarum arborum et parum seruabit sibi de ipsis nec affectabit habere partem de ipsis preter quod si venus fuerit significatrix quia tunc reseruabit sibi partem de ipsis fructibus: et maxime de magis delectabilibus.

¶ Capitulum. 3. de qualitate laboratorum.

Si autem volueris scire de esse laboratorum terre seu vinee vel de custodibus prati seu silue vel de habitatoribus quales sint aspice ascendens et vide si fuerit iupiter directus boni esse erunt laboratores boni et fideles: et erunt homines mediocris etatis. ¶ Et si fuerit orientalis erunt iuuenes boni animi. Et si fuerit occidentalis erunt iam incipientes senescere vel erunt forte senes: tamen omnes erunt boni animi. ¶ Et si fuerit iupiter directus remanebunt laboratores in laboratione illa et erit vtile querenti. Et si fuerit retrogradus exibunt de laboratione et locabit eam interrogator alijs laboratoribus peioribus illis. ¶ Et si fuerit venus in loco iouis erunt laboratores boni et fideles: et quasi in omnibus erunt sicut illi qui significantur per iouem: preter quod venus significat iuniores et delectabiliores in qualitate supradicta. Et si fuerit saturnus in loco iouis erunt ipsi laboratores seu habitatores mendaces et latrones etiam si essent senes vel decrepiti. ¶ Et si fuerit mars in loco eius erunt laboratores latrones et mendaces et manifestius furabuntur quam illi qui significantur per saturnum et erunt scarani et maiores malefactores quam sit solummodo latrocinium. ¶ Et si fuerint mars vel saturnus directi remanebunt in laboratione: si non fuerint recedent ab ea et locabitur laboratio melioribus laboratoribus vel demum melioribus conductoribus.

¶ Capitulum. 4. de antiquitate et nouitate rerum.

Si autem uolueris scire de arboribus illis vel de edifitio vtrum sint res antique an nouiter plantate vel edificium noniter factum. Uide si planeta aliquis in decima fuerit erit edificium non multum antiquum nec nouiter factum: similiter de arboribus quia non erunt multum antique nec multum nouelle. Si vero non fuerit ibi aliquis planeta vide vbi sit dominus decime domus si aspicit domum decimam de loco in quo est: vel si non aspicit eam sed aspicit planetam qui de loco suo aspicit decimam erunt arbores iuuenes et edificium nouiter edificatum ita quod non sit antiquum: et specialiter si fuerit dominus decime orientalis. Si vero fuerit occidentalis erunt arbores antique et edificium antiquum. ¶ Si autem non aspexerit decimam nec fuerit iunctus alicui planete qui aspiciat eam nec qui reddat lumen eius ad decimam

⁊ fuerit occidentalis erunt ipse arbores vetuste ⁊ edificium vetustum. Dein de aspice similiter si vis scire quid futurum sit de illis arboribus seu edificio a dn̄o decime domus si fuerit directus siue fortuna fuerit siue infortuna remanebunt arbores ⁊ edificium in suo esse. ¶ Si vero retrogradus fuerit euellent arbores de terra illa ⁊ edificium similiter. ¶ Si vero non aspexerit dn̄s decime domum decimam ⁊ non fuerit in vndecima aut in tercia vel in quinta aut in nona ab ascendente erit terra absqꝫ arboribus ⁊ absqꝫ edificio: ⁊ nō erit culta: aut si fuerit male culta. ¶ Ad hoc vt scias vtrum sint in ea semina frumentum .s. vel alia blada si fuerit tempus aptū ad hoc aspice tunc dn̄m septime domus si aspexerit septimam erit in ea semen quod sperat dn̄s terre recolligere ad suam vtilitatem. Si vero non aspexerit non erunt ibi semina vtilia.

¶ Capitulum .5. de situ terre.

Si aūt volueris scire qualiter sita sit illa terra aspice quartam domum ⁊ vide cuius triplicitatis sit illud signum. Quod si fuerit de triplicitate arietis erit illa terra montuosa vel erunt in ea saxa: ⁊ erit male disposita ad colendum: ⁊ erit terra macra ⁊ erit cultura ⁊ letamine indigēs atqꝫ multo studio vt possit inde haberi fructus. ¶ Si aūt fuerit signum quartum de triplicitate tauri est terra illa plana, ⁊ apta ad suscipiendum culturam ⁊ erit fructifera. ¶ Et si fuerit signum quartū de triplicitate gemino ⁊ erit pars illiꝰ terre plana ⁊ pars erit montuosa: ⁊ non erit multum fructifera nec multum sterilis. ¶ Similiter si quarta domus fuerit signum bicorporeum cuiuscūqꝫ triplicitatis sit qm̄ hꝫ significare montuositatē ⁊ planiciē nec vere hoc nec vere illud. ¶ S fuerit quarta domꝰ de triplicitate cancri erit paludosa vel erit aquesternium vel aliomodo aquosa vel iuxta loca aquosa posita. Et si volueris quartū ⁊ eius socium attende: ꝙ si ignea fuerint habet significare loca arida, ⁊ petrosa ⁊ montuosa. ¶ Et dixit quidam ꝙ quarta domus ⁊ eius dn̄s semper significant rem immobilem emendam vt sunt domus ⁊ terra ⁊ similia. ¶ Et dixit ꝙ quinta ⁊ eius dn̄s significant eius lucrum. ¶ Et dixit ꝙ si fuerit res mobilis ⁊ que velociter mutetur ⁊ transeat de manu vnius in manum alterius ꝙ septima ⁊ eius dominus significant eam ⁊ octuua ⁊ eius dn̄s significant lucrum eius.

¶ Capitulū sextū si vtilis sit cōductio terre vel domus.

Et si quesierit aliquis volens conducere terrā vel domum siue sit laborator qui accipiat terrā ad modum laboratoris vel ad certum datum pro quolibet anno sicut pluries fit vel domum ad habitandū in ea ⁊ voluerit scire si est ei bonum conducere ipsam dabis primā ⁊ eius dn̄m ille qui cōducit rem ⁊ septimā ⁊ eius dn̄m illi qui locat eam. Et decimā dabis ad vtilitatem que pōt sequi ex re illa ⁊ quartaꝫ dabis fini eius qui poterit inde sequi. ¶ Si dn̄s ascendētis fuerit in ascendente vel aspexerit a trino vel sextili aspectu: vel fuerit ibi fortuna siue habeat ibi dignitatē siue non: vel pars fortune non impedita significat ꝙ conductor conducet rem illaꝫ sperans inde bonum: ⁊ non penitebit eum conduxisse ⁊ delectabit ⁊ gaudebit in conductio

ne illa. ¶ Si vero fuerit malus in ascendente ⁊ alterum istorū erit aut si cō-duxerit penitebit eum conduxisse: aut non conducet; aut vult conducere ad hoc vt decipiat locatorem. Deinde aspice septimam pro illo qui locat rem si fuerit in ea dn̄s septime vel aspexerit a trino vel sextili aspectu: vel fuerit ibi fortuna non malo modo impedita perficiet locator illud quod conuenit conductori ⁊ seruabit ei promissum ⁊ erit ei vtilis. ¶ Si aūt fuerit ibi malus qui non sit dn̄s septime non seruabit locator conductori quod sibi promisit ⁊ nitet̄ decipere ipsum ⁊ fraudulenter se habebit aduersus eū ¶ Deinde aspice decimam: si fuerit in ea fortuna vel aspexerit a trino vel sextili aspectu diriget̄ res ⁊ perficiet̄. ¶ Si vero fuerit in ea malus qui non sit dn̄s decime vel aspexerit illam ab oppositione vel a quadrato aspectu non perficiet̄ conductio illa ⁊ poterit esse ꝙ nasceret̄ dissentio, occasione arborū vel occasione edificiorum existentiū in terra illa. ¶ Deinde aspice quartā ⁊ dabis illam fini rei: si fuerit ibi fortuna vel fuerit ibi dn̄s quarte vel aspexerit illam a trino vel sextili aspectu erit finis illius rei bonus ⁊ vtilis, ⁊ laudabilis. ¶ Si vero fuerit ibi malus qui non sit dn̄s quarte erit finis malus ⁊ sequet̄ conductor inde damnū ⁊ incōmodū. ¶ De quinta domo.

¶ Capitulū primū vtrum aliquis sit habiturus filios de vxore sua vel de alia muliere quam dicit vel similiter querat de filijs simili modo.

Cum interrogatus fueris ab aliquo viro vtrum sit habiturus filios de vxore quā habet vel de alia muliere: vel interrogauerit mulier vtrum sit habitura filios de illo viro quē habet vel de aliquo alio accipe vmbram incontinenti. ⁊ ordina figurā sm̄ ascendēs ⁊ reliquas domos: ⁊ aspice ascēdens ⁊ dn̄m eius ⁊ lunam ⁊ si videris dn̄m ascendētis ⁊ lunam vel aliquem eorū iunctū dn̄o quinte que est domus filiorum dic ꝙ sit habiturus filios similiter si dn̄s. 5. fuerit iunctus dn̄o ascendentis. ¶ At si nō inueneris eos iūctos simul vide si aliquis planeta transfert lumen inter dn̄m ascendentis ⁊ dn̄m quinte qm̄ significat filios licet post dilationē. Qd̄ si hoc nō fuerit ita vide si dn̄s ascendentis vel luna fuerint in domo quinta: dic ꝙ sit habiturꝰ filios. ¶ Similiter si dn̄s quinte fuerit in ascendente dic ꝙ sit habiturus filios: ꝙ si hoc non fuerit vide si dn̄s ascendentis vel luna ⁊ dn̄s quinte iungant̄ ambo alicui planete qui sit ponderosior eis: quia ille colliget lumen vtriusq; ⁊ erit receptor dispositionis: ⁊ erit significator vtrum filij si fuerint debeant viuere an non. At vide si ipse est liber ab impedimentis que dixi tibi in tractatu de impedimentis planetarū. s. ꝙ non sit retrogradus vel combustus vel cadens ⁊c̄. dic ꝙ filij illi viuent. ¶ Si vero fuerit ille planeta pōderosior qui est receptor dispositionis impeditus. s. retrogradus vel combustus vel cadens siue ab angulis siue ab ascendente. vel obsessus a malis: vel habuerit aliquod de predictis impedimētis non diu viuent illi filij nec erūt pat̄ ⁊ mat̄ eorū beati ex eis Deinde aspice iouē q̄ hʒ naturalit̄ sig̃re filios si inueneris eū in ascēdēte vel in. 3. vel in. 5. vel in. 9. vel in. 11. liberū ab oibꝰ

impedimentis supradictis: dic q mulier illa aut concepit aut cōcipiet in breui forte in primo concubitu vel parum post ita q erit illud tanquam res que videt iam facta vel est in fieri. ¶ At si fuerit venus in quinta non impedita fueritq ibi alia fortuna preter iouem uel venerem non impedita significat q mulier illa pregnabit in breui. ¶ Si vero fuerit iupiter in locis predictis impeditus dic q conceptus aut non sit aut si est non perficiet sed delebit vel abortiet mulier illa. ¶ Similiter si venus fuerit iuncta saturno vel marti vel fuerit sub radijs solis iens ad coniunctionem solis corporaliter non erit mulier grauida nisi fortuna fuerit in quinta quia tunc poterit esse melior grauida vel erit in breui sed vix erit eius partus bonus. ¶ Quod si saturnus vel mars fuerit in quinta vel alius malus et precipue cauda draconis que habet significare euacuationē vel aspexerit ipsam ab oppositione significat q mulier non erit grauida: et etiam a quarto aspectu vident mali frustrare conceptionem: si aspexeriut quintā a quadrato aspectu.

¶ Capitulū. 2. quādo interrogatio de filio fuerit absoluta.

Si vero interrogatio fuerit absoluta q dicat ita vir aut mulier habebit filios nec dicat vtrū de hac muliere vel de hoc viro aspice tunc ascendens et eius dominū: et vide si fuerit dominus ascendentis in ascendente vel fuerit ibi fortuna bene disposita vel in decima vel in vndecima vel in quinta et iupiter sicut dictum est in tercia vel in quinta vel nona vel vndecima habebit filios sed erit aliqua dilatio in hoc nō tamē multū magna. ¶ Si autē dn̄s ascendentis nō fuerit in quinta que est dom⁹ filiorum sed fuerit in quarta: vel fuerit in septima nec fuerit impeditus a cōbustione vel retrogradatione vel fuerit obsessus a duobus malis vel iunctus corporaliter vni malorū qui eum impediat. s. saturno vel marti. vel fuerit cū cauda et iupiter fuerit in aliquo de locis supradictis tercia vel quinta vel nona vel vndecima habebit filios ille homo vel illa mulier sed erit dilatio in hoc maior q̄ supradicta. ¶ Si uero fuerit aliquis malorum saturnus. s. aut mars vel cauda draconis in in ascendente aut aspexerint illud a quarto aspectu vel ab oppositione et dominus ascendētis fuerit impeditus a retrogradatione vel cōbustione vel casu vel fuerit in secūda vel sexta vel octaua vel duodecima et iupiter fuerit in malo loco: et specialit in octaua vel fuerit malo modo impeditus a retrogradatione vel cōbustione vel casu significat q querens aut nullos aut paucos filios habebit: nec gaudebit de eis q sit inde beat⁹: et videbit mortē eorum. At vide vbi tunc fuerit luna que si fuerit impedita ipsa vel dn̄s quinte et fuerit impeditus aliquis eorū in sexta tristabit causa infirmitatis eorum. si fuerit in octaua causa mortis eorum. si fuerit in duodecima causa captionis eorum. Et vide quod signū fuerit in aliqua domorum predictarū quia causa vnde tristabit causa filiorum erit ex parte membri deputati illi signo. si fuerit aries erit causa capitis. si fuerit taur⁹ erit causa colli. si gemini erit causa brachiorum vel manuū. si cancer causa pectoris: si leo causa stomaci vel spine dorsi. si virgo causa yliorū et parcium adiacentium vmbilico. si libra causa ancarum: si scorpio causa verendorum: si sagittarius causa coxarum: si capricornus causa genuum. si aquarius causa crurium. si piscis causa pedum.

Et semper sit tibi hoc cure quia si tu inuenies iouem aut venerem aut solem aut lunā aut mercurium aut caput draconis in quinta non impeditos impedimentis malis non desperes querentē de filijs quoniam significant hec oīa ꝙ sit habiturus filios. Et si non fuerit aliqua fortuna in q̄nta ⁊ inueneris ibi aliquem malorū qui habeat ibi testimonium nec questio fuerit ex toto mala significat ꝙ sit habiturus filios sed non hereditabunt bona paterna vel materna imo videbitur ꝙ debeant videre mortem eoꝝ. Adhuc etiam prospice iouem si fuerit in angulo quod habet significare filios licet non multos. Si fuerit orientalis in angulo significat celeritatem habendi filios. Si fuerit occidentalis in angulo significat tarditatē habendi eos ⁊ ꝙ erit aliqua dilatio in hoc.

Capitulum tercium vtrum mulier sit grauida.

Item si quis sollicitetur vtrū aliqua mulier cōceperit ⁊ portet in vtero conceptum an non: aspice dominū ascendentis atq; lunam vel aliquem eorum qui habent significare mulierem: ⁊ aspice quintam ⁊ eius dominum qui sunt significatores concepti: si inueneris lunam in quinta: vel inueneris dominum quinte in ascendente liberum a malis ⁊ alijs impedimentꝭ supradictis significat ꝙ mulier illa concepit ⁊ habet conceptum in vtero: similiter si dominus ascendentis cōmiserit dispositionē suam alicui planete in angulo ⁊ eo securius ⁊ certius si fuerit ille cui cōmiserit dominus ascendentis dispositionem receptus vel receperit ipse dominū ascendētis: quia tunc significat conceptum. Si vero ille cui iunctus fuerit dominus ascendentis ⁊ cui cōmiserit dispositionē fuerit in cadenti significat ꝙ mulier illa conceperit dolorē ⁊ ꝙ illud quod videtur pregnatio erit potius egritudo q̄ȝ conceptus: ⁊ si est conceptus non veniet ad bonum finem: ⁊ maxime si fuerit ascendens aries vel cancer vel libra vel capricornus: vel fuerit aliquis malorum in aliquo angulorum: ⁊ eo fortius si fuerit ibi cauda: quoniam ipsa habet significare aborsum pre ceteris malis. Si vero planeta ponderosus cui dominꝰ ascendentis cōmiserit dispositionem fuerit in bono loco ab ascendente: nec fuerit in coniunctione malorum sed fuerit liber ab impedimentis: ⁊ luna similiter fuerit salua significat ꝙ conceptus veniet ad bonū finem: ⁊ ꝙ non frustrabiť ille partus. Similiter si dominus quinte qui est significator filiorum fuerit in ascendente liber ab impedimentis supradictis scȝ ꝙ non sit retrogradus: neq; combustꝰ neq; iunctus malis: ⁊ specialiter caude corporaliter vel alijs malis ab oppositione vel q̄rto aspectu significat conceptum. Si vero fuerit impeditus aliquo supradictorum impedimentorum non erit conceptus. ⁊ si fuerit frustrabitur ⁊ delebitur.

Capitulum quartum vtrum mulier sit grauida aut non.

Consueuerunt aliquando mulieres dubitare vtrum sint grauide vel nō: ⁊ etiam viri earum affectantes habere filios ignorantes vtrum sit hoc an non: ⁊ consueuerunt q̄rere de hoc vt certificenť inde ab astrologo. Unde si tibi facta fuerit questio per mulierem de seipsa vtrū conceperit an non: nec fuerit questio super alio: aspice ascendēs ⁊ dominum eius ⁊ vide vbi sit dn̄s ascendentis qui si fuerit in angulo liber a malis ⁊ ab impedimentꝭ alijs sigt

ꝙ mulier sit grauida. Similiter si fuerit dominus ascendentis in succedenti vel etiam in cadenti dũmodo sit receptus a planeta existenti in angulo. Si vero fuerit in cadenti ab angulo nec fuerit iunctus planete qui non recipiat eum: vel si receperit ⁊ fuerit retrograd⁹ vel combustus vel cadens significat ꝙ mulier non sit grauida: similiter si luna fuerit impedita: sed si luna fuerit recepta a planeta qui sit liber ab impedimẽtis supradictis erit grauida. si vero non fuerit recepta luna ⁊ dominus ascendent[is] fuerit impeditus non erit grauida. Et si dñs ascendent[is] fuerit in bono loco ⁊ aspexerit ascendens aspectu laudabili erit grauida ¶ Si quidẽ vir interrogauerit de muliere ea volente idem erit iudicium. si autem interrogauerit vir proprio motu ⁊ a semetipso tamen muliere ignorante conditionibus premissis considerabis septimam ⁊ eius dominũ ⁊ iudicabis per dominum septime ſm ꝙ iudicasti per dominũ ascendentis luna tamen semper non pretermissa.

¶ Capitulũ quintũ si mulier que conceperit portet in vtero vnũ vel plures.

Et si sollicitat⁹ fueris de muliere grauida: vel si solicitetur aliquis vtrũ portet vnum vel plures aspice hoc ab ascendente ⁊ vide si fuerit ascendens gemini aut virgo vel sagittarius vel pisces: vel si fuerit ascẽdẽs aliqđ de alijs signis ⁊ fuerint in eo duo boni planete vel in quinta cõcepit binos. Si autẽ fuerit ibi cum eis caput draconis dic ꝙ portet in vtero plus duob⁹ ⁊ possibile est ꝙ portet quatuor. Et si non fuerint planete in ascendente neqꝫ in quinta vide si aliquis planetarum aspiciat ascẽdens vel quintam gradu per gradũ ita ꝙ non sit aspectus plus vno gradu ante lineam ascendentis vel quinte vel plus duobus retro: quia quotcũqꝫ planete aspexerint ita tot erũt concepti in vtero: etiam si omnes planete septem aspicerent illos gradus: et vide quot fuerint ⁊ aspexerint a trino vel sextili aspectu tot ex conceptis peruenient ad perfectionē: quot vero aspexerint a quarto vel oppositione tot ex conceptis patientur detrimentum. Et si inueneris solem ⁊ lunam in vno signo ita tamen ꝙ luna vadat ad solẽ nec sit longe ab eo plus quinqꝫ gradib⁹ retro nec ante plus duobus illud idē iudicabis si sol vel lũa in geis virgine sagittario ⁊ pisce. Qđ si ascendens fuerit aliqđ ex signis fixis vel mobilibus ⁊ quinta similiter fuerit de illis signis: ⁊ sol ⁊ luna fuerint in signis fixis vel mobilibus nec fuerint plẽs planete in ascendẽte vel in quinta vel eoꝝ aspectus vt dixi scias quoniam mulier portat vnicum ⁊ non plures.

¶ Capitulum sextum si mulier portat masculum vel feminam.

Et si quesierit vtrum portat mulier masculum vel feminam aspice tunc ascendens ⁊ dominum ⁊ quintam ⁊ dominum eius ⁊ vide si fuerint in ariete vel geminis vel leone vel libra vel sagittario vel aquario signuꝫ est ꝙ portet masculum: si vero non videtur ꝙ portet feminam. Si vero dominus ascendentis fuerit in signo masculino ⁊ dominus quinte in signo feminino vel dominus quinte in signo masculino ⁊ dñs ascendent[is] in signo feminino tunc recurre ad lunã que est particeps omnis rei ⁊ vide si ipsa fuerit in signo

masculino & fuerit iuncta planete qui sit in signo masculino tūc attestabitur illi qui fuerit in signo masculino: vel si fuerit in signo feminino attestabitur illi qui fuerit in signo feminino siue dominus ascendentis fuerit in signo masculino siue dominus quinte vel ecōtrario. Similr si luna iungatur planete masculino attestabitur illi qui fuerit in signo masculino: & si iuncta fuerit planete feminino attestabitur illi qui fuerit in signo feminino. Similiter si dñs ascendentis vel dominus quinte fuerit planeta masculinus vel femininꝰ attestabitur luna illi cui assimilat̃ situs eius. Et scias ꝙ saturnꝰ iupiter & mars & sol semper sunt masculini nisi aliquando quibusdam casibus de quibus iste non est. Et venus semper feminina nisi aliquando in casibus de quibus iste non est. Mercurius vero quando est orientalis in mundo ꝙ oritur in mane ante solem dicitur masculinus: quando fuerit occidentalis in mundo ꝙ occidit post solem in sero dicitur femininus. Similiter & quando iungitur masculinis est masculinus: & quando iungitur feminis est femininus.

De sexta domo. Capitulum primum vtrum liberetur infirmus ab egritudine qua detinetur an non.

Si fuerit tibi facta questio de aliquo infirmo vtrum liberetur ab egritudine qua detinetur an non: vide primo quis est ille qui querit vtruꝫ scꝫ sit ipse ideꝫ infirmus vel alius qui querit pro ipso: & si pertinet ad eum q̃rere vel non: & si q̃rit de voluntate infirmi vel suo proprio motu: quoniam si ipse querit de voluntate infirmi ac de ipsius licentia prima datur ei & infirmo. si autē querat suo proprio motu prima datur ei: sed infirmo datur illa per quā significatur eius persona: vt si querat pro fratre prima datur querenti: tercia infirmo. si pro patre prima datur ei: quarta datur infirmo Et ita intellige de significatis omnium domorum ꝭm ꝙ dictum est superius in tractatu de duodecim domibus. Considerabis etiaꝫ cuius conditionis sit infirmus vtrum scꝫ sit laycus vel clericus siue alio modo religiosus: & vtrum sit de illis qui preponuntur medico vel quibus preponitur medicus. fuerunt enim ex hoc plures ac diuerse opiniones: debes etiam aspicere spēm egritudinis ac ipsiꝰ esse: nam aliter est aspiciendum in egritudine noua: aliter in antiqua: & ego dicam tibi conditiones infirmorum ac infirmitatum: & quibus infirmis sit preponendus medicus & quibus non: & in quibus casibus: & qui infirmi sint preponendi medico & qui nō & in quibus casibus & quomodo & quando ꝭm diuersas opiniones iudicandum de infirmis si ihesus xp̄us dominus noster prestiterit mihi suam gratiaꝫ in hac parte. Quidā enim dabant ascendēs medico decimam infirmo: septimam infirmitati: quartam vero medicine: & in hac opinione fuerunt zael & eius sequaces. Et sic ꝭm hoc medicus preponebatur infirmo: septima infirmitati: decima vero medicine: & illi similiter preponebant medicum infirmo vt si fiat questio de infirmo: medicus etiam preponitur infirmo eo & medico ignorantibus tunc medicus preponitur ei qm̄ datur vel alius pro eo de ipsiꝰ voluntate cuiuscūqꝫ ꝯditionis sit infirmꝰ vel q̃rat a medico ignorante infirmo tunc prima dat̃ infirmo: decia medico

septima infirmitati: q̄rta medicine ⁊ in isto casu preponitur infirmus medico. ¶ At si aliq̄s suo proprio motu querat de rege infirmo eo ignorante prima datur medico: decima infirmo: septima infirmitati: quarta medicine. Si aūt querat eodē modo de papa vel de quocunq̄ alio clerico prima dat̄ medico nona infirmo: septima infirmitati: tercia vero medicine. ¶ Nunc autē dicā tibi conditiones egritudinū: si enim scīueris conditiones egritudinū poteris de ipsis melius ⁊ securius iudicare. Et licet medicina dicatur fuisse inuenta pro diuitibus ⁊ magnatibus: tamen vulgus rusticorum iam irruit in medicamen: nec mirum quoniam ⁊ ipsi sicuti ⁊ magnates infirmantur ⁊ affectant liberari. Dicere egritudo annosa seu antiquata ego reputo eam annosam ⁊ vetustam exquo est annua: quoniā egritudines annue de leui nunq̄ curant̄ imo difficilime. Egritudinem vero non antiquatā reputo illam que non est adhuc annua. Unde si egritudo est antiquata q̄ sit plusq̄ annua cuiuscunq̄ conditionis sit infirmus debes dare duodecimam egritudini si est egritudo noua que non sit annua debes ei dare septimam si tu das primam medico: quoniam medicus est inimicus egritudinis. Et si tu das decimam infirmo: debes dare quartam medicine: quia licet medicina curet infirmum tamē est ei opposita: ⁊ oppositio significat inimicitiā. vnde medicina dicit̄ inimica infirmitati: quia in medicinis reperiuntur ea que sunt cōtraria nature ⁊ que non nutriunt eam imo exterminant aliquando. Si tu das nonam infirmo: tercia datur medicine. si tu das terciā infirmo sicut fit aliquando nona dat̄ medicine. Et oportet te considerare vtrum egritudo sit vniuersalis siue particularis: quia si vniuersalis debes iudicare vniuersaliter de toto corpore. si vero particularis debes iudicare s̄m illud membrum in quo egritudo viget. ¶ Sed si tu quereres qualiter diuersificantur domus significantes domos ⁊ medicos ⁊ infirmitates ⁊ medicinas cum iste domus debeant esse equales imo quasi eedem: bene credo q̄ posset tibi assignari causa sed longum esset enarrare: nec possunt vbiq̄ omnia disputari: vnde necesse est nobis tenere dicta philosophorum ⁊ scire q̄ ipsi non dixerunt hoc sine causa: oportet enī addiscentem credere. Amodo ordinabo tibi modum iudicandi de infirmo vtrum liberetur an non: verūtamen volo q̄ tu scias primo de hoc q̄d dixit zael ⁊ quod dixerunt sequaces eius qualiter est intelligendum: quia in eo q̄ ipse dixit q̄ ascendens significat medicum dixit hac de causa: quia egritudo significatur per septimā ⁊ medicus est inimicus egritudinis: vnde cū prima sit inimica septime que significat infirmitatem recte datur prima medico cū ipse sit inimicus infirmitatis: ⁊ in hoc significatur medicus per primam: q̄a s̄m q̄ prima domus fuerit fortunata ita proficiet infirmo cura medici: ⁊ s̄m q̄ fuerit infortunata ita nocebit ei cura illius medici. Et ob hoc dixit zael q̄ prima datur medico hoc q̄ ipse dixit q̄ decima datur infirmo non fecit alia de causa nisi quia significat̄ per decimā vtrū infirmus sit obediens medico quia si bene obedierit erit ei iuuamē aliq̄d: ⁊ hoc sciet̄ per planetā qui fuerit inuēt' in deciā: q̄a si fuerit bon' erit infirm' obediens ⁊ illa de causa poterit meli' curari. Septimā dedit infirmitati: q̄a p septimā sciet̄ vtrū egritudo sit breuis vel lōga: nā si fuerit ibi fortūa cito liberabit̄ ⁊ spāl'r si h̄ ibi dignitatē

Et si fuerit ibi malꝰ qui non sit bene dispositꝰ inualescet egritudo in infirmū
Quarta datur medicine: quia per quartam scitur vtrū medicina sit valitura
egro an nō ſm q̄ ipsa fuerit bene vel male disposita: naȝ si fuerit ibi fortuna
valebit medicina infirmo. Si vero fuerit ibi malꝰ qui nō ibi hēat dignitatē
scȝ domum vel exaltationem vel duas de alijs dignitatibus minoribus erit
medicina potius ad damnum egri q̄ȝ ad eius vtilitatem. ¶ Sed alio mō ⁊
directa linea vt sciatur vtrum eger liberetur an non: prima datur infirmo ⁊
eius dominus ⁊ luna: ⁊ sexta datur infirmitati si fuerit infirmitas noua que
non transcenderit annū. Si vero fuerit egritudo vetusta que habuerit plus
vno anno datur ei duodecima vt dictū est. Debes etiam videre vtrum signi
ficator infirmi sit de planetis qui habent amicitatē cum significatore medici
vel medicine vel infirmitatis per quamcunqȝ domum significantur medicus
vel infirmꝰ vel medicina vel infirmitas: quia si significator medici fuerit de
illis planetis qui diligunt significatoreȝ infirmi erit medicus vtilis infirmo
Si significator medicine fuerit de illis similiter qui diligunt significatorem
infirmi erit ei vtilis medicina illiꝰ medici. Similiter si fuerit significator in-
firmitatis de illis minꝰ nocebit infirmitas. Sed si significator medici fuerit
de inimicantibus infirmo non proficiet medicus nec eius medicina imo no-
cebit ⁊ ꝯtraria erit ei. Et ille qui fuerit de amicis proderit: ⁊ ille qui fuerit de
inimicis nocebit ⁊c̄. Et si omnes fuerint de amicis omnes proficient: ⁊ si oēs
fuerint de inimicis omnes nocebunt. Et si fuerit iunctus significator medici
vel luna cum domio septime inimicabitur egritudo. Et si fuerit iunctus cum
dn̄o sexti prolongabitur plusq̄ȝ videatur debere esse: ⁊ vltimo tamen in casu
euadet ⁊ liberabitur infirmus. Considerabis etiam vtrum significator egri-
tudinis sit in aliquo de gradibus azemena ⁊ fuerit in duodecia vel in octaua
⁊ aspexerit eum aliquis malorum: quoniaȝ significat q̄ non liberabitur eger
ab egritudine illa quin remaneat aliqd̄ impedimentū in membro deputato
illi signo cuius fuerit gradus azemena. Et est ibi inquirenduȝ ab infirmo vel
ab alio qui sciat indicare tibi tempus egritudinis: quoniaȝ si egritudo fuerit
plurium annorum non cito liberabitur eger.

¶ Capitulum secundum de infirmo vtrum euadet.

Si aliquis infirmus a te quesierit vtrum liberetur ab infirmitate an non
aspice ascendēs ⁊ dn̄m eius ⁊ lunā qui sunt significatorēs interrogantꝭ
⁊ vide si dn̄s ascendentꝭ fuerit in angulo ascendētis vel in angulo medij celi
significat eius liberationē: ⁊ etiam si fuerit in septīa vel in quarta ⁊ aspexerit
ascendens significat eius liberationeȝ nisi ipse sit impeditus a malis ex q̄rto
aspectu vel ex oppositione vel sit combustus vel sit cum cauda draconis in
eodē minuto vel vadens ad eam ⁊ sit inter ipsum ⁊ caudā minus. 15. minutꝭ
sine aspectu fortune: quoniam aspectus fortune franget maliciam caude ad-
iuuando dn̄m ascendentis: etiam si fuerit quadratꝰ siue cum receptione siue
non. Sed si fuerit ex opposito cum receptiōe similiter frangit illam maliciā
nisi ipse sit dn̄s octaue domus: quia tunc non adiuuat sed nocet siue fortuna
sit siue malus ille qui iungitur domino ascendentis vel cui iungitur dominꝰ
ascendentis. Si aūt dn̄s ascēdētis fuerit impeditus aspice tūc lunā si fuerit

libera a malis ⁊ fuerit in angulo ⁊ aspexerit ascendēs nec aspexerit eam dn̄s octaue nec fuerit ei iunctus corporaliter significat euasionem ab infirmitate. Aspice etiam dominū ascendentis vel lunam illum scʒ per quem tu operaris ⁊ qui est fortior in significatione si fuerit supra terrā quia signū est euasionis ⁊ maxīe si aspexerit ascēdēs vel iungat̄ planete q̄ aspiciat ascēdens ⁊ reddat lumē dn̄i ascēdētis lūe vel ad ascn̄s nec sit dn̄s ascn̄t vel luna iūcti planete existēti sub terra tūc sig̃t liberationē nisi mala cura vel mala custodia faciat cōtrarium: quia nedū infirmus sed sanus posset se male tractare si vellet dicēs ego faciam ita ꝙ iste astrologus mentietur faciendo contrarium eius quod facere deberet: verūtamen exquo tu funct⁹ es officio tuo qui sentit culpa sua damnum sibi imputet. Si autem dominus ascendentis vel luna fuerit sub terra videlicet in secūda vel tercia vel quarta vel quinta vel sexta nec fuerit iunctus aliquis eorum planete existenti supra terram significat eius morteʒ Si autem planeta fortuna cui iungitur dominus ascendentis vel luna qui significat euasionem infirmi fuerit retrogradus significat prolongationem egritudinis. ⁊ eo fortius ⁊ prolixius si fuerit cadens ab angulo tamē postea liberabitur. Si vero ille planeta cui iungitur domin⁹ ascendentis vel luna ⁊ cui ipsi cōmittunt dispositionē intrauerit in combustionē significat mortē infirmi. Preterea si fuerit dominus ascendentis significator scʒ ꝙ ipse sit ita fortis ꝙ significatio attribuatur ei priusq̄ʒ attribuatur lune ⁊ fuerit iunctus alicui malo planete existenti sub terra significat mortem eius. Si auteʒ dn̄s ascendentis fuerit impeditus vt dictum est ita ꝙ non posset esse significator infirmi sed deueniat significatio ad lunā: vide etiam si ipsa fuerit supra terrā que si fuerit iuncta malo planete existenti sub terra significat mortem illius infirmi. Similr̄ si luna fuerit iuncta domino ascendentis ⁊ ipse fuerit velox cursu ⁊ fuerit descendens ab auge sua vsq̄ʒ ad medium ecentrici vel a longitudine longiori ad stationem primam quod accidit ei quando argumentuʒ est a. 15. gradibus ad duo signa ⁊. 15. gradus tunc significat ꝙ eger ille liberabitur cito ⁊ cito reassumet vires corporis sui. Et si inueneris lunaʒ vel dominum ascendentis iunctum cum saturno significat prolongationem egritudinis etiam si fuerit egritudo noua. si vero fuerit antiq̄ significat eius longā diuturnitatē. Et si dominus ascendentis fuerit sub terra ⁊ luna fuerit iuncta planete in tercia vel sexta vel nona vel duodecima qui iam sit cadens ab angulo significat mortem infirmi. Similiter si dn̄s ascendentis fuerit iunctus domio octaue dom⁹ ⁊ luna fuerit alias impedita vel luna fuerit iuncta dn̄o octaue domus ⁊ dn̄s ascendentis fuerit impeditus significat mortem illius infirmi. Hoc tamen attendenduʒ videto ꝙ si dominus ascēdentis recipiat̄ a domino octaue domus ⁊ ipse dn̄s ascendentis non recipiat dn̄m octaue: quia non significat mortem sed significat egritudinem timorosam valde sed non periclitabitur infirmus nisi per errorem. Si autem dn̄s ascendentis vł luna receperit dn̄m octaue domus significat mortem. Uidebis etiaʒ vtrum significator infirmi vel luna inueniatur in nona ab ascendēte questionis q̄m tunc reddit eum dubium ita ꝙ leui errore posset periclitari quoniam videt̄ ꝙ vadat ad sepulturam. Si auteʒ inueneris in nona a domo per quam ipse significatur significat ꝙ reddat eum iterum magis dubium. Et si fuerit luna

vel alius planeta qui transferat lumen dñi ascendentis ad dominum octaue significat vltimatum timorez infirmi ꝛ ꝙ paruissimus error comedendi siue diete faciet egrum periclitari ꝛ vix erit ꝙ ipse euadet: erat tamen possibile ꝙ euadat per optimam curam ꝛ optimam custodiam tam astantium ꝙ̃ infirmi ꝛ etiam medici ꝛ obedire ipsius infirmi medico. Si autem fuerit dominus ascendet. in octaua ꝛ fuerit receptus a domino octaue nec ipse receperit eũ significat etiam liberationem post desperationem. sed si receperit eum dñs ascendentis significat mortem. Si autem dñs octaue fuerit ponderosior ꝙ̃ dñs ascendentis ꝛ dñs ascendent. iungatur ei cum receptione ita ꝙ domin⁹ ascendentis recipiat dñm octaue significat mortem. Si aũt fuerit coniunctio domini ascendentis cum dño octaue ꝛ illa ꝯiunctio fuerit a trino vel sextili aspectu significat etiam mortem siue recipiat dñs ascendentis dñm octaue siue non. Si fuerit dñs ascendentis in aliquo angulorum significat mortem sed non in continenti sed significat eam qñ dñs octaue peruenerit ad gradũ ascendentis. Qđ si tunc non fuerit erit qñ dñs octaue perueniet ad gradũ in quo erat dñs ascendentis hora questionis: vel si fuerit dñs ascendentis dñs octaue erit qñ perueniet ad gradum in quo erat dñs octaue hora questionis Similiter si luna vel aliqs alius planeta transtulerit virtutez seu lumen dñi ascendentis ad dñm domus mortis ꝛ ipse dñs domus mortis fuerit fortis: vel fuerit in angulo ꝛ dñs ascendentis fuerit cadens ab angulo: vel fuerit in dispositione domus sue vel exaltationis sue significat mortem. sed qñ non fuerit cadens ab angulo licet sit in oppositione domus vel exaltationis sue si fuerit receptus non significat mortem. At si dñs octaue domus fuerit in ascendente ꝛ dñs ascendentis ꝛ luna fuerint impediti significat ꝙ egritudo illa augmentabitur multũ ꝛ erit infirmus in periculo mortis: tñ euadet licet vix cum bona tñ custodia ꝛ cautela sicut dictum est. Similiter si dñs ascendentis ꝛ luna fuerint impediti ꝛ ille cui dñs ascendentis vel luna cõmiserit dispositionẽ suam fuerit impeditus significat mortẽ. Si vero sol⁹ receptor dispositionis qui est planeta ponderosus cui iungitur dñs ascendentis vel luna fuerit impeditus significat prolongationem egritudinis ꝛ hoc accidet quia recidiuabit infirmus: propterea quia non curabitur nec bene seruabit debitam dietam ꝛ ꝙ adherebit consilijs stultorum ꝛ male consulentium ei. Similr si dñs ascẽdẽtis fuerit sub terra ꝛ fuerit iunctus dño octaue in q̃rta vel fuerit supra terram ꝛ fuerit iunctus dño octaue in octaua vel de octaua significat mortẽ si dñs ascendentis receperit dñm octaue. si aũt non recepit eum licet dñs octaue receperit dñm ascñtis grauabitur egritudo illa multũ ꝛ erit in periculo mortis tñ liberabitur cũ auxilio sibi exhibito. Silr si dñs ascñtis non aspexerit dñm octaue nec ipse eũ sed transtulerit lumen int eos aliqs pl'a ꝛ dñs ascñtis fuerit cadens ab ascñte: ꝛ dñs octaue fuerit in aliquo angolo ꝛ qm̃ eius fortitudo in angul' est pessima sigt egrũ moriturũ ex egritudine illa. ¶ At dixit zael ꝙ si dñs ascñtis fuerit cõbust⁹ ꝛ fuerit de supiorib⁹ ꝛ fuerit añ solẽ. 13. g̃. vel min⁹ vel p⁹ solẽ. 4. g̃. vel min⁹: vel fuerit de inferiorib⁹ ꝛ fuerit añ solẽ. 3. g̃. vel min⁹ vel fuerit p⁹ solẽ. 14. g̃. vel min⁹ sigt mortẽ infirmi nisi forte dñs ascñtis sit receptus q̃a tunc sigt euasiõz post despatõz ꝛ forte videbit mortu⁹ cũ nõ sit: ꝛ possibile ẽ vt credat mortu⁹ ꝛ subtret viu⁹

Si autem planeta ponderosus cui dñs ascendentis cōmittit virtutē seu dispositionem suā fuerit liber ab impedimentis nec sit cadens ab angulis nec ab ascendente nec cōmiserit dispositionem quam cōmisit ei dñs ascendentis alteri planete: et luna similiter fuerit libera ab impedimētis significat quod eger liberabitur etiam sine magnis curis medicorum. ¶ Et dixit quidā ex cretaneis viris quod cū pars infirmitatis fuerit a principio ascendentis vsque in finem quarte domus significat causam egritudinis de re preterita. Cum fuerit a principio quinte vsque in finē octaue significat eam de causa presenti. Cum fuerit a principio none vsque in finē duodecime significat eam de causa futura. ¶ Ad esse quidem egritudinis vtrum sit durabilis an non aspice domū sextam que est domus infirmitatum et vide si est signum fixum figetur infirmitas et manebit in suo esse et non mutabitur ad aliam. Si vero fuerit signū mobile mutabitur illa egritudo facile ad aliam. Si vero fuerit signum cōmune alleuiabitur illa infirmitas vna vice et alia aggrauabitur. ¶ Ad sciendum vtrum egritudo sit antiqua vel noua aspice lunam et vide a quo planeta ipsa fuerit separata. si quidē fuerit separata a planeta orientali erit egritudo nouella. si vero fuerit separata a planeta occidentali erit egritudo antiqua. si tu inueneris quod egritudo sit antiqua conditionibus premissis duodecimā considerabis et iudica per ipsam de esse egritudinis sicut iudicasti superius de egritudine nouella per dñm sexte domus. Aspice similiter in liberatione ab egritudine: quia si luna iungitur planete orientali significat quod egritudo posset cito curari. Si vero iuncta fuerit planete occidentali curabitur egritudo illa tarde et cū grauitate. Quod si nulli planete fuerit iuncta muta eam de signo in quo est ad aliud et vide cui planete primo iungetur post exitum a signo in quo est vtrum iungatur planete orientali vel occidentali et secundum illum cui iungitur iudica de velocitate vel tarditate liberationis egritudinis. Et omnia hec fient melius et velocius si aliqua fortuna aspexerit dñm ascendentis et ipse dominus ascendentis non fuerit cadens ab ascendente nec ab angulo. Uide similiter ne aliquis malorum iungatur dño ascendētis vel ipse illi corporaliter vel ab oppositione vel a quarto aspectu quoniam infortunat eum et vix aut nunquam permittet egrum euadere: si ille malus receperit dñm ascendentis euadet infirmus et vix: si aūt non receperit timetur tunc ne non euadat imo non liberabitur. Considera etiam lunā que si fuerit iuncta planete velocis cursus et ipsa sit velox cursu significat quod eger cito liberabitur. Si fuerit iuncta planete retrogrado significat prolongationē egritudinis et eius diuturnitatem Si aūt fuerit iuncta planete tardi cursus significat prolongationē et aggrauationem egritudinis ita quod vix euadet infirmus: et potius videtur quod moriatur quam quod euadet.

¶ Capitulū terciū de diebus creticis et crisi bona vel mala in egritudinibus.

PReterea debes videre locum lune in hora questionis siue in principio egritudis si habueris principium eius et prospice vbi erit luna in septima die ab inicio egritudinis vel questionis et vbi sit similiter in decimaquarta die et vbi erit in vicesimaprima die: et vbi erit in vicesimaoctaua die: quia si fuerit bene disposita in aliquo illorum dierum alleuiabitur tunc infirmus et melius videbitur esse sibi: et fiet crisis ad bonum nisi mali impediant corporaliter vel

ab oppositione vel quarto aspectu sine receptiõe. Et si in aliquo illorum dierum fuerit impedita et male disposita signum quod tunc aggrauabitur infirmus et peius erit ei: et specialiter si fuerit tunc in coniunctione domini sexte domus: quia tunc dubitabitur de infirmo. Si vero fuerit ille malus qui impedierit dominus. 8. morietur tunc infirmus. ¶ Preterea vide in quo die de alijs diebus preter supradictos luna fuerit iuncta alicui bono planete in illo die alleuiabitur infirmus et quiescet et salubrius erit ei. Et ex hoc fit quod aliquando superuenit crisis infirmo ad bonum in die qua non creditur nec videtur debere fieri. Et vide in quo de alijs diebus preter predictos luna iuerit ad coniunctionem corporalem malorum vel eorum oppositionem vel quartum aspectum quia in illo die aggrauabitur magis infirmus: et specialiter si iungatur cum domino sexte domus: et si venerit crisis erit potius ad nocumentum quam ad salutem: et maxime si accideret quod iungeretur cum domino. 8. domus: quia tunc posset esse crisis ad mortem potius quam ad vitam. Et in hoc decipiuntur quandoque medici quia cum predixerint crisim futuram in die cretico secundum medicinam euenit crisis aliter quam ipsi dicant: quod accidit propter coniunctionem lune cum planetis in illis diebus: vnde vilipenduntur medici a laicis quia falluntur in suis pronosticationibus nec sunt tamen reprehendendi. ¶ Dies autem supradictos oportebit te inuenire ita quia si tu vis scire diem septimam a die egritudinis vel a die questionis oportet te considerare in quo gradu erat luna hora questionis seu principij egritudinis: et addere desuper. 90. gradus alios et habebis diem septimam proijce tunc illos. 90. gradus a gradu lune et in quo signo fuerit finitus numerus ibi erit luna in illo gradu: vel poteris equare secundum tabulas et inuenietur idem locus. Tunc vide quomodo et a quibus aspiciatur et secundum aspectum bonorum vel malorum planetarum ad lunam iudica de bono vel de malo infirmi. ¶ Ad inueniendum. 14. diem a die questionis vel principij egritudinis adde super locum lune prius habitum. 180. gradus: et proijce eos a gradu in quo erat et vbi ceciderit numerus ibi erit locus lune in. 14. die a die questionis seu principij egritudinis: et tunc iudica de. 14. die sicut iudicasti supra de septima. Ad diem vero. 21. inueniendum adde super locum lune. 270. gradus et proijce a loco lune supradicto et vbi ceciderit numerus ibi erit locus lune in. 21. die a die questionis vel principij egritudinis. Vide tunc aspectum planetarum ad lunam et iudica secundum quod iudicasti de die septima. ¶ Ad inueniendum diem. 28. adde super locum lune. 360 gradus et habebis locum lune hora questionis vel egritudinis et tunc iudica vt supra dictum est de. 7. die. Et scito quia in omnibus istis diebus semper quandocunque luna venerit ad bonos planetas eger tunc alleuiabitur et quandocunque venerit ad malos tunc grauabitur.

¶ Capitulum. 4. vtrum aliquis absens infirmabitur.

Et si solicitetur aliquis de aliquo absente vel quouis alio vtrum sit infirmus an non vide cuius conditionis sit ille qui querit et ille de quo queritur et secundum illud iudica. scilicet vtrum querat de fratre vel de patre vel filio vel seruo vel vxore vel socio seu inimico vel episcopo vel alio religioso vel rege seu alio suo domino vel amico vel inimico occulto: quoniam oportebit te dare primam querenti et quesito illam per quam significatur quesitum. Aspice tunc ascendens et dominum eius et da ipsum querenti et dominum domus per quam significatur quesitum et lunam dabis quesito. ¶ Si fuerit dominus domus quesiti vel luna in angulo non impeditus a malo signum est eum esse sanum. Idem si fuerit aliquis eorum in succedenti angulum liber a malis et ab alijs impedimentis supradictis.

¶ Si aūt fuerit dñs quesiti in sexta vel fuerit dño eius iunct⁹ corporaliter vel in eius oppositione vel quarto aspectu sigt euzesse infirmū siue sit in domo sexta questionis siue sit in domo sexta a domo sua siue cū ei⁹ dño iunctus
¶ Si vero hec impedimenta supradicta nō affuerint dic eum. nō infirmari.
¶ Et dixit magister q̄ si dñs ascendētis et luna fuerint vacui cursus q̄ debes videre quis eoꝝ pambulauerit plures gradus in signo in quo est ⁊ mutare illū ad aliud signū quod illi succedit: ⁊ aspice cui ipse primo iungat fortune vł malo qui si iungit fortune que recipiat eū sigt liberationē nisi sit illa fortuna impedita impedimētis supradict[is] vel sit cū ipsa dñs. 8. dom⁹: quia tunc dubitat de morte infirmi: ⁊ maxime si dñs ascendētis vel luna receperit dominū octaue domus: sed si non receperit eum tunc significat euasionē ab infirmitate quasi post desperationē: videt tñ q̄ debeat euadere nisi error medici vel infirmi vel astantium faciat cōtrarium: sub tali exemplo.



¶ Interrogatio cuiusdã infirmi fuit ascendens virgo.15.gradus ⁊ decima
dom⁹ gemini.15.grad⁹ ⁊ mars in geminis.17.gradus ⁊.30.mi. ⁊ luna in tau
ro.26.gradus.25.mi. Jupiter in tauro.9.grad⁹ ⁊.15.mi. Sol in ariete.27.
gradus ⁊.30.mi. Saturn⁹ in ariete.10.grad⁹.15.mi. Mercuri⁹ in ariete.20
gradus.50.mi. Uenus in pisce.5.grad⁹.37.mi. ¶ Et dixit ꝙ aspexit ascen-
dens ⁊ dñm eius ⁊ lunã ⁊ ceteros planetas ⁊ angulos ⁊ alias domos. ⁊ erat
mercuri⁹ qui erat dñs ascendẽtis vacuus cursus.s. nemini iunctus ⁊ luna si-
militer vacua cursu nemini iuncta. Significant ergo dñs ascendẽtis ⁊ luna
ꝑ euacuationẽ cursus eoꝝ ꝓlongationẽ infirmitatis illi⁹ ⁊ ei⁹ grauitatẽ: vn-
de ipse mutauit lunã a signo in quo erat videlicet de tauro ad geminos. Et
ideo mutauit lunã ⁊ nõ dñm ascendẽtis: quia ipsa ꝑambulauerat plures gra
dus de signo ĩ quo erat q̃3 mercuri⁹ dñs.s.ascendẽtis de suo: ⁊ postq̃3 ipsa in
trauerat geminos fuit primo iuncta veneri que erat in pisce q̃3 alicui alteri
planetarũ ⁊ cõmisit illi dispositionẽ suã: ⁊ ven⁹ iungebat ioui ⁊ recipiebat
eum de domo sua.s.de tauro ⁊ iupiter recipiebat venere3 de domo sua simi
liter videlicet de pisce: nec cõmittebat iupiter dispõnem alicui qm̃ nõ iunge
bat saturno ipse eñi non iungit alicui planetarũ nisi saturno qui est ponde-
rosior eo: alij vero iñgunt ei oẽs quia sunt leuiores eo. Et illa cõiunctio quã
faciebat venus cũ ioue mutua receptione significabat ꝙ infirmus ille debe
bat liberari ab egritudine illa: tamen esset infirmitas in augmentatione do-
nec ꝑficeret coniunctio veneris cũ ioue gradu per gradũ ⁊ ipsa transiret eu3
ꝑ vnũ minutũ: ⁊ videbat ꝙ esset egritudo in augmentatione duob⁹ diebus
⁊.15.horis fere dando vnicuiq3 gradui vnũ diẽ ⁊ oib⁹.5.minutis duas ho-
ras qm̃ erat inter eorũ ꝑfectã cõiunctionẽ.2.gradus ⁊.38.minuta, abinde in
antea incipit infirm⁹ alleuiari. Et dixit ꝙ fuit ille infirm⁹ qui quesiuit de sta
tu suo ⁊ nõ cessauit ei⁹ infirmitas augmẽtari donec fuit completa cõiunctio
veneris cũ ioue gradu ꝑ gradũ incõtinenti quãdo fuit venus sepata a ioue ꝑ
vnũ minutũ incepit infirmus alleuiari ⁊ incepit quiescere ⁊ diminut⁹ est do
lor eius. ¶ Et dixit idem phs ꝙ si venus esset iuncta marti ⁊ nõ ioui qm o
reret infirmus nisi mars qui erat dñs domus quarte reciperet venerẽ ⁊ ipsa
nõ reciperet eum: quia si ipsa reciperet martem videretur ꝙ infirmus ille re-
ciperet mortem ⁊ moreret: quoniam mars habet significare rem de qua est
questio videlicet mortem: quoniã dñs ascendentis vel luna semper quãdo
iungunt ambo vel vnus eorum dño rei quesite perficit res illa de qua fit in
terrogatio: maxime si receptio interueniat: iudiciu3 enim mortis non est ex
toto sicut iudiciũ aliarum rerum quia si dñs ascendentis vel luna iungitur
dño octaue domus sine receptione significat mortem nisi dñs octaue dom⁹
recipiat dominum ascendentis vel lunam: ⁊ dñs ascendentis non recipiat
eum neq3 luna. Sed si dñs ascendentis vel luna recipiat dñm octaue signifi
cat mortem siue dominus octaue recipiat dominũ ascendentis vel luna3 si-
ue, non. Mors eni3 non est sicut sunt alie res quia quãdo significatur mors
non aspicitur vtrum mutet res postquã euenerit an non: nullus enim signi-
ficatorum potest mutare vel destruere mortem postquã peruenit in actum

Sed alie res mutant᷑ ⁊ destruunt᷑: aliqñ etiā postq̄ȝ fuerint pfecte. Nam qñ dñs ascendētis vel luna iungunt᷑ dño rei quesite vel dñs rei quesite iungitur dño ascendētis significat᷑ effect⁹ rei illi⁹ Sed licet pficiat᷑ aliqñ sicut superi⁹ dixi tibi: postea dñs rei q̄site iungit᷑ malo impediēti eū cui ipse cōmittat dispositionē destruit᷑ res postq̄ȝ fuerit pfecta: sed in morte nō pōt hoc accidere q̄ destruat᷑ postq̄ȝ fuerit pfecta: qm̄ ipsa soluit oēm questionē: ⁊ est ei⁹ snīa talis a qua nō pōt appellari. De sanitate aūt seu liberatione nō est ita: q̄ꝛ si planeta aliquis significauerit liberationē infirmi ⁊ postea fuerit iunct⁹ malo planete qui impediat eū ⁊ cōmittat dispositionē suā illi destruet᷑ res postq̄ȝ videbit᷑ directa q̄ debeat pfici. s. liberatio infirmi. Unde ille qui videt᷑ debere liberari pōt mori postq̄ȝ videbit᷑ debere posse euadere sed ille qui est moriturus nō pōt reuiuisci post mortē quicquid receptor dispōnis videat᷑ postea significare. ¶ Cōsiderabis etiā dñm domus significātis infirmū in qua pte figure inuenies ipm̄ vtrū. s. in prima quarta seu in secunda seu in tercia siue in quarta ⁊ opare p ipm̄. Quē si inueneris in prima. 4. figure siḡt eū querere de egritudine que iā fuit. Si aūt fuerit in secūda quarta siḡt eū querere de egritudine que nunc est. Si vero fuerit in tercia quarta siḡt eum querere de egritudine futura vel de recidiuatione: qm̄ siḡt eum recidiuaturū. At si fuerit in vltima quarta siḡt eum querere de egritudine cronica. s. que iam fuit ⁊ nunc est ⁊ in antea futura seu duratura est: ⁊ eo certi⁹ si fuerit iunctus cū aliquo ex dñis signoꝝ alicuius illarū quartarū in sua quarta.

¶ Capitulū. 5. vtrū seruus liberet᷑ a seruitute an non.

In pcedenti capitulo dictū est de infirmo vtrum liberet᷑ ab infirmitate an non. Restat nūc dicendū in isto capitulo de seruo vtrū liberet᷑ a seruitute an nō: nec incassum qm̄ seruitus grauissime egritudini ꝯpat᷑: nō est eñ egritudo que posset dici deterior illa que semp vbiq̄ȝ ⁊ indifferent᷑ atq̄ȝ cōtinue affligit: nulla egritudo enim est quin aliquali affligat interuallo vel aliquali quiete p̄ter seruitutē in illa enim interuallū vel quies non interuenit. Unde si pro seruo tibi questio aliqua moueat᷑: vt si seruus dicat absolute vide si liberabor a seruitute an non: tunc prima dat᷑ seruo ⁊ dñs ascendētis ⁊ luna similiter: decima vero dat᷑ dño eius qualiscūq̄ȝ fuerit dñs: etiā si sit alias vilis psona: aspice tunc dominum ascendentis pro seruo ⁊ vide si ipse sit iunctus dño decime dom⁹ ⁊ sit cōiunctio pfecta siue sit corporalis siue aspectualis qualiscūq̄ȝ fuerit aspect⁹ siue cū receptione siue sine receptione: ⁊ sit cōiunctio cōpleta gradu p gradū ⁊ minuto p minutū: dic q̄ liberabit᷑ a seruitute illa ⁊ leuiter ⁊ in breui. Si vero fuerit sepat⁹ dñs ascēdētis a dño decie dom⁹ p vnū minutū vel per plus siḡt hoc q̄ iam sit liberatus a seruitute. Si vero nō fuerit de dño ascendētis qđ dixi tibi aspice tunc significatricē videlicet lunā ⁊ iudica fm̄ illud qđ dixi tibi de dño ascendētis ¶ Si quidē non fuerit de dño ascēdētis neq̄ȝ de luna quod dixi tibi. s. q̄ neuter eoꝛū sepet᷑ a dño decime dom⁹: aspice iterū eos: ⁊ si inueneris eos vel alterū illoꝝ iunctū cū sole vt dictū est cū dño decime vel ab eo sepatū cōditionib⁹ p̄missis idem iudicabis de ipsis cum sole quod iudicasti cū dño decie ¶ Si vero interrogatio eius fuit determinata ⁊ non absoluta vt si dicat liberabor a serui

tute dñi mei in qua sum siue egrediar de potestate sua siue nõ: aspice tunc do minũ ascendentis ⁊ vide si ipse fuerit cadens ab angulo ⁊ non aspexerit ascẽdens: nec fuerit iunctus planete in angulo nec qui aspiciat ascendẽs: vel fuerit in tercia vel in nona vel fuerit iunctus planete in eis dic ꝙ liberabiť a seruitute illa ⁊ exibit de potentia dñi sui. ꝙ si nõ fuerit ita de dño ascendẽtis si fuerit de luna illud idem iudicabis. ¶ Si vero fuerit dñs ascendentis vel luna in ascendente vel in decima vel q̃rta vel septima vel fuerit aliquis eoꝝ iunctus alicui planete in eis nõ liberabiť si ille cui iungiť dñs ascẽdẽtis vel luna fuerit directus. ¶ Si vͦo fuerit retrogradus sig̃t liberationẽ sed cũ tarditate atq; labore maximo ⁊ inuolutione atq; dilatione. ¶ Si autem fuerit dñs ascendentis impeditus in ascendente vel in decima vel septima vel in quarta ꝑ coniunctionẽ corporalẽ alicui⁹ mali planete vel ꝑ eius oppositionem vel quadratum aspectũ: aut si ingrediť in cõbustionẽ nõ liberabiť a seruitute illa nisi ꝑ mortẽ que soluit oẽm laqueũ solutione praua.

¶ Capitulũ. 6. vtrũ dñs alienet seruũ.

Si quid ẽ seruus aliq̃n sperãs vel forte timẽs ne dñs suus vẽdat vł alio modo alienet seũ quesierit dicẽs dñs meus apud quem sum est mihi bonus vel alter ad quẽ sum iturus est mihi melior. aspice tunc dñm prime domus qui si fuerit iunctus alicui planete qui recipiat eum de signo in quo est ꝑ domũ vel exaltationẽ vel ꝑ duas de alijs dignitatibus minoribus: nec dominus septime fuerit receptus ille apud quem est ⁊ in cuius potestate seru⁹ est ei melior. ¶ Si vero dñs septime fuerit receptus ille ad quem sperat ire est ei melior. ¶ Preterea cõsidera dñm ascendẽtis ⁊ lunã: ⁊ vide a quo separať aliquis eorũ: ⁊ vide cui iungiť si sepať a fortuna ⁊ iungiť malo ille cũ quo est est ei melior. ¶ Si vero sepať a malo ⁊ iungiť fortune ille ad quẽ intendit ire est ei melior. ¶ Si aũt sepeť aliquis eorum dñs. s. ascendentis vel luna a fortuna ⁊ iungať fortune vterq; erit ei bonus: sed si fuerit esse vni⁹ fortune melius q̃ esse alterius ẜm illud iudica. ¶ Si vero sepať a malo ⁊ iungiť malo vterq; erit ei malus ẜm ꝙ vnusquisq; illoꝝ fuerit dispositus. ¶ Et si non inueneris ꝙ dñs ascendentis vel luna iungatur alicui planete si fuerit vterq; vacuus cursu vide signũ in quo est ipse. s. dñs ascendentis vel etiã luna si habet in eo dignitatẽ maiorẽ q̃ in septima vel in secũda domũ. s. vł exaltationẽ vel terminũ vel triplicitatẽ vel faciẽ dñs cũ quo ipse est erit ei melior. ¶ Si vero habuerit maiorẽ dignitatẽ in secũda vel in septima q̃ in signo ascendẽte alter dñs est ei melior q̃ primus.

¶ Caplm. 7. de seruo emendo vel de quocũq; paruo aiali vel ancilla

Dictũ est de seruo vtrũ liberetur a seruitute an nõ Restat dicendũ in hoc capitulo de seruo emẽdo: ⁊ cũ dico de seruo potes idem intelligere de quolibet aiali paruo qd nõ equitať ⁊ significať ꝑ sextã domũ. Unde si aliq̃s sollicitabiť circa seruũ ⁊ voluerit ipm emere ⁊ fecerit tibi questionẽ vtrum cõpleať ei emptio illius serui quem emere intẽdit an nõ: aspice dñm ascẽdẽtis ⁊ significatricẽ que est luna qui sunt significatores interrogãtis: ⁊ vide si fuerint iuncti ambo vel vn⁹ eoꝝ dño sexte dom⁹ vel dñm sexte domus dño ascendẽtis: aut si inueneris aliquem planetã qui tranferat lumen inter dñm

ascendentis ⁊ dn̄m sexte: dic ei ꝙ acquiret seruū de quo ipse querit seu aīal de quo ipse interrogat ⁊ quod significat per sextā domū. Si vero nō inueneris dn̄m ascendētis iunctū dn̄o sexte vel lunam vel econtra: nec inueneris planetā qui transferat lumen inter eos nō acquiret seruū seu aīal de quo ipse dicit. Si aūt fuerit interrogatio de ancilla emenda dixit sarcinator ꝙ tu debes tunc ponere duodecimā pro ancilla. ¶ Arastellꝰ vero dabat sextā tam ancille q̄ȝ seruo. Intentio vero arastelli erat quādo fiebat mentio de ancilla simpliciter ꝓut ipsa erat de capitulo seruoꝝ. Intentio vero sarcinatoris erat prout ancilla esset vxor serui quem intenderet aliquis emere quoniam si sexta significat seruū eius opposita significat vxorem serui que est duodecima: ⁊ sic vtriqȝ benedixit. Unde si fiat questio de ancilla ꝓut ipsa est de genere seruoꝝ ita potes ei dare sextā sicut seruo. Si vero queraẗ de ipsa prout ipsa ē vxor serui de quo fit questio tu potes ei dare duodecimā: Potes etiā dare illi duodecimā alia de causa videlicet q̄n aliquis petit ab aliquo ancilam prima daẗ querenti septima daẗ illi a quo petiẗ ancilla: sexta a septima que est duodecima a prima daẗ ancille illiꝰ a quo ipsa petiẗ ⁊ etiā per illum eundē modū posses tu dare. 12. seruo. Unde si fiat tibi questio de ancilla ⁊ fuerit questio absoluta sicut dixi tibi superiꝰ in liberatione serui tunc dabis ei sextā. Si vero fuerit questio de ancilla ꝓut ipsa est vxor serui tunc dabis ei 12. Et si inueneris in prima cōditione dn̄m ascēdētis vel lunā iungi cū dn̄o sexte vel dn̄m sexte cū dn̄o ascēdētis dic ꝙ adipisceẗ ancillam de qua dicit. Siquidē inueneris in secūda cōditione dn̄m ascendētis vel lunā iungi cum dn̄o. 12. vel dn̄m. 12. cū eis iudica illud idē. Similiter si aliquis planeta trāstulerit lumen inter eos significabit adeptionē illius sicut dixi tibi de seruo

¶ Caplm. 8. vtrū dn̄s adipiscaẗ bona serui vel ancille.

In hoc capitulo restat dicere vtrū bona serui ꝓuentura sint ad manꝰ dn̄i eius an non: fuit enī defunctus quidā seruus cuiusdam viri quesiuit ille cuiꝰ fuit seruus vtrū esset adepturus reliquias illiꝰ serui: vide si fiat tibi talis questio: tu debes tunc aspicere dn̄m ascendentis ⁊ lunā ⁊ videre si ipsi ambo vel alter eoꝝ tm̄ iungaẗ dn̄o. 7. domus que habet significare substantiā serui qm̄ ipsa est secūda a sexta que sig̃t seruos ⁊. 7. substantiā eoꝝ dic ꝙ acquiret ille dn̄s substantiā quesitā. s. que fuerit serui sui: ⁊ illud idem dic si dn̄s. 7. fuerit iunctus dn̄o prime domꝰ. Similiter si dn̄s ascendētis vel luna fuerit in septima vel si dn̄s septime fuerit in ascendēte vel etiā in secunda: sed illud non est ita tutū: qm̄ si esset tunc impeditꝰ dn̄s secūde vel recipet eū dn̄s septime nec dn̄s secūde receperit eū posset dn̄s pati detrimentū in sua substantia causa recuperandi substantiā serui. Similiter si aliquis planeta transferat lumea inter dn̄m ascendētis ⁊ dn̄m septime adipisceẗ dn̄s substantiā serui per manus alicuius qui intromittet se de illa.

¶ De septima domo.

¶ Caplm primū de cōiugio vtrū perficiaẗ aut nō. Et si fuerit perfectū quō erit: ⁊ si nō fuerit ꝑfectū quid impediet ꝙ non ꝑficiaẗ.

Si fuerit ibi facta questio de matrimonio vtrū ꝑficiaẗ an nō: ⁊ si debet perfici ⁊ volueris scire per quē modū ꝑficieẗ: ⁊ si non debeat ꝑfici ⁊ volueris scire causam que impediet illud vt nō perficiaẗ; aspice tunc ascendens

⁊ dn̄m eius ⁊ lunam qui sunt significatores querentis ⁊ septimā ⁊ dn̄m eius qui sunt significatores quesiti quoniam ita bene pōt mulier querere de viro sicut vir de muliere ⁊ vide qualiter ⁊ quō se aspiciāt. Si quidē dn̄s ascendētis vel luna fuerit iunctus corporaliter dn̄o septime si fuerit vir qui querit adipiscet mulierē: si fuerit mulier que querit adipiscet viruꝫ ⁊ pficiet matrimoniū. Si vero aspexerint se a trino vel sextili aspectu pficiet similiter matrimoniū siue cū receptione siue sine receptione sit ille aspectus seu coniunctio corporalis. Si vero fuerit aspectus ex oppositione nō pficiet nisi receptio interueniat: nec erit de eo spes. Si vero fuerit aspectus quartus cuꝫ receptione perficiet licet sit in eo aliqua dilatio. Si aūt fuerit sine receptione erit spes de ipso vt pficiat ⁊ credet firmiter ꝙ pficiat: nec tamē perficiet nisi esset forte sicut fit aliqñ ꝙ illi qui habent rem in manu ꝙ possunt eam facere sint ita amici querentis ꝙ faciant vnitionē tunc forte posset res perfici ⁊ vix tamen ¶ Eodē modo si dn̄s septime fuerit iunctus dn̄o ascendentis p̄dict coniunctionibus. Similiter etiā si dn̄s septime fuerit in ascendente cōplebit matrimoniū cū leuitate atqꝫ sine importuāitate ⁊ erit magis volūtas mulieris q̄ꝫ viri si vir querat. Si vero mulier querat erit magis voluntas viri q̄ꝫ mulieris. Si autem non aspexerint se significatores sed erit aliquis planeta qui transferat lumen inter eos fiet res per manus quorundam qui se intromittent de re illa: ⁊ vide cuius domus sit dominus ille planeta qui transferat lumen inter eos quia per illum qui significat per illam domum fiet res Et si fuerit planeta masculinus erit vir: si fuerit femininus erit mulier. Deinde prospice planetam qui transfert lumen seu dispositionem inter dominum ascendentis ⁊ dn̄m septime vel cui ipsi cōmittunt dispositionem dn̄s s. ascendentis vel luna ꝺ dn̄s septime si fuerit liber ab impedimentis ꝙ non sit retrogradus neqꝫ combustus neqꝫ cadens ab angulis vel ab ascendente: nec sit obsessus a malis nec in eorum oppositione vel corū quarto aspectu sine receptione ꝙ si sic fuerit dic ꝙ res illa perficiet ⁊ durabit: si fuerit fortuna ille receptor dispositionis seu trāslator luminis ⁊ fuerit liber ab impedimētis supradictis durabit matrimoniū in bono esse ⁊ tranquillo ⁊ vtili ⁊ benigno. Si vero fuerit malus licet inueniat liber ab impedimētis supradictis ⁊ licet significet perfectionem matrimonij ⁊ eius durabilitatem tamen erūt inter eos plures contentiones ⁊ plures altricationes ⁊ plura iurgia licet nō semp. Et erunt susurrationes ille magis ex parte illius cuius significator fuerit malus siue viri siue mulieris sit significator ille malus: ⁊ fortasse celebrabit diuortium inter eos occasione illarū susurrationū. Si vero fuerit ille receptor dispositionis vel translator luminis infortuna ⁊ malus destruet res postq̄ꝫ credet ⁊ putabit directa: ⁊ destruet destructōe mala ita ꝙ surgēt inde maliuolentie ⁊ contentiones atqꝫ inimicicie. Si vero fuerit fortuna ⁊ fuerit impedita impedimentis supradictis vel aliquo ipsorum intellige in quolibet casu non perficietur res etiam postq̄ꝫ putabit directa sed non surgent inde inimicitie neqꝫ contentiones. Et si surrexerint nō erūt durabiles imo forte discedent ambe partes a ꝑposito de plano ⁊ cōi volūtate.

¶ Capitulū. 2. quid erit quod impediet matrimoniū.

Si vero volueris scire causam quare fiat illa destructio postq̃ȝ putabit matrimoniū directū aspice tunc quis est ille malus qui impedit receptionē dispositionis significatorū viri ⁊ mulieris. ¶ Si fuerit dn̄s secūde domus erit causa substantie querentis quia forte q̄ diceret alteri parti q̄ sit pauper. ¶ Si fuerit dn̄s tercie erit causa fratrū querentis: ⁊ si nō habuerit fratres erit ꝑ aliquod de illis que significant per terciam domū. ¶ Et si fuerit dn̄s quarte erit causa patrū vel per aliquod de illis que significāt ꝑ quartam domū. ¶ Et si fuerit dn̄s quinte erit causa filiorū: quia forte dicit q̄ habebit querens filios ⁊ ita remanebit res illa de causa: ⁊ si filios non habuerit erit quia nō est aptus ad habendū filios. sicut sunt aliquādo aliqui q̄ nō gignunt: ⁊ mulieres que non concipiunt vel que transiuerunt tempus concipiendi: vel causa q̄ mulier habuerit aliuȝ virum vel erit per aliquod de his que significant ꝑ quintā domū. ¶ Et si fuerit dn̄s sexte erit causa infirmitatis querentis: q̄ si nō habuerit infirmitatē erit per aliquod de illis que significant ꝑ sextā domū: ¶ Et si fuerit dn̄s octaue erit causa discretionis dotis mulieris: vel forte quia morietur querens anteq̄ȝ ꝑficiatur matrimoniū qđ poteris ꝑpēdere si dn̄s ascēdentis impediatur a dn̄o octaue dom⁹ vel iungatur ei vel ipse illi ⁊ recipiāt seinuicē sicut dicetur in capitulo qū de morte tractabitur vel erit ꝑ aliqđ de his que significant ꝑ octauā domū. ¶ Et si fuerit dn̄s none erit causa alicui⁹ religiosi vel forte q̄ querens aliqū fuit religiosus vel q̄ assūmet sibi aliquē habitū alicui⁹ religionis: vel erit ꝑ aliquod de his que significant ꝑ nonā domū. ¶ Et si fuerit dn̄s decime erit cā regis vel ꝑtātis vel alicui⁹ magni nobilis vel alicui⁹ officij laicalis qđ euenerit querēti vel ꝑ aliqđ de illis q̄ signt̄ ꝑ decimā domū. ¶ Et si fuerit dn̄s. 11. erit cā alicui⁹ amici qui disturbabit rem illā vel per aliquod de his q̄ signt̄ ꝑ vndecimā domū ¶ Et si fuerit dn̄s. 12. erit cā infirmitatis q̄siti vel q: sit de vili natione vel ꝑ aliqđ de his q̄ signt̄ ꝑ. 12. domū. ¶ Et si fuerit ille planeta qui trās fert lumē inter dn̄m ascēdētis ⁊ dn̄m. 7. naturaliter mal⁹ erit detrimētuȝ ⁊ destructio ex ꝑte illoꝝ q̄ se intromittūt de re illa ⁊ q̄ videntur velle ipsam ꝑficere.

¶ Caplm̄. 3. qualiter se habebūt simul.

Licet tetigerim tibi aliquid superi⁹ qualiter se habebūt vir ⁊ vxor: erga seinuicem si ꝑfectū fuerit matrimoniū: dicā tibi tn̄ adhuc sup illo eodē nec est res q̄ videatur mihi diminuēda: ⁊ est vt aspicias si dn̄s ascendētis iungatur dn̄o septime vel dn̄s septīe dn̄o ascēdētis a trino aspectu ⁊ cū receptiōe semꝑ viuēt simul dū durauerint ambo in bono ⁊ pacifico esse ⁊ concordia q̄ nō disturbabitur aliquo modo: ⁊ semꝑ volet vnus quod volet alter. ¶ Si vero fuerit cōiunctio a trino aspectu sine receptione vel a sextili cū receptione erit q̄si illud idē: erūt tamē aliquādo inter eos alique leues cōtentiones seu altricationes sed neuter curabit de ipsis nec tenebit eas cordi. ¶ Si vero fuerit coniunctio a sextili aspectu sine receptione vel a quadrato cum receptione significat etiam concordiam ⁊ bonum esse inter eos: sed erunt plures inter eos discordie ⁊ cōtentiones sed nō erūt diu durabiles. ¶ Et si fuerit luna iūcta plancte in cui⁹ domo fuerit vel in cui⁹ exaltatiōe erit illud idē

Si vero fuerit aspectus ex oppositione significat multitudinez discordiarũ ⁊ contentionem inter eos sepe ⁊ sepius et diu durabilium ⁊ rarissime bene habebunt simul. Et silr si fuerint iuncti corporalr in vno signo ita q̄ fuerit inter eos min⁹ gradib⁹ q̄z sit q̄ntitas orbis vnius eorũ illius scz qui habuerit minorē orbē ¶ P⁹ hoc aspice dñm ascẽtis ⁊ dñm septie q̄s eorũ fuerit ponderosior vel fuerit in angulo: q2 ille dñabit̃ c⁹ sig̃tor fuerit sic hoc ē si sig̃tor viri fuerit i angulo vel fuerit magꝭ ponderosus ⁊ significator mulierꝭ fuerit cadens ab angulo ⁊ magis leuis: q̄a dñabitur vir mulieri ⁊ maxime si significator mulieris iungatur significatori viri. Si vero significator viri fuerit cadẽs ⁊ fuerit leuior ⁊ iungatur significatori mulieris dñabitur mulier viro ⁊ p̃erit ei. Si vero non fuerit aliquis eorũ in angulo nec fuerit vnus iunctus alteri predñabitur ille cuius significator fuerit ponderosior: ⁊ quicunq3 eorũ fuerit petens coniunctionez alterius vel fuerit cadens ⁊ alter in angulo vel in succedenti angulum ille erit subiectus alteri siue sit significator viri siue sit significator mulieris ille debilior nisi aliquis planetarũ abscindat lumen eorum vel prohibeat eorum coniunctionem sicut dictum est in tractatu de prohibitione coniunctionis seu lumĩs ¶ Similiter si sol fuerit impedit⁹ deteriorabit esse viri. Si vero venus fuerit impedita impediet ⁊ deteriorabit esse mulieris. Si autem luna fuerit impedita significabit impedimentum ⁊ deterioramentũ esse viri ⁊ mulieris: etiā si cõmuniter vellent bene gaudere ⁊ bene hr̃e simul non poterunt ⁊ vt multum infortunabunt̃ ambo. Similr̃ si luna fuerit impedita ⁊ aspexerit ascendens: vel fuerit aliquis malorum in ascendente erunt inter eos contentiones ⁊ discordie que accident ex parte q̄rentis. Si vero fuerit malus in septima accident ex parte q̄siti: ⁊ erit occasio contentionis ⁊ discordiarum occasione significatorum illius domus cuius fuerit dominus ille malus qui fuerit in ascendente vel in septima vt si fuerit dominus secunde domus erit causa substantie: si fuerit dñs tercie erit causa fratrum: ⁊ ita intellige de omnibus alijs domibus vniuscuiusq3 fm substantiam suam.

¶ Capitulum quartuz de muliere vtrum sit corrupta vel virgo vel habeat amasiuz vel alium quem ipsa diligat preter virum si fuerit nupta vel preter amasium si habuerit illum.

Si aliquis forte volens contrahere matrimonium cum aliqua muliere fuerit suspicat⁹ eam non esse virginē: quia forte aliqui dixerunt ei malũ de ipsa sicut multotiens fieri consueuit quandoq3 causa inuidie: q̄nq3 causa disturbādi mr̃imoniũ vt nõ compleat̃: vel forte aliq̄s qui petijt ab ea aliqđ incestum qđ ipsa noluit ei facere ⁊ voluerit de hoc certificari: ⁊ ad te questionem moturus aduenerit vtrũ illa mulier sit virgo an non: cõsiderabis tũc ascendens ⁊ dominum eius ⁊ significatricem que est luna quā̄q3 non habet in isto casu querens domũ que significat eũ nec planetā pro sig̃tore ⁊ vide si ambo fuerint i angul' ⁊ signis fixꝭ: dic ei q̄ mulier sit virgo ita q̄ nullũ viciũ corruptionis est in ea: ⁊ si aliquod malum dicitur de ipsa non credatur illis qui dicunt quoniam oēs mentiuntur: ⁊ nihil inmundicie posset in ea reperiri nec etiam fuit ab aliquo temptata. Si vero dñs ascendentis ⁊ luna fuerint

in signis fixis ⁊ anguli fuerint signa mobilia fuit temptata sed non acquieuit verbis temptatorum. Si autez luna fuerit iuncta saturno vel ioui vel marti vel soli corporaliter vel per aspectum ita ꝙ sint inter eos quinq; gradus vel minus temptatur ab aliquo qui gerit effigiem illius planete cui ipsa iungit̄. Si vero luna iūgatur veneri vel mercurio temptatur ab aliqua muliere pro aliquo viro nec tamen curat nec acquiescet verbis ipsius: sed facit derisionē de illa temptatrice. Si vero luna fuerit separata a planetis supradictis per tria minuta est mulier cum temptatrice vel alijs temptantibus irata ⁊ desti-terunt a temptatione illa. Si vero anguli fuerint signa fixa ⁊ dominus ascendentis ⁊ luna fuerint in signis mobilib⁹ vel cōmunibus: sed cōmunia minus important q̄z mobilia fuit temptata ⁊ adhuc temptat̄: ⁊ aliquando sustinuit ꝙ dicebatur ei per mulieres temptatrices: nec tamen acquieuit eis: sed perseuerat in sua virginitate. ¶ Si autē fuerit dominus ascendentis vel luna in signis mobilibus vel fuerint ambo in cōmunibus ⁊ luna fuerit iuncta cum aliquo predictorum planetarum masculinorum iam amplexatus est eam et osculatus quidam qui gerit effigiem illius planete cui iungitur luna ⁊ tetigit ille pudibunda mulieris: ⁊ etiam posuit virilia sua iuxta illa: ⁊ fuit res tantū ante ꝙ credidit ille se cognouisse eam: ⁊ ipsa fuit delusa ita ꝙ expirauit eius virginitas: tamen non credidit se perdidisse eam: quia non compleuit illud verecundum ex parte sua: ⁊ sic quod factum est fuit causa mali exempli. Et huiusmodi talia consueuerunt euenire quando homines habent multā domesticitatez cum mulieribus vel frequentant eas multum: vel aliquando in magnis conuiuijs: vel eundo ad viridaria: vel quando vadunt mulieres ad festiuitates longinquas vel remotas a ciuitatibus ⁊ similia ¶ Si aūt fuerit tunc luna cum capite draconis fuit res in tactu sed non in pfectione nec perdidit virginitatem illa de causa. Si vero fuerit cauda draconis in loco capitis ⁊ ante rea ⁊ nūc rea nec in futurum expers criminis iudicetur. Et illud idem potest dici de marte si fuerit in loco capitis preter ꝙ mars nō imponit tantam maliciam in muliere quantaz imponit cauda. ¶ Si vero fuerit luna iuncta veneri conditionibus predictis de signis ⁊ angulis non videtur ꝙ cōpleuerit actum: sed non stetit per eam: ⁊ videtur esse aliud de ipsa: quoniam videtur amare puellas ⁊ fricare se cum eis ⁊ sodomizat cum eis ⁊ complet verecundiam suam contra naturam. ¶ At si luna fuerit impedita in vltima facie geminorum iam corrupit se mulier proprijs manibus ⁊ deuirginauit semetipsam. Si aūt fuerit impedita in vltimo termino dicti signi significat ꝙ mulier perseuerat in malicia illa. Et si fuerit ascendens signuz mobile aut cōmune: vel fuerit dominus ascendentis ⁊ luna in signis mobilibus vel cōmunibus iam accepta est virginitas mulieris serio ⁊ ea volente: ⁊ etiaz si nō esset ea volente: tamen deuirginata est. Et si fuerit ascendens signum fixum ⁊ domin⁹ ascendentis in signo fixo: licet sit luna in signo mobili vel cōmuni vel fuerit luna in signo fixo licet dominus ascendentis fuerit in signo mobili vel fuerit ascendens signum mobile vel cōmune: tamen non perdidit mulier

suam virginitatem: posset esse forte ꝙ aliquis per violentiam appropinquit virilia sua iuxta pudibunda mulieris ⁊ spermatizauit ibi nō tamen corrūpit eam. Et si fuerit dominus ascendentis vel luna combustus in signo mobili fuit mulier oppressa ⁊ fuit accepta virginitas eius per violentiā. Et si fuerit illa combustio in signo fixo fuit oppressa ⁊ voluit aliquis eam corrumpere: nec tamen dimisit se corrumpi ¶ Et si fuerit luna in ascendente cū saturno ⁊ fuerit ascendens signum fixum vel cōmune non est deuirginata de facto sed aliquis abusus est eam per scelus zodomiticum. Et si inueneris dominum ascendentis vel lunam in quinta vel dominum quinte in ascendente, vel inueneris eos corporaliter iunctos in vno signo videtur ꝙ mulier iam concepisset. Et si fuerint separati ab inuicem per tres gradus vel infra videtur ꝙ mulier iaȝ peperit. ¶ Si vero luna fuerit impedita a marte ⁊ mars fuerit in quadrato aspectu cū venere ita ꝙ aspectus iam sit completus taliter ꝙ venꝰ separet a marte per vnum minutū vel per plus: ⁊ venus fuerit tūc in cancro vel scorpione vel piscibꝰ: vel fuerit mars in ariete vel eius triplicitate ⁊ in quadrato aspectu eiusdem scȝ veneris dūmodo ipsa sit separata ab eo sicut dixi: dic eam esse virginem ⁊ non corruptam: verūtamen tu posses excusare mulierem si tu vis per istum modū licet forte tu inuenias eam deuirginataȝ per aliquem de modis supradictis ꝙ ipsa non credat se deuirginatam: quia si inuenisti eam vere virginem dic ꝙ nihil mali potest dici de ea. Sed si inueneris eam delusam sicut dixi ꝙ virginitas sit accepta tactu vel alio modo: quoniaȝ aliquando corrumpitur mulier ⁊ expirat eius virginitas solo tactu manus sue vel aliene: vel digitorum titillatione dūmodo ipsa spermatiset illa de causa potes dicere ꝙ licet ipsa riserit vel luserit cum aliquo non fuit tamen per virum aliquem cognita quicquid de ipsa sit dictum: ⁊ sic remanebit mulier excusata penes illum qui te interrogauit: quoniaȝ si dices ei totā veritatem forte ꝙ haberet ille ipsam pro corrupta ac si egisset cum viro.

¶ Capitulum quintum si mulier agit cum aliquo preterq̄ȝ cum marito.

Si quis vxoris zelo tactus dubitans ne ipsa cum alio male faciat ad te de hoc questionem moturus aduenerit: aspice in hoc casu ascendens ⁊ dominum eius ⁊ lunam ⁊ planetam a quo separatur ipsa qui sunt significatores interrogantis ⁊ septimaȝ ⁊ dominū eius ⁊ planetam cui iungitur luna qui sunt significatores mulieris: ⁊ vide cui luna vel dominus septime iungitꝰ quia si dominus septime ⁊ luna iunguntur domino ascendentis siue cum receptione siue sine receptione dūmodo non iungatur alteri proximiori aspectu vel coniunctione dic mulierem in nullo culpandam quicquid dicatur de ipsa ¶ Si vero dominus septīe aut luna vel alter eorum iungatur domino triplicitatis ascendentis secundo vel tercio vel aliquis eorum iungatur domino septime ⁊ separetur dominus septime vel luna a domino ascendentis

videtur q̄ habeat mulier alium quem diligat preter virum suum. Si autem fuerit dominus septime vacuus cursu non habet amasiū mulier: nec est culpanda. Si autem inueneris dominum septime vel lunam vel ambos separatos ab alio planeta preterq̄ a dn̄o ascendentis et illa separatio non fuerit plus tribus gradib⁹ dilexit mulier alium preter eum sed postea dimisit eum. Si vero fuerit dominus septime cū capite draconis sine cōiunctiōe alteri⁹ dic mulierē non culpandā. si vero fuerit cum cauda sine alterius ꝯiunctione videtur culpanda et olim et nunc et in futuruz poterit culpari. Deinde aspice si dominus septīe vel luna fuerit alicui iunctus cum marte et fuerit ibi caput draconis videtur q̄ mulier habeat amasium quem ipsa diliget et qui vtitur ea. Et si fuerit cauda cū marte et cum domino septime vel luna ita coniunctꝭ vt dixi minuit maliciam: et licet forte mulier diligat aliquē qui gerit effigiez martis non tamen iunxit eam sub iugo suo. Et si mars fuerit cum dn̄o septīe vel cum luna in vno signo coniunctus sine cauda habet mulier amasium in contrata sua non multum longe a domo sua. Et si fuerit in vno gradu videtꝭ q̄ sit tunc amasius in domo vel est de familiaribus viri. Et si fuerit luna vel si dominus septīe separatus a marte vel ipse ab eo habet mulier amasium et forte q̄ habuit eum anteq̄ haberet virum: sed iam vnus dimisit alteruz nec habent modo facere simul. Si quidē mars fuerit dominus septīe: vel fuerit dominus septime luna in ariete: vel scorpione: et mars aspexerit aliquem eorum cum receptione vtriusq̄ scz q̄ mars recipiat dilexit aliquem diu est: sed parum est q̄ habuit rem cum ea. Si vero mars nō fuerit receptus a dn̄o septime vel a luna licet ipsi sint in signis predictis et recepti a marte diliget mulier aliquez virum et diligit ille quem dilexit eam: sed non habuit rem cū ipsa: et si cōmoditas pateretur bene consentiret se sibi. ¶ Si aūt fuerit luna vel dominus septime iunctus ioui sine receptione dilexit mulier quendam virum nobilem maiorem et nobiliorē ea et adhuc diliget eum siue episcopū vel alium prelatum vel forte iudicez nec ipse diliget eam. Si vero receptio mutua fuerit inter eos et ipsa diliget eum et ipse eam: nec stat propter aliud q̄ res non perficitur nisi quia cōmoditas non adest. Si autē fuerit coniunctus dominus septime vel luna cum mercurio videtur mulier diligere quendam iuuenem literatum vel campsorem seu mercatorez qui videtur esse iunior et pulcrior et magis comptus q̄ vir eius. Si vero iunctus fuerit dn̄s septime vel luna veneri cū receptione ex quocunq̄ aspectu vel etiam a trino vel sextili siue cum receptione siue sine receptiōe non curat mulier de viris: sed immiscet se cum mulieribus et abutitur eis. Si autem dominus none vel iupiter aspexerint venerē vel cōmiserint ei venus et dominus septime dispositionē suaz penitebit eam perpetrasse cum mulieribus tam turpe scelus et dimittet eas: et forte q̄ assumet sibi religionē illa de causa et propter illam verecundiā. Si aūt fuerit saturn⁹ in loco veneris diligit mulier quendaz qui gerit effigiē saturni vel quendā senem vel quendam religiosum induentez vestes nigras vel obtusas: et maxīe si saturnus fuerit dn̄s none vel fuerit in nona vel fuerit sub radijs sol'. Si aūt fuerit sol in loco veneris scz q̄ aspiciat dn̄m septīe vel lunā diliget et dilexit mulier quendā magnatē de illis q̄si qui sunt apti regno

si cum receptione habuit rem cum ea: si sine receptione non curat ille de ipsa. Si autem aspexerint plures planete simul dñm septime maxime si saturn⁹ et mercuri⁹ plures habuerūt rē cū ea nec adhuc ē bene emēdata de hoc. ¶ Si autē quereret aliquis de muliere que non esset vxor neqꝫ amasia conditionib⁹ p̄dictis dabis mulieri ascendens sicut das ei modo septimā nisi esset mulier que haberet domum determinatam sicut soror vel filia vl' alie que attinent ei quibus dabis domos sibi assignatas: hoc tamen debes attendere quoniā in rebus supradictis non completis receptio significat complementū futurū irreceptio vero non.

¶ Capitulum sextum si conceptus est filius cuius dicitur.

Quod si ille vel forte alius dubitans de vxore sicut fit pluries quando vadunt mercatores vel qui vadunt ad regna ciuitatum vel in exercit⁹ vel ad similia loca et inueniunt vxores aliqñ grauidas cum reuertuntur vel amasias et dubitant ne non sint grauide ex eis et quesiuerit aliquis coraꝫ a te vtrum sit ille conceptus legittimus an fraudulentus: aspice dñm ascendentis et lunam qui sunt significatores interrogantis et signum quintum et dñm eius qui sunt significatores concepti si fuerint aspicientes se inuicem a trino vel sextili aspectu siue cū receptione siue sine receptione erit concept⁹ legittim⁹. Si vero fuerint se aspiciētes a quarto aspectu vel oppositiōe cū receptione mutua et perfecta: vel fuerit dñs ascendentis vel luna in domo filiorum: vel fuerit dñs domus quinte in ascendente sine aspectu malorū: vel fuerint fortune aspicientes domuꝫ filiorum vel eius dñm erit conceptus legittime vel filius si iam est natus. Qđ si non fuerit ita vide si mali vel saturnus seu mercurius vel mars aspexerint domum filiorum vel dominum eius erit conceptus siue natus ex stupro et erit sparedon conceptus.

¶ Capitulum septimū si voluerit aliquis accipere corruptam in vxorem

Et si voluerit aliquis accipere corruptam in vxorem et forte qꝫ dicet de ipsa qꝫ ipsa habeat filios sicut aliqñ fit qꝫ mulieres vidue vel alie corrupte agunt cū aliquib⁹ secrete et concipiunt et pariunt et faciūt nutriri filios absconse et proijciunt eos ad hospitalia vel ad alia loca religiosa et murmurāt aliqñ ita esse: vnde aliqui pauent accipere tales vxores propter infamiam: vel forte alia de causa et venerit ad te q̄siturus vtrū illa mulier habeat filiuꝫ dixit zael qꝫ debes aspicere venerem si fuerit in aq̄rio vel in leone et mercuri⁹ cum ea nunq̄ꝫ peperit mulier nec concepit. si vero venus et mercurius fuerit ambo in tauro vel in scorpione dixit qꝫ habet mulier filium. Similr̄ si fuerit mars et venus et luna vel vna earum tantum fuerit cum marte in geminis vel virgine vel piscib⁹ habet mulier filium. Si vero fuerint predicti planete in sagittario significant sterilitatem mulieris et preteritam et presentē et futurā et si reperiretur eaꝫ actenus peperisse morietur ille filius nec remanebit post eā. Et si fuerint saturn⁹ et mars in ariete vel cancro vel libra vel capricorno tristabitur mulier causa illius filij et fuit natus ex amasio non ex viro suo nec seruauit fideꝫ viro suo. Sed si iupiter et venus fuerint in signis predictis scꝫ ariete cancro libra vel capricorno erit ille filius vel ille conceptus ex proprio viro sine amixtione malicie.

¶ Capitulum octauum vtrum mulier egressa vel expulsa de domo reuertatur vel non.

Quoddam capitulum subalternatur supradicto ita quod potest recte sub eo comprehendi et est prout sepissime accidere consueuit quod viri expellunt mulieres de domo quandoque cum causa: quandoque sine causa: vel recedunt mulieres a domibus virorum sponte vel etiam cum causa vel timore ne viri verberent eas vel alia quacunque occasione: et venerit forsitan ad te mulier que exiuerit de domo in quo habitabat cum viro vel forte cum amasio facietque tibi questionem vtrum sit reuersura in domum an non: aspice tunc dominum septie que est ascendens mulieris in isto casu quoniam septima datur expulso: et vide si ipse aspicit ascendens ita quod nullus alius planetarum aspiciat ita bene ascendens sicut ipse: dic quod reuertetur mulier in domum de qua dicit. Idem intelligas de luna: Si non aspexerit dominus septime ascendens: sed aspexerit alium planetam qui non sit impeditus qui aspiciat ascendens reuertetur mulier in domum cum interpositione alicuius persone qui intromittet se de re illa et concordabit eam cum viro. Quod si nihil horum fuerit aspice tunc solem qui est naturaliter significator viri et venerem que est naturaliter significatrix mulieris. Et si sol fuerit tunc supra terram et venus aspexerit ascendens aspectu laudabili trino scilicet vel sextili reuertetur mulier in domum quesitam cum leuitate et sine strepitu vel rumore magno. Et si fuerit sol sub terra et venus fuerit supra terram et aspexerit similiter ascendens aspectu laudabili reuertetur mulier in domum sed cum instantia et dilatione et inuolutione et cum duricia et rumore et scietur primo a pluribus antequam reuertatur. ¶ Item aspice si luna fuerit in augmentatione sui luminis hoc est ab eius apparitione prima de sub radijs solis vsque ad complementum secunde dicotomitatis reuertetur mulier in domum sed cum tarditate atque duricia. Si vero fuerit luna minuens lumen ita quod sit iam in sua dicomitate tercia et transiuerit gradus combustos vsque dum appropinquauerit ad radios solis: ita tamen quod non sit ita prope radios solis quod non appareat reuertetur mulier in domum quesitam in breui et sine multa duricia et sine multa inuolutione et sine rumore. ¶ Item aspice venerem si fuerit occidentalis et retrograda reuertens ad solem reuertetur mulier ad domum viri proprio motu et voluntate spontanea timens ne vir offendat eam et penitebit eam recessisse. Si vero fuerit venus retrograda et fuerit iam apparens de sub radijs solis penitebit virum expulisse mulierem de domo et gaudebit de reuersione ipsius: sed non penitebit eum verberasse illam nec fecisse sibi incomodum tamen mulier reuertetur irata sicut irate recessit: et penitebit eam fore reuersam in domum sicut penituit eam recessisse et plus: nec habebit bonam voluntatem erga virum.

¶ Capitulum nonum de lite seu controuersia que fuerit inter aliquos quis obtinebit vel quis succumbet vel si component se ante litem vel non

Si de lite seu cōtrouersia que vertitur inter aliquos vel parata est verti
aliquē ex partibus quis obtinere debeat a te certificari voluerit atqꝫ tibi
super hoc mouerit questionē: aspice ascendens hora qua fueris interrogatꝰ
ab eo qui de hoc tibi fecerit questionem ⁊ dominum eius ⁊ significatricem:
videlicet lunam pro querente ⁊ septimam ⁊ eius dominum pro aduersario:
⁊ vide si dominus ascendentis vel luna iuncti fuerint cum domino septime
vel ipse cum aliquo ipsorum a trino vel sextili aspectu cum receptiōe mutua
concordabunt simul inter se de plano sine alterius intromissione. Si vero
vnus receperit alterum ⁊ ille receptus non receperit recipientem concorda-
bunt sine litigio: sed non sine intromissione alterius: ⁊ erunt illi qui se intro-
mittunt vt multum ex parte illius cuius significator receperit alium. Et si
fuerint iuncti a quarto aspectu vel ab oppositione cum receptiōe vel a trino
seu sextili sine receptione concordabunt sed prius litigabunt: ⁊ incipiet con
cordia semper ex parte illius cuius significator fuerit minus ponderosus: ⁊
qui cōmiserit dispositionem suam alteri: ⁊ eo melius si vterqꝫ significator re
ceperit alterum. Si leuis iungatur ponderoso ⁊ non recipiat eum sed pon-
derosus recipit leuem significat ꝙ recipiens velit concordare: etiam si leuis
non velit nec stabit per eum: ⁊ eo magis si fuerit aspectus trinus vel sextilis
⁊ si fuerint iuncti corporaliter in vno signo ita ꝙ eorum coniunctio non im-
pediatur ab aliquo siue cum receptione siue sine receptōne ꝯcordabunt etiā
sine alterius intromissione. ¶ Post hoc aspice significatorē regis seu pote
statis siue iudicis qui est dominus decime domus si aspexerit aliquem ex si-
gnificatoribus dominum scꝫ ascendentis vel dominum septime vel fuerit ei
iunctus corporaliter: vel si dominus ascendentis voluerit iungi cū domino
septime vel ipse cum eo ⁊ dominus decime domus absciderit coniunctionē
eorum non concordabunt nisi primo litigent coram iudice: ⁊ hoc erit ex pte
iudicis seu potestatis qui non permittet eos componere ⁊ faciet eos litigare
forte causa extorquendi aliqͩd inde. Deinde aspice lunā ⁊ vide si ipsa trans-
fert lumen inter dominū ascendentis ⁊ dominū septime: ⁊ si luna non trans-
tulerit lumen inter eos vide si alius planeta transfert inter eos lumē: quoniā
si sic fuerit: intromittent se aliqui qui concordabunt eos etiam si iam incepis
sent litigare. Post hoc aspice dominum ascendentis qui habet significare
querentem ⁊ dominū septime qui habet significare aduersarium: ⁊ vide q̄s
eorum fuerit fortior: qꝛ ille cuiꝰ significator fuerit fortior debebit obtinere
Fortior enim erit ille qui fuerit in angulo: ⁊ maxime si fuerit in aliqua suarū
dignitatuꝫ: ⁊ quantumcunqꝫ dignitas fuerit maior: ⁊ quantumcunqꝫ plures
fortitudines habuerit aliquis eorum tanto magis erit fortior: ⁊ maxime si
fuerit receptꝰ in loco in quo erit: qm̄ erit fortis per se ⁊ habebit auxiliatores
qui iuuabunt eum. Et si debuerint componere sicut dixi veniet inicium cō-
positionis ex parte planete leuioris ⁊ qui cōmittit dispositionē alteri: naꝫ si
dn̄s ascn̄tis fuerit leuior ⁊ dn̄s septīe ponderosior veniet ex pte interrogantꝭ

Si vero dñs ascendentis fuerit ponderosior ⁊ domin⁹ septime fuerit leuior veniet inicium ꝯcordie ab aduersario: ⁊ planeta qui fuerit cadēs ab angulo dicitur esse debilior nisi alius planeta subleuet eum qui sit in loco forti ⁊ recipiat eum. Item oportet prospicere ⁊ videre vtrum dñs septime sit in ascē dente: quia tunc significat ex toto ꝙ dominus ascendentis scʒ interrogator vinceet ⁊ aduersarius succumbet. Et si domin⁹ ascendentis fuerit in septima significat ꝙ aduersarius obtinebit ⁊ interrogator succumbet: quicūqʒ enim significatorum inuenitur in domo alterius significatur victus. Et non solū accidet hoc in litibus seu causis pecuniarijs: verum etiam accidet in prelijs atqʒ guerris: quia semper cuiuscunqʒ significator inuenitur in domo alteri⁹ dicitur esse iam victus ⁊ est victo similis. Postea oportet te videre vtrum dominus ascendentis vel dñs septime sit retrogradus quoniaʒ si dominus ascendentis fuerit retrogradus significat debilitatem querentis ⁊ ꝙ ipse nō erit bene firmus in stando ad litem: ⁊ ꝙ ipse negabit veritatem aduersario ⁊ non confitebitur illam nec credet se habere ius. Si vero dñs septime fuerit retrogradus significat debilitatem ex parte aduersarij: ⁊ ꝙ ipse fugiet litem prout poterit: ⁊ negabit veritatem: nec credet se hr̄e bonam cām. ¶ Aspice etiā significatorē iudicis siue fuerit rex siue potestas siue iudex qui debuerit sentēciare inter eos qui erit dñs decime domus vtrū aspiciat significatores litis an nō qui si aspexerit eos ⁊ fuerit directus incedet ꝰm ordinem iuris in causa illa ⁊ ꝙ ipse nitetur abreuiare ipsaʒ ⁊ diffinire cito. Si autem fuerit retrogradus significat ꝙ iudex siue rex siue potestas non incedet in causa illa ꝰm ordinē iuris nec curabit cam diffinire imo prolongabitur plusqʒ debeat prolongari de iure. Idem dicenduʒ est de prolongatione cause si dominus ascendentis fuerit separatus a dño septime: vel si dñs septime fuerit separat⁹ a dño ascendentis. Preterea vide si dñs ascendentis fuerit iunct⁹ cum sole vel cum luna vel aliquis eoꝝ iunctus fuerit ei ita ꝙ alius non impediat eoꝝ coniunctionem dūmodo non sit coniunctio solis corporalis: quia illa significaret ei⁹ ipedimentū nisi essʒ planeta in ꝫamini solis quia tunc fieret fortis vel fuerit domin⁹ ascendentis in domo luminaris alicuius: vel fuerit sol vel luna in ascendente: quia si sic fuerit significat fortitudinē querentis. Si vero dñs septime fuerit ita disposit⁹ vt dixi de domino ascendentis significat fortitudinem aduersarij. Et aspice si dñs ascendentis fuerit iunctus dño decie domus interrogator postulabit auxilium a iudice seu ab illo qui debuerit cognoscere de causa: ⁊ forte ꝙ nitetur eum corrumpere vt ferat sentenciaʒ ꝓ ipso. Et si dñs decime domus receperit dominū secunde ab ascendēte petet iudex de pecunia querentis. Et si dñs decime secundi ceperit dñm ascēñtis acquiescet iudex precibus interrogantis: sin autem non. Et similiter ꝓspice si dñs decime domus fuerit leuior ꝙ̄ dñs ascendentis ⁊ iunct⁹ fuerit ei iudex siue potestas faciet rem querentis etiam ipso non petente. Si autē domin⁹ septime fuerit iunctus domio decime domus aduersarius queret auxilium a iudice seu potestate. Qđ si dñs decime receperit dñm septime acquiescet iudex precibus aduersarij ⁊ dimittet se corrumpi ⁊ prestabit suū aminiculū aliter non. Sed si receperit dominum octaue accipiet pecuniam a duersarij

Sed significator iudicis .s. dñs decime do m⁹ si fuerit leuior q̃z dñs septime
⁊ fuerit iunctus ei tunc iudex siue potestas nitet facere rem aduersarij bonã
etiã eo non petente. Postq̃z vero videris dispositionẽ ⁊ esse amborũ signi/
ficatorũ dñi .s. ascendentis ⁊ dñi septime ⁊ videris q nolũt cõponere nec vi/
debit tibi q cõponant sed potius videbunt velle litigare: vide tũc si dñs de
cime domus iungit alicui significatorũ dño .s. ascendentis vel dño septime:
vel quis eorũ iungat illi ita q alius planeta non impediat eorum cõiunctõnẽ
quoniam iudex seu sniator erit fauorabilis illi cũ cui⁹ significatori ipse cõiun
git: hoc est si iungit cum significatore prime erit fauorabilis querẽti: si iun/
git cũ significatore septime erit fauorabilis aduersario: si cũ nullo eorũ iun
git nulli eorũ erit fauorabilis sed solũ p tramitẽ iuris incedet. Si vero iunga
tur cũ ambobus cũ receptione sicut aliqñ fit cõponet iudex inter eos ⁊ con/
cordabit eos simul velint nolint. Deinde aspice decimã domũ que est snia/
toris: ⁊ vide si aliquis planeta sit in ea si fuerit dñs eius iudicabit ille iudex
causam illã quã cautius ⁊ q̃z citi⁹ poterit cũ honore suo nisi sit ipse saturnus
Si vero fuerit dñs termini vel triplicitatis vel faciei iudicabit eam sed non
erit ita sollicitus in sententiãdo. Si aũt fuerit i decima planeta q̃ nõ habeat
ibi dignitatẽ nec fuerit receptus a dño decime dom⁹ sigt q partes nõ stabũt
cõtente illo iudice seu sentẽtiatore: qm ambe timebũt eũ ⁊ conueniẽt in aliũ
iudicem ⁊ stabũt iudicio illius. Et vide etiã si saturn⁹ fuerit significator iudi
cis ⁊ fuerit in decima iudex ille nõ iudicabit ßm ius neq̃z ßm q debuerit. Si
tũc iungit ei iupiter vel sol vel mercuri⁹ vel venus vel luna a quocũq̃z aspe
ctu nisi ab oppositione vel fuerit vacuus cursu dicet malum de iudice sed ci
to opprimet illud dicere ⁊ nõ diffamabit ob hoc iudex. Si vero fuerit iun/
ctus ei aliquis istorũ ab oppositione dicet malũ de iudice causa iniusti iudi/
cij ⁊ durabit diu. Si vero mars aspexerit tunc saturnuz ab oppositione vel
quarto aspectu cuiuscũq̃z esse tunc fuerit mars diffamabit inde iudex siue po
testas. Si aũt fuerit mars mali esse diffamabit diffamatione vituperabili ni
si sit tunc saturnus in capricorno quia tunc refrenat mars aliquid de malicia
sua maxime si fuerit boni esse. Si quidẽ inueneris q partes non stent cõtẽte
priori iudice sed constituant sibi aliũ sicut dictum est: aspice si fuerit aliquis
planeta in decima: quoniã per illũ poteris scire esse iudicis quem cõstituent
inter se partes: quoniã si fuerit ibi iupiter erit iudex quẽ cõstituent bon⁹ ⁊ be
niuolus iustus atq̃z benignus: ⁊ p nullũ modũ pmittet se corrumpi neq̃z pre
cio neq̃z precibus sed solum via veritatis incedet. Si vero fuerit mars erit
iudex falsus iracundus infidelis nõ amans iusticiã ⁊ qui cito mouet ⁊ muta
tur de proposito ad ꝑpositũ ita q erit nouissimus error peior priore ⁊ peni/
tebit eos eligisse talem iudicem. Si fuerit sol erit iudex boni animi tamẽ di
mittet se trahi precibus amicorũ ⁊ flectit se ad illa ⁊ dabit illis aures ⁊ spem
faciendi quod volunt vltimo tamen iudicabit recte. Et si fuerit ibi venus
erit iudex iustus ⁊ bone opinionis sed non erit multũ profundus in iure ta/
men iudicabit bona fide. Et si fuerit mercurius in decima erit iudex boni in
genij ⁊ acuti ⁊ cito videns rem cause: sed iudicabit ßm q ipse applicabitur
planetis: si fortunis iuste: si malis iniuste si nulli applicabit iudicabit ßm q

ipse inuenerit probationes. Et in omnibus supradictis accidentibus consi-derant dñs ascendentis ⁊ dñs septime ⁊ alij predicti significatores sine participatione lune licet ipsa sit particeps omnis rei naturaliter: tamen derogatur ei aliquid. Si aũt fuerit luna in decima erit iudex leuis ⁊ instabilis ⁊ qui iudicabit prout sibi videbit non considerans multũ quid sit ius nec curans quid iudicet nec quid dicat de suo iudicio bonũ seu malũ. ¶ Considerabis etiam quoddã secretum quod nunq̃ memini me in dictis antiquoꝝ inuenisse: fui tamen expertus ⁊ illud inueni veridicum videlicet vt consideres locũ dñi ascendentis ⁊ locum dñi secunde ⁊ minuas minorẽ de maiori: ⁊ illud qd remanserit erit residuũ dñi prime ⁊ dñi secunde. Deinde cõsidera locuꝫ dñi septie ⁊ locũ dñi octaue ⁊ minue minorẽ de maiori: ⁊ illud quod remanserit erit residuum dñi septime ⁊ dñi octaue. Et accipe illa duo residua ⁊ minue quod minus fuerit de maiori ⁊ serua illud residuũ terciũ. Deinde accipe locũ dñi none ⁊ locũ dñi duodecime ⁊ minue minus de maiori ⁊ illud erit residuũ dñi. 9. ⁊ dñi. 12. ⁊ accipe illud ⁊ residuũ terciũ ⁊ minue minꝰ de maiori ⁊ illud quod remãserit erit pars significãs auxiliũ atq̃ fortitudinẽ querẽtis seu quesiti: adde desuper gradũ signi ascẽdẽtis ⁊ proice ab ascendente sicut facis in parte fortune si fuerit in die: si aũt fuerit in nocte proice a nadir: ⁊ vide in cuius domũ vel exaltationẽ vel terminũ vel triplicitatẽ finitus fuerit numerus ille: quoniã planeta qui fuerit dñs illius loci ac in eo fortior ⁊ potentior erit quesitus. s. adiutor illius cuius significatorẽ magis ac meliꝰ aspexerit minuto per minutum: vel qui propior fuerit illi loco dũmodo habeat in eo aliquã dignitatẽ ⁊ qui fortiorẽ eum reddit: ⁊ eo magis si hoc fuerit cuꝫ receptione. Nõ si ambo illa residua equalia fuerint erit significatũ in die in ascendẽte: in nocte vero in nadir. Et cũ operatus fueris ꝓpone semꝑ dñm: qui si fuerit impeditus o pare ꝑ dñm exaltationis. At si fuerit impeditꝰ o pare ꝑ dñm termini. Qui si fuerit impeditus o parẽ vltimo ꝑ dñm triplicitatis quoniã planeta in cuius aliquoꝝ dictorũ locoruꝫ pars illa ceciderit: vel qui magis eum aspexerit vel qui ei ꝓpior fuerit habens ibi dignitatẽ erit significans cãm quare ⁊ quõ dicta fiant ⁊ vnde accidant. At si dñs prime ⁊ dñs secũde sint idem locus eius erit tãq̃ residuũ dñi prime ⁊ dñi secunde: Si quidẽ dñs septime ⁊ dñs octaue sint idẽ erit locus eiꝰ tãq̃ residuũ dñi septime ⁊ dñi octaue: minue tũc minorẽ de maiori ⁊ fac sicut dictũ est de residuo dñi prime ⁊ scđe ⁊ de residuo dñi septime ⁊ dñi octaue. Qđ dictũ est in litibꝰ illud idẽ intelligas in prelijs ⁊ guerris ac in omnibꝰ cõtrouersijs.

¶ Caplm. 10. de emptione ⁊ venditione.

Si quis volens rem aliquã emere tibi de ipsa re emẽda questionẽ mouerit vtrũ rem illã sit adeepturꝰ an nõ: aspice tũc dñm ascendẽtis qui est significator querentis similiter ⁊ lunã que nõ est omittenda: ⁊ aspice dñm septime qui est significator vendẽtis ⁊ rei vendite absolute nisi res emẽda determinet. Et vide si dñs ascẽdentis vel luna iungit cũ dño septime vel dñs septime cũ dño ascendentis adipiscet querens rem de qua interrogat ⁊ sine magna dilatione seu inuolutione ⁊ veniet ꝑfectio emptionis seu vẽditionis ex parte illiꝰ cuiꝰ significator fuerit leuior: vt si dñs ascendentis fuerit leuior

veniet ex parte querentis: si dñs septime fuerit levior veniet ex pte vendito ris. Si vero nõ fuerint iuncti significatores pdicti ex aliqua cõiunctione si/ ue aspectu vide si luna vel aliquis alius transtulerit lumen eo⁊ inter eos: q: si sic fuerit sigt q ali qua persona intromittet se de re illa: ⁊ pficiet res p illuz modũ: etiã si fieret translatio luminis a planeta in. 7. planetas dũmodo re/ ducat lumẽ ad dñm ascendẽtis ⁊ saltim ad ascendẽs pficietur res de qua sit questio. Si aũt questio fuerit determinata vide de quo interroget interro/ gator: qm̃ si interrogauerit de seruo emẽdo vel de aliqua de illis rebus que significant p domũ seruo⁊ primã dabis quẽrẽti sextã rei quesite. Si querat de equo vel boue vel de aliqua de illis reb⁹ que significant per domũ. 12. pri mã dabis querẽti. 12. rei quesite. Si querat de ciuitate vel de villa seu castro emendo prima dat querẽti: quarta rei quesite. Et ita potes intelligere de q̃/ libet re venali p domũ per quã ipsa significat. Deinde vide si dñs septime fuerit in prima venditor infestabit emptorẽ vt emat rez illã ⁊ erit magis vo luntas vendẽtis q̃ ementis. Si aũt dñs prime fuerit in septima emptor in/ festabit venditorẽ vt vendat rem illam ⁊ erit magis volũtas emẽtis q̃ ven dentis. Itez aspice si aliquis bono⁊ planetarũ fuerit in prima. s. iupiter aut venus complebit emptio sine labore ⁊ sine inuolutione ⁊ sine tarditate nec nitet emptor decipere venditorẽ. Si vero fuerit ibi sol ⁊ ipse non sit iũctus alicui planete corporaliter erit illud idem. Et si fuerit ibi mercuri⁹ vel luna ⁊ nõ fuerit aliquis eo⁊ in aspectu alicui⁹ mali significabit illud quod sol. Si aũt fuerit ibi saturnus vel mars vel sol iunctus alicui corpaliter vel mercu/ rius vel luna cũ aspectu alicui⁹ malorũ significabit q res vix poterit perfici: ⁊ si fuerit psecta fiet cum grauitate ⁊ inuolutione ⁊ tarditate ⁊ emptor nitet decipere venditorẽ ⁊ fraudẽ nitet cõmittere si poterit nec stabit per euz. Si vero fuerit in septima s̃m q dixi aliquis pdicto⁊ bonorũ significat bonita/ tem ex parte vendẽtis sicut dixi tibi de primo ex pte emẽtis. Si vero fuerit ibi aliquis pdicto⁊ malo⁊ sigt maliciã ex parte venditoris sicut dixi tibi ex parte emptoris. Deinde aspice si fuerit luna sepata ab aliquo planeta ⁊ fue/ rit iuncta alteri imediate: ⁊ sine aliqua distantia. s. cum fuerit sepata ab vno fuerit incontinẽti iuncta alteri gradu p gradum vel ad plus ceciderint inter eam ⁊ illum cui iuncta est. 5. gradus vel minus videt q ille qui vendit rem nõ emisset eã sed habuit eã ex hereditate vel aliquo alio modo sine emptio ne. Et dixit zahel q si eẽt res quã venditor emisset nondũ soluerat precium ei qui vendiderat eã sibi. Et dixit q si luna eẽt sepata ab aliquo nec esset ad huc iuncta alteri q eẽt dilatio ⁊ tarditas ⁊ inuolutio ⁊ litigiũ seu placitum. Et dixit q si planeta a quo luna sepatur ingredit in combustionẽ q ille qui vendit rem illam non rehabebit eam in eternũ sed prius moriet. Item vi/ deas si planeta a quo luna sepatur est liber ab impedimẽtis ⁊ ipse aspicit do minũ signi p qd significat res vendita a trino vel sextili aspectu sigt q ven/ ditor reemet rem illã vel alio modo adhuc rehabebit eam.

Caplm. 11. vtrum inueniat latro siue alius qui fugit an non vel si reuerta tur propria voluntate.

Si aliquis aliquādo fugerit ab aliquo sicut quādo fugit seru⁹ ul' ancilla seu alter seruiens: vel fuerit forte aliquis quē fuerit hospitatus ⁊ abstulit ei aliquid ⁊ fugit vel est forte vxor que similiter fugit ⁊ vult eam rem inuenire ⁊ mouerit tibi questionem vtrū reinueniat cum vel non ⁊ versus quā partem fugit: aspice ascendens ⁊ dñm eius ⁊ solem ⁊ da ipsos interroganti septimā vero ⁊ eius dñm illi qui fugit ⁊ lunā que naturaliter habet significare omnem rem fugientē ꝓpter suam velocem mobilitatem. Deinde aspice si dñs primi iungit' alicubi cū dño septime vel fuerit dñs primi in septima sigt ꝙ inueniet eum si bene voluerit eum persequi ⁊ bene studet inquirē do ipsum. Et si fuerit dñs septime iunctus dño prime vel fuerit dñs septime in prima vel fuerit iunctus cū planeta retrogrado nō videt' ꝙ oporteat eum multū laborare in inueniēdo eum qui fugit: qm̄ alterū duoꝝ erit: nā aut ille reuertet' ꝓpria voluntate atqꝫ spontaneo motu aut si ille quesiuerit eū inueniet eū anteqꝫ elonget se multū a domo in qua morat': ⁊ vide lunā similiter que sigt illum qui fugit si fuerit sepata tunc a dño prime ⁊ iuncta immediate dño septime sigt ꝙ aliquis qui scit noua de illo qui fugit veniet ad querentē ⁊ dicet ei vbi est ille qui fugit. Et si fuerit luna sepata a dño septime ⁊ fuerit iuncta dño prime penitebit illum fugisse sed timet reuerti vnde mittet aliquē ad istum qui querit eū vt inueniat ei securitatē ab eo ⁊ sic reuertet' sine alia inquisitione querentis. Deinde vide si dñs septime fuerit iunctus alicui malo planete in angulo: vel malus iunctus fuerit ei sigt ꝙ ille qui fugit capiet' si querens voluerit eum bene persequi. Et si vero non fuerint ambo in angulo dñs septime ⁊ malus qui eū impedit sed vnus eoꝝ tm̄ fuerit in angulo non capiet' ille fugiens ita ꝙ ponat' in carcerē sed inueniet' ⁊ detinebit' sine incarceratione. Si vero dñs prime aspexerit illum malum qui impedit dñm septime inueniet querens illū qui fugit detentū penes aliquē cui oportebit ꝙ ipse det pecuniā anteqꝫ ipse det eū sibi. Siliter ⁊ si mal⁹ fuerit in nona sigt īpedimētū fugiētis in itinere suo ⁊ ꝙ capiet'. Sꝫ si fuerit fortūa ī 9 fugiēs nō capiet' nec capi poterit nisi illa fortūa esset multū īpedita. Deiñ aspice si sol ⁊ luna iūcti fuerint dño septīe vel aspexerit eū a quocūqꝫ aspectu: vel saltim vnū eoꝝ tm̄: quia non poterit fugiens se abscondere ita ꝙ nō inueniat'. Similiter etiā si dñs septime ingredit' in cōbustionē vel iam sit combustus sigt ꝙ inueniet' fugiēs licet absconderit se. Et si aspexerit tūc eū dñs prime vel aliquis maloꝝ capiet' ⁊ ducet' vinctus. Si vero iūctus fuerit dñs .7. alicui fortune p̱ corp⁹ vel p̱ aspectuꝫ siue sit sub radijs siue non capiet' fugiens etiā si fuerit inuentus nisi vno modo .s. si illa fortuna fuerit retrograda vel combusta vel ingrediens sub radijs solis: quia tunc nō pōt euꝫ defendere vt non capiat'. Deinde aspice si dñs septime fuerit iunctus cū planeta stationario in quacūqꝫ statione fuerit prima .s. aut secūda ⁊ fuerit in angulo vel in sequenti angulū sigt ꝙ ille fugiens nesciat fugere ⁊ nesciet quam partem assumet sibi an fugere .s. an non fugere: ⁊ ita stabit in loco aliquo donec inueniatur ⁊ capiat'. ¶ Different tamen captiones que fiunt cum planeta est stationarius: qui si fuerit in statione prima tunc querens capiet fugienteꝫ: uel ali⁹ capiet eum qui dabit illum sibi. Si autem fuerit in statione secunda capiet'

fugiens: ⁊ forte ꝙ capiet in itinere fugiēdo ⁊ incarcerabit ⁊ ligabitur sed fu-
giet itrum ab illo carcere siue ab illis vinculis: tamen vix videt ꝙ euadat
ita ꝙ non capiat iterum. Et si ille planeta cui iungit dominus septime fue-
rit directus dixit zahel ꝙ capiet fugiens sed non carcere reddetur: reddetur
tamen interroganti seu illi qui eum querit nec ipse incarcerabit eum ob hoc
¶Preterea si luna fuerit aucta lumine ⁊ numero diu persequet fugiēs anteq̄
capiat ⁊ multum prolongabit eius captio seu inuentio. Si vero fuerit mi-
nuta lumine ⁊ numero inueniet citius ⁊ cum minori labore: ¶ Ad sciendū
vero versus quam partem vadat fugiens aspice significatricē fugientis que
est luna: ⁊ vide vbi ipsa tunc sit: que si fuerit in ascendente vel inter ascendēs
⁊ quartam significat ꝙ fugiet versus partem orientalem. Si fuerit in prima
recte versus orientem. Si in secunda versus orientem declinans aliquid ad
septētrionē. Si in tercia iterū magis declinās ad septētrionē. Si aūt fuerit
luna in decima significat ꝙ fugiet versus meridiem. Si in vndecima versus
meridiem declinans ad orientem si in duodecima iterum magis declinans
ad orientem. Si fuerit in septima significat ꝙ fugiens vadat versus occidē-
tem. Si in octaua vadit ad occidentem declinans ad meridiem. Si in nona
iterum magis declinans ad meridiem. Et si fuerit in quarta significat ꝙ fu-
giens vadat versus septētrionē. Et si fuerit in quinta vadit versus septētrio
nem declinans ad occidentem. Et si fuerit in sexta iterum magis declinans
ad occidentē. Et tu etiā poteris aliquid addere vel diminuere ex industria
tua sm̄ ꝙ videris lunam vel dn̄m septime esse in parte vel signo orietali me
ridiano occidentali vel septentrionali. Si vero ille qui fugit fuerit latro ⁊
interrogator vel sequit vel persequi voluerit eum tāq̄ latronem in omnibꝰ
⁊ per omnia erit idem iudicium quod de alijs fugitiuis: ⁊ tanto plus ꝙ si pla
neta cum quo iungit dn̄s septime intrauerit tunc in combustionem quod si-
gnificat ꝙ latro moriet causa illius captionis si captus fuerit. Et si planeta
cum quo iungit dn̄s septime quando ingredit in combustionem iunctus fue
rit alicui malo significat ꝙ latro inueniet tali inuentione que non erit vtilis
illi qui inuenit eum: quoniam inueniet eum mortuum forte mala morte: in-
ueniet eum forte suspensum vel decapitatum vel combustum vel forte muti
latum corpus eius. Si enim fuerit mars in septima ⁊ dn̄s septime impeditꝰ
in decima erit suspēsus. Si vero luna fuerit sub radijs solis ⁊ fuerit alias im
pedita a marte erit combustus. Et si fuerit mars in ascendente duꝫ impedie
rit dn̄m septime vel lunam erit decapitatus. Si auteꝫ fuerit saturnus qui im
pedierit dn̄m septime vel lunam ⁊ fuerit sub terra erit submersus ⁊ suffoca-
tus in aqua. si fuerit supra terram erit verberatus ⁊ cesus baculis ita ꝙ illa
de causa erit mortus vel quasi ita confractus ꝙ non euadet. Et si tunc luna
iuncta fuerit cum domino signi in quo fuerit vel cum dn̄o octaue domꝰ adi-
pisceт querens de bonis latronis etiam si fuerit mortuus latro. ¶ Dictū est
de fugiente atq̄ latrone ⁊ de illo qui eos sequetur videndum est in hoc loco
Si fugiens sicut aliquando fit querat a te si est mihi bonum reuerti ad locū
a quo fugi an non: debes tunc aspicere lunam si fuerit separata a fortuna ⁊

iuncta malo erit ei melius reuerti ad locum vnde fugerit. Si vero fuerit separata a malo ⁊ iuncta fortune erit ei deterius reuerti ⁊ fuga erit ei melior. Si aũt fuerit separata a fortunis ⁊ iuncta fortunis si fortuna a qua separatur est meli⁹ disposita licet vtrũq; sit bonũ reuerti est melius ⁊ ecõuerso. Si vero fuerit separata a malo ⁊ iũcta malo vtrũq; est ei malum. Sed si malus a quo sepaṫ luna est peius dispositus reuerti est ei deteri⁹ ⁊ ecõuerso.

¶ Capitulum. 12. de latrocinio vtrum reinueniatur vel adipiscatur querens illud vel non.

Si quis de furto cõmisso vtrũ recupereṫ res furti ablati vel non ad te accesserit moturus questionẽ sup̱ his ⁊ tu vis ei aspicere in re illa: aspice hora questionis primam ⁊ dñm eius ⁊ significatricẽ videlicet lunã qui sunt significatores interrogantis: ⁊ septimã ⁊ eius dñm aspice pro latrone quoniam significaṫ latro per dñm septime. Si quidem inueneris eum in septima significat ꝙ interrogator posset inuenire latronem si bene voluerit inquirere ipsum ⁊ laborare ac studere in hoc. s. vt inueniat ipsum. Si vero volueris scire vtrum reinueniat rem furatam aspice secundam ab ascendente si fuerit iunctus dño octaue ⁊ receperit ipm ꝙ habet significare substantiã latronis adipisceṫ querens rem furatam vel de bonis latronis ita ꝙ satisfaciet sibi de furto cõmisso. Illud idem dicas de dño prime si fuerit iunctus dño octaue ⁊ recipiat ipsum. Si autez dñs secũde ab ascendente que habet significare substantiã interrogantis ⁊ etiam ipsam rem furataz fuerit combustus significat ꝙ latro distraxit rem furatam ⁊ consũpsit ⁊ dissipauit ⁊ destruxit eam. Unde licet querens inueniat latronem non inueniet furtum seu rem furatã. Si fuerit dñs secunde egressus de combustione inueniet querens partem furti sed non inueniet totum ⁊ vix aut nunq̃ inueniet plus medietate furti. Deinde aspice si dñs septime fuerit in prima vel fuerit iunctus dño prime penitebit latronẽ fore furatum rem illam ⁊ reddet eaz illi cuius fuerat. Deinde aspice si dñs primi fuerit iunctus alicui planete existenti in decima vel in prima vel saltim in septima qm̃ si sic fuerit inueniet interrogator latronẽ etiã sine maxima inquisitione. Et si fuerit iunctus dñs primi planete cadẽti ab angulo qui nõ aspiciat ascendẽs sigṫ ꝙ latro iam recessit a terra illa ⁊ elongauit se tm̃ ab ea ꝙ nõ est spes in inuentione illius. Sed si aspexerit ascendens ille planeta cadens ab angulo cui iungiṫ dñs primi sigṫ inuentionem latronis quasi post desperationẽ licet cũ custodia ⁊ inq̄sitione magna. Preterea si inueneris dominũ septime cõbustũ ⁊ dñs primi aspexerit eum significat inuentionẽ latronis cũ nõ crederet se inueniri. Similiter si luna transtulerit lumẽ inter dñm primi ⁊ dñm septĩe significat inuentionẽ latronis. Et si non aspexerit eum dñs primi ⁊ ipse fuerit sub radijs. s. significator latronis inuenieṫ tamen sed non ita leuiter. Si aũt dñs prime ⁊ dñs secunde fuerint iuncti ambo dño decime compellet potestas siue rector latronẽ reddere rem furatam interrogãti siue illi cuius est vel reddet eam latro timore ne ducaṫ ante potestatem seu

rectorem illius terre in quo fuerit detentus. Si aūt fuerit dñs prime tantū iunctus dño decime minabit interrogator latroni per potestatē & nitet terrere eum vt reddat sibi rem suam nec multū timebit latro minas illas: tamē potestas siue rector iuuabit dñm rei contra furem. Si vero dñs septime fuerit iunctus cum dño decime tm̄ sine coniunctione dñi prime non exercebit potestas seu rector bene officium suum contra larronē vt restituat quod furatus est imo auxiliabit ei. Et si dñs octaue qui significat substantiā latronis fuerit iunctus dño vndecime qui significat substantiam potestatis significat q̄ rector accipiet pecuniam a latrone & adiuuabit eum. Si aūt iunct⁹ fuerit dñs secunde dño vndecime significat q̄ rector accipiet pecuniam ab interrogante vt procedat contra latronē & procedet illa de causa. Si quidem fuerit iunctus dñs septime dño tercie vel dño none vel si fuerit in tertia vel in nona sigt latronē exiuisse de regione illa vt si fuerit in tercia tunc est in itinere vt exeat regionē & iam appropinquauit cōfinibus regionis. Si est iunct⁹ domino tercie iam penitus exiuit regionē. Si est in nona vel iunct⁹ dño none: iam elongatus est multū a regione illa versus illam partē quā dixi tibi superius cum inquirerē de fugitiuo. Si aūt fuerit dñs septime in aliquo angulorum nondū exiuit latro de terra seu regione illa. Et si inueneris latronē exiuisse de terra seu regione illa vide vtrū mali planete an fortune iungant̄ dño septime quia si mali iungunt̄ ei vel ipse malis male cedet ei ī itinere fuge sue quia si fuerit mars incidet in abscisores viarū qui auferēt ei quod portat & percutient eum & forte q̄ effundent eius sanguinē. Si fuerit saturnus incidet in latrones qui furabunt̄ ei quod portat. Et si fuerit combustus in aliqua domorū p̄dictarū significator latronis in tercia. s. aut nona & fuerit de planetis superiorib⁹ & fuerit ante solem: vel de inferiorib⁹ & fuerit post solē: vel de inferioribus & ipse ante solē retrogradus sigt q̄ occurret ei in via labor & tristicia & angustia & infirmitas que erit occasio ablationis & perditionis eius q̄d portat. ¶ Similirer si lūa fuerit iūcta malis sigt ablationē substācie. Si vero fortune iungant̄ ei & ipse fuerint libere ab impedimentis significat q̄ bene cadet ei in fuga sua & in itinere suo nisi fortuna que iungitur dño septime fuerit impedita retrogradatione vel casu vel combustione quia significat amissionem eius quod secum portat fugiens ille. Verumtamen si illa fortuna impedita fuerit tunc iuncta alteri fortune que sit in prima vel in decima nec sit impedita significat q̄ ille qui insequitur latronem auferet substantiaȝ latroni: quia dimittet eam cum viderit ipsum euntem post se. sed non permittet se capi. Et similiter si sol vel luna aspexerint tunc significatorem latronis vel significatorem substantie illius a trino vel sextili aspectu significat q̄ interrogator reinueniet rem furatam. ¶ Illud ideȝ dicendū est si fuerit sol vel luna in prima vel in decima. Similiter & si aspexerint se sol & luna a trino vel sextili aspectu. ¶ Si autem aspexerint se ex oppositione vel ex quarto aspectu significatur inuentio rei perdite sed non nisi postquam desperauerit querens posse inuenire vlterius rem illam.

Et erit inuentio rei furate seu aliter amisse postq̃ sol ⁊ luna separati fuerint a parte fortune: aut fuerint ei vel vnus eorum corporaliter iunctus: ⁊ vide quot gradibus distet luminare quod est magis propinquum parti fortune ab ea: hoc est si fuerit pars fortune in angulo erit inuentio infra tot dies quot gradibus distat luminare a parte fortune vel infra tot ebdomadas. Et si fuerit in succedenti erit infra tot ebdomadas vel menses. Et si fuerit cadenti erit infra tot menses vel annos: ⁊ inuentio que fit per significationem solis festinat plus q̃ illa que fit per significationē lune: ⁊ illa que fit per significationē lune tardat plus q̃ illa que fit p significationē solis. Si vero nō inueneris q sol vel luna aspiciat primā: nec aspiciant se inuicem aliquo aspectu: nec aspexerit aliquis eorum partem fortune significat hoc q latro non inuenietur nec pandetur imperpetuum: nec reinuenietur furtum seu res perdita per aliquē modum nec per aliquem laborem nec per aliquam inquisitionem que fieri possit p querentē vel per aliquem pro eo.

Capitulum. 13. vtrum inueniatur res perdita.

Et si quereret aliquis aliquando a te absolute de re amissa seu furata: ⁊ forte q faciat mentionem de ipsa p modum latrocinij: ⁊ forte q nō: sed dicet vide super quadam mea rē quam amisi vtrum reinueniam eam an non ⁊ volueris ei aspicere siue sit res furata siue non siuē aliter amissa: debes tūc videre dn̄m primi ⁊ significatorem. s. lunam si ambo fuerint iuncti dn̄o secūde ab ascendente qui est significator substantie: significat inuentorem rei perdite velociter ⁊ cum pauco labore. Si vero vnus eorum tantū. s. dn̄s prime vel luna iunctus fuerit dn̄o secūde significat inuentionem rei ablate sed nō ita leuiter sicut quando aspiciunt ambo. Si vero non fuerit aliquis eorum iunctus dn̄o secunde nec ipse ei: vide tunc si aliquis planeta transfert lumen vnius eorum ad alterum significat similiter q inueniet ille rem de qua interrogat. Et si non fuerit planeta qui transferat lumen inter eos sed est aliquis qui est ponderosior q̃ dn̄s prime ⁊ dn̄s secunde cui ambo iunguntur ⁊ ipse recipit lumen vtriusq significat inuentionē rei quesite. Similiter etiā si dn̄s secunde fuerit in secunda qui habet custodire substantiam vel aspexerit illā a trino vel sextili aspectu significat inuentionem rei amisse sed cum dilatione ⁊ inuolutione ⁊ cura ⁊ sollicitudine querentis. Et si non inueneris dominū secūde in scd̄a sed fuerit alius planeta in scd̄a ⁊ dn̄s scd̄e iunctus fuerit ei vel ipe illi sigt inuētionē rei quesite siue p corpus siue p aspectū sit illa cōiūctio Si aūt nō fuerit dn̄s. 2. in secūda nec fuerit ibi planeta quē ipse aspiciat nec aspexerit ipse a trino vel sextili aspectu sigt amissionē rei quesite ⁊ q nō recuperabitur. Preterea si inueneris dn̄m. 8. ab ascēdēte iunctū dn̄o. 7. non recuperabit rē amissam: qm̄ sigt ille q ille qui habet eam siuē sit latro siue sit alius ad quā res ipsa puenerit appropriauerit eam sibi. Et illud idem dicas si dn̄s septime fuerit iunctus dn̄o secunde vel ipse illi sine cōiunctione dn̄i ascendētis vel lune: qua si dn̄s prime vel luna aspexerint eos tunc sic sibi inuicem iunctos significarent reinuentionem rei quesite licet cum lite atq cōtrouersia. Et si dn̄s octaue iūgitur dn̄o secūde significat q querens recuperabit rem amissam: quoniā coniunctio domini octaue significat q substantia latronis

fiue illius qui habet rem querentis transibit in substantiam interrogantis et fiet sua sicut hactenus fuit. Et si fuerit inde litigium quod querens obtinebit et recuperabit. Et si non recuperaretur eadem res caperet de bonis latronis seu alterius aduersarij tantum quod valeret rem suam et satisfieret sibi de re perdita et maxime atque securius si dñs prime aspiceret tunc dñm octaue vel secunde. Et si aspexerit tunc dñs decime domus significat quod potestas seu iudex siue rector accipiet res illas et peruenient in manus suas et ipsem faciet inde quod sibi videbitur faciendum. Si autem dñs octaue domus iungeretur tunc domino decime domus significat quod latro seu aduersarius dabit potestati seu rectori pecuniam vt ipse non noceat ei sed potius sit sibi in adiutorium. Deinde prospice et vide si dñs secunde nõ fuerit iunctus dño prime nec dñs octaue significat quod res illa de qua sit interrogatio sit penitus amissa: et quod nõ recuperabitur de cetero imo quasi pro nihilo ducetur. Deinde aspice si dñs secunde fuerit iunctus cum dño tercie vel cum dño none vel cum aliquo planeta existẽte in eis vel fuerit ipse in eis significat quod ille qui furatus est rem seu substantiam illam vel ille ad quem peruenerit portauerit eam extra terram illam ad aliam. Deinde aspice si sol et luna fuerint ambo sub terra hora questionis seu hora qua res nõ fuerit ablata significat quod res non recuperabitur per aliquem modum nec poterit recuperari: nec scietur latro: nec scietur res perdita: nec scietur qui eam habuit. Deinde aspice si dominus ascẽdentis et luna fuerint ambo in ascendente et sol aspexerit eos ex trino vel sextili aspectu significat quod res illa de qua queritur reinuenietur in prima die in qua fuerit ablata vel amissa. Si vero aspexerit sol ex quarto aspectu inuenietur in illa ebdomada. Si autẽ aspexerit ex opposition inuenietur in illo mense et reuertetur ad dominum suum. Idem intellige de qualibet re quocunque modo fuerit amissa vel ablata.

¶ Capitulum decimumquartum si latro vel habens rem perditam sit de familia vel de quibus conditionibus ipse sit.

Quod si suspicetur querens vtrum fur vel ille qui habet rem quesitam sit de familia vel de quibus ipse sit et voluerit a te scire illud: vide si sol et luna ambo simul et semel aspiciunt ascendens vel fuerit dñs ascendentis in ascendente vel fuerit alicui iunctus corporaliter vel cum dño septime: vel fuerint sol et luna in domibus proprijs: vel fuerint in domibus domini ascendentis et aspexerint ascendens vel eius dñm: vel fuerit dñs ascendentis remotus a gradu cuspidis ascendentis: et alius planeta fuerit cum eo in eodem signo ita quod sit magis prope gradum ascendentis significat quod latro vel qui rem perditam habet sit de familiaribus domus. Si vero non fuerit de ambobus luminaribus quod dixi tibi sed fuerit de vno eorum tantum non erit de familiaribus domus sed erit domesticus et natus in domo illa in qua est perdita res vel furata. Et si fuerit sol et luna in triplicitatibus suis erit fur de illis qui attinent dño rei ex parentela sed non habitat in domo cum ipso. Si autem fuerint luminaria in terminis vel faciebus suis non erit latro de habitatoribus domus: sed est familiaris habitatoribus domus et plus alijs familiaris quam domino domus tamen ei est notus: et ipse vtitur cum eis frequenter ita quod creditur quod sit consanguineus familiaris. Si autem aspexerint luminaria ascendens et non aspexerit

septimā non intrauerat latro domū illā aliqua vice sed tunc intrauit primo qñ furatus est substantiam quesitam. Sed si aliquod ex luminaribus esset in signo cōmuni significat q iam intrauerat latro alia vice domū illam: sed non causa furandi: et sciuerunt illi de domo qñ intrauit illa vice fur ille. Si vero significator furis qui est dñs septime ab ascendente fuerit in tercia a prima q̄ est nona a septima significat q fur ille non sit de terra illa: sed de alia remota ab illa. Si vero fuerit significator latronis in duodecia ab ascendēte que est sexta a domo sua erit latro seruus. Et si fuerit i nona a septia que est tercia ab ascendente et fuit latro iam religiosus. Et si fuerit in quarta ab ascendente q̄ est decima a septima fuit iam habens officia regis. Et si fuerit in vndecima q̄ est q̄nta a septia fuit de familiarib⁹ regis vel potestatis vel alteri⁹ magnatis de his scz qui sunt apti regno. Et si fuerit in aliqua domo suarū erit vir qui consueuit hr̄e de suo: sed nunc est indigens et verecundat laborare vt lucret. Et si fuerit in exaltatione sua significat q latro sit nobilis: sed propter paupertatem cogitur furari quoniā erubescit mendicare vel alio modo laborare vt acquirat. Et si fuerit in aliqua ex dignitatibus minorib⁹ termino scz aut triplicitate seu facie non erit multū notus in ciuitate illa: sed erit not⁹ in cōtrata qua moratur seu vicinia. ¶ Postq̄ vero noueris q sit de familia querentis seu de habitatorib⁹ domus sue dixit zael q si fuerit sol significator latronis q erit pater querentis. Si vero luna fuerit significatrix q erit mater q̄rentis Et si fuerit venus erit vxor eius. Et si fuerit saturnus erit seru⁹ eius vel peregrinus. Et si fuerit iupiter erit nobilior omnibus qui sunt in domo et de quo nulla suspitio furti est habita. Et si fuerit mars erit fili⁹ vel filia vel frater ei⁹ Et si fuerit mercurius erit ex amicis familiaribus. ¶ Deinde dixit zael q si fuerit significator latronis peregrin⁹ q aspicias partē fortune si fuerit libera a malis latro ille ante hanc vicem nihil furatus est. similiter si fuerit domin⁹ ascendentis liber a malis. Et si fuerit mars separatus a dño septime notus fuit in furto ab eis ante hoc. Deinde dixit q si aspexerit saturnus lunam aut ascendens latro ille cum calliditate et ingenio furatus est. Et si iupiter fuerit significator latronis non intrauit vt furareretur: sed intrauit causa alterius negocij acciditq ei latrocinium et furatus est. Et dixit si vero mars fuerit significator latronis non peruenit ad latrocinium donec perforauit domū aut fodit parietem domus in qua erat substantia: aut fregit seras vel portam vel inuenit clauē. Et si fuerit venus significatrix significat amicitatē securitatē quoq et eius audaciam inter eos dum intraret ad sermocinationē suscipiens imaginē et similitudinē amici visitantis et sic furatus est eis. Et si fuerit mercurius significator intrauit latro domum cum ingenijs et calliditate vel aliq̄ arte. Et dixit nam sol et luna cum aspexerint ascendens erit latro ex habitatoribus domus. Et si significator latronis fuerit fortuna erit liber: et si fuerit malus erit seruus. ¶ De etate latronis. Et dixit si venus fuerit significatrix latronis erit iuuenis vel puella et mercurius minoris etatis est q̄ venus. Et fuerit mars significator latronis erit iuuenis collectus a pfectione iuuentut plus saturno id est plus iuuenis. Iupiter vero maior est marte. Et si fuerit sa

turnus erit senex decrepitus. Si autem fuerit orientalis erit perfecte etatis. Et si luna fuerit significatrix et fuerit in inicio mẽsis erit iuuenis. Et si fuerit in medio mensis erit medie etatis id est pfectus vir. Et si fuerit in fine mẽsis erit senex. Si vero sol fuerit significator et fuerit inter ascendens et medium celi erit latro etate iuuenis: et ita non cessabis augmentari donec puenias ad nagulum terre: quia hic locus est finis vite.

¶ Capitulum quindecimum de loco latrocinij.

Et si fueris interrogatus: vel per teipsum scire volueris in quo loco sit depositum siue absconsum furtum considera tunc domũ quartam que habet significare omnia abscondita et vide quod signum sit quarte domus: quia si fuerit aries vel leo vel sagittarius erit absconsum furtũ in stabulo vel in alio loco vbi morantur animalia. Si fuerit aries erit in loco animalium domesticorum minutorum que comeduntur vt oues porci et similia. Si fuerit leo in loco animalium mordentium domesticorum que non comeduntur vt sunt canes: vel siluestrium morantium tanq̃ domestica vt sunt lupi leones et similia. Si fuerit sagittarius erit in loco animalium que equitantur sicut in stabulis equorum ¶ Et si fuerit taurus vel virgo vel capricornus erit in stabulo equorum vel in alio loco in quo morantur animalia magna que comedunt et mactãtur vt sunt boues et similia. Et si fuerit virgo vel capricornus erit in loco in quo morantur equi asini muli vel cameli et similia que non mactant vel que non comeduntur. Et habet etiam significare virgo horrea et illa maxime q̃ sunt sub terra vt fouee: vel prope terram vt sunt vegetes arche et silia in quibus blada reponunt. Et similiter capricornus significat locum caprarũ vel ouiũ simul et similia ¶ Et si fuerit gemini aut libra aut aquarius erit in domo. Si fuerit gemini erit in pariete seu muro domus. Et si locus quarte domus fuerit libra erit res furata ppinqua tecto domus. Et si fuerit aquarius erit iuxta hostium vel supra hostium domus seu portam in locis altioribus ¶ Et si fuerit cãcer vel scorpio vel pisces erit locus furti ppe aquas. Si fuerit cancer erit prope puteum vel stagnatoriũ seu cisternam. Si fuerit scorpio erit prope locũ in quo morantur siue proijciuntur aque imunde. Si fuerit pisces erit locus qui semper quasi manet madefactus. ¶ Preterea dixit zael q̧ si inuenisti q̧ furtum sit in domo et volueris scire locũ eius ex domo: aspice dñm quarte et planetam qui fuerit ibidem. Si fuerit saturnus erit in latrina domus et in loco longiori ac profundiori. Et si fuerit iupiter significat locũ nemoris oratorium. Et mars significat coquinam et locũ ignis. Et sol significat claustrum domus et locum sessionis domini domus. Venus vero significat locũ sessionis mulieris. Et mercurius locum edificij depicti et librarum: aut locũ annone et maxime in virgine. Et si fuerit luna erit infra puteum vel cisternã seu lauatorium. Et dicit et scito q̧ fortune cum fuerint in quarta ascendente erit furtum in loco mundo et pulcro et iam cõmissum est cuidam nobili. Et si fuerint ibi mali erit in loco horrendo et fetido et iam cõmissum est cuidam ignobili.

¶ De numero rerum furatarum si sunt vna vel plures.

Et si volueris scire vtrum sit vna res illa que est furata vel sint plures: dixit zael q debes videre signa q̄ fuerint inter lunaz et mercurium vtrū sint paria vel imparia: quoniā si sunt paria illud futurum est res de pluribus rebus facta que sunt simul ꝯglutinate vel sunt plus vna re. Si vero fuerit inter eos signa imparia erit res vna.

¶ Capitulum sedecimum si ille de quo suspicatur est latro an non.

Et si fuerit aliqñ sicut pluries accidit aliquis vir accusat⁹ q sit latro vel sit captus vel alias detentus ea occasione q dicatur ipsum esse furem: et volueris scire vtrum sit culpandus aut nō: si est tibi facta questio de hoc vel assumpsisti horaz per temetipsum aspice ascendens et dominū eius atq3 lunā que habet multū facere in hoc et considera eam primo quoniam si ipsa fuerit iuncta fortunis siue receperint eā siue nō: nō erit latro. Si vero iuncta fuerit malis erit latro siue recepta fuerit siue non. Si vero dn̄s ascendentis fuerit in angulo nec fuerit iunctus planete cadenti ab angulo significat q sit verū quod dicitur de ipso. Si vero fuerit dominus ascendentis in angulo et fuerit iunctus planete cadenti ab angulo qui non recipiat eum fuit iam aliquando dictū aliquid mali de ipso sed non fuit ita veritas. Et si fuerit domin⁹ ascendentis quoniam in isto casu ascendens datur furi in cadenti nec fuerit iunct⁹ planete in angulo qui eum recipiat falsum est quod dicitur de illo detento. Si autem fuerit ascendens signum mobile erit falsum quod dicitur de ipso: et multo fortius si aliquis malus planeta aspiciat tunc ascendens: et eo forti⁹ si fuerit ibi cauda draconis. Et etiam si inueneris lunam vacuam cursū annuncia ipsum ex toto non culpabilem. Simil'r et si fuerit luna iuncta planete cadenti siue fuerit recepta ab illo planeta cadenti siue non. Si vero fuerint quatuor anguli signa fixa verum est qd̄ dicitur de ipso et est latro. Et si fuerit luna iuncta planete in angulo similiter significat q sit verum quod dicit' de illo detento: et maxime si ipsa vel planeta cui ipsa iungitur fuerit in decima domo: et etiam si ipsa fuerit in angulo et fuerit impedita significat falsitatem eius qd̄ obijcitur sibi. ¶ Et si volueris scire vtꝝ ipse sit furatus aliquid p̄ter illam vicem de qua ipse accusatur: vide quis significatorum sit fortior dn̄s scz ascendentis vel luna quoniam in tali casu datur prima et eius dominus et luna illi de quo quis suspicat' malum: et vide quis eorum sit fortior et aspice si sit separatus ab aliquo malo: siue iungatur fortune siue malo significat q iam fuerit aliquid furatus preter vicem illam. Et si nō fuerit sepatus a malo sed fuerit separatus a domino secunde que est domus substantie siue fortuna fuerit siue malus significat q iam furat⁹ est aliquid alia vice. Et si fuerit dn̄s secunde fortuna non perseuerauit in latrocinio: sed si fuerit mal⁹ pseuerauit in latrocinio. Si vero separatus fuerit a fortunis siue iungatur fortunis siue non nunq̄ fuit aliquid furatus adhuc nisi illa fortuna sit domin⁹ secunde ab ascendente: quoniam tunc significat q iam aliquando furatus est aliquid: et eo fortius si dominus ascendentis post separationem a domino secunde alicui malo iungatur.

¶ Capitulum decimumseptimum quales res sint ille que sunt furate.

Si volueris scire quales res sint ille que sunt furate: aspice ascendens et lunam & vide vbi ipsa sit scz in quo signo & in quo gradu eiusdem signi & vide in termino cuius planete ceciderit ille gradus: qui si fuerit in termino saturni & ipse fuerit in ascendente vel in decima in signo terreo erit res illa de illis que ptinent ad aptationem terre que sunt de materia ferri sicut sunt vomeres ligones motoria bidentia & similia. Si vero fuerit saturnus in septia vel quarta erunt alia ferramenta cum quibus scz efficiuntur opera grauia vt est inscisio lapidum & similia: vel erit claua ferrea vel aliquod supradictum plumbatū: vel erit ipsum plumbum vel cuprum & similia: & similiter si fuerit cadens ab ascendente & ab alijs angulis: & si aspexerit eum sol vel luna tunc erunt arma ferrea grauia lucida polita cum aliquali rubigine & similia. Si vero non fuerit saturn9 ita sed fuerit cadens ab ascnte ita q nō aspiciat illud nec aspiciat sol vel luna: & maxime si fuerit in ariete significat q res furata sit pauci valoris & sit de illis rebus que spectāt ad archimandritas: vel sunt ibi arma vilia & parum valentia vt cultelli veteres & enses & similia cum quib9 consueuit fundi sanguis & similia. ¶ Si autē fuerit saturnus in geminis erit res illa diuersarum materierum & specierum: nec tamen videbitur q sint res care nisi alius aspiciat saturnum. Nam si iupiter aspexerit eum ex prima vel decima domo significat q pars illarum rerum furatarum sit aurum alie sint res viles. Et si fuerit iupiter in septima vel quarta & aspexerit saturnum erit pars rerum furatarum argentū: alie erunt res viles & pauci valoris. Si vero fuerit gradus in quo fuerit luna de terio iouis videndū ē tūc quis et quomō aspiciat eā: qm̄ si fuerit in ariete vl i alio signo igneo & aspexerit eā iupiter a domo vel a decia erit opus deauratū seu ex auro factuz. si aspexerit eam sol erit aurum rude hoc est non laboratum. si aspexerit eaz aliquis eoz a septia vel a quarta erit argentū vel res de argēto facta. Qd̄ si venus aspexerit iouē a quocunqz aspectu & iupiter in termino eius erunt res valde care sicut sunt margarite & alij lapides pciosi. ¶ Si vero iupiter in tauro vel in alio signo terreo fuerit significat q res furata sit vestimentū carum & nobile. ¶ Si aūt fuerit in geminis vel i alio signo aereo erit res illa anial & equus mulus bos & similia. ¶ Si aūt fuerit iupiter in cancro vel in aliquo signo aquatico erit res q̄ sint extracta de aqua vt margarita & similia. ¶ Et dixit zael q si fuerit luna in termino martis iam transiuit ipsa res per ignē vel qualicunqz modo tetigit ignis eam. Si vero luna aspexerit venerez iam opata est in ea tincta. Et si fuerit luna in termino veneris in ariete vel in eius triplicitate erit aurū vel argentū. Et si fuerit in tauro & eius triplicitate: aut in cancro & eius triplicitate erit vestimentum ornatum aut abonasiz qd̄ est genus vestimenti serici preciosi varijs coloribus ac diuersis picturis contextum. ¶ Et dixit q scies bonitatem & pulcritudinez rei a loco veneris in signis. Qd̄ si fuerit in gemis & eius triplicitate nō erit res illa ex substātijs animaliuz. Et dixit q si fuerit ven9 egressa de sub radijs solis erit res noua. Si vero retrograda fuerit aut in fine cursus sui aut diminuta numero erit res vetera & iam indurata. Et dixit q si fuerit in termino mercurij erūt libri. Et si fuerit in ariete & eius triplicitate erunt nūmi accepti de loculo vel alio vase quod sit coopertū de corio

rubeo. Et dixit q̄ si fuerit in geminis ⁊ eius triplicitate erūt ipsi nūmi. Uide ſm ꝗliter in quo signo sit luna que si fuerit in ariete significat q̄ res furata sit de rebus que portant̄ in capite: quoniā si fuerint arma erunt galee de calibe vel corijs pictis. Et si non fuerint arma ⁊ fuerint de rebus que pertinent ad mulieres erunt serta vitte ⁊ alia ornamenta capitis que ꝑtinent ad ornmenta mulierꝝ. ¶ Et si fuerit in tauro erūt res preciose scȝ monilia ⁊ alia ornamēta quibus ornant collū. ¶ Et si fuerit in geminis erunt ornamenta brachiorū ⁊ manuū aut annuli ⁊ similia. Et si aspexerit tunc mercurius eā erunt nūmi vel alij thesauri depicti in quib⁹ sunt figure hoim̄ sculpte. Et si nō aspexerit eam mercurius erunt res coreorum depictorꝝ in quibus sunt similiter figure depicte. ¶ Et si fuerit tūc luna ī cācro erit res extracta de aqua: vel erit res que naturaliter est hūida. ¶ Et si fuerit in leone erit res laborata cum auro vel erit ferrum brunituȝ vel auricalcum. Et si aspexerit eam sol erit aurū sine picturis. ¶ Si autem fuerit in virgine erunt vestimenta laborata cū intalijs Et si aspexerit eam mercurius erit moneta in qua erit sculpta figura homis. ¶ Et si fuerit in libra erunt bilances. Et si aspexerit eam ven⁹ erit res q̄ facit ad ornamenta mulierum ⁊ est redolens ex rebus ⁊ speciebus missis in eam. ¶ Et si fuerit luna in scorpione erit es vel opus de auricalco vel de ere deauratum ⁊ est brunituȝ vel splendidum. Et si aspexerit eaȝ mars significat q̄ sit aurū vel argentū rude. ¶ Et si fuerit ī sagittario erit res varia seu variorꝝ colorum vel diuersarum substantiarum iunctarū in vnam que sunt maioris apparentie q̄ȝ valoris. Si autem aspexerit iupiter lunam erit res vt dixi varia sed erit preciosa. ¶ Et si fuerit in capricorno erunt res viles ⁊ in vili loco inuente. Et si saturnus tunc aspexerit lunaȝ erit res pauci valoris quasi similis terre vel de terra facta ⁊ posset esse cuprum vel brunzum. ¶ Et si fuerit luna in aquario erit res que fuit extracta de aliquo animali sicut est quidam lapis qui grapaldina vocatur qui dr̄ extrahi de capite ruspi veterꝭ. Et si aspexerit eam iupiter erit aurum vel argentū laboratū vel nuper de minera extractū. Si autem aspexerit sol lunam erit aurum rude. Et si aspexerit eam mercuri⁹ aut venus erit argentū Si vero aspexerint eam sol ⁊ mercuri⁹ simul monete inuolute in aliquo corio marsupio scȝ aut funda ⁊ similibus. ¶ Et si fuerit in piscib⁹ erit seta vel sericū vel op⁹ de seta vel serico factū. Si quidē aspexerit eam iupiter erūt res preciose extracte de aqua sicut margarite ambra ⁊ silia.

¶ A quibus domibus requirantur res furate.

Dixit quidam ex modernis considerabis cuius maneriei sint res amisse seu furate qm̄ quelibet caruȝ non requirit̄ ab vna domo sed a diuersis ſm diuersitatē rerū. Fuerunt enim quidam vt ipse dixit qui voluerunt dicere q̄ q̄libet res furata requireret̄ a decia domo: sed non est ita: nā res requirunt̄ ſm q̄ significant̄ a domib⁹. Dixit enī si fuerit res furata de familiarib⁹ alic⁹ requiritur a scd̄a. Et si fuerit frater vel soror eius vel alius ex consanguineis requirit̄ a tercia. Et si fuerit pater vel auus vel socer requirit̄ a quarta. Et si fuerit filius vel alia res delectabilis vt sunt ȝone vel cingula muliebria vel aliq̄d silr̄ requiritur a quinta. Et si fuerint arma vel lorica vel silia vel aliq̄d paruum aīal requirit̄ a sexta. Et si fuerit vxor vel amasia requirit̄ a septima. Et si fuerit res dotalis vel substantia dotalis vel res deposita requiritur ab

octaua. Et si fuerit cleric⁹ vel religiosus reqrit a nona. Et si fuerit cēsus regis vel alicui⁹ cōitatis requirit ab vndecia. Et si fuerit magnū aial vel aliquis incarcerat⁹ requirit a duodecia. Si aūt fuerint denarij vel libri vel granum vel oleū aut silia requirunt a decia ⁊ hoc fm spēalitatez a p̄dictis domib⁹ ⁊ eoꝝ dn̄is. Silr tn̄ q̄libet res si fuerit de bonis q̄rent. pōt req̄ri a scda ⁊ e⁹ dn̄o

¶ Capitulum decimumoctauum figura furis.

Albumasar fecit longū sermonez de hoc qd dictū est supra de qualitate reꝝ furatꝝ: sed ego nō facio magnā vim in hoc: q̄a satis est dictū sup⁹ per zaelē: ⁊ ego addidi qd mihi visum fuit addendū ita q̄ sat. pōt tibi sufficē qm̄ non est ita magna vtilitas in eo: sed potius aliq̄lis fama vt videat quis aliquid scire. Unde ad vitandū nimiā prolixitatē videt mihi poti⁹ dicendū illud qd dici pōt de forma furis ⁊ ei⁹ q̄litate: ⁊ est vt aspicias septimā domū que habet sig̃re latronē: ⁊ vide cuius pt̃e facies sit grad⁹ septie dom⁹ q̄a per illū poterit scire formā seu q̄litatē furis. ¶ Nā si fuerit dom⁹ sign̄s latronez prima facies ariet. sig̃t q̄ latro sit homo bruni coloris ⁊ sit indut⁹ qn̄ furat⁹ est vestimentis ptinentib⁹ potius ad albū colorē q̄ȝ ad aliū. Et si fuerit scda facies arietis sig̃t q̄ fur sit mulier q̄ hēbat tūc indumēta ptinentia potius ad rubeū colorē q̄ȝ ad aliū. Et si fuerit tercia facies eius sig̃t q̄ fur sit hn̄s colorē pallidum ⁊ hn̄s capillos rubeos vel q̄si rubeos. ¶ Et si fuerit prima facies tauri sig̃t duos viros vnū habentē visum acutū ⁊ hn̄tem promptitudinē: ⁊ aliuz male indutū. Et si fuerit scda facies tauri sig̃t silr virū male atq̄ȝ viliter indutū ⁊ hn̄it clauē i manu. Et si fuerit tercia facies ei⁹ sig̃t q̄ fures erunt tres latrones quoꝝ vnus nouit exorcizare serpentes ⁊ silia: ⁊ alter est sagittator ¶ Et si fuerit prima facies geminoꝝ sig̃t q̄ latro ꝯsueuit portare virgam seu baculum in manu ⁊ habuerit secum clientulū vnum. Et si fuerit scda facies geminoꝝ significat q̄ fur nouerit fistulare ⁊ vti instrumētis music. ⁊ habuerit secuz vnum qui est curuus. Et si fuerit tercia facies eius significat q̄ fur sit de illis qui portant libenter arma etiam necessitate non vrgente sed vt videat armatus. ¶ Et si fuerit prima facies cancri significat q̄ latro fuerit vir bene indutus ⁊ pulcris indumentis ⁊ ornatis ⁊ fuit cum eo vna mulier iuuencula Et si fuerit scda facies cancri sig̃t q̄ fuerit vna iuuencula que libenter portat sertum que non est virgo ⁊ habuit secum aliam puellam virginē. Et si fuerit tercia facies eius significat q̄ fuerit vnus homo ⁊ vna mulier qui furati sunt ¶ Et si fuerit prima facies leonis significat q̄ fuerit vir qui vtit indumentis curtis ⁊ qui tenet libenter animalia siluestria sicut lupos nisos ⁊ similia. Et si fuerit secūda facies leonis significat q̄ fuerint duo latrones quorum vnus portat libēter capreolas in capite: ⁊ alter portat ⁊ tenet man⁹ plus eleuatas q̄ȝ faciant alij homines. Et si fuerit tercia facies eius significat q̄ latro sit vir qui portat vt sepe virgulam in manu ⁊ habet turpem faciem ⁊ semper quasi videtur tristis. ¶ Et si fuerit prima facies virginis significat q̄ fur furatur ⁊ quedam puella que videtur esse bona de qua nihil mali suspicatur aliquis. Et si fuerit secunda facies virginis significat q̄ fur sit vir brunus qui erat indutus indumentis de corio vel erat corium consutum cum veste illa: ⁊ habebat capillos longos: vel etiam consuetus est longos portare capillos.

Et si fuerit tercia facies eius significat q fur fuerit quedã mulier alba que nõ bene audit. ¶ Et si fuerit pria facies libre significat q fur fuit vn⁹ vir q̃ nouit de instrumentis musicis ⁊ specialiter de fistula ⁊ videtur quasi semper irat⁹. Et si fuerit secunda facies libre significat q fuerint duo fures qui morant cũ alijs nec habent ꝓpria domicilia ⁊ vt multũ vadunt ambo irati. Et si fuerit tercia facies eius significat q fuerint duo viri quorum vnus est sagittator ⁊ alter est vir male sciens seruire quasi iners ⁊ male indut⁹. ¶ Et si fuerit pria facies scorpiõis significat q fur fuerit mulier pulcre stature atq; pulcre faciei Et si fuerit secunda facies scorpionis significat q fuerint vnus homo ⁊ vna mulier indigẽtes ⁊ male induti. Et si fuerit tercia facies eius significat q fur sit vn⁹ q̃ vadit curuat⁹ sup genua nec stat bene sup eis. ¶ Et si fuerit prima facies sagittarij significat q fur fuerit homo turpis ⁊ deformis ⁊ fetidus. Et si fuerit scd̃a facies sagittarij significat q fur fuit quedaz mulier bene induta Et si fuerit tercia facies eius significat q fuerit fur vir ycterícus habens faciẽ glaucaz. ¶ Et si fuerit prima facies capricorni significat q fur fuit vir niger vel habens colorez brunum ⁊ mulier collecta etatis. Et si fuerit scd̃a facies capricorni significat q fur fuerit due mulieres collecte etatis. Et si fuerit tcia facies ei⁹ significat q fuerit vna mulier bruna valde sagax. ¶ Et si fuerit prima facies aquarij significat q fuerit fur collecte iuuentutis. Et si fuerit scd̃a facies aquarij significat q fuerit vir habens barbam seu mentũ longum. Et si fuerit tercia facies eius significat q fuerit vir bruni coloris qui vt multum incedit irat⁹. ¶ Et si fuerit prima facies pisciũ significat q fur fuerit vir qui vtit pulcris indumentis ⁊ bonis. Et si fuerit secunda facies pisciũ significat q fur fuerit mulier bone stature atq; pulcre faciei. Et si fuerit tercia facies ei⁹ significat q fuerit vir pauper male indutus.

¶ De figura furis per signa septime domus.

PReterea poteris aliquid dicere de figura furis: qm̃ si septima domus q̃ habet significare furem fuerit capricorn⁹ vel aquarius significat q fur sit homo niger siue brunus vt ita dicamus: ⁊ potest habere mixtum aliquid croceitatis cum illa nigredine: ⁊ q sit ponderosus in suo incessu ⁊ fricat vnũ pedem cum alio qñ vadit vel appropinquat eos ⁊ mergit oculos in terrã in eundo: ⁊ q sit macer vel non multũ carnosus ⁊ curu⁹ habens paruos oculos ⁊ cutim corporis asperaz: ⁊ venas manifestas: habens barbã raram: ⁊ labia non multum grossa nec multum subtilia: ⁊ habens multos pilos in corpore ⁊ supercilia iuncta. ¶ Si autẽ fuerit septima domus sagittarius vel pisces significat q fur sit homo albus habens oculos non penitus nigros magnos tamen ⁊ magnam pupillam: nares breues ⁊ inequales: ⁊ q sit caluus habẽs in vno dente nigredinẽ: pulcre stature: bene morigeratus ⁊ boni animi ꝑter q fefellit in hoc barbã raram ⁊ capillos crispos ⁊ blundos. ¶ Si aũt fuerit septima domus aries vel scorpio significat q fur sit homo rube⁹ habens capillos rufos: oculos croceos: horribilem aspectum ⁊ acutũ: faciem rotundã audacem habentez signum vel maculam in pede. ¶ Si vero fuerit septima domus leo significat q fur sit homo qui habet colorẽ non vere nigrum nec vere croceum: nec vere rubeum: sed habet color eius quandã subalbedinem

non vere a nigrositate remotam quodammodo tectam rubore: ꝛ est homo
pulchre stature: ꝛ habet capillos semicrispos ꝛ blundos oculos aliquãtu/
lum croceos. Et si fuerit septima domus cãcer significat ꝙ fur sit homo ha
bens colorem album cõmixtũ cũ rubore: supercilia iuncta: oculos non vere
nigros sed quasi nigros: faciem rotundam ꝛ pulchrã staturam. Si aũt fue/
rit septima dom⁹ taurus vel libra sigt ꝙ fur sit homo habens colorem vt al
bum non tamẽ vere album quodãmodo trahentẽ ad aliqualem nigredinẽ
pulchram formã: pulchros capillos: faciem nõ rotundã: maxillas non mul
tum longas: pulchros oculos: nigredinẽ oculoꝝ aliqualiter nimis magnã
non tamẽ ꝙ dedeceat quasi a latere: ꝛ ostendit beniuolentiã quasi omnibus.
Si quidem fuerit septima dom⁹ gemini aut virgo significat ꝙ fur sit homo
habens colorem quasi nigrum hoc est nec vere album nec vere fuscum: ha/
bentem frontẽ eleuatã: longum nasum: longam faciem: raram barbã: raros
seu paucos capillos: pulchros oculos non ex toto nigros ꝛ longos digitos
manuũ. Et hec de figuris latronũ dicta sufficiant tibi.

¶ Capitulum. 19. de societate cõtrahẽda inter aliquos ꝛ eoꝝ participatione

Si quis cũ aliquo societatẽ contrahere volens vtrũ sit ei vtile an non a
te procuratus fuerit atqꝫ super hoc tibi mouerit questionẽ ꝛ tu sibi ex/
inde satis facere volueris hora questionis pmã domũ dabis illi cui⁹ socie
tatem interrogator affectat lunam quoqꝫ fac participem vtriusqꝫ. A domo
vero decima poterit scire qui futurum sit ei ex illa societate ꝙ̃ cõtrahere in/
tendit. Ad quẽ finem ex societate pueniet scies a quarta domo ꝛ a planeta
cui tunc luna iũgeꝛ: licet tamẽ luna sit magis ex parte querentis ꝙ̃ ex parte
quesiti tamẽ planeta cui ipsa tunc iungiꝛ sigt pro vtroqꝫ: sed minus pro que
rente ꝙ̃ pro illo cũ quo intẽdit cõtrahere societatẽ: planeta vero a quo ipsa
tunc sepaꝛ vel est sepata facit ꝑ querente plus ꝙ̃ ipse faciat pro quesito. Et
cõsidera tunc hora. s. questionis si dñs prime qui est significator querentis ꝛ
luna fuerint in ariete vel cancro vel libra vel capricorno sine receptione ꝑ/
fecta de domo. s. vel de exaltatione vel de duab⁹ minorib⁹ dignitatibus si/
mul significat ꝙ in illa societate erit dissidiũ ꝛ disturbatio ꝛ postea rectifica
biꝛ ꝛ durabit societas sed nõ erit in vere bona firmitate nec erit bene vtilis
nec multũ lucrosa. Si aũt fuerint in tauro vel leone vel scorpione seu aqua
rio erit societas illa durabilis ꝛ constans: nec tamẽ erit multũ lucrosa ꝛ qñ
ement aliquid nõ velociter vendẽt imo stabit sup eos plus ꝙ̃ sit debita con
suetudo. Si vero fuerint in geminis vel virgine vel sagittario vel pisce si/
gnificat ꝙ societas illa erit vtilis ꝛ bona ꝛ lucrosa ꝛ ꝙ sepi⁹ reiterabit suum
emere atqꝫ suũ vẽdere ꝛ ꝙ vendet expedite atqꝫ velociter suas mercationes
ꝛ erit securitas ꝛ legalitas inter eos ꝛ bonus animus ꝛ bona fides nec erit
inter eos fraus. Et si fuerit vnus significator dom⁹. s. prime vel luna ĩ signo
mobili: ꝛ alter in fixo vel cõi vel extra erũt ea ꝙ̃ dixi tibi supra non ex toto
imo sm min⁹. Et si aspexerint mali significatores. s. dñm ascendẽtis ꝛ dñm
septime erit eoꝝ societas mala ꝛ vteꝛ vnus falsitate contra aliũ ꝛ deceptio
ne ꝛ non bene se habebit vnus erga alium. Unde aspice vbi fuerint mali im
pedientes significatores. s. dñm prime ꝛ dñm septime quoniã illa de causa

veniet dissidium inter illos socios que habet significari p domuz illā in qua fuerint mali impedientes. Nō per vnāquāqz domū significet iam reiteratū est tibi tātū q satis potes scire. Et vide si aliquis maloꝝ fuerit in prima siue impediat dn̄m prime vel septime siue non: sigt q dissidiuz ⁊ fraus siue deceptio atqz iniuria ⁊ malicia venit ex parte interrogantis. Si vero fuerit aliquis malorum in septima tunc significat q veniet ex pte illius cum quo intēdit contrahere querens societatē vel cum quo cōtraxit si facta est societas: ⁊ questio forte fuit facta quid futurū esset de societate iam cōtracta. ¶ Preterea vide similiter si luna separat ab vna fortuna ⁊ iungit alteri bene incipiēt societatē ⁊ cum dilectione finient eam similiter siue lucrent siue nō lucrent. Si vero separata fuerit a bono ⁊ iuncta fuerit malo bene ⁊ libenter incipiēt sed male finient eam ⁊ cum lite ⁊ discordia nisi ille malus sit bene dispositus ⁊ recipiat lunam receptione pfecta sicut dixi tibi supra. Si vero sepata fuerit ab aliquo malo ⁊ iuncta fuerit fortune male libenter incipient eam sed bene finient ⁊ cuz dilectione. Si aūt fuerit obsessa luna. s. q fuerit sepata ab vno malo ⁊ iuncta alteri fuerit malo significat q male incipient ⁊ male perseuerabunt ⁊ male finiēt cū rixa ⁊ discordia. Et hec oīa intelligas siue lucrent siue non lucrent: hoc inspecto quia si luna iungeret dn̄o domus in qua fuerit qm̄ ipse recipiet eam de domo sua tūc non impediret. Et semper considera istud quia si luna iungit dn̄o domus in qua fuerit q societas illa bene finiet ⁊ de plano ⁊ cum dilectione vtriusqz socioꝝ ⁊ lucro ita q quilibet eorū stabit cōtentus ⁊ credet se bene fecisse in societate illa. Si aūt non fuerit iuncta dn̄o domus sue nec alicui fortune ex bono aspectu suspicabit vnus socioꝝ malū de altero ⁊ alter de illo: ⁊ ita sepabunt illa de causa. Et si mali planete fuerint sub terra dixit zahel q separabunt propter malaz estimationē q̄z habuerint erga se. ¶ Deinde aspice domū decimā ⁊ vide q̄s planeta sit in ea. quia si fuerint in ea fortune quoniaz ipsa est significatrix esse societatis dic q habet significare bonum ⁊ lucrū de quo gaudebunt ⁊ dicent se bene fecisse. Si autē fuerent in ea mali minuet lucrum eorum imo quasi nō lucrabunt cōparatione societatis sed interueniet casus qui soluit omne cōnexuz videlicet qui fit morte que oīa soluit. Et illud pōt sciri p hoc videlicet si luna iungat dn̄o domus in qua fuerit ⁊ iteruz ambo iungant malo planete vel iungant dn̄o domus mortis nō sepabunt nisi p mortem.

¶ Caplm. 20. cū aliqui iuerint ad aliquē virū vtrū inueniat ipe an non.

Si quis ad aliquē pfecturus vtrū eū inueniat an nō te interrogauerit ⁊ illi sup tali questione aspicere voluer: vide qualis psona sit ille ad quē ire intendit vtrū. s. sit rex vel platus vel aliꝰ religiosus: vel sit alia psona singularis. Si fuerit rex vide si dn̄s. 10. domꝰ fuerit in. 10. vel prima vel. 7. vel 4. quia sigt q rex sit in loco in quo ille intendit eum inuenire Si vero fuerit dn̄s decime domꝰ in tercia ⁊ iter fuerit vniꝰ dietē qd̄ dicit breue iter: vel fuerit in nona ⁊ iter fuerit multaꝝ dietarū qd̄ dicit longū iter sigt q inueniet eū in via si fuerint iuncta simul dn̄s. s. ascendentis ⁊ dn̄s decime domꝰ. Si aūt fuerit in. 11. vel. 2. vel. 5. vel. 8. significat q non sit in loco in quo querens intendit sed non erit ita remotus ab illo loco quin possit eum inuenire cum in

quisitionē sua. Si aūt fuerit dn̄s dom⁹ decime in sexta vel .12. non inueniet eum nec in tercia uel in nona sine cōiunctōe vel aspectu. ¶ Si aūt fuerit clericus ille de quo interrogat̄ ꝛ fuerit in predictis locis inueniet eum sicut dictum est de rege. Si aūt fuerit alius laicus singularis aspice tunc dn̄m septime qui si fuerit in septima vel decima vel prima vel quarta inueniet eum in loco in quo credit nisi ipse sit iunctus planete cadenti ab angulo quia tūc nō inueniet eum incōtinenti nisi primo querat de ipso inueniēdo. Si aūt fuerit dn̄s septime in octaua vel vndecima vel secūda vel quinta non inueniet eū in loco illo sed ibi prope non multū longe a loco estimato. Si aūt fuerit in nona vel .12. vel .3. vel .6. non inueniet eum in loco in quo credit nec ibi prope ꝛ maxime si fuerit dn̄s septime in sexta vel .12. Si vero fuerit in tercia vel nona ꝛ fuerint iuncti simul p corp⁹ vel p aspectū notū dn̄s .7. ꝛ dn̄s .3. vel .9. sigt ꝙ inueniet vel occurret ei in via.

¶ Captm .21. de aliquo volente ire in exercitū vel ad bellū seu guerrā incipere siue dux siue alter quicūqꝫ fuerit vtrū vincat aut non.

Cum inter aliquos fuerit aliqua guerra vel sperat̄ ꝙ sit futura sicut multociens accidit ꝛ venerit ad te aliquis ex eis ꝛ volet a te certificari q̄d inde sibi accidere possit siue sit rex siue imperator siue marchio siue dux siue comes vel potestas vel quiuis alia persona laicalis ꝛ clericalis que gerat vicem laicalis ꝛ que debeat p̄esse exercitui siue nobilis sit siue popularis aut rusticus dūmodo sit cōductor exercitus seu vnius partiū alicuius guerre appellat̄ dux illi⁹ exercitus seu guerre siue pro se siue ꝓ alio sit cōstitutus ad illud exercēdū. Et voluerit incipe guerrā alicui vel ire in exercitū ꝯtra aliquē Et sup his fecerit tibi questionē vel fecerit eā pro ipso qui sit valde sollicit⁹ de re illi⁹ ꝛ nō fuerit īpator vel rex ille ꝓ quo q̄rit̄ primā dabis ei ꝛ dn̄ꝫ ei⁹ ꝛ vide a quo planeta luna sepat̄ ꝛ da illū siliter querēti Et septimā ꝛ ei⁹ dn̄ꝫ ꝛ planetā cui tūc iungit̄ luna dabis aduersario. Si aūt fuerit impator vl̄ potestas seu rector ꝛ quesiuerit de factis imperij vel regni vel ciuitatis quā regit dabis ei .10. ꝛ ei⁹ inimico dabis .4. Si vō q̄siuerit de ꝓpria re atqꝫ spāli q̄ nō sit de facto impij vel regni vel ciuitat̄ dabis ei primā ꝛ inimico septimā ꝛ in oib⁹ alijs iudicabis ei sicut alteri ꝑsone singulari. Si vō nō fuerit tūc luna sepata ab aliquo nec fuerit iūcta alicui dixit zael ꝙ nō est tūc luna mittēda i ope illo. ¶ Videas itaqꝫ si dn̄s p̄ie fuerit iūct⁹ dn̄o septie vel ipe illi a trino vel sextili aspectu cū receptione pfecta .s. ꝙ vn⁹ eoꝝ recipiat aliū sigt ꝙ fiet pax int̄ eos ante cōtētionē. Si vero fuerit iunctr a .4. aspectu vel oppositione lꝫ recipiāt seinuicē aut a trino vel sextili aspectu sine receptiōe nō pacifica bū t̄ nisi primo p̄lient̄ vel ꝯtēdāt simul. Sed p⁹q̄ ꝯtēderint vel p̄liati fuerint simul cōponēt inter se ꝛ veniet pricipiū pacis seu ꝯpositiōis ex pte illi⁹ cui⁹ significator fuerit leuior. Et debes scire ꝙ planete superiores .s. saturn⁹ iupiter ꝛ mars sunt fortiores in prelijs ꝛ guerris q̄ꝫ inferiores scilicet sol venus mercurius ꝛ luna ꝛ stabiliores ꝛ constantiores propter tarditatem suorum motuum. Et quia inferiores applicantur eis ꝛ ipsi non inferioribus. Unde si tu posses facere hoc fac semper in tuis inceptionibus bellorum seu guerrarum ꝙ tu habeas pro significatore aliquem de planetis

superioribus sicut alias dicet: sed tamen si non potes habere superiorem accipe de inferioribus sicut melius potes: quoniam bonum est tibi habere inferiorem beatum q̄ superiorē infortunatū siue impeditum. Postea considera ex quo videris ipsos pacificaturos si vterq; significator .s. dn̄s ascendētis et dn̄s septime fuerit directus erit pax seu concordia quam facient simul bona et firma: et maxime si fuerit aspectus trinus vel sextilis. Si vero fuerit vterq; retrogradus erit pax ficticia et non erit bona neq; durabilis: sed erit pocius cum ingenio malo et calliditate et quilibet nitet decipere alium. Si vero vnus fuerit directus et alter retrogradus ille cuius significator fuerit retrogradus nitet decipere alium et incedet cū malo ingenio et calliditate aduersus alium. Et vide in quo loco fuerit ab illo quem nitit decipere: quia si fuerit in secunda a prima postq̄ concordauerit secum et quia ipse confidet de illo ipse auferet ei substantiam. Et si fuerit in tercia primo decipiet eum causa fratris: quoniā accipiet fratrem illius ab eo et tenebit eum vt extorqueat aliquid ab illo vel forte panget cum fratre illius et faciet q̄ ipse nocebit ei vel mittet eum extra regionē illam in suum detrimentū. Qd̄ si fratrē non habuerit decipiet eum ex alijs de causis que significant per terciam domum. Si fuerit in quarta capiet eum et tenebit in carcere subterraneo et absconso donec auferat sibi quod intendit: vel auferet ei regnum vel ciuitatē vel castrum vel villam vel domum seu aliud predium prout discordia fuerit inter eos. Si fuerit in quinta faciet ei illud idem cum filio vel causa filij quod dictum est cum fratre vel causa fratris: vel aliqua ex his que significātur per quintam domum. Si fuerit in sexta tenebit eū et incarcerabit vt auferat ei seruos vel alia animalia minora vt pecudes: porcos: capras: canes: astures et similia. Si fuerit in octaua quia septima non cadit in hoc opere nisi vt prima ponet eum in carcerem et faciet eū mori in illo vel alio modo interficiet ipsum. Et si fuerit in nona mittet eum in peregrinationē longinquā et faciet eum ibi pati penas. Et si fuerit in decima dabit ipsum in manus potestatis vel alterius magnatis vt offendat eum vel forte incarcerabit eū in aliquo castro vel in aliqua turri seu alio loco eleuato. Et si fuerit in vndecima tradet eum alicui militi seu familiari regis seu potestatis vel alteri⁹ magnatis vt extorqueat aliquid ab eo vel trader eum alicui suo amico illa eadem de causa vel vt custodiat eum sibi. Et si fuerit in duodecima tenebit eū et distringet eum carcere vltimato et dicendo sibi bona verba faciet ei q̄ pei⁹ facere poterit ex districtione et tenebit eū longo tp̄e ita q̄ desperabit: nec credet se posse vlteri⁹ euadere: vel vt auferat ei equos boues camelos et cetera maiora anīalia. ¶ Et nota q̄ quarta significat carcerē Septima significat incarcerationem vel incarcerandū. Octaua significat actum incarcerandi. Decima significat ipsum iam incarceratū. Deinde aspice dn̄m septime qui habet significare illum qui incarcerat si fuerit retrogradus significat q̄ ille fugiet a carcere: vide tunc cui ipse iungit in retrogradatione illa primo: quia si iungit fortune significat ei bonum in fuga sua. Deinde aspice si non videris q̄ componant seu pacificent: et vide si dn̄s prime separatus fuerit a domino septime vel econtra significat q̄ illa guerra seu lis siue contentio seu dis-

cordia sit diutius duratura nec videt q̄ finiat in paruo tempore. Et si dñs
prime fuerit de .3. planetis superioribus ⁊ fuerit in prima vel in decima vel
fuerit saltim in quarta receptus nisi ille qui receperit sit dñs septime vel octa
ue: verūtamen quarta est multū infra decimā ⁊ infra primā significat q̄ ille
qui interrogat vincet ⁊ obtinebit contra inimicū nisi sit combustus vel intra
uerit tunc in combustionē. Si vero dñs septime fuerit de .3. planetis supio-
ribus ⁊ fuerit in septima vel in quarta vel fuerit in decima: sed decima erit in
fra quartā receptus nisi ille qui recipit eum sit dñs prime vel secunde signifi-
cat q̄ inimicus vincet ⁊ obtinebit contra interrogantē nisi sit combustus vł
intrauerit tunc in combustionē: qm̄ tunc debilitat̄ ⁊ nulla fortitudo inest ei.
¶ Considera etiā iā sup istis significatorib⁹ videlicet sup dño prime ⁊ super
dño septime: q: licet casus dñi ascendētis ab ascendente sit magna debilitas
tamen si ipse fuerit de planetis superioribus erit ei fortitudo cōtra inimicos
ꝓpter superioritatē illam: ⁊ aduersario erit debilitas ꝓpter inferioritatem:
qm̄ dñs septime erit de inferiorib⁹ qui non sunt ita fortes in facto belli sicut
sunt superiores. Unde nō debes dicere ob hoc interroganti q̄ ipse succūbet
nisi cū videas primo cui dñs septime iungit̄: quia licet dñs prime qui est de
superiorib⁹ sit cadens ab angulo ⁊ dñs septime qui est de inferioribus sit in
angulo: nō tamē est ob hoc minus fortis dñs prime q̄3 dñs septime nisi dñs
septime iungat̄ alicui planete qui fortificet eum. Si enim dñs septime iun-
git̄ cū aliquo planeta qui sit in loco forti .s. in angulo ⁊ recipiat eū tunc forti
ficat̄ dñs septime: ⁊ potes dicere interroganti q̄ ipse succumbet ⁊ vincet̄ ab
aduersario suo siue inimico. Si enī iungat̄ dñs septime planete qui eū nō re
cipiat non fortificat̄ ob hoc in tm̄ q̄ interrogator succūbat illa de cā. ¶ Et
econtra dic de dño septime si fuerit de superiorib⁹ quod dixisti de dño prime
q: si fuerit dñs septime cum sit de superioribus cadēs a suo angulo .s. a septi
ma non iudicabis victoriā interrogāti sup inimicū licet dñs prime qui est de
inferiorib⁹ sit in angulo nisi ipse iungat̄ cum planeta altero qui sit in angulo
qui recipiat eū. Nam si fuerit ita receptus fortificat̄ inde in tm̄ q̄ poteris ei
iudicare victoriā sup inimicū suum. Si dñs septime fuerit cadens ab angu-
lo licet ipse sit de superiorib⁹. Si quidē inueneris dñm prime in angulo for
tem licet fuerit iunctus alicui planete cadenti ab angulo quod habet signifi
care ipsius impedimentū: nihilomin⁹ tamen erit fortis tunc quia maior erit
fortitudo eius quā habuerit ex angulo q̄3 sit debilitas quam infert ei plane-
ta cadens ab angulo: ⁊ hoc durabit ei donec ipse fuerit in loco illo ⁊ gradu
qui tunc erat angulus vel vsq3 dum fuerit elongatus ab eo per .15. grad⁹ ni-
si compleat̄ primo coniunctio inter ipsum ⁊ planetam cadentem ab angulo
qui eum impedit. Sed qñcūq3 complet̄ coniunctio inter ipsum ⁊ planetā
cadentem gradu per gradum incontinenti debilitat̄ ⁊ timet̄ postea ne succū
bat interrogator licet a principio bene successerit ei: ⁊ fortificabit̄ inimicus
licet male successerit ei a principio. ¶ Illud idē iudicabis de dño septime q̄d
iudicasti de dño prime .s. si tu inueneris dñm septime in angulo fortem: licet
fuerit iunctus planete cadenti ab angulo quod habet significare ipsi⁹ impe-
dimentum nihilominus tamen erit fortis tunc: quoniā maior est fortitudo

quam habet ex existentia sua in angulo q sit debilitas quam habeat ex coniunctione planete cadentis ab angulo qui eum impedit donec ipse fuerit in illo loco ⁊ illo gradu qui tūc erat angulꝰ vel vsq duz fuerit elōgatus ab eo per .15. gradus nisi cōiunctio inter ipm ⁊ planetam cadentē qui eum impedit cōpleat primo gradu per gradū: sed quādocūq completa fuerit illa coniunctio incontinenti debilitat ⁊ videt q debeat succūbere inimicus licet a principio visum fuerit bene cedere sibi ⁊ fortificabit querens licet videat a principio q cedat ei sinistre. Et dixit illud idem dic de dño prime ⁊ de dño septime si intrauerit in combustionē quod dixisti quando pficiet cōiunctio alicuiꝰ eorum cū planeta malo cadenti ab angulo ⁊ impedienti euz. Si aūt dñs prime vel septime non fuerit iunctus cū aliquo planeta in signo in quo fuerit vide post exitum eius ab illo signo in quo est cum quo ipse primo iunget quando intrabit aliud signū: quia si iungit alicui de planetis sūpiorbꝰ a trino vel sextili aspectu cum receptione ⁊ illo in loco forti .s. in angulo vel succedenti angulū vel iunctus fuerit fortunis a trino vel sextili aspectu ⁊ sine receptione vel a quarto aspectu vel oppositione cū receptione significat q ille cuius significator fuerit sic vincet ⁊ obtinebit ex toto sicut voluerit: ⁊ omnia cedent ei prospera siue dñs prime fuerit siue dñs septime. Si vero fuerit ex quarto aspectu coniunctio illa vel ex oppositione cum receptione ⁊ recipiens in loco forti vt dixi: vel ex trino vel sextili aspectu sine receptione cedent ei quasi semi prospera sed non perfecte. Si aūt fuerit coniunctio ex quarto vel oppositōe sine receptōe ⁊ ille malꝰ fuerit cadēs vel cōbustus vel intrat in combustionem significat q omnia cedent ei aduersa in fine rei qualecūq principiū fuerit. ¶ Et dixit zahel q cum mutabis significatorez ad secundū signū q non iudices p fortitudinē planetarū inferiorū nisi p bonitatē loci eius ab ascendente ⁊ per liberationē a planetis impedientibus: ⁊ per auxiliū aliorū planetarū erga eum. Preterea scire debes q significatores dñs .s. prime ⁊ dñs septime possunt habere fortitudines ⁊ debilitates ⁊ relatiuas positione loci. Et sunt iste quia si dñs septime fuerit in prima est maxima debilitas ⁊ dño prime est maxima fortitudo quia significat q interrogator vincet inimicū nec erit ei defensio contra querentē. Idez in electionibus videt posse dici sicut accidit nobis quando equitauimus valbonam fuit enim ascendens taurus ⁊ mars in ascendente: vicimus enim omnes volentes nobis resistere. Si aūt dominus prime fuerit in septima quod est ei ei maxīa debilitas ⁊ inimico maxima fortitudo significat q inimicꝰ vincet interrogantem. Et dixit zahel ⁊ multo fortius fient ista que dixi tibi si aliquis significatorum aspexerit illum qui fuit in domo sua hoc est si dñs prime aspexerit dñm septime in prima adipiscet interrogator inimicum ⁊ vincet eum. Et si aspexerit dñs septime dñm prime in septima adipiscet inimicus interrogantem ⁊ vincet eum. Similiter vide ne dñs prime cadat in octaua quoniam si sic fuerit vel fuerit dñs prime coniunctus dño octaue dubiuz reddit interrogantez vel dñs octaue iunctus fuerit dño prime significat tūc

mortem interrogantis. At si dñs septime fuerit in secunda a prima vel fue-
rit iunctus dño eius vel ipse illi dubium reddit inimicuz ⁊ significat eiꝰ mor
tem: ⁊ maxime si dñs secunde fuerit impeditus aliquo predictorũ impedi-
mentorum quibus planeta impedit᷑ quoniam secunda a prima est octaua a
septima sicut secunda a septima est octaua a prima. Et illud idem dicas de
dño octaue si fuerit impeditus quoniã tunc significat mortem ita ꝙ vix aut
nunꝗ̃ euitabit eam: nisi ille qui fuerit ex eis leuior recipiat᷑ a ponderoso: ⁊
ipse leuis non recipiat ponderosum vel econtra: quia si vterqꝫ recipit ⁊ reci
pit᷑ significat mortem. Si vero vnus recipiat ⁊ alter᷑ non recipiat non impo
nit ita necessitatem moriendi licet tamen mineẗ mortẽ. ¶ Deinde con side
ra si dñs prime iungat᷑ dño decime vel ipse illi ⁊ fuerit cum hoc dñs prime
in decima significat ꝙ si guerra illa vel prelium illud fuerit in districtu seu re
gno illius qui querit ꝙ ipse erit fortis immo fortior omnibus qui veniẽt cõ
tra ipsum: ⁊ ꝙ ipse vincet eos omnes nisi esset forte multitudo transgrediẽs
numerum vltra modum: ⁊ capiet aduersarium siue inimicum qui secum cõ
tenderit: ⁊ eo melius ⁊ fortius si ille qui fuerit ponderosior dñs scilicet pri-
me vel dñs decime fuerit in angulo prima scilicet vel decima vel in succedẽ
ti angulum secũda. scilicet vel vndecima quia significat tunc ꝙ non poterit
vinci nec erit aliquis ita fortis ꝙ possit habere vires cõtra ipsum in districtu
eius siue regno. Si autem fuerit in districtu alterius vincet inimicum condi
tionibus supradictis sed tamẽ non erit ita fortis quia posset perdere de suis
rebus ⁊ etiam de personis: tamen fama ⁊ rumor erit ꝙ ipse vicerit: sed nõ po
terit contra tantam multitudinem contra quantam poterit in suo districtu
poterit tamen contra equalem vel contra maiorem se pro quarta vel ꝑ ter-
cia parte. Si aũt dominus septime fuerit in quarta que est eius decima aut
fuerit iunctus dño quarte vel dñs quarte iunctus fuerit ei ⁊ ponderosior ex
eis fuerit in angulo in septima. s. vel quarta aut in succedenti angulum: quin
ta. s. vel octaua significat ꝙ inimicus non vincet᷑ ⁊ nullus poterit contra cũ
si fuerit prelium in districtu inimici. Si autem fuerit prelium in districtu in-
terrogantis dubitatur ne amittat interrogator de suo districtu seu regno.
¶ Et dixit zahel. Si iunctus fuerit vnus ex significatoribus alicui planete
in angulo vel domino anguli: ⁊ eo melius si ipse fuerit in angulo quia tunc
significat fortitudinem eiusdem significatoris. Et dixit si fuerit vnus ex si-
gnificatoribus in angulo liber a malis ⁊ fuerit in signo mobili significat ei
mortem post adeptionem cito. Item aspice si videris dominum septime in
prima ⁊ non aspexerit eum dominus prime vel fuerit in duodecima signifi-
cat fugam inimici. Si vero aspexerit dominus prime eum vincet ipsum.
Et siquidem fuerit retrogradus significat eius fugam ⁊ debellationem ⁊ cõ
fractionem sue partis. Si vero dominus prime fuerit in septima ⁊ dominus
septime non aspexerit eũ vel fuerit in sexta significat fugã querentis. Si aũt
fuerit retrogradus sigẜ eius fugã ⁊ confractionẽ ⁊ debellationẽ sue ptis. De
inde aspice si videris dñm. 10. ĩ prima videt᷑ ꝙ rex sit auxiliaturꝰ interogãtẽ.

Si vero fuerit dñs decime in septima videtur q sit auxiliaturus inimicum.
¶ Illud idē dicas si sol vel luna fuerit iunctus aut aliquis eoꝝ alicui significatoꝝ.s.dño prime aut dño septime quia cuicūqꝫ iunctus fuerit aliqs eoruꝫ s.luminariū ille auxiliabit a rege. ¶ Preterea vide significatricē q est luna si separata fuerit ab aliquo significatorū ꝛ iuncta alteri: quoniam sigt fortitudinem eius cui iungit ꝛ debilitatem a quo separat: quia si separat a dño septime ꝛ iungit dño prime significat victoriā ex parte querentis contra inimicuꝫ. Et si separata fuerit a dño prime ꝛ iungat dño septime sigt victoriā ex pte inimici contra interrogantē. Deinde aspice locum saturni in re belli: qm̄ p̄sentia eius in angulis in facto prelioꝝ mala est quia sigt fortitudinem ꝛ atrocitatē belli. Unde si tu videris eum in aliquo anguloꝝ hora interrogationis vel inceptionis p̄lij annuucia fortitudinē ꝛ crudelitatē atqꝫ ꝓlixitatem belli. Et si fuerit retrogradus magis impediet ꝛ deteriꝰ faciet siue habeat dignitatē siue potestatē in angulo siue non. Si fuerit in prima erit bellū magnū atqꝫ forte ex parte querētis. Si fuerit in quarta erit infra hoc hinc inde. Si fuerit in septima erit magnū ꝛ durabile ꝛ maxime ex parte inimici Si aūt fuerit in.10.erit bellū magnū forte crudele noiatū ¶ Illd idē dicas si fuerit mars hora interrogationis vel hora inceptionis prelij in capricorno vel in ariete sed non erit preliū ex toto terribile. ¶ Preterea vide si mars fuerit significator alicuius parciū qꝛ si ip̄e fuerit significator querētis siue incipiētis seu auxiliatoꝝ suoꝝ ꝛ fuerit directus significat q erūt illi de pte q̄rētis boni bellatores ꝛ qui non ꝓponūt in corde suo fugere. Et si fuerit tunc mars stationarius in statione sua secūda ꝑmittent se potiꝰ interfici qꝫ fugiāt vel recedant retro. Si aūt fuerit tūc mars retrogradus erunt illi bellatores instabiles ꝛ non bene ꝑseuerabunt in bello nisi vt illi qui insurgunt contra alios per modum latronum ꝛ abscisorum viarum. Et econtra si fuerit significator inimici vel auxiliatorum eius significat illud ideꝫ pro inimico quod dictum est pro querente. Si vero non fuerit significator alicuius eorum significat fortitudinem vel debilitatem vtriusqꝫ ſm esse suum ꝛ vltimataꝫ fortitudinem in bello significat in statione sua. Et retrogradatio saturni significat prolongationem belli ꝛ eius reiterationem. Retrogradatio vero martis non ita prolongat bellum sicut retrogradatio saturni. Et si fuerit tunc mars in decima.s.hora interrogationis siue inceptionis belli erit bellū nominatum ꝛ durabile tamdiu q diuulgabit per plures regiones ꝛ diuersas ꝛ longinquas. Et si fuerit a decima domo vsqꝫ ad angulum occidentalē erit bellum durabile ꝛ crescet ꝛ multiplicabit sed nitet vnus capitaneorum exercituum seu ducum decipere aliuꝫ ꝛ cum ingenio ꝛ calliditate faciet vterqꝫ quicquid fecerit. ¶ Considera etiā si mars fuerit in angulo ipse.s.vel planeta qui aspicit eum quoniam significat fortitudinem belli etiam sine intromissione saturni de bello illo sed non vltimatam. Si autem fuerit mars in succedenti angulū ꝛ ille qui aspexerit eū fuerit in angulo vel ecōtra sigt maiorē fortitudinē belli qꝫ cū fuerit vterqꝫ ipsoꝝ i angulo. Et si ābo fuerint in succedenti angulum sigt iterum maiorē fortitudinē belli qꝫ cū fuerint vt dictū est

Et, si vnus fuerit in angulo vel in succedenti angulum: et alter fuerit in cadēti significat iterū maiorem fortitudinē belli. Si quidē ambo fuerint in cadēti ab angulo significat bellum forte terribile atq; multorum conflictuū preter q̄ in decima: quia tunc debilitat mars bellum. Et si fuerit vnus malorum in quarto aspectu alterius et fuerit vnus ex eis cum cauda significat fortitudinē belli. Et mars si fuerit in ariete vel virgīe vel scorpione et fuerit bellū diurnū seu q̄stio diurna: vel fuerit nocturnum et fuerit in cancro vel piscib⁹ significat mediocritatem belli. Et si fuerit in tauro vel libra diurnum siue nocturnum fuerit prelium siue questio erit bellum leue respectu aliorum bellorum et non durabit diu sed separabitur in paruo tempore. ¶ Preterea debes aspicere lunam et videre si ipsa fuerit alicubi iuncta cum marte corporaliter et maxime in octaua: quoniam significat tunc interfectionē interrogantis seu incipient prelīū nisi fortuna tunc aspiciat eam. Nā si fortuna tunc aspexerit eam q̄uis pericula horribilia incumbant querenti: tamē liberat eum a morte licet vix. Silr vide si luna fuerit in prima et mars fuerit in septima vel econtra cōsule illi qui vult ire vel incipere prelium q non vadat nec incipiat preliū: quoniā significat eius interfectionem. Et si fuerit in quarta vel sexta vel deciā capiet et vulnerabitur vulnerib⁹ dubijs nisi forte vt dictum est aspiciatur tunc a fortuna. Nam si fortune aspexerint mitigabunt maliciam martis et forte q non interficietur: tamen semp reddit eum dubium. Si autem separata fuerit luna tunc a marte per corpus et fuerit corporalr iuncta saturno vel per oppositōm sine receptione perfecta: et eo fortius si fuerit in secunda significat interfectōm inimici: nisi fortune tunc aspiciant eam quando scz ipsa iungitur saturno sicut dictum est quando ipsa iungitur marti: et eo fortius accident hec si fuerit tūc mars vel saturnus cum capite vel cauda draconis: et multo fortius accident ista si fuerit ita hora inceptōis prelij. Deīn aspice solē quē silr si inueneris cū capite vel cauda dracōis ī hora interrogatōis sed forti⁹ ī hora incepcōis prelij sigt interfectionē maximam hincinde: sed erit maior ex parte illorum qui tenuerint dorsum suum versus meridiem vel versus occidentem nec tñ pacificabuntur propter illos conflict⁹. ¶ Qđ si dñs prime fuerit tunc in illa coniunctione scz si sol fuerit cum capite vel cauda draconis significat q illa interfectio erit ita fortis et ita terribilis et ita magna q quasi oēs partes interficientur ita q non erit residuum quasi q̄ntitas respectu illorum qui interficient erit tamē deterius cum cauda q̄ cum capite et perdentur corpora ipsorum. Et debes scire q sicut mars significat fortitudinem vel debilitatem belli et planeta cui ipse iungit vel qui iungit ei ita et luna significat multitudinē vel paucitatem eius: quoniam si ipsa fuerit in angulo significat paucitatem belli et maxime si aspexerit eam dominus domus in qua ipsa fuerit et ille in angulo similiter. Si autem ipsa fuerit in succedenti significat mediocritatem belli: et maxime si domin⁹ dom⁹ in qua fuerit aspexerit eam vel fuerit in angulo vel succedenti angulū vel fuerit in tauro vel cancro. Si autem ipsa fuerit in cadenti ab angulo et fuerit iuncta domino domus in qua fuerit et ille in cadēti significat multitudinem preliorum atq; guerre. Illud idem poteris dicere si ipsa fuerit in scorpiōe vel capricorno vel in vltima medietate libre. Et semp

sit tibi cure ne vnq̃ ponas dominū prime vel lunam vel martem impeditū illi qui voluerit incipere bellum: neq̃ planetam a quo separatur luna. Qd̃ si hoc totum vitare non poteris vita illud quod potes: ad minus vitabis impedimentum domini prime ne succumbat inceptor. Et caue in inceptione belli vel in itinere ad bellum ne dn̄s prime iungat̃ vel vadat ad cōiunctionē dn̄i septime: et quanto maior fuerit volens exire ad preliandum tantū magis dubium erit et eo deterius erit si dn̄s septime receperit dominū prime.

¶ Capitulum vicesimum secundum que pars habet plures auxiliatores.

SI quidem volueris scire quis ex significatoribus sit magis populatus siue auxiliatoribus fulcitus aspice quis eorū sit in maiori sua dignitate dominus scz prime aut dominus septime et qui aspiciat melius domum suam et qui aspiciatur a planetis pluribus: et qui plures planetas habeat ex parte sua scz versus ascendens vel versus septimam: qm̄ ille qui sic fuerit habebit plures milites seu plures auxiliatores. Et sicut prima significat querentem seu incipientem: ita secunda significat milites seu auxiliatores eius. Et sicut septima significat inimicum: ita octaua significat auxiliatores eius. Et sicut decima significat regem: ita vndecia significat milites seu auxiliatores eius siue ministros. ¶ Et dixit zael q̃ si fuerit fortune in scd̃a vel aspexerint illa fueritq̃ dominus secunde in bono loco significat fortitudinem adiutorum querentis et eorum fidelitatem et auxilium: et per octauam et dominum eius iudica de auxiliatoribus inimici: sicut iudicasti per secundam et dominū eius de auxiliatoribus querentis. Et si fortune que fuerint in secunda fuerint in signo cōmuni aut fuerit in cancro vel scorpiōe vel piscib9 aut ariete vel libra vel capricorno annuncia multitudinem militum seu auxiliatorū querentis Et idem dicas de fortunis que fuerint in octaua pro inimico: et de illis que fuerit in vndecia pro rege et eius vicario. ¶ Et dixit zael q̃ quinta significat ciuitatem et omnes qui habitant in ea. Et dixit q̃ si fuerit planeta orientalis in domo sua: aut dn̄s secunde fuerit directus et orientalis milites seu auxiliatores querentis petunt veritatem. si vero fuerit retrograd9 non obedient ei ¶ Pro militib9 vero regis siue auxiliatorib9 vel vicarijs regis aspice vndecimam et vide si in ea fuerit aliq̃s malus planeta non erunt bene obedientes Si quidem fuerit retrograd9 ille malus non solū erunt inobedientes milites regis: verū etiam erunt proditores. Et eo fortius si mercurius et cauda draconis fuerint prope solem per. 13. gradus vel infra: vel fuerit aliquis malorū in octaua domo a signo in quo fuerit tunc sol. Si vero fuerit retrograd9 ille malus non solum auxiliatores regis erūt malefactores seu proditores: verū etiam ipse idem rex seu vicarius eius erit malus et iniquus. Ita intelligas si non fuerint pacificati exercit9. Si vero inueneris q̃ debeant pacificari vide tunc planetam cui duces seu productores exercituū cōmittunt dispositionē suam: et qui habet significatorē illum qui intromittit se de componendo seu pacificando inter eos si vis scire qualis p̃sona sit vide si fuerit in aliqua suarū dignitatum. Nam si fuerit ille receptor dispositionis et qui intromittit se de compositione illa in domo sua erit de illis qui sunt in aliquo ipsorū exercituū Et si fuerit in exaltatione sua aliquis potens erit qui est cū cōmuni terre quā

habet ad regendū in exercitu illo. Si vero fuerit in termino suo erit de illis qui habent consanguineos in exercitu siue in aliquo de illis exercitibus qui nollet q accideret eis aliquod sinistrum. Et si fuerit in triplicitate sua erit de illis qui habent suos amicos vel auxiliatores hoies qui venerūt in exercitū ad eius postulationē. Et si fuerit in facie sua erit vir qui habet opari aliquid in exercitu causa sui magisterij. Et si nō fuerit in aliqua suaruz dignitatū erit persona que veniet aliunde tanq̄ forensis seu viator. Et attentius poteris scire per eius significatorem: et forte poteris scire ipsius effigiem per eundem planetam. Nam si fuerit saturnus videtur q sit ignobilis senex et maxime si ipse fuerit occidentalis. si aūt fuerit orientalis erit minus senex. Et si fuerit iupiter videtur q sit collecte etatis et sit nobilis et posset esse forte episcopus vel iudex vel istis similis. Si autem fuerit mars erit homo qui cōsueuit vel qui fecit producere exercitus: et forte q erit de ducibus eiusdem exercitus: et erit homo mendax et qui aliqn̄ fuerit abscisor viarum vel alias malefactor. Et si fuerit sol erit hō magn̄ nobilis de his scz qui apti sunt regno: vel forte q erit rex vel multis gentib⁹ prepositus. Et si fuerit venus erit quidā iuuenis etate atq sapientia parum doctus: quicquid tamen fecerit operabitur bona fide non sub aliqua specie scaltrimenti. Et si fuerit mercuri⁹ erit vir sapiens et doctrinatus tam sensu naturali q̄ accidētali vel literatus. Et si fuerit luna erit vir qui motu iusto et bona voluntate intromittit se de his. Et si videris mercurium sub radijs solis et dominus prime vna cum domino septime impedierint eum eum significat q quelibet pars nitetur decipere atq perdere aliam. Et si inueneris tunc martez cum mercurio illa proditio propalabitur ita q scietur ab oībus manifeste. Et ambo extremi planete qui sunt saturn⁹ et luna aspexerint ambo ascendens vel sint in ascendente vel cum dn̄o ascendentis significat q proditio illa perficietur ab vna partium aduersus aliam Et si non fuerit mercuri⁹ in ascendente neq luna sed aspexerint illud vel alt̄ eorum a quarto aspectu vel ab oppositione significat q ille qui intromittit se pacificando inter eos non sit fidelis neq legalis. Et si fuerit tunc significator eius sub radijs solis significat q inuenientur illi de exercitu contra eū. Et si fuerit tunc luna corporaliter iuncta marti vel planete a quo separatur mars vel qui separatur ab eo capietur. Et si mercurius fuerit cum hoc orientalis ponetur in carcerem vltimo tamen euadet. Et si fuerit tunc mercurius iunct⁹ corporaliter alicui malorum et ille malus fuerit septentrionalis ab eo affligetur ille in carcere et patietur detrimentū in eo. Et si fuerit iunctus fortune et fuerit illa fortuna septentrionalis ab eo euadet ille ab illo detrimēto Et si fuerit mars significator illius qui impedit significatorem pacificantis erit ille qui affliget eum aliquis bellicosus miles. Et si fuerit sol erit de productoribus exercitus et specialiter maior et excellentior eo. Et si fuerit tunc mercurius in geminis vel virgine vel sagittario vel piscib⁹ illi qui se intromittunt de pacificando inter exercitus erunt plures. Si autez fuerit tunc iupiter aspiciens ascendens vel lunam fient omnia cū legalitate atq bonitate et nulla deceptio siue proditio cadet tunc in corpore illo.

¶ Capitulum vicesimumtercium de scientia victorie belli quis vincet.

Aspicies etiaz in scientia victorie belli quis ex preliantib⁹ debeat esse victor: videbisq3 si sol ⁊ luna fuerint a linea decie domus vsq3 ad lineā quarte domus ex parte ascendentis: vel a linea quarte domus vsq3 ad lineā medij celi ex pte occidentis: fuerintq3 liberi ⁊ mundi fortunati sc3 atq3 fortes quoniam significabūt victoriam belli ex parte in qua fuerint vt si sint ex pte ascendentis significabunt eam interroganti siue incipienti. si autē sint ex pte occidentis significabunt eaz aduersario Si quidem fuerint infortunati atq3 debiles fuerint significabunt contrarium: quoniam ille succumbet ex cuius parte fuerint.

¶ Capitulum vicesimumquartuz que fuit causa quare surrexit illud bellum ⁊ vtrum iusta vel iniusta.

Si quesierit aliquis aliq̄ndo prout pluries fieri consueuit vel alias illud alicui dicere volueris que fuit causa quare bellum surrexit: dixit zael q̄ debes aspicere martem quoniam ipse est naturaliter significator bellorum: ⁊ omnia bella ꝓut alias dicetur sunt ei attributa: ⁊ videre a quo planeta ipse separatur: vel qui separat̄ ab eo quoniam ab illo percipies illum qui incipit bellum: ⁊ ab illo cui ipse iungitur vel qui iungitur ei percipies inimicuz siue aduersarium. Si separatur a fortunis vel fortune separent̄ ab eo ⁊ iungatur malo vel malus iūgatur ei significat q̄ interrogator seu inceptor mouerit se iusta de causa ad incipienduz illud bellum ⁊ q̄ ipse vtatur iusticia ⁊ veritate ⁊ aduersarius contrarijs his. Si vero fuerit separatus a malis vel ipsi ab eo ⁊ iunctus cum fortunis significat q̄ mouerit se contra iusticiaz: ⁊ q̄ non vtit̄ veritate: ⁊ aduersarius defendit iusticiam ⁊ veritatem. Et si fuerit separat⁹ mars a fortunis ⁊ iunctus fortunis significat q̄ vtraq3 pars fouet iustā causā qd raro contingit. Si quidem separatus fuerit a malis ⁊ iunct⁹ malis significat q̄ vterq3 nititur contra iusticiam ⁊ contra veritatem. ¶ Deinde aspice si aliquis malorum fuerit in prima ⁊ specialiter si fuerit mars: quia significat q̄ bellum surrexerit causa inuidie quam vnus habebit aduersus alium: aut forte q̄ vnus volebat auferre alteri aliquid de suis victualibus. Et si fuerit mars in scđa surrexit bellum hac de causa sc3 quia vn⁹ volebat auferre alteri bona sua ⁊ substantiam suam seu pecuniaz. Et si fuerit in tercia videt̄ q̄ vn⁹ leserit fratrem alterius ⁊ illa de causa surrexit bellum: vel forte q̄ dicebat eū non esse catholicū. Et si fuerit in quarta videt̄ q̄ sit causa ciuitatis vel castri quod vnus abstulerat alteri vel volebat auferre alteri: vel forte volebat auferre ei domum vel terram vel campum seu hereditatem vel vineam vel q̄ leserit patrem eius. Et si fuerit in quinta significat q̄ sit causa filij quē leserit aliquis eorum alteri: vel erit causa mulieris vel alicuius rei luxuriande: vel causa bonorum paternorum: ⁊ maxime imobilium. Et si videris tunc lunaz iunctaz mercurio a trino vel sextili aspectu videtur q̄ sit bellum causa cuiusdam ciuitatis seu castri quod volebat occupare quilibet eorum per se. Et si fuerit in sexta erit causa serui vel ancille vel causa aialiū paruoꝝ ablatoꝝ ab vno alteri: vel erit q̄si pro nihilo seu ꝑ re propt̄ quā non deberet esse guerra.

Et si fuerit in septia erit causa mulieris ablate vel lese siue iniuriate et maxie vxoris vel amasie: vel erit causa vindicte alic⁹ maleficij. Et si fuerit i octaua erit causa rei antiquate propter quaz fuit effusus sanguis: vel erit causa hereditatis alicuius mortui qui non multum attinebat alicui eorum. Et si fuerit in nona erit causa religionis vel alicuius religiosi: vel q vnus vult puertere alium vt sequatur quod ipse sequitur et reuereatur quod ipse reueretur. Et si fuerit in decima erit causa regis et eius honoris et causa accrescendi eius dominium. Et si fuerit tunc luna in decima et fuerit iuncta marti corporalr vel aspexerit eum a quarto aspectu vel ab oppositione magnificabitur belluz et erit interfectio multa hincinde. Et si fuerit mars in vndecima erit causa amicorum vel erit pro defensione substentie regis siue auxiliatorum eius. Et si fuerit in duodecima erit causa inimicitie antiquate et male voluntatis que est inter partes siue inter productores exercituum: sed tamen licet sit guerra illa de causa non tamen preliabuntur partes simul prelio vniuersali: et leuiter cōponent si fuerint aliqui qui velint se intromittere de componendo inter eos

Capitulum 25 de magnitudine siue paruitate exercituum

Si forte aliqñ aliquis ex productoribus alicuius exercituū dubitauerit de exercitu aduersarij sui et voluerit a te scire vtrū sit magn⁹ vel paru⁹: et volueris ei aspicere in hoc prospice tunc locum lune de signis et gradib⁹ et mercurium similiter: et minue locum lune de loco mercurij et vide quot signa tibi remanēt que si fuerint paria erit exercit⁹ magnus: et quanto plura fuerit signa remanentia post subtractionem illam in tanto maior erit exercitus. Et sit fuerint disparia erit exercit⁹ paruus: et quanto fuerint pauciora tanto erit exercitus minor. Si vero non fuerit locus mercurij tantus q possis inde extrahere locum lune adde illi duodecim signa et postmodū extrahe inde locū lune et fac vt dictum est. Et etiā vide si ex parte occidentis qđ est ab angulo terre vsqz ad decimam ex parte occidentis fuerit maior quantitas planetarū q̄ ex parte orientis qđ est ab angulo decime vsqz ad quartā ex parte orientis significat iterum maiorem quantitatem gentis ex parte aduersarij. Si vero fuerit maior quantitas eorum ex parte orientis q̄ ex parte occidentis significat diminutionez quantitatis gentium ex parte aduersarij licet ratione predicta significetur eius exercitus magnus: et econtra ex parte querentis.

Capitulum vicesimumsextum ad sciendum vniuersa instrumenta et alia q̄ spectant ad bellum.

Ad sciendum vero vniuersa instrumenta que spectant ad bellum dixit Azael q ascendens significat incipientem bellum et causas eius: et quid sit quod excitauit belluz: et vtrū cum veritate cepisset vel mendacio. Prima significat incipientem bellum qm̄ prima res que venit in bellū est incipiens Secunda vero ab ascendente significat vtrum sit bellum an non: et vtrum sit pro profectu aut pro damno quoniaz fm q venit in bellum post incipientes est ipse effectus bellandi. Et dixit q tercia a prima significat arma et quibus generibus armorum erit victoria vel adeptio: et que genera armorum non erūt necessaria in ipso bello: quoniaz tercia est res que venit in bellum sunt arma q̄a sine ipsis non posset q̄s bono modo bellare. Et q q̄rta a prima significat

locum in quo erit bellum vtrum scz erit campestris aut montanus: ⁊ vtrum sit in littore maris vel iuxta flumē: vel sint arbores fructifere aut nem⁹: quoniā locus est res taliter apta bello ꝙ sine ipsa non posset fieri. Et ꝙ quinta significat probitatem atqꝫ incessum atqꝫ audaciam atqꝫ pigriciaȝ bellatorum: qm̄ probitas est res sine qua bellatores non bene bellarēt. Et dixit ꝙ sexta significat animalia militum que sint vtrum scz equi vel asini vel muli vel cameli: quoniam res que magis est vtilis militibus bellatoribus sunt equi seu alia aīalia que portent eos. Et dixit ꝙ septima significat instrumenta cū quibus proijciuntur lapides: ⁊ vtrum sit bellum cum calliditate vel non: quoniam est res valde vtilis bello post alia instrumenta seu arma predicta. Et dixit ꝙ octaua significat plagas ⁊ captionem ⁊ mortem fractiones quoqꝫ ⁊ victorū fugam: quoniam ista sunt ipse actus bellandi ⁊ in quem consueuerunt bella vltimo deuenire. Et dixit ꝙ nona significat opus exploratorum ⁊ scientiaȝ rerum inimici ⁊ eius rumores atqꝫ calliditates: quoniam istud est res quas multum debet procurare dux belli scz vt sciat acta inimici ⁊ noua que sunt penes ipsum ⁊ qualiter ipse sollicitetur circa facta belli: ⁊ qualiter ipse sit callidus seu ingeniosus. Et dixit ꝙ decima significat consuetudinem vel acta ducis maioris ceterorumqꝫ ducum qui sunt sub eius imperio: quoniaȝ istud debes tu vel quiuis alius niti videre vtrum rex siue dux sit sollicitus ⁊ procurās circa illa que spectant ad bellum vel non: ⁊ vtrum sit cautus vel astut⁹ in his que ad eum pertinent. Et dixit ꝙ vndecima significat acies eorum ⁊ earum ordinationē qualiter incedunt contra inimicum: quoniam hec est res valde seruanda vt sciat q̃s ordinare suas acies ⁊ suos bellatores ⁊ instruere ipsos qualiter se habeant in re belli: ⁊ ex isto solo multi vicerūt iam suos inimicos. Et dixit ꝙ duodecima significat ciuitatem ⁊ eos qui obsidentur ⁊ expugnantur in ea: quoniam hec est res quam oportet preliantez scire ⁊ ex qua poterit perpendere quid habeat facere ⁊ qualiter possit augmentari contra inimicum suum.

¶ Capitulum vicesimumseptimum qualiter debes aspicere significata duodecim domorum.

Licet dicta sint superius in isto eodeȝ capitulo multa de his que spectāt ad factum bellorum seu contentionū: tamen dicam tibi adhuc quedaȝ vtilia que non videnẗ mihi fore omittenda: nec credas me velle contradicē sentencijs supradictis: quia si bene inspexeris que dicta sunt ⁊ bene ea intellexeris ⁊ que dicentur nullum reperies contrarium. Unde si recte distinxeris tempora bene concordabunt concordanda. Cum ergo bene prospexeris vt dictum est omnes domos ⁊ volueris scire significatum vniuscuiusqꝫ ipsaruȝ aspice pro interrogāte seu pro incipiente omnes domos ordine infra scripto incipiendo a prima: pro inimico vero aspice a septima ⁊ fac ipsam primā inimici: ⁊ octauam fac eius secundam: ⁊ nonam fac eius terciam: ⁊ decimaȝ fac eius quartam: ⁊ vndecimam fac eius quintam: duodecimam fac eius sextaȝ: primam fac eius septimam: secundam fac eius octauā: terciam fac eius nonā


quartam fac eius decimam: quintam fac eius vndecimā: sextam fac eius duo decimam. Deinde aspice si fuerit malus in prima aut aspexerit illā a quarto aspectu vel ab oppsitione significat q̄ querens non bene exercebit que sunt exercenda pro facto belli nec bene sollicitabitur circa illa: ⁊ hoc poterit esse causa quare non bene cedet ei in bello nisi sit ille malus dominus ascendent. vel saltim exaltationis eius: ⁊ significat etiam q̄ non habeat ius: sed potius contrarium querens vel incipiens bellum. Si autem fuerit ibi fortuna vel aspexerit a trino aspectu loco predicti mali significat bonū: malus significat contrarium. ❡ Si fuerit malus in secunda qui non sit dominus secunde vel exaltationis eius vel aspexerit illam a quarto vel ab oppositione significat q̄ non erit bellum: ⁊ si fuerit erit in damnū querentis ⁊ non in eius vtilitatē Si autem fuerit ibi fortuna vel eius aspectus vt dictū est in prima significat bellum futurū: ⁊ si fuerit erit cum vtilitate querentis. ❡ Si vero fuerit mal⁹ in tercia ⁊ fuerit mars ⁊ fuerit boni esse erūt in ipso bello necessaria arma militaria. Idem dicas si fuerit ibi iupiter: ⁊ illis oportebit querentem vti si voluerit obtinere. At si fuerit mars mali esse significat q̄ vsus armorū qui erit ex parte sua erit armorum latronum ⁊ abscisorum viarum ⁊ hoīm instabiliū nec erunt sibi vtilia. ❡ Si autē fuerit malus in quarta vel eius aspectus predicti significat q̄ locus belli erit incōmodus ⁊ ineptus pro parte querentis si fuerit campestris: si fuerit montanus erunt montes asperi ⁊ inhabitabiles ⁊ siluatici. si vero fuerit iuxta aquas erit paludosus ⁊ lutosus ⁊ male aptus ad preliandum. ❡ Si autē fuerit in quinta fortuna vel eius aspectus predicti vel fuerit ibi mars ⁊ fuerit boni esse significat q̄ milites ⁊ auxiliatores querentis erunt probi ⁊ audaces et facilis incessus et bene apti ad preliandum. Et si fuerit ibi malus vel eius aspect⁹ predicti vel mars ⁊ ipse mali esse significat q̄ erunt viles ⁊ inertes ⁊ grauis incessus ⁊ tardi ⁊ male apti ad preliandum. ❡ Si fuerit in sexta vel fortuna vel eorum aspectus predicti vel caput draconis animalia quibus vtentur pro bello illo erunt equi preciati: similr̄ si fuerit ibi mars ⁊ ipse boni esse erunt equi illi feroces ⁊ rigidi ⁊ impatiētes At si fuerit ibi malus ⁊ specialr̄ saturnus erunt illi equi viles vt sunt roncini ⁊ alij equi vetusti atq̄ pro maiori parte pauci valoris: ⁊ erunt ibi asini ⁊ cameli si fuerit regio in qua sunt cameli. At si fuerit ibi cauda erunt muli ⁊ alia vilia animalia pro bellando ⁊ non bene assueta. ❡ Si autem fuerit fortuna in septima vel eius aspectus predicti significat q̄ instrumenta cum quib⁹ proijciuntur lapides erunt ⁊ vtilia ⁊ bene facientia illud ad quod erūt deputata ⁊ significat etiam bonitatem inimici. Et si fuerit ibi malus vel eius aspectus predicti significat vtilitatem instrumentorum predictorum: ⁊ q̄ nitetur vt multū preliari cū calliditate ⁊ deceptione atq̄ proditione: ⁊ significat etiā vilitatem inimici ❡ Si quidem fuerit fortuna in octaua sigt̄ q̄ pauce plage sequuntur ex illo bello ⁊ pauca mortalitas: ⁊ q̄ illa vulnera non multū erūt periculosa nec sequunt̄ inde multe captiones nec erunt magne debellatiōes nec magne fuge. Si aūt fuerit ibi malus ⁊ maxime saturnus ⁊ ipse retrograd⁹ sigt̄ multas plagas ⁊ p̄iculosas ⁊ interfectoꝝ magnā ⁊ captionē ⁊ ꝯfractionē

Si autem fuerit fortuna in nona siue aspectus eius significat q inimicus sit bene dispositus et q habeat spem aliquorum rumorum quos habet et q sint ei vtiles rumores illi: et q sit homo callidus et q nitatur decipere querentem si poterit. Si autem fuerit in decima fortuna vel eius aspectus predicti signt q querens siue ille qui est maior seu capitaneus sui exercitus sit sagax et doctus talium que spectant ad bellum et alij quibus cōmissuz est aliquid de his que spectant ad bellum. Si autem fuerit ibi malus significat q querens vel eius dux vel maior sui exercitus et alij productores exercitus quibus cōmissum est de factis exercitus aliquid omnes vel pro maiori parte homines sint inepti ad talia exercēda. Si vero fuerit in vndecia fortuna significat q querēs seu productores exercitus sint hoīes discreti et qui bene nouerunt ordinare suas acies atq ipsas producere ad bellum: et q scient bene ire contra inimicos seu aduersarios et bene facere oīa que ad illud spectant. Si autez fuerit ibi malus vel eius aspectus pdicti significat q productor exercitus sit inscius et indiscretus nec sciet ordinare suas acies nec producere ipsas ad belluz nec facere ea que ad productionem exercitus spectant: licet alias possit esse bone voluntatis. Si quidez fuerit in duodecia fortuna significat q illi qui sunt in ciuitate vel alia terra que obsidetur sint bene dispositi et apti ad defensionem et sint vnanimes et q bene confortentur et q nihil videantur timere. Si quidem fuerit ibi malus vel eius predicti aspectus significat q sint male dispositi et q non sint apti ad defensionem et q non sint vnanimes et q sint timidi expauentes.

¶ Nec obliuiscaris vnū qd dico tibi nunc: quia licet nō inuenerim in dictis philosophorum: tamen inueni per experimenta probata q semper qn mars fuerit in duodecima semp timendū ē de pditione: et quasi illud idem potest dici de cauda. ¶ Et sicuti aspexisti ex parte querētis omībus domibus incipiendo a pria et finiendo ad duodecimā: ita prospice pro inimico iudicando eius et pro eo oībus domibus incipiendo a septima et finiendo ad sextam: sicut iudicas de prima querenti siue incipienti: ita iudica de septima inimico. Et sicut de secunda querenti: ita de octaua inimico. Et sicut de tercia querenti: ita de nona inimico. Et sicut de quarta querēti: ita de decima inmico. Et sic de quinta domo querenti: ita de vndecima inimico. Et sicut de sexta qrenti ita de duodecima inimico. Et sicut de septia querenti: ita de prima inimico Et sicut de octaua querenti: ita de secunda inimico. Et sicut de nona querēti ita de tercia inimico. Et sicut de decima querenti: ita de quarta inimico. Et sicut de vndecima qrenti: ita de quinta inimico. Et sicut de duodecia qrenti ita de sexta inimico. Sed debes hoc scire q si tu inueneris significatores exercituum dnm scz prime et dnm septime in omnibus equaliter fortes et bene dispositos vel eqliter debiles et male dispositos: qa tunc significat victoriā ex parte illius qui inceperit prelium nisi predicte hore combuste contra operentur. Et si vnus fuerit bene dispositus et alter male: et inceperit ille cuius significator fuerit bene dispositus obtinebit. Si autem inceperit ille cuius significator fuerit male dispositus succumbet: etiam si alias fuerint in oībus equaliter fortes.

¶ Capitulū vicesimūoctauū vtrū futurū sit preliuz inter exercitus an non.

Si te interrogauerit aliquis vtrum sit futurũ prelium inter exercitus an non aspice tunc primã ⁊ dñm eius ⁊ lunam ⁊ septimã ⁊ eius dñm: ⁊ vide si iungant corporaliter in aliquo angulorum: quoniam illud significat q̃ erit prelium inter eos. Si aũt non fuerint iuncti corporaliter vide si iungantur ex oppositione vel quarto aspectu quoniam illud significat similiter preliũ futurũ. Et si aliquod istorũ nõ fuerit vide tũc si aliquis planeta trãsfert lumen inter eos ex oppositione vel quarto aspectu: quoniam illud significat p̃lium futurum si fuerit sine receptione. Si aũt ponderosior ex eis receperit illum qui tranfert lumen eorum inter eos significat q̃ prelium non erit: ⁊ si fuerit pacificabunt aut in ipso exercitu aut in breui post exercitum. Et si aliter fuerit. s. q̃ significatores exercituum dñs. s. prime ⁊ dñs septime non fuerint alicubi iuncti nec obuiauerint sibi inuicem nec fuerit aliquis qui transferat lumen inter eos vt dictum est significat q̃ prelium non erit.



¶ Cuius rei exemplum fuit hoc. Cum comes guido nouellus esset potestas florencie ⁊ essemus in exercitu supra districtũ lucensium ⁊ lucenses tenerent in pectus eius cũ suo exercitu prope ad vnũ miliariũ vel min⁹ quesiuit verũ esset futurum preliũ inter exercitus illos an non ¶ Aspexi in hac questione cuius ascendens fuit sagittarius. 4. gradus ⁊ mediũ celi virgo. 24. gradus. Mars in eo. 13. gradus. 30. minuta. Uenus. 17. gradus. 6. minuta. Mercurius. 17. gradus. 13. minuta in. 9. in cadente ab angulo ⁊ sol in eodez. 26. gradus. 4. minuta in angulo decime domus. Libra. 11. domus. 18. gradus. Cauda in eo. 3. gradus. Scorpio. 12. domus. 14. gradus. Capricornus. 2. domus 9. gradus. Jupiter in eo. 13. gradus. Aquari⁹. 3. domus. 13. gradus. Piscis 4. domus. 24. gradus. Aries. 5. domus. 18. gradus. Caput in eo. 3. gradus. Saturnus in eo. 13. gradus retrogradus. Luna in eo. 21. gradus. Taurus. 6 domus. 14. gradus. Gemini. 7. domus. 4. gradus. Pars fortune in eo. 29. gradus. Cancer. 8. domus. 9. gradus. Leo. 9. domus. 13. gradus. Hec fuit era arabum. 658. anni. 9. menses. 16. dies fere. Altitudo solis ante meridiẽ 48. gd⁹. fere die lune. 12. mẽsis septẽbris. ¶ Aspexi igitur huius questionis ascendens ⁊ dñm eius qui erat iupiter ⁊ septimam ⁊ dñm eius qui erat mercurius quorum vnus erat in secũda in capricorno. s. in casu suo quod videt significare vilitatẽ partis querentis ita ꝙ nõ peteret preliũ sed quia ipẽ erat in secũda significat ei aliquã fortitudinẽ. Deinde aspexi lunã que erat in ariete vacua cursu quod significabat similiter debilitatẽ ex parte querenti ⁊ vilitatẽ. Deinde aspexi mercuriũ pro aduersariis qui erat in virgine combust⁹ ⁊ cadens ab angulo qui licet esset in domo sua sicuti illi erant in sua terra significabat eius debilitatem ita ꝙ nõ peterent preliũ. Unde iudicaui ei questionẽ ⁊ ita deuenit quia non posuerunt se ad locũ preliendi: ⁊ ita postea discessit vterqꝫ exercitus sicut in capitulo de castro absconso dicetur infra post hec.

¶ Capitulum vicesimumnonum vtrum ciuitas uel castrum obsessum uel obsidendum capiatur an non

Antiqui astrologoꝝ nõ multũ curauerunt de re ista de qua miror cum sit res que sepissime currat eis per manus sed põt esse forte ꝙ fecerũt illud eo quod posuerũt eam rem leuem: ⁊ posuerunt ꝙ quilibet hoc sciret: ⁊ ob hoc non curauerũt de ipsa dicere: ego tamen aliquid hic tibi subiungam Dixit tamen zodyal inde aliquid cuius intentionẽ non bene percepi. Unde si fuerit facta tibi questio de aliqua ciuitate vel aliquo castro obsesso vel obsidendo vtrũ capiat an non ex obsidione illa aspice primam que est querentis ⁊ quartã que habet significare ciuitatem vel castrum obsessum: licet forte quidã ex modernis dixerunt ꝙ decima significat ciuitatẽ: ⁊ mouebantur hac rõne ꝙ quarta significat terram querentis eadez rõne decima significat terram inimici non facientes differentiã inter terram seu hereditatẽ ꝑdioꝝ ⁊ ciuitatẽ siue castrum. Mihi aũt visum est ꝙ nos debeamus dare quartam ciuitati seu castro quoniã quarta significat hereditatẽ querentis ⁊ terras ei⁹ ⁊ domos ⁊ decima significat eius honorem ⁊ nullus honor maior q̃ꝫ dominari: ⁊ nullũ dedicus maius q̃ꝫ deponi a dominio. Unde si decima significat

honorem querentis qui significat magis p ciuitatē vel castrū q̄ȝ per alias di
uicias oportet ꝙ quarta significaret honorē aduersarij qui est oppositus ho
nori querentis: ⁊ sic videt ꝙ quarta significat ciuitatē vel castrum inimici.
¶ Nec tamē credas hoc cōtrariū ei⁹ quod dicit zael ipse enim videt velle
dicere ꝙ duodecima significat ciuitatē vel castrū obsessuȝ: sed eius intentio
fuit de ciuitate cōtra quā fit exercit⁹ absq̄ȝ castrametali obsessione circa ipaȝ
sed intrat per inimicos violenter in eius iurisdictionē ⁊ de ipsius ciuitatis
seu castri defensoribus. Unde si tu inueneris dñm prime fortem ⁊ fortunatū
vel inueneris eū iunctuȝ dño quarte in prima vel cū luna vel in decima vel
etiā in vndecima vel alio loco qui nō sit infortunat⁹ vt. 12. vel. 8. vel. 6. ita
ꝙ dñs prime recipiat dñm quarte vel etiā recipiat eum luna etiā si non reci
piat ab eo significat adeptionē ciuitatis ⁊ eius captionē. Similiter si fuerit
dñs quarte in locis malignis nō aspiciēs domū suaȝ vel nisi dñs septime fue
rit in quarta: qm̄ tunc sig̃t custodiā eius. Similiter si fuerit dñs quarte cū in
fortunis impeditus sig̃t eius captionē: vel si fuerint infortune in quarta sine
aliqua fortunarū vel ei⁹ laudabili aspectu sig̃t eius captionē. Illud ideȝ di
cas si fuerit ibi cauda draconis quoniā habet significare amissionem ⁊ eua-
cuationē. Si aūt nō fuerit aliquid de his que dixi tibi vide si dñs quarte fu
erit in q̄rta fortis vel fortunatus ita ꝙ non sit retrogradus nec cōbustus nec
obsessus ab infortunis: vel fuerit ibi dñs septime liber a malis ⁊ ab alijs im
pedimētis: vel fuerit ibi iupiter aut ven⁹ aut sol vel caput draconis: nec do
min⁹ prime recepit dñm quarte: nec impedierit eum sig̃t ꝙ castrū vel ciuitas
nō capiet ex illo exercitu: maxime si dñs prime fuerit impeditus nō habens
ibi dignitatem: etiam si foret aliqua de infortunis in quarta dūmodo sit ibi
fortuna que vadat prius ad lineā anguli quarte q̄ȝ infortuna maxime si dñs
p̄ie fuerit debilis sicut dixi. Si vero fuerit ibi aliqua fortuna ⁊ domin⁹ pri
me fuerit fortis ⁊ fortunat⁹ ⁊ aspexerit quartā ipse vel luna sig̃t captionem.
Si quidē non aspexerit vel fuerit impeditus sig̃t ꝙ pars querentis propter
vilitatē ⁊ pigriciā desistet ab his faciēdis quib⁹ castra obsessa capiunt: ⁊ ita
ex negligentia ⁊ vilitate impugnantiū remanebit castrū obsessum cū posset
capi. ¶ Zodial vero dixit ꝙ ascendens ⁊ eius dñs est aspiciendū pro querē-
te septima vero ⁊ ei⁹ dñs pro ciuitate vel castro. Et dixit ꝙ quicūq̄ȝ eorum
fuerit male dispositus vel retrogradus vel in sua descensione eius significa
tor superabit. Et si dñs ascendentis intrat domum septimaȝ ⁊ dñs septime
dat ei vim ciuitas seu castrū capiet. Si sunt iūcti anguli planetis fortunis
⁊ infortunis venient vtriq̄ȝ suffragia. s. vrbi ⁊ expugnanti semperq̄ȝ est luna
consideranda vtrum sit fortunata vel infortunata que si est in domo decima
ad exordium quarte ex parte orientis suffragium veniet querenti: si in reli-
quo medio vrbi.




Figura occupati castri.

¶ Cuius rei exemplum hoc est. Quesiuit dictus comes cum esset in obsessione cuiusdam castri comitatus luce si esset occupaturus illud cuius questionis ascendens sagittarius. 2. gradus. capricornus secunda domus. 7. gradus. iupiter in eo. 16. gradus. aquarius tercia domus. 10. gradus. piscis quarta domus. 20. gradus. aries quinta dom⁹. 14. gradus. caput draconis in eo. 2. gradus. saturnus. 9. gradus retrogradus. taurus. 6. domus. 11. gradus. luna in eo. 11. gradus. gemini. 7. domus. 2. gradus. pars fortuna in eo. 18. grad⁹. cancer. 8. domus. 7. gradus. leo. 9. domus. 10. gradus. virgo. 10. dom⁹. 20. gradus. libra. 11. domus. 14. gradus. mars in eo. 2. gradus. cauda in eo. 2. grad⁹ venus in eo. 23. gradus combusta. sol in eo. 25. gradus. scorpio. 12. dom⁹. 11. gradus. mercurius in eo. 6. gradus. Significauit itaqꝫ iupiter qui erat in. 16 gradu capricorni aspiciens quartā captionem castri: ⁊ maxime cum ipē esset dn̄s prime ⁊ esset dn̄s quarte: ⁊ quia vnus ⁊ idem planeta erat dn̄s prime ⁊ quarte videbaꝰ ꝙ deberet haberi per concordiā dummodo fierent primo q̄ facienda erant ad capturā eius. Et luna que erat in tauro in exaltatione sua

significat honorem ex parte querentis. Et mercurius qui erat prope domuz duodecimā non adhuc bene exiens inde sigt debilitatez inimicoꝝ querētis sed licet iupiter videt̃ significare captionē castri: tamē quia ipse erat in descē sione sua ⁊ aspiciebat quartā ⁊ nō primā ⁊ luna licet esset in exaltatione sua tamen erat in sexta in cadenti ab angulo ⁊ ab ascendente significauit hoc ꝙ tanta esset vilitas ⁊ pigricia ⁊ segnicies ⁊ debitas coꝝ ꝙ non insisterent his quibus castrū debebat ⁊ poterat capi: ⁊ illa de causa non caperet̃ cū deberet capi: qm̄ licet caput esset in quarta tamen saturnus erat prope illud ita ꝙ ponebat̃ ad introitū quarte domꝰ. Unde respondi ei sub ista cōditione: dixiqꝫ sibi ꝙ videbat̃ mihi tanta eoꝝ vilitas ꝙ potius remaneret castrum q̄ȝ capet̃ Ultimo tam viliter ⁊ tam debiliter se habuerunt ꝙ nullo modo sunt operati aliquid de his que faciebant ad captionē castri: ⁊ ita remansit quasi illesuz ⁊ exercitus leuatus est de agro ⁊ steterāt tm̄ in exercitu ꝙ bene potuissent impugnasse castrū si voluissent facere ea que sunt faciēda in talibꝰ. Demū cōsuluerunt me de mutatione aeris anteq̄ȝ recederent de campo ⁊ inueni ꝙ mutabat̃ a die questionis ad tres dies mutatione magna ⁊ fuit ita ꝙ beati fuerūt quando fuerunt reuersi domum steterat enim primo quatuor mēsibus ꝙ nō pluerat.

¶ Capitlm. 30. vtrū aliquis habeat inimicos publicos vel occultos.

Fortune sunt plures q̄ȝ infortune tamē infortunia vident̃ plura q̄ȝ sint fortunia: nō ꝙ sint plura numero sed quia magis sentiunt̃: vnde sunt q̄dam hoies fortunati: nec scit̃ nisi forte a peritis quare hoc sit. Similit̃ sunt quidā infortunati nescientes quare hoc eueniat eis: seruiunt enim alijs indifferenter licet forte plus vni q̄ȝ alteri nemini deseruiūt ⁊ tamen inimicant̃ eis aliqui ⁊ quandoqꝫ multi nec scirent assignare cām quare odiant illos nisi ꝙ mouent̃ forte inuidia q: vident eos bonos ⁊ nō maliciosos. Unde illi aliqñ cogitant sup his ⁊ consulūt astrologū dicentes vtrū habeant inimicos quare accidant eis cōtraria an nō. ¶ Unde si aliqs mouerit tibi questionē vtruz habeat inimicos an non: sciassi querit de aliquo noīatim vtrum inimicet̃ ei an nō. vel dixerit absolute habeo inimicos an non. Si vero noīauerit tibi aliquē quere illū a domo. 7. si dñs. 7. aspexerit dñm prime vel lunā a quarto aspectu vel ab oppositione scias ꝙ ille inimicat̃ ei ⁊ maledicit ⁊ male facit negocia querentis. Similiter si fuerit in. 12. ab ascendente vel fuerit in. 12. a dño prime vel a luna vel fuerit iunctus cū aliquo planeta qui sit in oppositione dñi prime vel lune vel eoꝝ quarto aspectu sine receptione si vero non fuerit ita nō erit sibi inimicus ¶ Si aūt q̄sierit absolute vtrū habeat inimicos quere hoc a domo. 12. ⁊ vide si dñs. 12. fuerit in eius oppositione vel in oppositione lune siue cū receptione siue sine receptione: vel in quarto aspectu sine receptione habet inimicos qui cogitant ei mala ⁊ faciunt qñ possūt sine rumore vt non sciat̃ publice ⁊ fingunt se amicos coram eo. Deinde aspice in quacūqꝫ domo fuerit dñs. 12. sic dispositus dic ꝙ illi qui significant̃ per illā domū sunt qui inimicant̃ ei. Et aspice etiā si alius ex planetis fuerit in oppositione dñi prime vel lune uel in eorum quarto sine receptione: qm̄ illi erūt inimicantes ei qui significant̃ ꝑ domū illā cuius fuerit dñs ille planeta

Idem intellige de illis qui significant p domũ in qua fuerit planeta quãdo opponit dño primi vel lune: ⁊ omnes isti mouent inuidia potius q̃ alia de causa.

¶ Capl'm. 31. de venatione terre ⁊ aque auiũ ⁊ ferarum.

Modi venationũ sunt duo ali' est in terra ⁊ per terrã: alius in aqua ⁊ p aquam. Venatio aũt que fit in terra est dupliciter: nã est ad feras aut est ad aues: Iterũ tam ad feras q̃ ad aues subdiuidit: nam aũt est in monti bus aut est in terra plana ¶ Si fuerit tibi facta q̃stio de venatiõe terre, ⁊ fue rit ad feras si fuerit ascendẽs signũ terreũ ⁊ deternatio venationis illi': aspi ce tunc ascendẽs ⁊ dñm eius ⁊ aspice etiã dñm illi' hore quoniã habet mul tum facere dñs hore in re venationis tam terre q̃ aque. Aspice etiã si fuerit ex signis quadrupedib' quoniã idem opant quasi quod terrea in venatione terre ad feras. Aspice etiam si fuerit venatio tua in montib': q2 si tunc fuerit ascendẽs aliquod ex signis igneis erit bonũ. Si fuerit in terra plana ⁊ fuerit ascendẽs terreũ vel quadrupes sigt similiter bonũ quantũ est ex hoc. ¶ In venatione aũt auiũ siue sint aues terrestres siue aeree siue paludestres aptan da sunt signa aerea. Deinde aspice septimã que habet significare venationẽ ⁊ dñm eius. ⁊ vide vbi sit: ⁊ vide si aspexerint se a trino vel sextili aspectu si gnificat adeptionẽ venationis sine magno labore ⁊ sine multa inquisitione ⁊ eo meli' si dñs primi receperit dñm septime: quoniã tunc significat adepti onem cũ leuitate atq3 suauitate. Et si fuerint iuncti ab oppositione vl' quar to aspectu sigt q2 quicquid adeptus fuerit ex venatione adipiscet cum mul to labore atq3 cum multa fatigatione quasi post desperationẽ. Si autẽ non fuerint iuncti ab aliquo aspectu nec per corpus ⁊ fuerit aliquis qui transfe rat dispositionẽ seu virtutem eorũ vni'. s. ad aliũ. s. dñi septime ad dñm pri me ⁊ dñs prime nõ cõmiserit tunc dispositionẽ alteri sigt etiaз adeptionem venationis licet non multã sed modicam. Si vero cõmiserit dñs primi dis positionẽ alteri vel transtulerit aliquis dispõnem eius ad dñm septime sigt q2 erit in precinctu capiendi venationẽ tamen non capiet ea m: letabit tamẽ ex eis que videbit ex venatione vt ex fugatione ⁊ similibus. Si vero nõ fue rint iuncti simul a cõiũctione vel ab aspectu vel p trãslationẽ luminis sigt q2 nihil adipiscet de venatione. ¶ Si aũt inueneris q2 sit adeptu' venationeз ⁊ fuerit signũ septimũ aries vel taurus vel vltima ps sagittarij vel capricor nus ⁊ fuerit questio hora iouis ⁊ fuerit dñs hore in prima vel. 10. adipiscet venationẽ ex quadrupedib' siluestrib' velociter currentib' vt sunt cerui ca pricoli lepores ⁊ silia. Si aũt fuerit leo erit venatio ei' in quadrupedib' silue stribus ledẽtibus vt sunt vrsi lupi vulpes apri ⁊ silia. Si aũt fuerit septima domus ex domib' malorũ ⁊ sigt adeptionẽ venationis: aspice si fortune fue rint in ea vel aspexerint eam quia significat adeptionem cum saluatione ve natoris. Si autem non fuerint in ea fortune nec aspexerint eam significat fa tigationem in venatione illa magnam ⁊ in eius inuentione ⁊ parum adipi scet ex ea ⁊ q2 timet illi venatori ne accidat ei aliquod sinistrum propter ve nationem vel ab ipsa venatione in persona sua. Et si fuerit saturnus domi-

nus septime vel habuerit ibi aliam dignitatem ⁊ significat adeptionem ve-
nationis questio illa: vel principium itineris ad venandum adipiscet̃ de ve
natione non multum sed timet̃ ne aliquis in venatione ledat eum credens
forte percutere feram ⁊ alio modo: nec tamen erit res multũ magne lesionis
sed si ipsemet se ꝑcusserit poterit ei esse grauius: qm̃ illa effusio sanguinis per
tinet ad martem vnde minus impedit quia omnis sanguis qui fundit̃ in ve
natione pertinet ad martem naturaliter: ⁊ ideo mitigat̃ eius malicia in hoc
⁊ minus ledit. Sed si iupiter qui est solutor omniuz maliciarum naturaliter
aspexerit tunc martem non impediet̃ venator ⁊ maxime si fuerit iupiter do-
minus hore: vel fuerit ascendens sagitarius vel piscis venabit̃ cum saluatio
ne sui corporis ⁊ adipiscet̃ venationem multam ⁊ leuiter cum pauco laborē
⁊ parua fatigatione atq; velociter. Si vero fuerit signũ septimũ terreum vel
aereum ⁊ fuerit in eo fortuna licet dñs septime sit infortuna ⁊ dñs hore simi
liter fuerit infortuna tamen saluabit̃ ⁊ non ledet̃ in venatione illa sed omni
no adipiscet̃ de venatione quod intendit ⁊ credit: ⁊ fere ⁊ aues quas venare
intendit sentient ipsum ⁊ suos canes siue leopardos vel alia aialia cum qui
bus venat̃ aliquis alonge ⁊ fugient ꝑterrite ab eo ita ꝙ non capiet illas: ⁊ in
quiret inquisitione forti ⁊ laboriosa: nec tamẽ sequet̃ inde vtilitatem: eo sal
uo ꝙ si iupiter fractor malicie vel mercurius fuerit cum dño septime vel cuz
illo malo qui fuerit dñs hore nõ resistit quin bene possit venari venator ille
mercurius enim gerit vicem martis tunc in causa venationis in tali casu.

¶ Capłm. 32. de multitudine vel paucitate venationis.

SI aut volueris scire quantitatem venationis vtrum multa vel pauca
adipiscat̃ venator: aspice primo horam in terrogationis vel exitus ad
venationẽ: ⁊ vide. 10. signuz illius figure vt si ipsum fuerit aries vel scorpio
vel inueneris tunc martem in eo ⁊ aspexerit eum iupiter aut mercurius ⁊ fue
rit ascendens aliqua ex domibus illorum duorum ⁊ mars in decima. Et si
non fuerit ascendens aliqua ex domibus eorum sed fuerit aliquis ex duob⁹
dñs hore ⁊ aspexerit cum hoc martem significat adeptionẽ venationis mul
tam ⁊ inueniet in quantitate plurima ita ꝙ nedum instrumentis verũ etiam
ꝓprijs manibus ⁊ sine magno labore adipiscet̃ eam: nisi saturnus aspexerit
tunc martem. nam si aspexerit eum absq; aspectu iouis ⁊ fuerit ille aspectus
quadratus: vel fuerit ex aliquo angulorum: vel fuerit in decima: vel fuerit
capricornus vel aquarius decima domus non adipiscet̃ forte modicũ: quo
niam tunc diminuit venationem: ⁊ immittit super̃ venationem laborem ⁊ tri
sticiam ⁊ angustiam. Nam si non aspexerit iupiter tunc martem ⁊ ipse fuerit
in aliquo locorum significantiũ venationẽ ⁊ maxime in angulo timet̃ tunc
illi venatori seu dño venationis impedimentum persone sue ⁊ recessio ve-
nationis ab oculis suis ⁊ grauabit̃ in eundo in venatione illa: ⁊ si venatus
fuerit aliquid erit parum ⁊ non gaudebit ex illo: ⁊ forte ꝙ perdet venationẽ
postq; adeptus fuerit eaz ⁊ maxime si fuerit venatio terre siue plane siue mõ
tuose fuerit.

¶ Capłm. 33. de venatione aque.

Et si fuerit intentio tua vel excuntis ad venandum piscari que venatio maris dicit᷑ ⁊ ei subalternat᷑: similiter intelligas de omni loco piscationis cuiuscũqꝫ aque sit siue fluminis siue lacus siue paludis vel quicũqꝫ alius locus sit dũmodo sit locus piscationis: quoniã omnes iste venationes subalternant᷑ venationi maris. Aspice si fuerit ascendens signũ aquaticũ quoꝝ vtilius est piscis: deinde cancer ⁊ scorpio est infra cancrum: non est mars tũc vtilis quoniam ipse impedit venationem aque. Unde si fuerit tunc luna iũcta marti vel dñs hore nõ eas adipiscet᷑ nisi venus sit tunc in coniunctione lune: venus enim in hoc casu frangit maliciam martis: cum enim luna que habet magnam virtutẽ in venatione fuerit iuncta marti in venatione aque significat modicam vtilitatem in piscatione vel quasi nullam: ⁊ illud quod fuerit erit cum difficultate atqꝫ grauitate similiter ⁊ impedimento venantiũ. Secus est in saturno ipse enim non impedit lunam in venatione aque sicut mars non impedit in venatione terre: immo si fuerit luna iuncta saturno in venatione multiplicat venationẽ nisi mars aspiciat eam. At si fuerit iuncta a quocũqꝫ aspectu nisi ipsa sit in libra vel capricorno vel aquario dubitatur ne venator siue piscator ille patiat᷑ naufragiũ vel alio modo suffocet᷑. Si vero fuerit in capricorno vel aquario dubitatur ne cadat in aquam sed non suffocabitur. Si aũt fuerit in libra significat eius madefactionẽ per pluuiaꝫ vel per arbores seu herbas madefactas per rorem: ⁊ hoc accidet quoniaꝫ mars ⁊ saturnus sunt inimici veneris. ¶ In tractatu electionũ ego dicam tibi ex dictis antiquorum alia que dicenda erunt in facto venationum tam aque q̃ȝ montium atqꝫ planiciei.

¶ Capitulum. 34. vtrum exul siue expulsus seu bannitus reuertat᷑ ad terraꝫ suam an non.

Expellunt᷑ aliquando aliqui de domibus vel ciuitatibus in quibus habitant vel alio modo recedunt ab eis: volunt forsitan scire vtruꝫ sint reuersuri in domũ siue in terrã in qua consueuerunt habitare ⁊ consulunt astrologuꝫ super hoc. Oportet ergo te scire in quo casu sit ille qui te interrogat de ꝑdictis quoniã põt quis esse multis modis ⁊ multis de causis extra domum seu terram suã: põt eñi esse expulsus exul peregrinꝰ fugitiuus bannitꝰ absens ⁊ deportatus. ¶ Si ergo interrogatus fueris de aliquo de supradictis vide quis est qui q̃rit vtrũ sit ille idẽ vel aliꝰ ꝓ eo. Si est aliꝰ qui sollicitet᷑ de facto ipsiꝰ vide quid attinet ei ⁊ ꝑ quẽ mõ dũ sua interest q̃rere vtrũ .s. sit pater vel mater vel frater vel filiꝰ ⁊c̃. Da primã quereñti quesito dabis illã ꝑ quam significatur ipse quesitus ⁊ indica ſᷣm illud: qm̃ si dominꝰ domus per quam significat᷑ quesitus aspicit primã vel fuerit in prima vel fuerit iunctus planete qui sit in prima vel fuerit iunctus alicui planete qui nõ aspiciat primã si iungat᷑ alteri planete qui aspiciat primã ⁊ qui releuet virtutẽ eius atqꝫ lumẽ ad primã significat eius reuersionem. Illud idem intelligas de luna vt si fuerit questio de fratre ⁊ dñs tercie aspiciat primã .s. de patre dñs quarte: si de filio dñs quinte: ⁊ ita intellige de significatis omniũ domoꝝ. ¶ Si vero ille qui quesierit querat per semetipsum scilicet qꝫ fuerit ipse idem absens qui querit: vide vtrum ipse sit absens qui propria voluntate se absentauerit spe ⁊

animo redeundi vt faciunt aliquando mercatores vel illi qui vadũt in potestarias & alia regimina: vel etiaʒ per alium modum causa lucrandi vel causa delectandi: vel per quẽcunq; modum dũmodo sit spontaneus nisi ipse sit peregrinus semper octaua datur querenti pro persona sua: prima vero datur terre a qua ipse recessit: etiam si foret suspicatus ne accidat ei contrarium q̃re debeat expelli: tamen dicit̃ absens & non expulsus licet post recessuʒ accidat ei aliquid quare non audeat reuerti. Unde si dñs octaue domus aspexerit primam sine luna a quocunq; aspectu significat eius reuersionem: sed si aspexerit ab angulis vel a trino aspectu festinabit reuersio eius: si vero a succedẽtibus vel a sextili aspectu tardabit eius reuersio aliquid plus. Si autem a cadentibus vel a quarto aspectu tardabit multum. Si autem ab oppositione tardabit iteruʒ plus & postponet̃ reuersio ¶ Peregrino vero dat̃ duodecĩa propter iram & tristiciam ac tribulationes que accidunt ei in peregrinatõe: & quidam dant ei septimam: tu tamen potes eligere illam que magis videtur apta significare qd̃ intendis. ¶ Si aũt fuerit absens ille violenter expulsus de terra vel fugit vel fuerit exul vel timore aliquo se absentauerit vel fuerit bannitus vel deportatus vel fuerit peregrinus: quoniam peregrinus quodã modo compellitur ire in peregrinationeʒ suam ita q; non potest recedere ab eo quod proposuit ex peregrinatione sua sine offensione dei aspicies ei alio modo. ¶ Nam si fuerit expulsus ille qui querit vel bannitus vel deportatus vel qui propter timorẽ potestatis vel inimici vel alicuius alterius se absentauit datur ei septima pro sua persona & eius domin⁹ atq; luna: & prima dat̃ terre sue a qua fuit expulsus. Unde si domin⁹ septie fuerit in prima aut luna significat eius reuersionẽ. Si autem non fuerit in prima alter eorum & aspexerit ipse vel luna primam: vel fuerit iunctus dño prime si aspexerit primam significat eius reuersionẽ. Si autem non aspexerit dñm prime sed aspexerit aliquẽ aliũ & ille alter aspexerit primã sed iungitur alteri q̃ non aspicit primã & ille alter iungitur alteri qui aspicit primã: etiam si fieret ꝯiunctio a planeta in septem planetas ꝑut messale visum est vnus releuat alterũ & reddit lumẽ eius ad primum & perficit rem querentis: licet cum interpositione plurium personarũ & per illos poterit fieri res que significatur per domos illas quaꝝ sunt dñi planete qui se interponunt. Si vero nihil supradictorum inueneris significat q; nõ sit reuersur⁹ ¶ At si quesierit absens de proprijs rebus datur prima persone: ciuitati seu terre sue datur quarta & etiã cuilibet rei sue stabili alijs suis rebus dantur proprie domus eis deputate.

¶ De octaua domo. ¶ Capitulum primuʒ de aliquo absente vel qui profect⁹ est alio vtrum viuat vel sit mortuus.

Consueuerunt aliquando quidã absentari a domo sua seu a terra: & hoc multis & varijs de causis: quidam enim absentant se causa peregrinationis: quidam causa mercationis: quidam causa delectationis: quidam forte causa alicuius regiminis: quidam causa exercendi arma: & pluribus alijs de causis elongant se a filijs seu famulis ita q; apud suos non sunt de ipsis noua neq; scitur de ipsis veritas: & forte aliquis sollicit⁹ de aliquo ipsoꝝ voluerit a te scire vtrũ viuat ille de quo ipse sollicitat̃ an non & mouerit tibi q̃stioneʒ

de ipso ⁊ volueris ei super illa respondere: aspice tunc quis est ille qui interrogat ⁊ vide pro quo interrogat vtrū pro patre vel fratre vel filio vel seruo vel vxore vel vxor pro viro vel pro religioso vel pro domino vel pro amico vel pro aliquo qui non diligit eum qui fingit se amicum eius aliquando ⁊ similia: dabis tunc primam querenti: quesito vero dabis domum que ipsum significat ⁊ lunam silr: ⁊ vide si inueneris eum in quarta vel octaua a domo sua vel etiam questionis: tunc enim significat eius mortē. Similiter si fuerit in duodecima a domo sua cum aliquo malorum: vel aspexerit eum aliquis malorum a quarto aspectu vel ab oppositione: ⁊ si sol fuerit impeditus aut luna similiter significat eum mortuū. ¶ Uerūtamen zael dixit ꝙ aspiciendi sunt dñs ascendentis ⁊ luna si fuerint in quarta ab ascendente aut in domo mortis que est octaua ab ascendente: aut fuerint combusti: aut in descēsione sua: aut cum domino domus mortis significat mortem. Et dixit ꝙ si non inueneris aliquem eorum ita dispositum vt dictum est: aspice aspectū malorū ⁊ fortunarum ad eos: si fuerit dominus ascendentis in quarta retrogradus: aut in domo mortis retrogradus: aut separatus a domino domus mortis ꝑ retrogradationem aspice si reuertitur ad gradum combustionis erit mortuꝰ. Item dixit ⁊ si iungitur luna planete sub terra erit mortuꝰ: ⁊ si iungitur planete supra terram viuit. Item dixit si inueneris dominū ascendentis in duodecima cum malis aut aspexerint eum mali: ⁊ aliquod luminarium fuerit impeditum indicabis illum mortuum. Et dixit si fuerint quoqꝫ mali cum luminaribꝰ que sunt sol ⁊ luna in vno signo hoc est corporaliter iuncti absqꝫ aspectu fortunarū significat mortem. Et similr̄ si fuerit luna in quarta cum marte ⁊ fortune non aspexerint eum. Et dixit similiter si fuerit pars fortune in q̄rta cum malis aut septima vel octaua ab ascendēte vel duodecima ⁊ fortune nō aspexerint eam significat idem. Et dixit ⁊ scito quia qđ est supra terram significat vitam: ⁊ qđ est sub terra significat mortem. Et dixit cum ergo inueneris eum combustum sub radijs nullaqꝫ fortuna eum aspexerit: ⁊ luna fuerit sub terra cadens ab ascendēte in tercia aut sexta scito ꝙ ille de quo interrogatur sit mortuus maxime si euenerit vt sit in scorpione ⁊ in tercio gradu eiusdem impedita a saturno qui naturaliter significat mortem verificabis mortē illiꝰ de quo fit interrogatio: cui ego satis familiariter assentio preterq̄ꝫ in assignatione domorū: quia ipse videtur velle dare primam absenti quicunqꝫ sit ille qui interrogat: mihi videbatur ꝙ esset ei danda domus que significat eum: potuit tamen esse ꝙ fuerit vicium transferentis seu scriptorum: tu autē tene viam quam vis: quia cum fueris expertus semel ⁊ pluries videbis que istarū viarum sit rectior: quoniam non est de mea intentione detrahere alicui ꝓbo viro: sed cōmendare atqꝫ approbare quicquid ipsi dixerunt: ⁊ credere ꝙ de bona conscientia dixerunt. Si autem fuerit significator absentis in sexta a domo sua vel in sexta ab ascendente vel alibi iunctus cum domino sexte vel in eius quarto aspectu vel oppositione sine receptione atqꝫ aspectu fortune non impedite significat eum infirmari. Si vero fuerit petens coniunctionē illius conditionibus predictis significat eum infirmandum. Si autē fuerit

euadens a coniunctione malorum per corpus vel per aliquem predictorum aspectuuz ita q sit separatus ab eis: vel sit euadens a combustione significat eum euasum ab egritudine vel ab alio impedimēto egritudini simili: Grauitatem autem egritudinis vel eius leuitatem iudicabis sm q videris coniunctionem transactam a qua fuerit significator ille euasus ¶ Est tamē tibi considerandum ne iudices eum infirmum nisi primo videas vtrum sit tunc dormiens: nec iudices eum mortuum nisi videas primo vtrum sit tunc ebrius: nec iudices eum vulneratū nisi videas primo vtrum sit tunc fleubotomat⁹ de quibus poteris habere talem cognitionem. Considerabis si fuerit significator absentis in sexta nec fuerit iunctus domino sexte nec alicui malo impedienti eum: ⁊ fuerit iunctus alicui fortune forti ac libere non impedite vel alicui ex planetis amicantibus ei fortunato ⁊ forti non impedito significat eum non infirmum sed potius somnolentum: ⁊ non vulneratum sed potius fleubotomatū. Idem intelligas si fuerit in octaua conditionibus predictis quoniam significat eum inebriatum ⁊ non mortuum.

¶ Capitulum secundum de aduentu alicuius absentis.

Sapissime consueuerunt occurrere questiones astrologis de absentibus si reuertentur an non: ⁊ quando reuertentur quod grauius est licet non credant illi qui interrogāt q sit maior labor respondere q̄ȝ interrogare. Unde si fueris interrogatus de aliquo qui sit absens vtrum reuertatur an non ⁊ quando: aspice dominuȝ domus per quam significatur absens sicut dixi tibi supra in capitulo precedenti ⁊ vide si eius significator sit in ascendente qualecunqȝ sit iter vel sit in nona si fuerit iter longum: vel in duodecima si fuerit iter longissimū: vel in quinta si fuerit iter mediocre: vel in tercia si fuerit iter breue: Iter enī breue ponitur vnius diete: mediocre dico ab vna dieta vsqȝ ad terciam: longum a tercia vsqȝ ad .60. longissimum a .60. vsqȝ dum potest quis ire longe: vel iungatur cum planeta aliquo qui sit in eis cui ipse cōmittat dispositionē suam significat q absens ille reuertetur. Et si fuerit in septiā significat eius aduentum sed non velociter īmo differtur aduentus eius: et significat q ipse sit ī terra ad quā profectus est nec exiuit adhuc de illa causa reuertendi tamen sollicitatur circa suum aduentum. Si autēȝ fuerit in q̄rta significat prolongationeȝ sui aduentus maiorem q̄ȝ cum est in septima tamē intendit circa reuersionem quando poterit illam facere ⁊ reuertetur nisi sit impeditus ab aliquo malorum in domo sua. Et si fuerit in tercia vel nona ⁊ fuerit iunctus alicui planete in ascendēte significat q ille absens sit paratus vel paret se in continenti ad reuersionem. Et si inueneris eum in secunda et ⁊ fuerit iunctus alicui planete in nona domo vel in decima domo significat q parat se ad reuersionem: nec erit in eius aduentu magna dilatio. ¶ Si autem inueneris eum cadentem ab ascendente ita q non aspiciat illud etiaȝ

si non fuerit alias impeditus significat eius tarditatem et duriciam et prolon gationem in aduentu: et quod non curet de reuersione: et si curat non potest illam facere. Si vero fuerit cadens ab ascendente et fuerit alias impeditus: nec fuerit iunctus alicui planete qui releuet eum et qui aspiciat ascendens et reddat lumen eius ad ascendens aufert spem reuersionis eius: et videtur quod non reuertatur. Si vero fuerit significator absentis retrogradus vel fuerit ipse vel luna iunctus alicui planete retrogrado et aspexerit ascendens significat eius citam reuersionem. Et si fuerit impeditus ab aliquo planeta vide quis est qui eum impediat. Nam si fuerit dominus quarte videtur quod sit detentus. si fuerit dominus sexte videtur quod sit infirmus. si fuerit dominus octaue dubitatur de morte. si fuerit dominus duodecime videtur quod sit reclusus in carcere. Ista videntur esse que impediunt eius reuersionem. Verumtamen si dominus octaue impedierit eum nec ipse receperit eum licet dominus octaue recipiat significatorem absentis non significat mortem. ¶ Et si non fuerit significator absentis impeditus sicut dixi tunc reuertitur iudicium ad significatricem que est luna: que si fuerit iuncta significatori absentis et commiserit ei dispositionem suam in ascendente vel supra lineam ascendentis per tres gradus vel infra eam per .12. gradus significat eius aduentum citum. Si autem commiserit ei dispositionem vltra lineam ascendentis a tercio gradu vsque ad quintum vel infra a .12. vsque ad complementum totius illius domus significat tarditatem reuersionis eius licet non multum magnam. Si autem fuerit impeditus significator absentis extra predictas domos non significat magnum impedimentum licet forte aliquod Si autem fuerit significator absentis in octaua nec fuerit alias impeditus prolongabitur eius aduentus et erit dilatio in eo. Si vero fuerit impeditus reddet eum dubium et timetur ne non reuertatur sicut dictum est supra. Si vero luna fuerit separata a domino quarte aut a domino septime vel a domino none vel a domino tercie vel ab aliquo planeta qui fuerit sub terra que dicitur sinistra ascendentis et fuerit iuncta domino ascendentis vel planete qui fuerit supra terram que dicitur dextera ascendentis significat reursionem absentis: et etiam si luna fuerit cadens ab ascendente et fuerit iuncta domino ascendentis: nihilominus tamen significat aduentum. Et si iuncta fuerit luna a dextera ascendentis planete existenti in decima significat aduentum licet cum dilatione: quoniam luna erit tunc in dextra ascendentis: sed si esset in sinistra eius et iungeretur planete in decima significaret impedimentum et duritiam et tarditatem in eius aduentu. ¶ Zael tamen sicut dixi tibi in alio capitulo dabat absenti primam. Item oportet te considerare aliud de absente: quoniam absentia potest esse pluribus et diuersis modis sicut dictum est in capitulo precedenti. Est enim absens qui est exul: est peregrinus: est expulsus: est bannitus: est deportatus: est fugitiuus: vnde absens est quasi quoddam generale: tamen absens proprie dicitur ille qui propria et spontanea voluntate se absentauit siue ad certum locum seu determinatum iuerit siue non dummodo iuerit de suo proposito atque intentione redeundi vt alias dicitur. ¶ Exul dicitur ille qui recessit a terra sua nesciens causam quare nisi forte aliqua fatuitate ductus: vel forte vadit vacillando vel inquirendo si possit inuenire terram sibi aptiorem quam illa in

qua erat: ꝛ forte ꝙ fuerit premeditatus ad quem locum esset iturus: nec absentauit animo redeundi vel non redeundi: sed vadit sicut errans. ¶ Peregrinus dicitur ille qui propria ꝛ spontanea voluntate se absentauit vt proficisceretur ad aliquem locum per modum regionis siue in seruicio dei ac si vellet transfretare vel ire ad sanctum iacobum vel ad sanctum petrum ꝛ silia ¶ Expulsus dicit̄ ille qui contra suaꝫ voluntatē fuit expulsus de terra in qua habitabat ab aliquo suo inimico vel a suo fortiori vel per aliquam partium prout fit aliquando inter partes ciuitatum castrorum vel aliarum terrarum quando vna pars expellit aliam. ¶ Bannitus dicitur ille qui propter aliqđ maleficium vel alia quacunqꝫ de causa expellitur sicut potestas vel cōmune terre in qua habitabat expulit eum de illa terra ꝛ banniuit eū nec audet illuc reuerti licet velit. ¶ Deportatus dicitur ille qui per cōmune terre sue missus ē sub custodia ex aliqua đ causa ad aliquē certū locū nec possit inde recedere sine licentia custodū seu presidis. ¶ Fugitiuus dicitur ille qui timore aliquo ne aliqđ sinistrum accideret ei fugit a terra in qua habitabat: ꝛ timet reuerti ad eam: nec tamen ob hoc positus est in banno: sed tamen sunt forte aliqui q̄ student ledere ipsum si reuerteret̄. Unde omnes tales in quolibet predictoꝝ casuum sunt absentes: ꝛ si fiat de aliquo ipsorum questio vtrum reuertat̄ ad terrā suam siue per ipsum siue per alium semꝑ dat̄, ei qui sponte se absentauit ꝛ animo sine intentiōe redeundi octaua pro persona sua vt dixi ꝛ prima dat̄ terre sue nisi peregrino: omnibus alijs absentibus tam expulsis q̄ꝫ bannitis atqꝫ fugitiuis ꝛ peregrinis datur septima pro persona ꝛ pⁱa datur terre sue sicut expulsis vt in alio capitulo dictum est.

¶ De tempore aduentus absentis.

Ad sciendum tempus aduentus absentis vide quot gradib⁹ distat eius significator a linea cuspidis domus in qua fuerit: si fuerit in aliq̄ supradictarum domoruꝫ: ꝛ si non fuerit in aliqua earum vide quot gradib⁹ distet a planeta cui ipse cōmiserit dispositionem suam in aliqua earum gradu per gradū: quia si fuerit iter breue significat ꝙ infra tot dies veniat: si fuerit mediocre significat ꝙ veniet infra tot ebdomadas: si fuerit iter longū significat ꝙ sit venturus infra tot menses: si fuerit iter longissimum significat ꝙ infra tot annos sit venturus.

¶ Capitulum tercium de morte interrogantis.

Dubitant aliqui aliquando de aduentu mortis ꝛ timent ne superueniat eis ante tempus qđ naturaliter conueniens videatur: ꝛ ne non possent bene disponere sua facta consulunt super hoc astrologū vt possint inde certificari. Unde si fecerit tibi aliquis questionem de morte sua siue absolute siue determinate fecerit eam: aspice horam interrogationis eius ꝛ constitue suꝑ eam figuram ad illam questionem primam scꝫ ꝛ decimam ꝛ ceteras domos ꝛ loca planetarum per gradus suos atqꝫ minuta ꝛ per directionem eoꝝ atqꝫ retrogradationem ꝛ ſm longitudinem eorum atqꝫ latitudinē. ¶ Si quideꝫ interrogauerit determinate dicens: vide si moriar hinc ad vnum vel duos vel tres annos vel plus vel minus ſm ꝙ sibi videbitur querendum: aspice dn̄m prime ꝛ lunam ꝛ vtere ipsis in hac re ꝛ vide vbi sint: vtrum in angulis

vel in succedentibus vel sint in cadentibus: vel sint in suis dignitatibus vel sint peregrini vel sint vacui cursus seu aliquibus iuncti. Nam si dñs prime iungitur cum aliquo ex planetis ex fortunis ꝛ cõmiserit dispositionem suaz ꝛ ille planeta fuerit fortis ita ꝙ non cõmittat alteri suam dispositionẽ aspice tunc si ille planeta bonus ꝛ fortuna sit dominus octaue domus: quia si non fuerit dominus octaue ꝛ fuerit ita dispositus vt dixi significat ꝙ non morieẗ infra tempus quesitum. Si vero fuerit dominus octaue domus ille cui dñs prime iungitur ꝛ cõmittat dispositionem siue bonus fuerit siue malus interficit ꝛ significat ꝙ morietur interrogator infra tempus quesitum: ꝛ eo fortius si luna fuerit tunc impedita nisi alius planeta iungitur cũ domino prime qui recipiat eum vel lunaz saltim: quia tunc significat eum non moriturum infra tempus illud siue bonus siue malus fuerit ille qui receperit dominuz prime seu lunam ex quo non est dominus octaue domus. Aspice etiam si dominus prime iungaẗ alicui malo planete qui eum non recipiat de domo vel de exaltatione vel de duabus dignitatibus minoribus ꝛ luna fuerit tunc impedita significat eius mortẽ. ¶ Similiter dic si fuerit dominus prime iunctus dño octaue nisi dominus octaue receperit eum ita tamen ꝙ dominus prime non recipiat dominũ octaue licet ipse recipiat eum: quoniam si dominus octaue receperit dominum prime ꝛ dominus prime dominuz octaue timendum est de morte siue fortuna fuerit dominus octaue siue malus. Sed si dñs octaue receperit dominum prime non impedit siue bonus fuerit siue malus ex quo dominus prime non receperit eum. Si autem videris ꝙ non sit moriturus infra tempus quesitum aspice quando dominus prime iungetur planete qui recepit eum ex coniunctione completa: quoniam ab illo tẽpore in anno erit securus ꝛ reddet semetipsum certum de non moriendo. Si aũt videris ipsuz moriturum aspice quando dominus prime iungatur domino octaue vel qñ iungetur malo planete supradicto qui nõ receperit eum sed impedit: quoniã quando fuerit eorum coniunctio completa siue per corpus siue per aspectuz tunc significat eius mortem. Si autem dominus prime fuerit ita dispositus ꝙ non credas te posse iudicare per ipm̃ de morte seu euasione a morte aspice tunc lunaz ẜm dicta messale ꝛ iudica per eam sicut debeas iudicare per dñm prime conditionibus supradictis de morte siue de ipsius euasione. Si autẽ vt tetigi tibi supra sint dominus octaue ꝛ dñs prime iuncti simul ꝛ vterqꝫ receperit alium: vel saltim dominus prime receperit dominũ octaue significat eius mortez in terminis supradictis hoc est quando vnus peruenit ad gradũ in quo erat alter tempore aspectus. Idem intelligas si infra tempus quesitũ infortunium combustionis senserit.

¶ Capitulũ quartum de tempore mortis interrogantis absolute de morte.

SI autem fuerit interrogatio absoluta ꝙ non determinauerit tibi questionem suam sed dixerit: vide mihi quando moriar: aspice tunc dñm prime ꝛ lunam ꝛ dominuz octaue atqꝫ planetam cui iungitur domin⁹ prime siue luna ꝛ iudica ei mortem ẜm distantiaz graduum existentium inter dñm

prime & dominum octaue vel planetam cui ipse vel luna iungitur: quoniam infra tot menses morietur. si fuerit in angulo dominus prime infra tot ãnos morietur. si fuerit in succedenti infra tot menses. si fuerit in cadenti infra tot ebdomadas. Si aũt non significauerit mortem significat q tot annis viuet vel tot mensibus vel tot ebdomadis quot fuerint illi gradus illius distantie hoc est quot gradibus distiterit dominus prime a dño octaue vel a planeta malo impediente tot erũt illius anni vel mẽses vel ebdomade. ¶ Et scias hoc quoniam in isto casu oportet te magis seruare dominum prime q̃ lunam quia ipse est in hac re fortior luna. Unde magis timenda est coniunctio dñi prime cum domino octaue vel cum aliquo malo impediente q̃ lune: quõm dominus prime significat vitam & corpus nati per naturã suam non per accidens. Si autem fuerit separatus dominus prime a domino octaue vel ipse ab eo vel a planeta malo qui eum impediebat non interficit eum nec interficiet vsq ad tot annos si significauerit ei ãnos. vel mẽses si significauerit ei menses: vel ebdomadas si significauerit ei ebdomadas prout dictũ est supra quot gradus cadunt inter illam separationem & aliam coniunctionem quam facient simul. Et non nocet coniunctio lune cum domĩo octaue nisi iungat ei domin⁹ prime & sit alias fortis & liber ab impedimentis quod non accidit de luna: quia licet luna sit fortis & libera si dominus prime iunct⁹ fuerit dño octaue vel malo conditionibus supradictis non valet bonitas lune ad euasionem nati seu querentis licet ipsa habeat maximam significationẽ in alijs rebus cum domino prime.

¶ Capitulum quintum vtrum primo moriatur vxor aut vir.

Et si te interrogauerit vir aut mulier quis eorum sit primo moriturus aspice dominum prime & dominum septime & vide quis eorum primo sit in infortunium combustionis casurus: vel primo sit sensiturus aliquod de impedimentis supradictis & predictis conditionibus illum significat primo moriturum cuius significator sic fuerit dispositus.

¶ Capitulum sextum qua morte moriturus sit interrogator.

Et si dixerit tibi vide qua morte sim moriturus: aspice ascendẽs & eius dominũ quem si inueneris in octaua fueritq octaua domus leo: eiusq dominus infortunatus seu impeditus lacerandum ipsum dentibus siue vnguibus alicuius bestie: seu alio modo per bestiam moriturum significabit. At si saturnus cum domino octaue iunct⁹ fuerit ipsumq impedierit ex scorpione vel piscib⁹ aut a morsu serpentis vel alterius animalis venenosi mori debere dubitabitur. Qđ si hoc effugerit ipsius in aquis verebitur suffocatio Qđ si mars cum octaue domĩo in octaua vel sexta vel quarta vel duodecĩa absq receptione perfecta cum prime domino iunctus fuerit ipsumq impedierit eum cum gladio vel igne periturum nunciabit: gladio tamen potius: in alijs autem locis non reddet eum securum.

¶ Capitulum septimum vtrum faciat vindictam de iniuria sibi illata ille q̃ passus est eam vel non.

SI fuerit alicui facta iniuria prout sepius euenire consueuit vt si fuerit interfectus ei pater vel auus vel frater vel filius vel aliquis percussus: vel fuerit ei facta talis aliqua iniuria de qua ipse velit vindictam sumere: fecerit qꝫ tibi questionē vtrum sit facturus vindictam illam an non oportet te in hoc casu aspicere primam ꝛ dñm eius ꝛ lunam ꝛ etiam quartam: ꝛ vide si prima ꝛ quarta fuerint ambo signa mobilia scꝫ aries vel cancer vel libra vel capricornus ꝛ luna fuerit in aliquo istorum quatuor signorū significat ꝙ nō fiet vindicta quesita nisi dñs prime fuerit in prima vel aspexerit illaꝫ a trino vel sextili aspectu: ꝛ dñs signi in quo fuerit luna similiter aspexerit eam: vel fuerit primum ꝛ quartum signa fixa: qm̄ si sic fuerit absqꝫ dubio fiet vindicta q̄sita nisi steterit per ipsum ꝙ nolit eam facere: sed non habebit aptitudinem faciendi si voluerit ꝛ in breui post questionē factam. Et si dñs quarte dom⁹ aspexerit domum septimā ex quocunqꝫ aspectu vel eius dñm ex quarto vel oppositione faciet interrogator si voluerit vindictā de manu sua fundendo sanguineꝫ illius qui cōmisit contra ipsum ꝛ intulit iniustū ei ¶ Sed si fuerit cum hoc quod dixi luna iuncta alicui fortunarū significat ꝙ non poterit vindicta fieri nisi per modū proditionis: ꝛ illud erit quia pacificabunt̄: ꝛ postea sub illa securitate pacis interrogator interficiet illum qui fecit sibi iniuriam ꝛ eo fortius si illa fortuna cui iungitur luna iungat̄ cum aliquo malo ab oppositione vel quarto aspectu: quoniam tunc significat proditionē manifeste Si aūt fuerit aspectus trinus vel sextilis significat ꝙ malefactor ille capiet̄ ꝛ ponetur in compedib⁹ vel cippo illa de causa. Et si fuerit significator malefactoris vel planeta fortuna cui iungitur luna vel malus cui iungitur fortuna illa cum qua luna iungitur in ariete vel cancro vel libra vel capricorno ꝛ dñs signi in quo fuerit aliquid supradictorum per modum quem dixi tibi fuerit velocis cursus ꝛ aspexerit significatorem malefactoris scꝫ dominum septime relaxabitur a carcere illo in breui. Si autem fuerit in signo cōmuni vel fuerit ille malus cui iungitur fortuna illa cursus equalis stabit in captiōe plusqꝫ crediderit. Si autem fuerit in signo fixo vel fuerit planeta supradict⁹ cursu tardior vel stationarius diutius captiuabitur ꝛ tenebit̄ vinculat⁹. Si vero fuerit illa fortuna cui iungitur luna in signo mobili ꝛ dñs illius signi aspexerit se cum illo a trino vel sextili aspectu liberabitur a carcere illo: qm̄ ille qui habuerit fortitudinem super illa captione siue super illo carcere relaxabit eum absqꝫ impedimēto: ꝛ si aspexerit se a quarto aspectu vel ab oppositione minus fiet.

¶ De nona domo.

¶ Capitulum primum de itinere seu peregrinatione vtrum sit an non. Et si fuerit si erit vtilis an non.

PRoposuerunt aliquando aliqui facere iter ꝛ firmauerūt inter se facere illud: vel forte fuerit vnus tantum qui proposuit itinerare ꝛ voluit ex eis aliquis scire vtrum iter illud sit futurum an non ꝛ fecerit tibi questioneꝫ si fiet illud iter aut si non fiet: ꝛ si nō fuerit quid erit qd̄ impediet illud: vide tunc dñm prime ꝛ significatricem que est luna qui ambo sunt significatores querentis: ꝛ aspice nonam ꝛ dñm eius qui habet significare iter longum seu peregrinationem: tercia iter breue: quinta mediocre: duodecima longissimū

qm̄ si inueneris dn̄m prime in.9.aut lunā vel fuerit aliquis eoꝝ iunctus cuꝫ
dn̄o.9.ꝛ eo fortius si fuerit in.3.vel.5.vel.7.vel.11.fiet iter seu ꝑegrinatio
ꝛ ip̄e idem interrogatoꝛ erit causa quare iter fiat:nec accidet ei aliqđ extrin-
secū vel extraneū qđ moueat eū ad iter nisi spontaneꝰ motus ꝛ voluntariꝰ.
¶ Deiñ aspice dn̄m.9.ꝛ vide vbi ipse fuerit qui si fuerit in prima sigt ꝙ ve-
niēt ei noua de loco ad quē intēdebat ire que mouebūt eum ad eundē locuꝫ
ꝛ velocius q̄ꝫ esset iturus. Si aūt cuꝫ hoc fuerit dn̄s prime vel significatrix
s.luna in.9.venient ei noua talia ꝙ vix aut nunq̄ꝫ fiet quin vadat. Si auteꝫ
fuerit cū hoc.s.ꝙ dn̄s.9.fuerit in prima ꝙ ipse sit iunctus cū dn̄o prime sup-
uenient ei quedā talia ꝙ nullo modo poterit facere quin vadat nisi forte in-
terrogatoꝛ vellet facere vim nature ex arbitrio suo. Si vero non fuerit dn̄s
9.in prima iunctus dn̄o prime vide si aliq̄s planetarū reddiderit lumen ali-
cuiꝰ eoꝝ ad alterū:sigt enim illud ꝙ fiet iter. Si aūt nō fuerit planeta q̄ trās-
ferat lumen dn̄i prime vel dn̄i.9.s.vniꝰ ad alterū vide tunc si dn̄s prime atq̄ꝫ
dn̄s.9.fuerint ambo iūcti alicui planete qui sit ponderosioꝛ eis ꝛ ille pōde-
rosioꝛ aspexerit.9.domū sigt similiter ꝙ iter fiet. Si aūt nō fuerit iūctꝰ dn̄s
9.cū dn̄o prime nec fuerit planeta qui trāsferat lumen inť eos nec fuerint iū
cti planete pōderosioꝛi eis qui aspiciat domū.9.iudica querēti ꝙ nō fiet iter
illud de quo queriť. Itē si fuerit dn̄s prime in angulo ꝛ fuerit iunctus alicui
planete qui sit in.3.sigt ꝙ iter fiet si fuerit liber a malis ut dixerunt quidam
quibus zael videť assentire. Si fuerit iunctus planete qui sit in.2.ꝙ sigt iter
sicut si esset in.3.dūmodo sit liber ab aspectibus seu cōiunctione maloꝛum.
Si vero dn̄s prime ꝛ luna fuerint iuncti alicui planete in angulo nec fuerint
in locis supradictis q̄ significant iter sicut dictū est sigt ꝙ iter nō fiet ¶ Hoc
tamē debes cōsiderare ꝙ si dn̄s prime fuerit iunctus dn̄o.9.ꝛ videať ꝑ illaꝫ
cōiunctionē ꝙ iter debeat fieri ꝛ inueneris aliquē maloꝝ in prima qui nō ha
beat in ea dignitatē ꝛ impedierit eos vel aliquē eoꝝ ꝙ annullabiť ꝛ nō fiet:
ꝛ erit causa destruēs illud aliquid quod accidet querenti impediens iter eius
vt non fiat illud ꝛ si inceperit. Si aūt fuerit ille malus in secūda accidet ali-
quid in substantia eius quod ꝑturbat iter vel in suo familiari qui nō attinet
ei. Si fuerit in.3.accidet causa fratris ꝛ si nō habuerit fratrē accidet causa ali
cuius de rebus que significanť ꝑ domū terciam. Et si fuerit in quarta accidet
causa patris ꝙ si patrem nō habuerit accidet causa alicuius de rebus que si-
gnificanť per domū quartam vt causa terre. Et si fuerit in quinta accidet cau
sa filij:ꝙ si filiū non habuerit accidet causa alicuiꝰ de rebus que significanť
per domum quintam. Et si fuerit in sexta accidet causa infirmitatis vel cau-
sa serui siue seruientis sue domus vel aliqua de causis que significanť per se-
xtam domū. Et si fuerit in septima erit causa rumoꝝ qui venient ei a terra il
la ad quā volebat ire vel causa rei quā intendebat habere:vel causa vxoris
vel causa inimicoꝝ seu latronum. Et dixit zael ꝙ si aspexerit ab ascēdente
timeť interfectio seu aliqua de rebus que significanť per domum septimam
Et si fuerit in octaua accidet ei causa mortis vel aliqua de causis que signifi
canť per domum octauam. Et si fuerit in nona accidet ei causa rumoꝝ quos
audiet ex itinere:vel forte ꝙ via non sit tuta vel aliqua de causis que signifi-

cant per domum nonam. Et si fuerit in decima accidet ei ab aliquo qui prest ei qui non permittit eum facere iter suum sicut sunt potestas ꝛ similia. vel aliqua de causis que significant per domum decimam. Et si fuerit in vndecima accidet ei causa amici vel alicuius de causis que significant per domum vndecimam. Et si fuerit in duodecima accidet ei causa alicuiꝰ qui finget se amicum cum non sit immo inimicat ei occulte: vel aliqua de causis que significantur per domũ duodecimã. Si vero fuerit dñs pͥme iunctꝰ dño none: postea iunctus fuerit malo per coniunctionẽ vel ab oppositione vel quarto aspectu ꝛ ille fuerit peregrinatus significat destructionem que occurret ei postq̃ fuerit peregrinatus. ¶ Et dixit zael ꝙ erit illa destructio ſm quãtitatẽ inimicitatis illius mali: hoc est si dñs sexte fuerit erit infirmitas. Si fuerit dominus quarte erit carcer aut aliqua tristicia. Et si fuerit dñs octaue erit mors. Et si fuerit dñs septime vel duodecime significat destructionẽ a latronibus ꝛ inimicis. Et si aspexerit ab ascendente timet interfectio. Si a secunda significat detrimentũ substantie. Similiter quartus aspectus ascendentis significat detrimentũ corporis ꝛ alter quartus aspectus secundus. s. septime ꝛ decime significat detrimentum substantie. Et dixit ꝙ si inueneris dñm ascendentis in septima aut octaua significat laborem in peregrinatione: ꝛ maxime si fuerit malus. Verũtamen si dñs ascendẽtis fuerit in octaua nec fuerit malus receperitq̃ dñm octaue nec fuerit receptus ab eo significat ꝙ occupabit viator de bonis alienis in loco ad quẽ ire intendit. ¶ Deiñ aspice si dñs pͥme fuerit liber ab ĩpedimentis. s. retrogradatione casu combustione cõiunctione malorum vel eoꝝ quarto aspectu vel oppositione significat ꝙ iter erit tutum ꝛ leue nec angustum nec laboriosum. Similiter dicas si luna fuerit recepta receptione perfecta de domo vel exaltatione vel de duabus dignitatibꝰ minoribus ꝙ iter erit leue absq̃ impedimento ꝛ labore: ꝛ maxime si fuerit recepta a dño none vel exaltationis eius: etiã si fuerit ille receptor infortuna nec fuerit impeditus impedimento terribili. Si vero non fuerit luna recepta significat grauitatem itineris ꝛ tarditatem ꝛ moram ꝛ inuolutionẽ in eo: ꝛ ꝙ iter non erit vtile neq̃ lucrosum: ꝛ ꝙ ille ad quez vadit vel illi de terra ad quam intendit ire non bene videbunt vel recipient cũ: ꝛ erit etiã odiosus sibi ipsi. ¶ Et dixit zael ꝙ si inueneris dñm ascẽdẽtis in ascendente vel sua domo altera iunctũ dño none sigt ꝙ peregrinabit̃ etiã si fuerit signũ fixũ Et dixit ꝙ signũ fixum nõ destruit iter. Itẽ dixit ꝛ scito ꝙ ascendens sigt peregrinationẽ ꝛ mediũ celi res eius ꝛ septima ab ascendẽte terrã ad quaz vadit quarta vero ab ascendente sigt finẽ rei illius. Si aũt inueneris fortunam in prima postq̃ videris ꝙ iter fiat vel ꝙ non prohibeat̃ sigt ꝙ iter illiꝰ erit bonũ ꝛ vtile ꝛ cũ saluatione animi ꝛ corporis. Si vero fuerit in. 10. fortuna significat ꝙ merces seu res quas portat erũt pspicue si defert secũ mercationẽ. Si aũt fuerit in septima fortuna erit ei bona ꝛ vtilis terra illa ad quã ire intendit ꝛ gaudebit ꝛ letabit̃ in his que inueniet in ea: inueniet enim in ea qd inuenire desiderabat. Si vero fuerit in quarta fortuna significat ꝙ finietur iter illius ita ꝙ sibi placebit ꝛ bene satisfiet voluntati sue ex eo quod accidet sibi in itinere illo. Si vero inueneris aliquẽ malorum in locis pͥdictis nõ

habens in eis dignitatem nec erit iter ad velle suum sed potius in contrariũ illius: quoniam si fuerit in prima accidet ei horribile in via cũ iuerit. Si fuerit in septima accidet ei horribilis infirmitas .s. vel aliquid tale in terra ad quam ire intendit. Si fuerit in decima accidet deterioratio ⁊ damnũ rerum. quas portat. Si vero in quarta fuerit accidet ei angustia ⁊ diminutio rerum ⁊ labor quē sustinuerit erit frustratori⁹ ⁊ inutilis.

¶ Capl'm .2. ad quid proficiscat̃ itinerãs vel qua de causa fiet iter.

Consueuerunt aliquando quidam occultare ab astrologo quid querere intendant quãdoq₃ causa temptandi: quãdoq₃ causa occultandi suam intentionē quoniam nolunt patefacere alicui quod intendunt: ⁊ vt pluries de itineribus ne forte aliqui insidient̃ eis vel forte alia de causa prout eis visum fuerit. Si vero post factã questionem videris ꝙ iter sit futurum ⁊ volueris scire ad quem intendat ire viator. ¶ Aspice significatricē que ē luna ⁊ vide cui ipsa iungit̃: quoniã ille planeta cui iungit̃ luna significat illum ad quē intendit ire viator vel qua de causa accidet ei iter. Si fuerit iuncta luna saturno vadit ad viles ꝑsonas ⁊ ignobiles vl'ad monachos vel alios religiosos induentes nigras vestes vel ad senes seu decrepitos vel ad iudeos. Et si fuerit iuncta ioui videt̃ ꝙ sit iter eius ad ciues vel ad episcopos seu religiosos seculares vel iudices seu iurisperitos. Et si fuerit iuncta marti significat ꝙ vadat ad guerrarios se uad milites bellicosos vel piratas seu abscisores viarũ. Et si fuerit iuncta soli sigt̃ ꝙ vadat ad regem vel ad aliquē nobilem magnatē ⁊ diuitē ⁊ honorabilē. Et si fuerit iuncta veneri significat ꝙ vadat ad mulieres vel alios lusores qui gerant officia muliebria. Et si fuerit iũcta mercurio significat ꝙ vadat ad phos vel scriptores vel alios sapientes litteratos siue ad mercatores siue magistros operũ. Si vero fuerit tunc luna vacua cursu erit iter eius ad hoc vt inueniat quēdã absentē qui ē ei not⁹ ¶ Si vero fuerit cũ hoc sepata tunc a saturno .s. ꝙ fuerit vacua cursu sigt̃ ꝙ sit iter eius ex hoc ꝙ infestat̃ a creditoribus ꝓpter manu leuationē quam fecit pro aliquo vel etiã ꝓpter sua propria debita quia non est aptus satisfacere creditorib⁹. Si vero fuerit sepata a ioue sigt̃ ꝙ sit iter eius causa ꝙ sit sepatus vel ꝙ velit se separe ab aliquo episcopo vel alio p̄lato vel iudice vel ab aliquo nobili ciue. Et si fuerit sepata a marte sigt̃ ꝙ sit iter eius causa ꝙ intendat se separe ab aliquo qui cõsueuit producere exercitus qui preest tunc alicui exercitui vel ab aliquo bellicoso milite ꝓut tu videris tũc martē i sua digitate qꝛ si fuerit tũc mars in exaltatione sua fugit vel intendit fugere a rege. Si in domo a duce. Si in aliqua suaꝝ dignitatũ minoꝝ a milite bellicoso. Si fuerit peregrin⁹ fugit vel vult fugere a latronib⁹ vel abscisorib⁹ viarũ. Si vero fuerit sepata a sole sigt̃ ꝙ sepatus sit ab aliquo rege vel valde nobili magnate vel intendat se separe ab eo forte timens de ipso. Et si fuerit sepata a venere sigt̃ ꝙ iter illius sit causa ꝙ sit sepatus ab aliqua muliere vel intēdat se separare ab ea: vel forte ꝙ decepit eam ⁊ lesit eam in aliquo. Si aũt a mercurio sepata fuerit sigt̃ ꝙ sit iter seu fuga causa ꝙ fugerit vel fugere intēdit siue separe se ab aliquo scriptore vel alio litterato viro vl'ab aliquo mercatore,

¶ Item aspice cui planetarũ iungat᷑ primo luna si fuerit vacua cursu: qui si fuerit in domo sua ille ad quem vadit viator erit de regione illa: ⁊ si fuerit in exaltatione sua erit extra regionem sed habet ibi dignitatem laicalem vt potestariã ⁊ similia. Et si fuerit in triplicitate sua significat ꝙ sit vir de extra regionem sed morat᷑ in ea tanq̃ esset ciuis regionis seu terre illius. Et si fuerit in termino suo erit vir qui morat᷑ in regione illa ⁊ habet ibi parentes suos. Et si fuerit in facie sua erit alienigena sed nunc morat᷑ in illa terra seu regione ⁊ habet᷑ pro ciue. Et si dñs domus in qua fuerit planeta cui luna iungit᷑ aspexerit eum erit ille ad quem tendit viator notus in regione in qua morat᷑ Si vero non aspexerit eum non est publice notus in illa regione seu terra in qua tunc morat᷑. Et si aspexerit vide quo aspectu aspiciat eum vtrum bono vel malo: quoniam si aspexerit eum trino aspectu erit homo quem omnes vicini eius amant ⁊ honorant ⁊ est eis valde placidus Si aspexerit eum sextili aspectu erit dilectus ⁊ honoratus in terra illa sed erit infra hoc aliquid Si fuerit aspect⁹ ille quadrat⁹ nõ diligit᷑ multũ nec hẽt᷑ multũ odio ⁊ quidã dicunt de ipso bonum: plures tamen sunt maledicentes q̃ illi qui cõmendãt eum. Si quidem fuerit aspectus oppositionis erit homo de quo homines cõmuniter ⁊ vnanimiter male dicunt ⁊ quasi omnes qui habent cõmunicare secum odiunt eum ⁊ habet᷑ pro contencioso ⁊ susurratore. Si vero fuerit coniunctio corporalis significat ꝙ sit homo verbosus ⁊ qui intromittit se de multis negocijs suis ⁊ alienis ⁊ ex illa intromissiõe nitit᷑ subtrahere pecuniam ab hominibus nec prospicit vadum aliquod nisi vnde possit acquirere omnibus modis per fas ⁊ nefas sollicitat᷑ vt extorqueat pecuniam aliorũ

¶ Item aspice si videris ꝙ faciat iter quod facere proposuit interrogator ⁊ vide si dñs ascendentis fuerit impeditus vel luna ab aliquo malorum quis est ille malus qui impedit ⁊ prospice in quo signo ipse fuerit: quoniã veniet impedimentum ẜm substantiam signi in quo fuerit malus impediens ⁊ ẜm significatum domus in qua fuerit: significata domoꝝ bene debes scire: non oportet ꝙ reiterem ea modo. Et si fuerit in geminis vel libra vel aquario vł prima medietate sagittarij eueniet ei illud impedimentũ ab hominib⁹ vnde debes eũ monere ꝙ caueat sibi a latronib⁹ ⁊ scarranis ⁊ robatoribus seu viarũ abscisorib⁹ Si aũt fuerit in cancro vel scorpione vel pisce dic ꝙ caueat sibi si fuerit ille malus saturn⁹ de naufragio vel submersione vel suffocatione aque. Si fuerit mars dic ꝙ caueat a piratis equitantib⁹ mare seu latronib⁹ marinis ⁊ terrenis. Si aũt fuerit in ariete vel tauro vel vltima medietate sagittarij vel capricorno caueat a casu bestiarũ vel earũ calcitratione seu percussiõe. Si fuerit in leone dic ꝙ caueat a leonib⁹ vel lupis vel vrsis vel etiã canib⁹ ⁊ a scorpionibus ⁊ a spinis ⁊ araneis ⁊ sitibus. Et si fuerit in pisce dic ꝙ caueat a serpentib⁹ aquarũ ⁊ alijs aĩalibus venenosis degentibus in aq̃s. Et si fuerit in virgine dic ꝙ caueat ne aliqua arbor cadat supra euꝫ vel aliq̃d lignũ vel alio modo impediat eum: ⁊ caueat etiam a ripis vel precipitatiõe de loco eleuato: ⁊ caueat etiam a veneno. ¶ Et dixit zael ꝙ mars est maioris impedimentis in terra ⁊ saturnus in aquis magis impedit.

¶ Capitulum.3.qualiter cedet itineranti in ciuitate in quam intrauerit.

Si aliquando voluerit aliquis viator scire seu peregrinus cum intrauerit in aliquam ciuitatē seu alienam terraʒ quid accidat ei in illa vel volueris tuipse pro te scire illud. Aspice primā domū quando ingreditur in terram illam vel quando interrogat viator ille: ⁊ vide si dn̄s.2. domus que significat substantiā illius ciuitatis fuerit directus reuertet̄ in non magno tēpore ⁊ satis cito perficiet quod intendit. Si vero stationari⁹ in statione sua secunda erit in eius reuersione dilatio sed tamen perficiet rem suaʒ pro qua iuerit: tamen occurrent ei multa contraria impedientia negocium suum ita ꝙ non credet se posse perficere. Si vero fuerit stationari⁹ in statione sua prima credet se posse ꝑficere quod intendit vltimo tamen non perficiet ⁊ reuertet̄ post aliquam dilationē iratus quia nichil lucratus erit immo expendit plus ꝙ̄ sit lucratus. Si aūt fuerit retrogradus recedet cito a terra illa ⁊ non perficiet rem pro qua iuit nec lucrabit̄ ibi aliquid nec perueniet ad eum aliquid boni in ea. ¶ Si vero fuerit dn̄s secūde in p̄ria vel decima vel vndecima erit iter illud siue introitus in terram illaʒ vtilis ⁊ bonus ⁊ lucrosus gaudebit ⁊ letabit̄ illa de causa. Si aūt fuerit in septima dn̄s.s.secūde accident ei multa cōtraria ⁊ horribilia: ⁊ oportebit eum litigare illa de causa: q2 forte illi cum quibus habuerit facere negabūt ei veritatem ⁊ maxime si fuerint mali significatores eoꝝ.s. ꝙ sint dn̄i septime ⁊ occurrēnt ei contēntiones ⁊ districtiones ⁊ alia multa que turbent eū ⁊ inducant ei merorē ⁊ tristiciam. Si vero fuerit dn̄s secūde in tercia vel nona ab ascendēte significat instabilitatē querentis ⁊ eius motū in terra in quam intrauerat vel ad quā venerat in aliam ⁊ non trahet moram in illa nisi modicā vel quasi nullam ⁊ si traxerit ibi moram nō erit suo velle sed cōtra suam voluntatē potius ac si esset coactus stare ibi. Si vero fuerit in quarta ⁊ aspexerit eum aliquis malorum a quarto aspectu vel ab oppositione nisi eū receperit receptione bona nō itinerabit vlterius de leui. Et si fuerit iunctus ei corporaliter non videt̄ ꝙ reuertat̄ vlteri⁹ ad domū suā ⁊ videt̄ ꝙ ibi sit moriturus. Si vero fuerit mars ille malus qui impedierit dn̄m secūde ⁊ luna fuerit ei iuncta dn̄o.s. secunde vel fuerit iuncta mercurio ex aspectu quarto vel oppositione vel ꝑ corpus ⁊ tunc aspexerit mars lunam accidet ei horribilia ⁊ cadet in contentionem cum aliquib⁹ malis ⁊ qui vtunt̄ eis que spectant ad martem ⁊ significant̄ ꝑ visum ita ꝙ offendent eū ⁊ vulnerabūt vulneribus dubijs ita ꝙ si fuerit tūc luna in quarta ⁊ aspexerit eam mars ex quocūq; aspectu moriet̄ inde querēs seu viator ille. Si aūt fuerit in alijs angulis non moriet̄ inde. Sed si fuerit vulneratus apparebūt cicatrices in locis vulneruʒ. Et si fuerit tortus remanebunt vestigia torture in locis coartatis a strictura tormenti. Si vero cuʒ fuerit luna in aspectu martis ⁊ non aspexerit eum iupiter vel sol vel venus aut mercurius si ipse fuerit tunc boni esse eueniet querēnti seu viatori illud horribile a significato illius signi seu domus in qua fuerit mars. Si vero aliqua supradictarū fortunarū aspexerit tunc lunam forte ꝙ tunc non euenient ei illa horribilia que dixi: tamen si euenerint liberabitur ab eis querens seu

viator ꝛ euadet ꝛ inueniet omnibus his remedium ꝛ euasio ab eis. Si vero aliqua fortunarum supradictarũ non aspexerit lunam timetur tunc ꝙ illa horribilia sint ita praua ꝛ taliter adherentia viatori siue querenti ꝙ moriatur ex eis.

¶ Capitulũ. 4. qualiter cedat viatori de suo itinere vel eius occasione siue sit rex siue queuis alia persona.

Consueuerunt homines aliquando querẽ quando vadunt in aliqđ iter vel peregrinationez seu aliquod tale qualiter debeat eis cedere vel euenire in itinere illo vel eius de causa: vel forte volueris tu scire per temetipm̃ qualiter ei cedere debeat. Aspice ascendens hora questionis si quesiuerit vel motus eius si nõ quesiuerit ꝛ verifica omnes domos a prima vsqꝫ duodecima ꝛ vide dispositionem significatorum omniũ domorũ ꝛ eorum esse ꝛ quẽ eorum inueneris bene dispositũ de illo iudica bonũ: ꝛ quem eorum inueneris male dispositum de illo iudica malũ. ¶ Preterea iudicabis ei de esse suo ſm alium modum minus particularem videlicet ꝙ debes aspicere planetas qui fuerint inter primam ꝛ quartam ꝛ specialiter illos qui fuerint in secunda. Et si fuerit ibi malus planeta qui nõ habeat domũ in ea vel exaltationẽ vel terminũ vel triplicitatẽ vel faciem significat saltim ꝙ accidet ei damnum in his que dimiserit post se. Si fuerit rex vel alius magnus nobilis erit damnuz seu detrimentũ illud in regno suo seu ducatu vel comitatu suo ꝛ in his que pertinent ei ex parentela. Si autẽ non habuerit ibi aliquam de supradictis dignitatibus nec habuerit ibi faciem nec ayz significat tam in magnatib⁹ ꝙ̃ in vilibus personis rerum suarum damnũ: ꝛ specialiter si fuerit vilis persona que non habeat regnum vel ciuitatem aut castra significat ei damnum que possidet ꝛ in rebus sue domus tam mobilibus ꝙ̃ alijs ꝛ quibuslibet significat detrimentum in propinquis ꝛ consanguineis diligentibus eum. Quod si fuerit ille malus qui fuerit in secunda mars accidet ei illud detrimentuz ꝓpter guerram seu aliam cõtentionẽ vel per combustionẽ ignis seu sanguinis effusionem vel per abscisores viarum vel interitu animaliũ minutorum seu seruorũ seu ancillarũ prout mars fuerit tunc dispositus ad significandũ aliquod predictorum. Si aũt fuerit saturnus erit illud horribile seu detrimentum causa naufragij vel submersionis vel ruine vel latronũ vel mortis animaliũ magnorum vel infirmitatum. Si vero fuerit ibi cauda erit occasione vtriusqꝫ significatorũ alicuius domus quoniã eueniet damnũ ab illa re quẽ significat per domum illam cuius dñs fuerit impeditus. Si autez fuerit ille malus dignitatem habens in secunda ꝛ fuerit directus vel fuerit recept⁹ tollet eius malicia nec impediet impedimento multum sensibili. Si vero fuerit retrogradus non tollet eius malicia ex toto tamen paruz nocebit, ex quo fuerit receptus: sed si fuerit retrogradus nec fuerit receptus nec in sua dignitate augmentabit eius malicia ꝛ plurimũ nocebit. Idez dicas si fuerit in casu vel in descensione sua. Si aũt fuerint fortune in loco malorum. s. in secunda dic ꝙ illud iter non sit ei dubium propter sua bona que remanent post eũ nec diminuent illa de causa sed potius meliorabunt ꝛ crescent. ¶ Et dixit zahel ꝙ si dñs ascendentis vel luna fuerint impediti significat districtionem

⁊ tristiciam in via. Unde cum videris q͛ itèr alicuius seu peregrinatio mineť ei damnū debes videre quis planeta sit ille qui impedit qui immittit illum timorem ⁊ qui est causa detrimenti quod videať debere accidere viatori ⁊ vbi ipse sit. Et si fuerit inter primā ⁊ decimā vt ait zahel accidet illud detrimentū seu damnū in reuersione sua. Si fuerit inter septimā ⁊ decimā in descensione sua. Et si fuerit inter primā ⁊ quartā sub terra in his que acquisiuit in descēsione sua. Si vero fuerit inter quartā ⁊ septimam in reuersione sua.

¶ Mihi tñ videť q͛ ille q̄ transtulit nō bene sciuit arabicā linguā. Unde potuit fallere in transferēdo: quoniā videreť cōuenientius q͛ impedimentū deberet euenire si esset mal⁹ impediens inť primā ⁊ quartā in descensione sua a terra in qua erat eundo ad aliā vsq͛ ad mediū itineris. Si esset inter quartā ⁊ septimā debēt accidere a medio itineris vsq͛ ad terrā ad quā intēdebat ire viator. Et si esset inter. 7. ⁊. 10. accideret ei in reuersione sua vsq͛ ad medium vie reuersionis ⁊ maxime in his que acq̄siuit. Et si eēt inter decimā ⁊ primā accideret post mediū itineris reuersionis ad domū seu terrā suā. ¶ Hic dn̄t poni accidētia f̃m vnāquāq͛ domū ⁊ f̃m vnūquēq͛ planetarū: ⁊ vt particularius scies hoc prospice fortunas iuuantes ⁊ malos impedientes ⁊ vide in quib⁹ domib⁹ fuerint quoniā in illis ꝓportionibus itineris accident significata eorū tam fortunarū q͛ malorū. Nam si fuerint in prima accidēt in principio itineris parū extra portam terre a qua recedit vel forte accident inter portam. Si sint in secūda accidēt infra quintā partē itineris. Si sint i tercia accidēt infra terciā partē itineris. Si fuerint in quarta accidēt infra medietatē itineris. Si fuerint in quinta accidēt infra terciā partez residui itineris post primā medietatē. Si fuerint in sexta accidēt post duas ptes residui itineris post primā medietatē. Si fuerit in septima accident in loco ad quē tēdit viator. Si fuerint in octaua accidēt in sepatione a loco illo vel ꝓpe quītam partē itineris reuersionis a loco a quo quis reuertiť. Si fuerint in nona accidēt in tercia pte itineris reuersionis. Si sint decima accidēt in medietate itineris reuersionis. Si fuerint in vndecima accidēt post secūdā ptē itineris reuersionis. Si fuerit in. 12. accidēt prope terrā ad quam reuertiť viator. Deinde aspice in qua p̄dictarū domorū inueniať fortuna quoniā ibi gaudebit viator ⁊ accident ei bona vt si fuerit iupiter significabit questū pecunie: si fuerit venus letabiť cum mulieribus ⁊ comestorib⁹ ⁊ similibus. Si aūt inutniant ibi mali accident ei contraria: vt si fuerit saturnus accident ei damna causa furti ignis clam ⁊ obscure facti vel cā naufragij. Si aūt fuerit mars accidēt cā ignis vel abscisionis viarū vel cā effusionis sanguinis ⁊ similiū.

¶ Caplm. 5. versus quam partē sit melius ire.

Et si te interrogauerit viator vel quis ali⁹ dicens versus quā ptē est mihi meli⁹ ire. Aspice figurā quā erexisti ⁊ vide in q̄ q̄rta sint fortune ⁊ q̄ sint magꝭ apte atq͛ meliores eē ⁊ f̃m illud dicito sibi q͛ sit meli⁹ ire: si i orientali versus oriētē: si i meridionali v̄sus meridiē: si i occidētali v̄sus occidētē: si in septētrionali versus septētrionē. Et in q̄cūq͛ q̄rta fuerit plures fortune atq͛ magꝭ bene disposite versus illā ptē est meli⁹ ire. Et idē dic de infortunis q͛ i quacūq͛ quarta fuerint plures infortune versus illam partez est deterius ire

Et videt̃ ꝙ etiam debeat accidere aliud illi viatori quoniã si cõiungat̃ dñs
primi cum aliquo significatoꝝ questionis obuiauit illi in via. Si fuerit dñs
tercie obuiabit fratri. Si fuerit dñs quarte obuiabit patri. Si fuerit in quin
ta obuiabit filio si habuerit fratrẽ vel patrẽ ⁊c̃. Et illud idez intellige de oĩ
bus significatis domoꝝ. Et si fuerit significator fratris in prima veniet fra/
ter ad eum. Et si fuerit dñs primi in tercia ibit viator ad fratrẽ. Et idem dic
de omnibus significatoribꝰ domoꝝ si habuerit querens seu itinerans fratrẽ
vel patrẽ ⁊c̃. Et semper sit tibi cure aspicere secũdã ⁊ octauã in itineribꝰ: iu/
xta illud ptholomei caue ab infortunis in octaua ⁊ eorũ aspectibꝰ exeunti ĩ
itinere ⁊ in secũda redeũti q2 malus seu infortuna in octaua signat detrimentũ
in questu terre ad quã viator intendit ire: ⁊ in secũda in questu terre ad quaz
viator intẽdit reuerti. Unde debes fortunã ponere in octaua in quolibet iti
nere: vel facere ꝙ aliqua ex eis aspiciant eã: ⁊ si poteris ponere caput cum ea
erit melius. Et caue tunc a cauda ⁊ si accideret ꝙ nõ posses euitare ꝙ nõ esset
ibi infortuna pone cũ ea caudã ⁊ caue tunc a capite. Illud idẽ intelligas de
secũda quando reuertit̃ quis sicut dixi tibi de octaua qñ vadit ꝙ non sit ibi
malus nec aspiciat illam: ⁊ si non poteris vitare quin aspiciat sit aspectꝰ eiꝰ
trinus vel saltim sextilis. ⁊ semper pone ibi fortunam vel fac ꝙ aspiciat illã.

¶ Capl̃m. 6. que ex duabꝰ terris vel domibꝰ vel quibuslibet rebꝰ vel quod
duorum vel pluriũ negocioꝝ seu itinerum ⁊ similiũ sit melius interrogãti.

Habent aliquãdo aliqui homines plura negocia pre manibꝰ ⁊ nesciunt
quod illoꝝ sit eis vtilius: ⁊ cõsulunt astrologũ vt eligat eis quod illo
rũ negocioꝝ sit eis melius. Unde si venerit ad te aliquis qui habeat aliqua
negocia pre manibus siue sint itinera siue sint emptiones seu vẽditiões siue
sint officia siue matrimoniũ siue sint mutationes de terra in terrã siue de do
mo vna in alteraz vel aliquid istis simile: ⁊ voluerit ꝙ satis faciat ei ex hoc:
videt̃ ꝙ de his fuerit diuersitas inter sapientes antiquos nostros: sed si quis
recte ꝯsideret mihi nõ videt̃ ꝙ fuerit diuersitas: sed dixit vnꝰ plꝰ alio sicut si
bi visum est nõ contradicẽdo dicto alterius nec infrigendo illud inter quos
messala ⁊ albumasar visi sunt mihi subtiliter dixisse licet forte occulte. Illi
aũt qui fuerũt in tpe meo sicut fuit hugo abalugãt: beneguardinꝰ dauidbam
iohãnes papiensis: dñicus hispanꝰ: michael scotus: stephanꝰ francigena: gi/
rardus de sabloneto cremonẽsis ⁊ multi alij vtebant̃ in oĩbꝰ supradictis pri
ma ⁊ septima tñ extẽdebãt sua iudicia istos duos modos. Bellonꝰ vero pi/
sanus vtebat̃ supradicti oĩbꝰ. 4. angulis. Girãdeus vo filiꝰ dicti dauid vte/
bat̃ quadã rõne sua occulta quã nemini pãdebat ⁊ bene cedebat ei in suis iu
dicijs. Ego aũt nõ cõtradicẽdo alicui eoꝝ nec antiquis nec modernis vsus
sum sicut dico tibi ⁊ sit bñdictꝰ dñs noster filiꝰ beate vginis: bene habebãt ĩ
eo iudicia ⁊ autẽtica qm̃ vtebar hoc modo: ⁊ cõsulo tibi ꝙ tu vtaris illo vi/
delicet si fiebat mihi questio aliq̃ de aliquo p̃dictoꝝ q̃ contineret plures res
eiusdem materiei accipiebam secure tres res sub vno ascendente ⁊ iudicabã
super eis sicut super vna: ⁊ vtebar dominis triplicitatis significantis rem q̃/
sitam ⁊ sup illis iudicabã. ¶ Uerbi grã volebat aliq̃s accipe vxorẽ ⁊ habe/
bat plures mulieres pre manibꝰ ⁊ faciebat suaz q̃stionẽ ⁊ formabat eam sic.

Si aūt fuerit dñs prime iunctus malo planete ipse vel luna qui sit impedit⁹ significat ꝙ rumores sint falsi ⁊ ꝙ cito opprimenť illi rumores Sed si nō fuerit impeditus ille malus ⁊ receperit dñm primi vel luna sigt aliqualē veritatem rumorū licet non sint ex toto veri. ¶ Uerūtamē zahel dixit ꝙ tu debes aspicere dñm ascendentis ⁊ lunā: ⁊ videre quis eorum sit fortior ⁊ ꝑ illū debes iudicare de facto rumorꝝ. Unde eius intentio non fuit facere vim nisi in vno eorꝝ. Mihi tamē videť si possumus vti vtroqꝫ dño .s. prime ⁊ luna ꝙ faciamus: tamen non videť mihi ꝙ dimittamus vestigia ipsi⁹. ¶ Debes etiā aspicere vtrum anguli sint signa mobilia: quoniam quantum est ex hoc significanť rumores esse falsi. Sicut enim cum anguli fuerint signa fixa significāt veritatē rumorꝝ ita cū fuerint signa mobilia significant falsitatem rumorꝝ: ⁊ eo verius erunt rumores mendaces si dñs prime vel luna fuerit iunct⁹ cum aliquo malorꝝ ꝑ cōiunctionē vel ꝑ aspectū nisi forte receptione perfecta recipiať a domo .s. vel exaltatione: ⁊ tamē cū hoc erit pauca veritas in rumoribus illis. Sed si fuerit retrogradus ille malus erunt rumores falsi siue fuerit in angulo ipse vel dñs prime vel luna siue extra angulū qualis eorūz fuerit cum eo iunctus siue fuerint anguli signa fixa siue non siue fuerit receptus siue non tamen erunt rumores falsi. ¶ Et dixit zael ꝙ si fuerit luna in angulo impedita ⁊ fuerit iuncta alicui planete malo qui nō recipiat eam erunt rumores falsi. Et vide si dñs prime vel luna iunctus fuerit aut aliquis eorum alicui planete impedito retrogrado .s. vel cōbusto vel nō retrogrado qui eū nō recipiat sigt falsitatē rumorꝝ: etiā si diciť ab omnib⁹ indifferenť ꝙ illi rumores sint veri: ⁊ ꝙ ab omnibus credať sic esse. Uerūtamen est tibi vidēdū seu cōsiderandū cui⁹ nature sint rumores quos audieris vel de quib⁹ fuerit tibi facta questio. Nam si fuerint de rebus que significanť ⁊ fiunt per ferruz ⁊ ignē ⁊ effusionē sanguinis ⁊ abscisionē viarū ⁊ similes ⁊ fuerit ibi mars diciť ꝙ significat illud. Et si fuerit de diruptione domus vel castri vel ciuitatis ⁊ similia ⁊ fuerit ibi cauda significat rumores esse aliquid. Et si fuerit de submersione vel de casu ex alto ⁊ fuerit saturnus vel etiaz ipsa cauda significat illud idem. Et ita intelligas de significatis cuiuslibet planete: ⁊ eo forti⁹ si fuerint in illis domibus signa cōcordantia cū naturis.

¶ De decima domo. ¶ Caplm̄ primū de regno siue imperio vel ducatu siue comitatu vel quacūqꝫ alia dignitate laycali vnde interrogator habet spem seu fiduciā adipiscendi vtrū adipiscať qđ intendit an non.

Consueuerūt hoīes aliqñ affectare dignitates seu regna .s. vel ducat⁹ vł comitatus vel alias dignitates laicales seu officia vel baylias. Unde q̄rūt ab astrologo vtrū sint adepturi qđ intēdūt vel nō. Et si fuerit tibi facta q̄stio aliq̄ de aliquo p̄dictorꝝ siue sit imperiū siue regnū siue ducatus siue potestaria siue iudicatus siue senatus vel quodcūqꝫ aliud officiū vel q̄cūqꝫ dignitas siue magna siue parua sit: etiam si esset custodia alicuius castri vel alicuius porte ciuitatis vel castri dūmodo veniat per moduz officij seu baylie prima dať querenti decima datur regno seu officio vel dignitati seu baylie.

Aspice tunc dominũ prime atq̃ lunaz si ambo fuerint iuncti vel soli vel dño
decime qui habet significare dignitatez siue officium vel vnus eorũ tantum
⁊ ille scz dñs decime aspexerit decimam vel fuerit in ea significat ꝙ querens
habebit quod intendit: sed non gratis imo oportebit ꝙ laboret ⁊ studeat ⁊
inquirat modis omnibus quibus poterit ad hoc vt adipiscatur quesituz. Si
autem non fuerit aliquis eorum iunctus dño decime aspice si dñs prime vel
luna fuerint in decima adipiscetur quod intendit dum non sit dñs prime vel
luna impediti scz ꝙ non sint combusti: vel nõ sit ille retrograd⁹ nec aspexerit
mali planete eum ab oppositione vel quarto aspectu sine receptiõe: quia tũc
significat solutionem rei etiam si videretur directa ⁊ ꝙ deberet ꝑfici. Si aũt
dominus decĩe fuerit in prima siue aspiciat eum dñs prime vel luna siue non
qualiscũq̃ fuerit tunc dñs prime vel fuerit iunctus dñs decime domus dño
prime ita ꝙ vadat ad eius coniunctionez hoc est ꝙ dñs decime sit leuior sine
dubio significat adeptionem imperij vel regni seu magistrat⁹ vel dignitatis
laycalis seu officij vel baylie sine aliqua sua petitione vel suo labore vel im
portunitate aliqua. At si non fuerit dñs decime in prima nec fuerit iunctus
dño prime: sed fuerit iunctus ioui vel veneri vel soli per aspectum sine oppo
sitione solis: quia in alijs ita non impediretur oppositio sicut in sole ⁊ fuerit
ille cui ipse scz dñs decime iungitur in prima adipiscet᷑ quesitũ cum leuitate.
Si vero fuerit iunctus marti vel saturno ⁊ ipsi in prima ⁊ fuerit ascendens
aliqua domoꝝ vel exaltationum eorum ⁊ ipsi orientales ⁊ directi nec fuerit
vnus eorum opposit⁹ alteri significat adeptionem rei quesite licet cum inuo
lutione atq̃ pettione seu importunitate: pauca tamẽ importunitate vel q̃si
nulla. ¶ Messale tñ visum est ꝙ siue recipiat malus siue non ꝙ res perficiat᷑
⁊ ꝙ si aspect⁹ fuerit trinus vel sextilis ⁊ fuerit fortuna ille qui fuerit in prima
veniet ei quesitum existenti in domo sua sine petitione aliqua. Si fuerit qua
dratus vel oppositus vel fuerit malus ⁊ fuerit trinus vel sextilis veniet etiã
ei cũ leuitate. Si fuerit oppositus ⁊ fuerit infortuna veniet ei licet cũ duricia
⁊ tarditate: ⁊ hec oĩa siue habeat testimoniũ in prima siue non ille planeta q̃
fuerit in prima iunctus dño decime. ¶ At dixit iterũ messala ꝙ si fuerit dñs
decime recipiens dñm prime vel lunaz de quocunq̃ loco fuerit illa receptio
ꝙ ꝑficit rem cum bonitate atq̃ stabilitate atq̃ vtilitate atq̃ lucro. At si non
fuerit de his q̃ dixi tibi aliquid vide si est aliquis planeta qui transferat lumẽ
inter dñm prime ⁊ dñm decĩe: quia si sic fuerit significat adeptionez rei q̃site
sed non per semetipm: sed oportet ꝙ alius interponat se per modũ tractandi
rem illam ad hoc vt perficiat᷑ ⁊ ꝑficiet eam nisi ille qui recepit dispositionez
alterius iungatur tunc alteri cui ipse cõmittat dispositionem: quoniam illud
significat solutionem rei postq̃ putabitur directa: sed si non cõmiserit dispo
sitionem alicui nec fuerit retrogradus vel combustus significat adeptionez
rei quesite. Similiter si dñs decime non petit coniunctionem dñi prime sed
dñs prime petit ꝯiunctionez dñi decĩe ⁊ iungitur ei anteq̃ alius planeta ab
scindat coniunctionez eorum fiet res illa sed non sine petitione interrogant[is]
⁊ eius instantia ⁊ importunitate. Similiter si dñs decime non iungatur dño
prime nec ipse illi: nec iungatur aliquis eoꝝ alicui fortune: sed iungitur alicui

malo: ⁊ ille malus iungitur alteri malo: ⁊ ille alter mal⁹ iungit᷑ alicui fortune ⁊ illa fortuna iungitur dn̄o decime si cōiunctio primi mali fuerit cū dn̄o prie vel iungit᷑ ille vltim⁹ planeta dn̄o prime si fuerit prima coniunctio cum dn̄o decime significat adeptionem rei quesite licet cum multis intromissionib⁹ ⁊ diuersis diuersarū personarū. Significata personarū poteris cognoscere per domos quarum fuerint dn̄i illi planete per quos fit coniunctio a coniunctōe in coniunctionē donec veniat coniunctio ad significatorē rei quesite vel ad dn̄m prime vel decime vt dictū est si fieret illa cōiunctio ab illo planeta vsqꝫ ad septē planetas. ¶ Et dixit messala qꝫ illud idem fit in coniunctōe p corp⁹. Et dixit qꝫ si non fuerit ꝯiunctio inter dn̄m medij celi ⁊ dn̄m ascendentis vel lunam: nec fuerit planeta transferens lumen inter eos qꝫ debes aspicere q̄s sit fortior an dn̄s ascn̄tis an luna ⁊ opari per fortiorē ex eis. Et si non iungitur dn̄o medij celi sed iungit᷑ alteri dūmodo fortior sit in angulo aut ī loco forti qꝫ perficitur res quesita siue recipiat ille dn̄m ascn̄tis vel lunam siue non. Et dixit qꝫ si fuerit malus ille cui iungitur dn̄s ascn̄tis vel luna ⁊ receperit eum perficiet᷑ res. Si autē fuerit malus ⁊ non fuerit dn̄s medij celi nec receperit dn̄m ascn̄tis nec cōmiserit ille malus dispositionem suam alteri planete tunc non pficietur res: quia mal⁹ ille destruit rem: sed si cōmiserit ille malus dispositionem suam alteri malo ⁊ ille alter malus receperit dn̄m ascn̄tis vel lunā perficietur res quesita. Sed si cōmiserit ille malus dispositionē fortune que sit in loco forti perficiet᷑ res ¶ Itē aspice si fuerit aliq̄s planetarū predictoꝝ in prima siue fuerit in decima si fuerit fortuna significat perfectionem rei siue receperit siue non ⁊ qꝫ lucrabitur querēs ⁊ acquiret substantiam illa de causa. Si aūt fuerit malus ⁊ receperit dn̄m prime vel lunam perficietur res: si vero nō recepit nō pficiet᷑ Si aūt fuerit dom⁹ vel exaltatio illi⁹ plāete mali decia domus ⁊ ipse malus fuerit in ea perficietur etiam res siue recipiat ille malus dn̄m prime aut lunā siue non: sicut si fuerit fortuna in decima ⁊ aspexerit eā dn̄s prime vel luna: quia perficitur res tūc siue recipiat illa fortuna dominū prime vel lunam siue non: vel habeat dignitatem in decima vel non habeat Et debes scire hoc quia qn̄cunqꝫ planeta significator alicuius rei fuerit in angulo festinat effectū rei: in succedēti tardat: in cadēti postponit licet vltio perficiatur res. Et vide si malus aspexerit dn̄m ascendentis vel lunā ab oppositione vel a quarto aspectu sine receptione: quia nisi cōmittat tunc dispositionem suam alteri impedit eū ⁊ turbatur querēs cum illo qui se intromisit detractando rem illam ⁊ non credit eum fore fideliter operatum: ⁊ possibile est qꝫ efficiantur ex hoc inimici. Et si aspexerit a trino vel sextili aspectu non irascet᷑ cum ipso nec imputabit ei licet non pfecerit rem illā. Et si cōmiserit domin⁹ prime ⁊ dn̄s decime dispositionem suam alicui planete a quocunqꝫ aspectu siue cum receptione siue sine receptione: siue fortuna fuerit siue mal⁹ ⁊ non fuerit retrogradus neqꝫ combustus neqꝫ cadens nec exierit de signo in quo est anteqꝫ perficiat᷑ illa coniunctio illorum duorum dn̄i scꝫ prime ⁊ dn̄i decime cum eo ⁊ luna fuerit iuncta domino prime vel dn̄o decime adipiscet᷑ interrogator quesitum. Sed si fuerit collectio luminis seu dispositionis dn̄i prime ⁊ dn̄i decime sicut dixi nec aspexerit luna aliquem illorū duorum: sed aspexerit alium qui recipiat eā de domo vel exaltatione vel de duab⁹ alijs

dignitatib⁹ nec fuerit alias impedita hoc est ꝙ sit libera a casu ⁊ cõbustione nec sit obsessa a malis nec in eoꝝ oppositõe vel quarto aspectu sine receptõe significat adeptionẽ rei quesite: ⁊ ꝙ multi auxiliabunt querenti vt perficiat ei res quam petit ¶ Uident autẽ quasi oẽs sapientes iudicioꝛum astroꝛum concoꝛdari ꝙ cum dñs prime atq; dñs rei quesite fuerint iuncti simul ⁊ luna cõmiserit dispositionẽ vni eoꝛum ꝙ perficitur res q̃sita ex toto. Si aũt non cõmiserit dispositionẽ alicui eoꝝ sed fuerit luna iuncta planete nõ recipiẽti eam ⁊ ille planeta aspexerit domũ rei q̃site: vel aspexerit domũ primam sigt ꝙ adipiscet interrogatoꝛ partẽ eoꝝ que petierit licet non ex toto si fuerit res partibilis. ¶ Et dixit zael cum recepit dñs ascñtis dispositionẽ lune leuioꝛ erit petitio regni hoc est ꝙ leui⁹ hẽbitur. Si aũt fuerit impedit⁹ ille cui luna cõmittit dispositionẽ suam vel dñs prime scz ꝙ sit retrograd⁹ vel combust⁹ vel cadẽs vel obsessus a duob⁹ malis vel in eoꝝ oppositõe vel q̃rto aspectu sine receptiõe sigt ꝙ res illa non perficiet. Deinde aspice si dñs prime dom⁹ iungitur dño quarte domus ⁊ dñs quarte domus iungitur dño prime dom⁹ perficietur res q̃sita ei qui interrogat ⁊ sine magno laboꝛe. Si aũt fuerit dñs prime domus iunctus dño quarte domus ⁊ dñs iteruz quarte domus fuerit iuntus dño decime domus perficiet res q̃sita interroganti: sed non nisi cum tanto laboꝛe atq; tanta duricia ⁊ inuolutione atq; tarditate ꝙ desperabit q̃rens ne non possit perficere quod intendit: vltimo tamen perficietur ei.

¶ Ubi erit eius magistratus.

Postq̃ videris ꝙ interrogatoꝛ sit adepturus dignitatez seu officium vel magistratũ quẽ intendit: aspice dñm prime ⁊ vide si fuerit in domo sua ⁊ si sic tunc scias ꝙ adipiscet illum magistratũ siue illam dignitatẽ in terra in qua moꝛat. Et si fuerit in exaltatione sua adipiscet magistratũ cui subalternabuntur alij magistrat⁹ ⁊ alia officia: ⁊ ꝯtinebit in se dignitas illa vel sub se aliq̃s alias dignitates siue in terra sua sit adepturus hoc siue in aliena ⁊ non videtur debere esse multũ longe a sua terra. Si aũt fuerit in triplicitate sua videt ꝙ sit adeptur⁹ officiũ seu magistratũ magnũ extra terraz in qua moꝛat ⁊ longe ab ea foꝛte plus vna dieta. Et si fuerit in termino suo non acquiret magnũ officium imo erit infra pꝛedictũ: ⁊ foꝛte ꝙ veniet ei hoc causa consanguineitatis que est inter ipm ⁊ illuz cui cõmissum est dare illud officium: vel foꝛte ꝙ aliq̃s eius consanguine⁹ noĩauit illũ ei cui cõmissum est dare officiũ: ⁊ illa de causa eliget ⁊ constituet supꝛa regnũ seu officium illud: vel foꝛte ꝙ eliget aliq̃s consanguine⁹ ad aliqd officium ⁊ cõmittet illud sibi. Et si fuerit in facie sua eueniet ei hoc causa sui magisterij vel sue sapiẽ: ⁊ erit illud officiũ infra supꝛascripta. Si aũt nõ habuerit dignitatẽ in loco ĩ quo fuerit dabit ei dignitas illa in terra in qua pauci vel q̃si nulli nouerũt eũ: ⁊ erit multũ infra supꝛascripta illud officiũ seu illa dignitas siue baylia. Et si dñs prime ⁊ dñs decĩe fuerit idem planeta qd potest accidẽ in ioue atq; mercurio ⁊ fuerit alicubi ab aliquo recept⁹ ⁊ iuncta fuerit ei luna ex aliquo angulo ꝝ sigt adeptõz rei q̃site. Si aũt nõ fuerit luna iuncta dño pꝛĩe sed fuerit alteri iuncta qui eã recipiat ⁊ ipse dñs pꝛĩe fuerit silr receptus ⁊ fuerit q̃libet eoꝝ non cadens ab angulo neq; ab ascñte adipiscetur querens partẽ eoꝛum que petierit si fuerit res partibilis sed non totum.

¶ Quando non adipiscetur quesitum

SI vero fuerit luna impedita ⁊ dñs prime non fuerit receptus nec fuerit alter eorum in domo rei quesite non adipiscetur querens qd petierit: ⁊ videtur ꝙ sit in causa ꝙ non adipiscatur illud: quia petit rem que non ꝯuenit ei. Si autez dñs prime vel luna non aspexerit dñm decime: nec dñs decime aspexerit aliquem eorũ ⁊ fuerint anguli signa fixa: nec fuerit aliquis de aspectibus supradictis significantibꝰ effectum rei: aspice tunc vbi sit sol ⁊ vbi sit venus ⁊ vide si ambo aspiciunt decimam: ⁊ si ambo sint recepti: quoniam si sic fuerit significat effectum rei: ⁊ ꝙ querens acquiret regnum in quo habet fiduciaz seu magistratũ: ⁊ erit ei vtile atqꝫ lucrosum ⁊ acquiret inde pecuniã multam. Si autem non fuerint ambo recepti sed vnus eorum tantũ vide si luna tunc aspexerit illum qui non fuerit receptus perficietur res quesita: qm̃ luna cõmittit dispositionẽ ac fortitudinez suam illi cui ipsa iungitur. Aspice etiam lunã que si aspexerit gradũ decime domus: vel etiaz si ipse dñs prime aspexerit gradum decime domus: vel fuerit aliquis eoꝝ in eo: vel fuerit dñs decie domus in ipso gradu ascendẽtis significat ꝙ electio illius iam sit facta ⁊ cito ꝑueniet ad eum rumor de illa electione. ¶ Et dixerunt messala ⁊ zael ꝙ si luna fuerit iuncta lumini dñi medij celi aut transierit super eum scꝫ ꝙ sit septentrionalis ab eo dũ transit per eius radios vel fuerit iuncta corpori eiꝰ ⁊ aspexerit medium celi adipiscetur: ⁊ si receperit eam dñs domus in qua est luna ⁊ aspexerint ambo decimam adipiscetur quesitum. Et si luna fuerit in aliquo signo in quo sit lumen alicuius planete sed non iungetur corpori illiꝰ anteqꝫ ipsa egrediatur de signo in quo est non perficietur res nisi dñs prime ⁊ dñs decime siue alterius rei quesite sint ambo in locis in quibus habeant dignitatez ⁊ aspexerint decimã siue locũ rei quesite. ¶ Et dixit zael ꝙ viciũ lune ⁊ dñi medij celi significat diminutionẽ rei in opere: ⁊ eo deteriꝰ si fuerit receptor dispositionis lune impeditus: quia tunc significat detrimentũ opis Et dixit si iuncta fuerit luna dño ascendent[is] aut dño medij celi auxiliabitur ad profectum. Et si pulsauerit receptor ⁊ dñs medij celi fortitudinez eorum atqꝫ dispositionez planete qui eos recipiat ⁊ qui habeat fortitudinẽ in loco suo ⁊ rei ⁊ non aspexerit medium celi non perficietur res eodem modo quo petitur. Et dixit ꝙ cum significator inimicatur domui sue significat duriciaz ⁊ inuolutionem in petitione rei. Et inimicicia domus eius in hoc casu est vt sit in duodecima a domo sua aut in secunda aut in sexta aut in octaua. Et si aspexerit eum a septima dñs scꝫ rei quesite significat ꝙ nõ adipisceť quesitũ sed non prohibet ex toto ꝙ non fiat imo est possibile ꝙ perficiať res quesita sed si fuerit perfecta erit cum lite ⁊ controuersia ⁊ contentione.

¶ Capitulum secunduz vtruz laudetur vel vituperetur occasione regni vel officij vel magistratus.

POstqꝫ cognoueris ꝙ querens sit adepturus regnum seu aliud quod intendit adipisci: ⁊ volueris scire quid accessurũ sit ei in regno seu officio siue magistratu illo aspice dñm prime ⁊ locum eius ⁊ vide q̃liter sit dispositꝰ qm̃ ipse habet significare quid accidet querenti ex regno siue magistratu suo

Si autem inueneris dominū prime in decima non remotum a gradu decime
domus plus tribus gradibus ante vel ad plus.12.retro: vel fuerit ibi fortuna
non impedita: vel aspexerit locum illum scꝫ decimaꝫ tribus gradibus ante ⁊
q̄nqꝫ retro vel ad plus septē ¶ Idē intelligas si fuerit fortuna non impedita
vel aspexerit vt dictum est de decia · ⁊ ita intelligas de vndecia significat ꝙ
acquiret honorem ⁊ laudem ex officio siue regno illo dūmodo non sit malo
modo impeditus ex impedimentis supradictis: ⁊ maxime si fuerit ibi caput
draconis: sed si fuerit ibi cauda diminuet terciam partem illius honoris. Si
auteꝫ fuerit in vndecia erit infra hoc tamen bene finiet suum regnum ⁊ dicet
de ipso bonum. Si vero fuerit in primo laudabitur ⁊ dicetur bonuꝫ de ipso:
tamen quidam nitentur maledicere: sed non publicabunt suam maliciaꝫ. Si
vero fuerit in alijs locis bene dispositus recedet a regno seu officio suo nec cū
multū magno honore neqꝫ cum vituperio sed sicut rectores cōmuniter rece-
dunt a suis regiminibus dūmodo non sint in locis predictis infortune male
disposite. Si autem fuerit in prima vel in decima malus male dispositus qui
non habeat ibi dignitatem: vel aspexerit vt dictum est de decima ⁊ prima ⁊
maxime si fuerit retrograd⁹ vel in casu suo: ⁊ eo fortius si fuerit ibi caput dra
conis significat ꝙ vituperabitur querens illa de causa. Et si aspexerit eū dn̄s
quarte ⁊ fuerit malus a quarto aspectu vel ab oppositiōe significat ꝙ capiet
⁊ detinebitur illa de causa sine positione in carcereꝫ. Et si aspexerit eum dn̄s
duodecime conditionibus supradictis incarcerabitur. Et si etiam aspexerit
eum dominus octaue per modum predictum stringetur in carcere ⁊ timetur
ne moriatur illa de causa. Et si fuerit ibi cauda draconis minuet terciā partē
illius vituperij. Et si fuerit in secunda fortuna libera significat ꝙ acq̄ret sub-
stantiam illa de causa ⁊ sequetur inde profectum ⁊ bonū: vel aspexerint for-
tune vt dictum est de alijs domib⁹: ⁊ eo melius si fuerit ibi pars fortune: ⁊ si
fuerit alibi simil̄r significat bonuꝫ ⁊ lucrum ⁊ augmentat illud: si vero fuerit
male disposita significat malum ⁊ impedimentuꝫ. Et si fuerit ibi malus vel
aspexerit a quarto aspectu vel ab oppositōe significat dispersionē substantie
atqꝫ ipsius diminutionē ¶ Et semꝑ habeas hoc in mente tua quia qn̄cunqꝫ
caput fuerit in aliqua domo que significet bonū semꝑ augmentabit illud ꝓ
tercia parte. Et quādocūqꝫ cauda fuerit in aliqua domo que significet bonū
semper diminuet terciam partē illius boni. Et quandocunqꝫ fuerit in domo
aliqua que significet malum semꝑ diminuet terciam partem illius mali sicut
si caput est in aliqua domo que significet malum augmentat illud pro tercia
parte. Et si fuerit fortuna libera in tercia vel aspexerit illam significat bonū
pro fratrib⁹ querentis ⁊ ei ex fratrib⁹ si fratres habuerit. Et si fuerit ibi mal⁹
vel aspexerit ex quarto vel oppositione significat malum ⁊ detrimentuꝫ. Et
si fuerit in quarta fortuna libera vel aspexerit illam significat ꝙ finis illius re
giminis erit bonus ⁊ laudabilis. Et si fuerit ibi mal⁹ vel aspexerit illā signi
ficat ꝙ finis erit mal⁹ ⁊ turpis. Et si fuerit fortuna in quinta vel aspexerit vt
dictum est significat bonum ⁊ fortunam ex filijs vel causa filiorum ⁊ ꝙ bene
cedet eis si habuerit filios. Et si fuerit ibi malus significat ꝯ̄rium vel aspexe
rit vt dictū est de alijs. Et si fuerit fortuna in sexta vel aspexerit illā significat

q bene cedet ei ex servis ꝛ famulis ꝛ pro eis ꝛ ipsis famulis. Si autẽ fuerit ibi malus vel aspexerit illam significat contrarium. Si autem fuerit fortuna in septia vel aspexerit illã significat q bene cedet illis qui suberũt ei in regno illo ꝛ q bene cedet scriptoribus eius: ꝛ q inimci eius erunt bone opinionis erga eum. Et si fuerit ibi malus vel aspexerit illaz significat contrarium eius quod dixi. Et si fuerit fortuna in octaua vel aspexerit illam significat q augmentabuntur bona illorum quos habuerit ad regendũ ꝛ crescent ꝛ amplificabuntur. Et si fuerit ibi malus vel aspexerit illam significat q patienẗ detrimentum ꝛ diminutionez. Et si fuerit fortuna in nona vel aspexerit illam sigt q ille rector qui fuit ante eum fuit honorandus ꝛ reuerendus ꝛ q bene cessit ei in regie suo. Et si fuerit ibi malus vel aspexerit illam significat contrariuz eius quod dixi. Et si fuerit fortuna in decia: vel fuerit ibi malus erit vt dictũ est supra de decima domo. Et si fuerit fortuna in vndecima vel aspexerit illã significat q bene cedet ei in regno seu magistratu: ꝛ q bene cedet ei in regno seu officio erit honorandus ꝛ reuerendꝰ ꝛ bene cedet ei in illo. Et si fuerit ibi malus vel aspexerit illam significat contrarium eius quod dixi. Et si fuerit fortuna in duodecima significat q bene cedet ei ex equis mulis bobꝰ asinis ꝛ camelis: ꝛ q non machinabũtur aliqui in suum detrimentum. Et si fuerit ibi malus significat q cedet ei contrarium in his que dixi: ꝛ maxime si fuerit ibi mars: quia tunc significat proditionem. Et semper intelligas quando dico si malus fuerit in tali loco significat malum nisi habeat ibi dignitatẽ domum scilicet vel exaltationem vel duas de aliis dignitatibus.

Capitulum tercium iterum de eodem ꝛ eius fine.

Iterum ꝯsidera si tu inueneris dñm prime in bono loco bñ e dispositũ qm̃ significat similiter bonum finem scz si fuerit in decima vel vndecia vel prima vel quinta non impeditus siue receptus fuerit siue non: siue fuerit cũ parte fortune siue non. Si aũt fuerit in scđa vel tercia vel nona vel septia vel etiam in quarta: sed in quarta magis debilis moratur q̃ in aliquo supradictorum locoꝝ: ꝛ bene dispositus ꝛ in nullo alias impeditus erit finis eius infra hoc sed non erit abhorrendꝰ nec vituperabilis. Si aũt fuerit in aliquo predictorũ quinq̨ locoꝝ impeditus significat impedimentum ꝛ malum. Si autem fuerit in sexta vel in octaua vel in duodecia significat q deponetur a regno seu magistratu suo turpiter ꝛ cũ opprobrio atq̨ dedecore: sed in sexta ꝛ in duodecima significat grauius dedecus q̃ in octaua nisi sit receptꝰ: quia tunc significat q scđs rector impediet eũ ꝛ insurget contra eũ in eiꝰ vituperiũ ꝛ eo fortius si fuerit ibi caput. Et si fuerit ibi cauda erit debilius: si aũt fuerit receptus non impedieẗ: ꝛ si fuerit impeditꝰ liberabitur ab impedimẽto illo sine magna instantia seu inuolutõe. Et si non fuerit receptꝰ ꝛ fuerit in p̃dictꝭ tribus locis ꝛ fuerit alias impeditꝰ accidet ei postq̃ fuerit depositꝰ aliquid qđ erit ei maius damnũ ꝛ maius vituperium q̃ depositio a magistratu suo. Et si iunctus fuerit dñs duodecime domus dño prime ꝛ non receperit eum significat q ille qui fuerit depositꝰ stringeẗ vinculis ꝛ dedecorabiẗ ꝛ multo fortius significabitur eius dedecus ꝛ vituperium si fuerit illa coniunctio in aliquo quatuor angulorum: ꝛ vitupabilior omnibus est domꝰ decima: sicut

enim ipsa significat maiorē honorez ceteris domibus: ita si vertat ad 2rium significat maius vituperium: qm̄ significat q ipse ponetur in vinculis palaz coram oibus volentibus eum videre ⁊ poterunt oēs qui voluerūt deridere ipsum. Si autem fuerit coniunctio in prima significat q vinculabitur ⁊ erit inde rumor: sed non ita magnus sicut quando fuerit in decima. Si aūt fuerit cōiunctio in septia erunt ipsi subiecti sui quoz fuit dux vel rector qui ponēt ipsum in carceribus seu vinculis. Si aūt fuerit coniunctio in quarta ponet in vinculis seu carceribus sed non erit inde magna diffamatio. Si aūt fuerit cum hoc dn̄s prime in cadentibus ab angulis ⁊ fuerit supra terram licet sit iuncus cum dn̄o duodecime non captiuabitur in terra illa in qua erat rector seu dux siue baylitor seu officiarius imo ducet ad alium locum ⁊ ibi captiua bitur. Si autē fuerit sub terra vinculabitur in via quando ducetur ad locuz retentionis eius. Si autem fecerit dn̄s prime cum separatus fuerit a domino duodecime: primam coniunctionem cum dn̄o octaue significat q morietur ille in carcere illo. Si autem fuerit iunctus dn̄s prime domio decime postq̄ fuerit separatus a dn̄o duodecime anteq̄ iungatur alteri significat q postq̄ ipse fuerit captiuatus liberabitur a carcere ⁊ dabitur ei aliud regnū siue offi cium. ¶ Et illud idē intelligas si fuerit dn̄s prie iunctus marti: qa significat q accident ei illa eadem significata que accident ei quando iungitur domio duodecime ⁊ etiam fortiora qm̄ mars significat verberationē ⁊ percussionē telorum ⁊ sanguinis effusionem ⁊ mortem quandoq3 quod dn̄s duodecime non facit. Et si non fuerit mars iunctus corporaliter cum domino prime sed per oppositionem vel per quadratū aspectum ⁊ fuerit dominus secunde vel octaue significat illud idem quod supra dictum est. Et aspice etiaz si domin⁹ prime impeditur ab aliquo malorum: quoniam afflictio quam patietur erit sm naturam ⁊ significata illius mali qui impedierit dn̄m prime. Si quidem fuerit mars sicut dixi erit illud ipedimentū ex cōpedibus ledentibus ⁊ strin gentibus crura vel brachia vel vtrūq3 cum excoriatione: ⁊ patietur cum fer ris ⁊ stringetur ligamētis ferreis ⁊ forte q percutietur gladijs ⁊ ferratis fusti bus. Si autez fuerit saturn⁹ incarcerabitur in carcere obscuro vel subterra neo ⁊ cedetur baculis: ⁊ forte q lapidabitur vel percutietur petris

¶ Capitulum quartum quando intrauerit regnum siue officium ⁊ inceperit imperare vel precipere quid accidet ei in officio.

Et si volueris scire quid accidat ei in regno siue officio illo vide qn̄ ipse ingreditur officium illud vel regnū siue imperium suū. Et illa est hora ingressionis eius qn̄ ipse locatur in sede sua vel incipit imperare siue precipe atq3 disponere facta regni siue officij per modū generādi officiū ¶ Si fuerit illud principium de die aspice dominum prime ⁊ solem: si fuerit dn̄s prime male dispositus ⁊ sol fuerit alicubi iunctus cum saturno vel aspexerint eum mali a quarto aspectu vel ab oppositione sine receptione perfecta sigt eius depositioz ⁊ erit cita depositio eius a regno vel officio illo. Si aūt inueneris dn̄m prime atq3 solē in aspectu vel coniunctione fortunarū ⁊ fuerint in pria vel decima vel vndecima vel quinta ⁊ fuerint cum hoc in signo fixo sigt q eius regnum siue officium illius durabit ⁊ prolongabitur ⁊ delectabitur in eo: ⁊ accident ei in illo ea que voluerit ⁊ de quib⁹ letabitur ⁊ gaudebit ex eis

Si autem fuerint dñs prime atq sol in coniunctione corporali vel etiam in aspectu martis sine receptione perfecta vt dixi τ fuerit septentrionalis a sole vel fuerit mars in decia τ sol fuerit in prima τ fuerit ascendens signũ mobile significat q insurget ei quidam de illis quos habet ad regendũ τ nitetur resistere illi in regno siue officio suo τ timebit ne possit ꝯtra cũ rex siue officiari? ille τ ne possit eũ deponere ab officio seu regno suo: τ dubitat ne interficiat vel moriatur alio modo anteq compleat officium suum. Si autez defuerit aliquod predictoꝝ hoc est q non sit mars in decima: vel non sit sol in prima vel non sit ascendens signũ mobile significat q non insurget ei ille: τ si insurrexerit non poterit contra eum τ succumbet. Si vero fuerit dñs prime τ sol vel saltim sol iunctus corporaliter ioui vel in eius aspectu a trino vel sextili siue cum receptione siue sine receptione vel in quadrato vel opposito cũ receptione: vel fuerit iupiter in decima τ fuerit liber ab impedimentis supradictis scz q non sit retrogradus vel combustus seu cadẽs: τ fuerit sol in prĩa vel vndecĩa vel quinta: τ fuerit sol cum hoc in signo fixo significat q regnuz seu officiuz illius erit valde laudabile τ erit magni honoris τ augmentabit semp in bono: τ durabit diu in laude atq fama: τ q erit ei vtile atq lucrosuz τ diutius dicetur talis homo bene rexit nos: τ valde fuit nobis vtile regnũ suum. Aspicias etiam si videris solem in sexta vel octaua fueritq dominus prime in prima aut in decia: τ fuerit dominus prime iupiter aut sol aut ven? erit officium seu regnum illius bene dispositũ τ boni finis preter q videtur q debeat tristari quoniaz significat mortẽ illius qui promouit eum ad illud officium seu regnũ. ¶ At si fuerit introitus regiminis siue officij illius de nocte scz quando incepit exercere officium seu regimen: aspice lunaz sicut aspexisti solem in introitu diurno τ vide si ipsa fuerit libera ab impedimentis supradictis τ q non fuerit combusta nec cadens nec in coniunctiõe maloꝝum sigt q complebit regimẽ cum salute atq integritate sui corporis: τ q morabitur sanus τ non eger in regimine illo. At si fuerit luna corporaliter iuncta cum aliquo maloꝝum supradictoꝝuz vel fuerit in eorum quadrato aspectu vel in eorum oppositione vel etiam in trino vel sextili aspectu sine receptione sigt depositionem eius a suo regimine τ erit in breui depositus. At si fuerit ipsa vel domin? dom? in qua ipa fuerit in malis locis inueniet maluz in illa terra τ illo regimine τ q erunt plures que conquerant de ipso causa regiminis nõ bene facti seu tractati. At si fuerit ille malus qui impedierit lunam dominus decime accusabitur q male rexerit eos. At si fuerit dñs vndecime accusabit q abstulisset malo mõ vel dilapidasset bona cõmunis vel regis. At si fuerit dominus secunde accusabitur q abstulisset vel dilapidasset pecuniam ciuiũ quos habuerit ad regendũ. At si fuerit domin? quinte accusabitur ille turpi vicio quod foret abusus pueris. At si fuerit dominus septime accusabitur q foret vsus vxorib? eoꝝ. At si fuerit domin? octaue accusabitur q iudicasset aliquos in personis iniuste. At si fuerit dominus aliarum domoꝝuz non sigt certam vel specialem accusationem nisi ad rumoꝝ popularium τ insipientũ At si fuerit tunc luna prope caput draconis vel eius caudaz per q̃tuor grad? vel minus significat q non erit illud officiũ sibi vtile seu regimen nec acq̃ret

in eo famã vel lucrũ. Siquidẽ fuerit longe a capite vel cauda pl⁹.4.gradib⁹ vsq₃ ad cõplementũ.12.graduũ ⁊ fuerit significator illi⁹ rectoris impedit⁹ vł detentus ⁊ fuerit tunc luna in signo mobili signt q̄ tot diebus durabit ei⁹ detentio atq₃ impedimentũ quot gradibus distat luna ad pficiendũ sepationẽ a capite vel cauda donec elonget ab eo p dictos.12.gradus integros. Et si fuerit in signo cõi durabit tot mensibus. Et si fuerit in signo fixo durabit tot annis. Et si fuerit ibi gradus fractus ⁊ significauerit detentio dies significabit pro omnib⁹.2.minutis ⁊ dimidio vna hora. Et si significauerit menses significabit p omnib⁹.15.minutis ebdomada. Et si significauerit annos significabit p oĩbus.5.minutis mẽsis. Et si non fuerit detentus nec alias impeditus sed dubitauerit ne accidat ei aliqđ sinistruz erit in dubio illo donec luna elonget ab illis.12.gradib⁹ a capite vel cauda sicut dictũ ẽ. ¶ Et vide si militet si quãdo ipse incipit regimẽ vel quãdo iurat illud est ascendens aliquis gradus qui sit de terminis martis vel saturni ⁊ aspexerit aliquis eorum illum gradũ significat q̄ non faciet in officio illo seu regimine opus boni regiminis: ⁊ turpiter se habebit in illo: ⁊ turpiter loquent hoĩes de ipso etiam si alias esset bonus rector ibi deficiet eius bonitas ⁊ debiliter se habebit in illo. Idem quasi poteris dicere si luna fuerit in.4.impedita hora intronizationis eius in regimĩe illo. Si vero fuerit aliquis gradus termini alicui⁹ triũ planetarũ iouis.s.aut veneris vel mercurij cũ ipse est fortunatus ⁊ aspexerit eum aliquis eorum perficiet regimen cum honore atq₃ bona laude ⁊ dicet omne bonum de ipso ⁊ magnificabit sonus nominis eius illa de causa ⁊ omne lucrum quod fecerit occasione regiminis illi⁹: bene dicet ei ab illis quos habuerit ad regendum. Sicut laudabit ex opere bono cum fuerit fortuna ĩ prima hora introitus in regimen siue officium ita vituperabit cuz fuerit de infortunis sicut dictũ est: ⁊ tanto deterius quia forte q̄ moriet illa de causa.

¶ Capitulũ.5.quale sit principium regiminis bonum vel malũ ⁊ etiã finis eius qualis erit.

Et vide etiã in principio regiminis sui si fuerit fortuna in prima erit pricipiũ eius bonũ ⁊ laudabile valde si fortuna illa non fuerit impedita. Si aũt fuerit impedita vel fuerit ibi aliquis malus orientalis ⁊ directus in domo vel exaltatione sua nec alias impeditus signt q̄ erit principiũ regiminis laudabile sed non tm̃. Et si fuerit cũ hoc malus in.4. signt q̄ qualecunq₃ fuerit principiũ finis erit malus. Et si fuerit in prima infortuna que non habeat ibi testimoniũ sicut p̄dixi signt q̄ principiũ sui regiminis erit maluz. Si aũt fuerit in.4.fortuna bene disposita finis erit laudabilis ⁊ quilibet q̄ maledixerat eũ benedicet postea ⁊ honorabit ipm ⁊ dicet bonum de ipso. Et si fuerit ibi fortuna impedita vel malus oriẽtalis direct⁹ in domo sua vel exaltatione nec alias impeditus signt q̄ finis erit laudabilis sed non multũ. Et si fuerit in prima ⁊ in quarta similiter principiũ ⁊ finis erunt digni laude. Si aũt in vtroq₃ fuerit malus vtrũq₃ vituperandũ erit. Similiter vide si fuerit cauda draconis in prima ⁊ dñs prime fuerit in secunda vel quarta vel sexta vel septima vel octaua vel nona nisi fuerit sol vel in.12.⁊ eo fortius si fuerit in cõiunctione vel aspectu alicuius mali planete sine receptione ⁊ aliqua in-

fortuna fuerit in prima vel.10.vel.7.vel.4. ⁊ fuerit cum hoc luna impedita per aliquē maloꝝ planetarū sigt̄ ꝙ eius familiares erūt infideles: ⁊ eius ministri erūt viles persone ⁊ eius vicarij atq̧ officiales erūt malefactores ⁊ reddent eum tristem ⁊ horrendū ⁊ erunt eoꝝ opa talia que faciēt ipm vituperari in suo regno seu regimine: ⁊ erūt illa maleficia que ipsi perpetrabunt causa destructionis eius regiminis seu regni ⁊ cōtristabūt eum: ⁊ semper erit in dubio ne maligneẗ in regimīe seu in officio donec steterit in illo. ¶ Et semp habeas hoc in mente qm̄ quādocūq̧ minaẗ aliquod infortuniū depositionē a regimine vel officio aliquo ⁊ tu inueneris iouē in decima vel prima ⁊ ipe fuerit orientalis aut tollit penitus depositionē aut alleuiat ⁊ tardare facit illā Et si non significaẗ depositio ⁊ inueneris eū in decima acquiret laudem in illo regimine seu offcio ita ꝙ illa de causa ꝑueniet ad maiora regimina seu officia. Si aūt fuerit in ea malus distringeẗ ⁊ vincieẗ ⁊ cadet in iram regis siue alterius magnatis qui preerit ei ⁊ auferet ei omne quod ad eius manꝰ peruenerat de lucro ⁊ questu. Si aūt inueneris in prima fortunā ⁊ in.10.malū ⁊ in quarta fortunā principiū ⁊ finis erit bonus: mediū vero malū. Si inueneris in qualibet fortunā ⁊ principiū ⁊ mediū ⁊ finis erūt boni. Si vero inueneris in prima malū in decima fortunā in quarta malū principiū ⁊ finis erunt mali: mediū vero bonū. Si vero inueneris in quolibet malū principiū mediū ⁊ finis erūt mali. Si vero boni ⁊ mali fuerint in locis p̄dictis erūt significata ꝑm naturā illius qui fuerit plus gradibus in signo illo sed tamē alius diminuet aliquid de significato alterius vt si fortuna obtinuerit significatū .s. ꝙ fuerit plus gradibꝰ malus diminuet de bono qd̄ significauerit fortuna si malus obtinuerit significatū bonꝰ diminuet de malo qd̄ significauerit malꝰ. Et si fuerit mercuriꝰ iunctus ioui in.10.hora intronizatōis eius in regnū siue officiū sigt̄ ꝙ perficiet regimen suū sapiēter ⁊ cū discretione atq̧ rōne ⁊ accrescet ei iurisdictio eoꝝ quos habuerit ad regēdū ⁊ ingemabiẗ sup his. Illud idem accidet ei si fuerit luna iuncta ioui in.10.⁊ venus fuerit ibidē vel in.11. vel in prima vel in quinta. Et scias hoc quia qn̄cūq̧ tu inueneris martem in septima in hora introitus in regimē seu regnū semp minaẗ mortē nisi fortuna sit in prima. Si aūt fortuna fuerit ibi ⁊ fuerit depositꝰ a regimine illo erit depositionis cā pulchra ⁊ honorabilis ⁊ de qua ipse gaudebit nec tristabiẗ inde: nec sequeẗ inde damnū aliquod vl̄ dedecus nec reputabit illud sibi iniuriā. Et si fuerit dn̄s.9.iunctus dn̄o prime ipse idem petet remoueri ab officio illo. Et semp cū dn̄s.4.fuerit bene dispositus sigt̄ bonū finē regiminis illius siue in introitu regis fuerit hoc: siue in questione. Et habeas hoc similiter ꝑ constāti quia quādocūq̧ tu inueneris iouem in aliquo locoꝝ vl̄ aspexerit aliquē locoꝝ circuli ⁊ ipse fuerit bene dispositus ꝙ non sit retrogradꝰ vel combustus vel cadēs ab angulo: nec sit in geminis vel virgine vel capricorno ꝙ nullus malus poterit opari aliquā maliciā in illo loco quā ipse nō frangat. Etiam si duo mali essent in illo loco ⁊ ipe affuerit ⁊ fuerit ita dispositus sicut dixi licet ipse nō possit opari bonū quod aliquis vellet tamen auferet omnem maliciā maloꝝ.

¶ Capitulum .6. si stabit in regno vel officio isto vel remouebit ab illo.

Et si aliquãdo existens in officio vel regimine aliquo quesiuerit a te dicens vide si stabo in regno seu regimine isto an nõ: cõsidera dñm prime atqꝫ dñm decime ⁊ vide si iuncti fuerint simul ex cõiunctione corpali vel ex aliquo aspectu: ⁊ prospice si põderosior eoꝝ qui dicit receptor dispositionis fuerit in angulo pter quartũ dic ei ꝙ non remouebit ab officio siue regimine illo ante temp⁹ debitũ. Si vero fuerit ille receptor dispõnis sub terra q̃ dicitur sinistra ascendẽtis sigt ꝙ exibit de regno siue officio illo sed reuertet ad ipsum iterato. ⁊ eo firmius si fuerit receptor ille receptus in loco in quo fuerit quia tunc sigt ꝙ reuersio erit cita ⁊ honorabilis. Illud idem poteris dicere si fuerit iunctus dñs prime dño tercie uel none vel planete in eis ⁊ post sepationẽ ab eis fuerit iunctus planete in angulo preter quartũ ⁊ tantũ pl⁹ quantũ erit exitus eius a regimine bonus ⁊ securus ⁊ vtilis. Si vero fuerint sepati ab inuicem ita ꝙ iam sit completa coniũctio ipsorũ ⁊ transiuerit vn⁹ alium sigt recessum a regimine suo. Et si cõmiserit aliquis eorũ vel significatrix que est luna dispõnem suam alicui planete in aliquo angulorꝫ pter quartum ⁊ ipse sit tardus cursu nõ remouebit a regno siue regimine illo donec ille receptor fiet retrogradus vel intret sub radios solis vel egrediat de signo in quo est quia tunc erit terminus remotionis eius a regimine suo. Si vero fuerit iunctus dñs prime alicui planete qui sit in signo opposito exaltationi sue dñi. s. illius cui iungit dñs prime habebit se ille rector in regimine illo malo modo ita ꝙ timet super eum mors illa de causa. Si aũt dñs dom⁹ opposite exaltationi dñi primi iunctus fuerit ei ferent homines illi⁹ regni falsum testimoniũ contra ipm ⁊ credet illa falsitas ab ignorãtibus veritatẽ ⁊ diu manebit illa credulitas in cordibus eoꝝ. Si aũt fuerit iunctus dñs decime dño domus opposite exaltationi sue patiet regnũ eius siue terra quã habuerit ad regendũ detrimentũ magnũ ⁊ depressionẽ. ¶ Preterea si fuerit luna iuncta dño decime ⁊ ipse fuerit in decima nõ deponet rex siue rector ille a regimine suo. Et si dñs prime vel luna fuerint iuncti dño decime vl' alter eoꝝ ⁊ ipse fuerit ponderosior eis: ⁊ fuerit in bono loco ab ascendẽte. s. in 10. vel. 11. vel. 5. liber ab impedimẽtis licet ipse non aspiciat decimã: tamẽ nihilomin⁹ si fuerit in regimie aliquo constituet super aliud regnũ seu regimen: sed si aspexerit decimã stabit firmus in regno siue officio illo. Si autẽ dñs prime ⁊ luna fuerint in angulis ⁊ angeli fuerint signa mobilia ⁊ non fuerit luna iuncta dño domus vel exaltationis signi in quo fuerit significat ꝙ recedet ille a regimine suo. Similiter si fuerit luna iuncta planete qui nõ sit in aliqua suarum dignitatum etiam si fuerit receptus nisi forte erit receptus a fortuna ex trino vel sextili aspectu ⁊ ipse fuerit in tercia vel in nona recedet de regno siue regimine. Similiter accidet ei si fuerit luna vel dñs prime in quarta ⁊ quarta fuerit aries aut cancer aut libra aut capricornus: ⁊ eo forti⁹ si fuerit tunc luna iuncta dño quarte ⁊ ipse fuerit peregrin⁹. Et eo iterũ fortius accidet si luna fuerit iũcta planete qui sit in oppositione signi exaltationis vel domus sue vel fuerit ipsa in capricorno. Similiter accidet ei si fuerit luna vacua cursu.

¶ Capitulū. 7. quid faciet rex siue rector ille de substantia quā lucratus est occasione regiminis.

Accidit aliquādo illis quibus ꝑuenit substantia seu lucrum ad manus occasione regni vel regiminis seu officioꝝ ꝙ oportet eos eam expendere quādoqꝫ volūtarie quādoqꝫ inuite. Unde si volueris scire in quo ipse sit expensurus eam eo tibi mouēte questionē vel alio cuius intersit oportet te alio modo aspicere ꝙ̄ in alijs questionibus qm̄ aspiciendꝰ est in isto casu dn̄s secūde domus quē videbis vtrū sit fortuna vel infortuna. Si aūt fortuna fuerit ⁊ fuerit iupiter expēdet eam in opere bono ⁊ placibili deo ⁊ hominibus in faciendo ecclesias paces hospitalia heremos subueniendo egenis elemosynis ⁊ similibꝰ. Si aūt fuerit sol expendet eam in rebꝰ regū magnatū ⁊ nobiliū ⁊ in his que spectant ad tpalem honorē laicoꝝ vel edificando domos castra vel turres ⁊ in huiusmodi que ad pompam laicalē spectāt: ⁊ etiā in dando alijs per modū vane glorie ⁊ similibus. Si vero fuerit venꝰ expendet eam in vsu venereo dando mulieribꝰ histrionibꝰ indumētis in cōuiuijs comestionibus ⁊ potationibs per modū dilapidationis ⁊ in exercitio luxurie. Et si fuerit tunc eleuata venus super saturnū hoc est ꝙ ipsa sit septētrionalis ab eo sigt ꝙ ipse vituperabiliter expendet partem sue pecunie vtendo illo turpi atqꝫ horrendo vicio sodomitico. Et si fuerit mercuriꝰ expendet eā in rebus de quibus expectabit lucrum vt in mercibus venalibus ⁊ in hmōi emptionibus ⁊ venditionibꝰ que cito reiterant: ⁊ tota intentio eius erit i lucrando ⁊ per modū mercationis faciet vt plurimū suas expensas. Et si fuerit luna ⁊ ipsa in suo lumine seu vacua cursu expendet substantiā illam nō in suam vtilitatē ⁊ dissipabit eam nesciēs quomodo vel in quo donec consumpserit eam per modū dilapidationis. Et si nō fuerit vacua cursu expēdet eā ſm ꝙ expenderet si esset significator ille cui luna iungit. Si aūt fuerit saturnus expendet eam nō iuste ⁊ semper timebit ne ille modus expendendi sit sibi damnosus ⁊ angustiabit circa illud ⁊ nitet expendere in damnū aliorum quasi ꝑ modū venerandi ⁊ male cedet illis cū quibus habuerit facere ⁊ cum quibus se intromiserit. Et si fuerit mars expendet eaꝫ in omni facinore atqꝫ opere iniusto ⁊ malo vt in guerris susurrationibꝰ in faciendo perpetrari incēdia effusiones sanguinis ⁊ fornicationibus ⁊ in seruicium amicorū per modum guerrizandi ⁊ similibus.

¶ Capitulū. 8. de aliquo qui sit abiectus de regno siue officio suo vel de rege absente vtrū reuertat ad regnū siue officiū suū an non.

Si quis fuerit abiectus a regno vel a regimine siue officio suo laicali sicut aliqn̄ euenire cōsueuit: vel si aliquis rex vel dux se absentauerit a regno seu ducatu suo sicut aliqn̄ cōsueuerūt huiusmodi hoīes a longe ꝑficisci ⁊ fuerit facta tibi questio vtrū reuertat rex absens ad regnū suuꝫ vel dux ad ducatū vel ablatꝰ a regimine ad regimē vel officiariꝰ ad officiū an nō. Aspice in isto capitulo sicut dico tibi: qm̄ si aliquis querat pro rege vtrū reuertat ad regnū vel ꝑ duce vtrū reuertat ad ducatū. s. cū rex vel dux fuerit absens uel querat aliquis abiectus ab officio seu regimine ꝑ semetipm̄ semꝑ prima dat ei. s. tam regi atqꝫ duci ꝙ̄ abiecto. ¶ Unde dēs cōsiderare si dn̄s prime

fuerit alicubi iunctus cũ dño decime ⁊ vide si ponderosior ex eis qui recepe rit dispositionem leuioris aspexerit decimã rex reuertet ⁊ regnabit i regno suo ⁊ dux reuertet ad suũ ducatũ ⁊ abiectus reuertet ad suum regimẽ siue of ficiũ quesitũ. Si aũt nõ aspexerit ille receptor dispositionis decimaꝫ aspice tunc significatricẽ que est luna ⁊ vide si ipsa est iuncta alicui planete qui sit in decima vel in prima sigt eius reuersionem. Et vide similiter si luna fuerit in ariete vel cancro vel libra vel capricorno reuertet citius. Si vero fuerit do minus decime sigt reuersionẽ regis absentis ad regnũ suũ ⁊ abiecti ab offi cio seu regimine ad regnũ siue officiũ suũ. Et si dñs.10. fuerit leuior quã do min⁹ quarte ⁊ fuerit sepatus ab eo sigt reuersionẽ regis ad regnum ⁊ abiecti ad officiuꝫ similiter ⁊ cũ dño prime. Et si fuerit dñs quarte leuior domino 10. ⁊ fuerit ei iunctus reuertet ⁊ perseuerabit in eo: similit si iuncta fuerit lu na dño.10. ⁊ ipsa aspexerit decimã reuertet etiã nisi ipsa cõmittat dispõnem suã planete existenti sub terra qui sit peregrin⁹. Similit si fuerit dñs prime receptus a planeta non impedito. si aũt nõ fuerit recept⁹ nõ reuertet. Simili ter si fuerit luna iuncta planete qui sit in.9. sigt ꝙ recedet rex ille de quo que rit a regno suo nisi sit fortuna. Si aũt fuerit ille planeta cui luna iungit for tuna ⁊ fuerit in ariete vel tauro vel cancro vel leone vel libra vel scorpione vel capricorno vel aquario sigt reuersionẽ regis siue abiecti. Et si fuerit i ge minis vel virgine vel sagittario vel pisce sigt ꝙ sit adeptur⁹ rex aliud regnũ siue dux aliũ ducatũ vel abiectus aliud officiũ ¶ Et dixit zahel ꝙ perit rex illi regno tribus annis eo ꝙ receptor dispõnis lune non cadat donec veniat ad locũ.12. ab ascendente ⁊ erit in secũdo anno in meliori esse ⁊ magis habe bit in reuerentia ⁊ magis satisfaciet voluntati sue ꝙꝫ in primo. Et si luna fue rit tunc iuncta cũ fortunis erit melius nisi aliquis maloꝝ veniat ⁊ intret de cimã anteꝙꝫ receptor dispõnis lune pueniat ad.12. ab ascendente hora que stionis: quoniã si aliquis maloꝝ puenerit ad domuꝫ.10. questionis que sigt regnũ anteꝙꝫ receptor veniat ad dictam domũ impediet regnũ ꝙd erat ade pturus rex ille ⁊ nõ pmittet illud adipisci: ⁊ eo fortius si retrogradauerit ille malus in signo illo quod erat tũc.10. domus ⁊ si fuerit adeptus ⁊ luna fue rit iuncta malis acquiret vituperiũ illa de causa. Si aũt fuerit iuncta plane te in.10. acquiret inde laudẽ ⁊ perseuerabit in illo.2. annis. Similiter acci det si fuerit iuncta planete in.5. quia reget in regno siue regimine illo .2. an nis. Et si fuerit iuncta planete in.11. ⁊ eo fortius si recepit eam stabit i regno siue regimine illo vno anno dũmodo non intret aliquis maliuoloꝝ in.10. ⁊ retrogradet in eo: similiter si fuerit luna iuncta planete in prima stabit in re gimine vno anno. Et si fuerit luna iuncta cũ dño.10. vel si nõ fuerint iuncti ⁊ fuerit vterqꝫ bene disposit⁹ in loco suo ⁊ fuerint in geminis vel virgine vel sagitario vel pisce reuertet ad officiũ siue regnũ suũ. si aũt fuerit pñs perse uerabit in illo: ⁊ fortius manebit in illo ꝙꝫ hacten⁹ cõsueuerit ⁊ supaddet ei aliud regnũ siue officiũ. Si vero inueneris dñm.10. atqꝫ lunam impeditos in aliquo anguloꝝ ex corpali coniunctione alicuius mali sigt ꝙ nõ reuertet rex absens ad suũ regnũ nec abiect⁹ ad suũ officiũ in ppetuũ: ⁊ si fuerit in ipo remouebit et ppetuo remanebit remotus.

¶ Capitulum .9. vtrū regnū vel regimē aliqđ sit duratutū an non ⁊ quantū

Et dixit zahel q ascendēs sigt causam cōuiuij. Et dixit q si fuerit ascendens cōuiuij aliqua ex domibus veneris q erit causa nuptiaꝝ. Et si fuerit ex domib⁹ mercurij erit ꝓpter filiū. Et si fuerit ex domib⁹ iouis erit propter amicū. Et secūda ab ascendēte sigt vasa potationis ꝛ suppellectiles domus. Unde si fuerit secunda domus signū cōe erit vas eoꝝ coloratum. Et si fuerit tunc mars i secūda erit vas illud cū ere. Et si fuerit i eo venus est i illo argentū. Et si fuerit iupiter erit argentū ꝛ aurum. Et si fuerit saturn⁹ erit vas ligneū vel terreū. Et si fuerit fortuna i secūda significabit pulchritudinē ornamentorū dom⁹. Et si habuerit illa fortuna dignitatē in secunda erunt illa ornamēta ꝓpria. Si aūt fuerit pegrina habebit illa mutuo. Tercia vero significat cōuiuātes: si fuerit ibi fortuna erūt homines boni esse. Si vō fuerit ibi saturn⁹ erunt viles. Si aūt fuerit ibi mars erunt susurrationes aut erunt hoies bellicosi vel abscisores viarū ꝛ similia. Quarta sigt locū cōuiuij: si fuerit ibi fortuna erit locus pulcher ꝛ aptus ꝛ decēs. Si aūt fuerit ibi infortuna erit locus ineptus ꝛ turpis seu fetidus. Et dixit zael q si fuerit signū cōe erit locus cōuiuij in porticu. Et si fuerit ibi sol aut iupiter erit eorum cōuiuiū in claustro dom⁹ vel in meridie. Et quinta sigt coꝝ pocula. Si fuerit. 5. signum fixum potabūt de vnico potu. Si fuerit signū cōe potabunt diuersos potus Et si fuerit in eo iupiter aut mercurius erūt potus eoꝝ dulces ꝛ saporosi. Si vero fuerit ibi mars sapit potus de acredine. Et si fuerit mars impedit⁹ a saturno erit potus acetosus. Et si fuerit ibi sol erit acerbū vel aliqualiter amarum. Et si fuerit ibi venus erit mulsū vel alias dulcis bene sapiēs gustui. Si aūt fuerit ibi luna erit potus insipidus. Sexta vero sigt seruitores conuiuij: si fuerit ibi fortuna erūt seruitores apti ꝛ decentes. Si vero fuerit ibi malus erunt inepti ꝛ sordidi nescientes seruire. Septima autē significabit cocos ꝛ caueparios: si fuerit fortuna ibi erunt apti: si infortuna fuerit ibi erunt inepti Octaua vero sigt senescalcos. Et nona sigt ponentes ꝛ portantes fercula in discū. Si fuerint in eis fortune erūt apti ad hoc ꝛ scient benefacere illud. Si aūt fuerint ibi mali nō valebūt ad id. Decima vō sigt vniuersalē bonitatez cōuiuij ꝛ alacritatē quā simul habebūt cōuiuantes. Et si fuerit fortuna erit cōuiuium decens ꝛ laudabile ꝛ gaudebunt ꝛ letabuntur simul conuiuantes. Et si fuerit ibi infortuna erit conuiuium indecens ita q conuiuantes erunt odiosi cōuiuatori ꝛ in semetipsis. Undecima vō sigt si sunt amici cōuiuato ꝛ cōuiuātes. Duodecima vō sigt exhibentē cōuiuiū vel maiorē illi⁹ domus si fuerit in eo fortuna ostendet gaudiū ꝛ leticiā quā habebit ex cōuiuio. Si vō fuerit in eo malus tristabit intra se ꝛ dolebit de illi⁹ cōuiuij exhibitione. Et quādocūqꝫ inueneris fortunā in aliquo p̄dictoꝝ locoꝝ ꝛ fuerit fortunata sigt augmētationē boni. Et si malus fuerit infortunatus in aliquo predictoꝝ locorū sigt augmentū malicie.

¶ Finit tractatus interrogationū seu questionū guidonis bonati.

¶ Incipit tractatus de electionib⁹ ƒm dicta sapientū. Caplm. 1. phemiale.



Cum post iudicia pre ceteris astronomie partib⁹ electionibus indigeamus ⁊ ipse sint res que quottidie nobis occurrunt nec sine ipsis possumus pfecte ad complemētū vtilitatis multoꝝ iudicioꝝ que quottidie nos explicare oportet puenire. Videt mihi cōueniēs de ipsis tractatū ƒm vestigia sapientū nroꝝ facere speciale. ¶ Est aūt electio p̄ cōsiliati appetitus cōsiliū. Eligere autem est appetitus intellectus resultās ex actu liberi arbitrij Et licet insurrexerint mihi aliqñ plures fatui atqꝫ ydiote tunicati dicentes electionē nihil valere atqꝫ penitus nihil esse. Nihilomin⁹ tamē electiones ⁊ ceteri partes astronomie in sua firmitate remanserunt nec est ob hoc earū veritas diminuta. Per electiones enim apprehendere possumus multa bona similiter ⁊ multa mala possumus euitare q̄ ƒm stellas ventura sunt: nō tamē dico ꝙ electio faciat rem sed remouet prohibens nc res fiat: si enī iudicatū fuerit p astrologiā alicui cōtra hostes ituro victoria de ipsis sup aliqua sibi facta questione nisi bonā habuerit querens electionē in mouendo suum exercitū cōtra suos hostes poterit propter malum itineris sui principium succūbere: vel etiam ad minus multum de bono quod ei significabat per iudiciū diminuere. Et si bonā electionem habuerit sub ascendenti bono ⁊ fortior ei significabat per iudicium ad rei finem bonum perueniet atqꝫ sibi resistentem inimicū superabit. Impossibile enim est quin ea que fiunt recto consilio ⁊ de iure firmitatē nō habeant ⁊ ad bonū finem perueniant. Altissimus enim ⁊ gloriosus creator omniuꝫ celos fecit ⁊ stellas incorruptibiles de quinta essentia incorruptibili vt inferiora corruptibilia de. 4. corruptibilib⁹ essentijs. s. elementis facta regerent ⁊ gubernarent: ⁊ fecit stellas propter homines vt a stellis hominibus ⁊ alijs inferioribus iuuamina prestarentur. Quod enim est factuꝫ pro homine debet seruire homini. ꝙ si dicerent aliqui non est ita non est cum illis altricandum cum nihil intelligant ⁊ nihil credant sed dimittant tanq̄ꝫ magistri erroris ⁊ heretici veritatis. Ipsi enim veritateꝫ ignorant quoniam pecuniario lucro sunt intenti ⁊ priuat eos scientia ⁊ mentes ⁊ corda eorum cecat. Stelle eniꝫ in. 8. celis sensibilibus ⁊ mobilibus sunt constitute: ille enim que sunt in primo mobili que fixe a philosophis appellant sunt quasi vt materia corruptibilia sunt forme: planete vero sunt ⁊ operant ⁊ exercent quoddam medium per quod superiora in inferioribus operant: nihilominus tamen ipsi formaliter exercent suas operationes: ⁊ quia materia est quoddā infinitū ⁊ forme fiūt ex materia: ⁊ illud est causa quare forma nulli⁹ rationalis assimilat simpliciter forme alteri⁹ ⁊ ne dum indiuidua sed etiā species sunt quasi infinite nobis. Ex quo ergo deus fecit stellas propter homines quā vtilitatē sequerent ex eis si nō operarent ⁊ imprimerent in inferiora diuersa nunc hoc nunc illud qd videm⁹ eas facere quottidie manifeste: operant enī in vno loco aliquādo bonū: aliqñ videm⁹ eas in illo codē loco contrariū eius quod primo fuerant opate quod nō cōtingit nisi ex diuersitate motuū ⁊ situū ipsarū: qm̄

pp̄ter earum motuū qualitates diuersas et eorum corporum situs diuersos fiunt diuerse mutationes in mundo. Uidemus enim planetas diuersis motibus moueri et secundum illos motus diuersos imprimunt diuersimode in inferiora: et ipsa secundum illas diuersas impressiones diuersimode mutantur et alterantur calefiunt enim et infrigidantur: desiccantur et humectantur. Nam cum mars et sol fuerint simul iuncti si fuerit estas excedit calor modum. Si fuerit hyems frigus remittitur et redit ad temperamentū. Si vero fuerit sol iunctus cum saturno et fuerit hyems intenditur. Si aūt fuerit estas remittitur calor. Unde cum astrologus per suam inquisitionem illas diuersitates motuū nouerit et nouerit illas impressiones que imprimūt in inferiora propter illos motus: et illi motus sint quandoque bone qualitatis quandoque male potest eligere bonum quando qualitates illorum motuum sunt bone et assumere illud. Et post eligere malum quod significatur per illas qualitates quando sunt male et vitare illud: quoniam sicut alias dictum est non significat planeta idem quando est retrogradus quod quando est directus: non idem quando est tardus quod quando est velox: non idem quando est stationarius quod quando est progressiuus: non idem quando est combustus quod quando est euasus: non idem quando est vacuus cursu quod quando est alteri iunctus: non idem quando est in alienis dignitatibus quod quando est in suis Non idem quando est in angulo quod quando est in cadenti: non idem quando est liber quod quando est impeditus. Unde cum sciatur per expertorem huius scientie quando planeta est bene dispositus potest fieri electio tunc ad bonū. Et cum sciatur per ipsum quando planeta est male dispositus potest fieri electio et euitari secundum quod astrologus percepit ita esse. Et potest eligi bona hora a mala secundum quod ipse dominus noster ihesus christus elegit dum dixit eamus in iudeam iterum etc. et mala possunt euitari que ventura sunt secundum dispositiones motuū predictorum et significata mala. In omnibus inicijs eorum que facere intendimus tam in itineribus quam in mulierū desponsationibus atque nuptiarū celebrationibus: tam in edificationibus quam in destructionibus: tam in plantationibus quam deplantationibus et in singulis que facere volumus vel intendimus euitari. Et sic patet quod stelle operantur diuersa in inferioribus secundum diuersitatem suorum diuersorum motuū: et quod astrologus possit per bonas electiones auertere multa mala que secundum motus stellarū nisi quis precaueret sibi euenirent. Unde non possunt infringere astronomiam neque electiones aliquarum rerum tali via quam leui sibi assumpserūt: possunt tamen quodammodo contraire in his que videntur verisimilia licet omnia possint defendi videlicet si dicerent quod electiones non forent inuente pro quolibet vili persona: et illud est quodammodo verum sed non simpliciter: quoniam non considimus bene quod quilibet vilis persona possit facere sibi semper eligi facta interrogatione sed facta questione de re quid inde posset accidere ei bene possumus ei postmodum eligere accepto significatore electionis de questione ab eo facta: per questionem enim suam renouatur quod iam destructum existimabatur de significato radicis natiuitatis sue quoniam est super eo de quo queritur. Et quodammodo videntur electiones esse comunes omnium: quoniam electio non est rei spontanee nec certi nihilominus tamen est cuiuslibet qui consiliatus est a se vel cui consuluit alter et est res cuius consilium fuit preambulum ratio et intellectus prestitit. Magnatibus vero et nobilibus illis scilicet qui sunt apti regno possunt eligere et super natiuitatibus et super interrogationibus: et sine ipsis semper:

⁊ indifferenter sup omnibus eoꝝ inicijs tam itinerib⁹, q̄z alijs. Quādo vero tu eligis vilibus sine interrogatione ⁊ maxime si fuerint plures simul sicut fit aliqñ in volentibus ire ꝑ terram dūmodo sint plures vt fit in peregrinationib⁹ ⁊ silibus nō potes eis eligere sicut quādo eligis vni soli: qm̄ differūt fortunia ⁊ infortunia radicū natiuitatū eoꝝ ita ꝙ ille significator qui est vtilis vni eoꝝ pōt esse cōtrarius alteri: ⁊ sic non poteris habere talē electionem que sit vtilis oīb⁹ in hora vna: qm̄ nō est aliquid quod possit exercere simul ⁊ semel duas naturales ⁊ cōtrarias opationes ꝯm vnā ⁊ eandē rez ⁊ ad vnū ⁊ idē significatū. Et ꝙ res ita se habeat patet ꝑ hoc qm̄ videm⁹ aliquādo aliquos ire simul in vna hora pro aliquib⁹ negocijs ⁊ quibusdā bene cedit quibusdā vero cōtrariū. Unde si haberent̄ questiones oīm illoꝝ quoꝝ questiones significarēt bonū esset eligendū: quoꝝ significarent cōtrariū nō esset eligendū sicut alijs: veruz est tamen ꝙ bona electio aut ꝓdest aut non nocet dūmodo nō sit cōtraria radici natiuitatis: nec tamē sunt electiones abiciende: sed sunt seruāde ꝯm ordinē quē tibi dixi. Quoꝝ boni planete fuerit sig̃tores illi gaudēt in bonis dieb⁹ ⁊ letant̄ in eis: in malis aliqñ tristant̄. Quoꝝ mali planete fuerint sig̃tores illi gaudent in diebus in quib⁹ nō vident̄ sic debere esse ⁊ in bonis dieb⁹ tristant̄ ⁊ male est eis: ⁊ hoc nō est nisi ex eo ꝙ mali vicerūt in radice ntītatis eoꝝ: mali enī suis tātūmodo ꝓsunt: alienis nitunt̄ nocere: boni vero suis semꝑ prosunt ⁊ alienis nitunt̄ ꝓdesse: ⁊ hec est cā quare electiones possunt ꝓdesse poti⁹ q̄z nocere. Nō ergo despicias hec que tibi dico: qm̄ si bene cōsideraueris ⁊ ea bene fueris ꝓspicatus poteris electionū vtilitatē ꝑcipere: ⁊ vnde habeat originē ⁊ quō ⁊ qñ ⁊ quib⁹ valeant. Uolo eniz te scire ꝙ fortuna dñat̄ in omni re licet quidā ex tunicatis ydeote dicant ꝙ fortuna nō est sed solū quod de⁹ vult. Sapientes vero eoꝝ in hoc discrepāt in occulto licet in publico videant̄ eis assentire quod est potius pre timore ne ipsoꝝ ordines vilipendant̄ q̄z ꝙ credāt eos dicere veritatē. Si enī fortuna nō est quis esset tante fatuitatis qui nesciret ex arbitrio suo cuncta necessaria sibi habundanter acquirere sed nos videmus quottidie cōtrariū manifeste: nōne vides quosdam sapientes probos ⁊ intelligentes qui nō habent vt plurimū quod manducent: ⁊ quosdam fatuos quibus si lupus auferet ex decem pecudibus. 7. nesciret vtrum essent diminute vel non cunctis sibi necessarijs affluentib⁹ habundanter: ipi enī imponūt rabiem creatori suo mencientes ipm̄ nō esse iustū ⁊ in heresim incidunt abhorrendam.

¶ Capl'm. 2. de his que cōsiderant̄ in isto tractatu.

In isto enim tractatu qui electionum dicit̄ oportet te scire ista quinqz videlicet. Si electiones quas facimus contineant in se aliquam vtilitatem. Et similiter oportet te considerare principium omnis rei quaz facere vel incipere intendit aliquis quare sit. Et vtrum res que incipiunt sint venture ad complementum an non. Et si fuerit complementum vtrum finis ei⁹ quod incipimus sit bonus vel malus futurus. ¶ Ptholomeo eniz qui fuit pre alijs sapientibus huius scientie rectificator visum est huius artis fructū fore iudicia electionibus non exclusis imo in hui⁹ scientie fructu cōputatis: necesse est enim magnā partez astronomie fructus electionis esse: qm̄ quādo

eligimus alicuius rei principiũ possumus per electionẽ illam scire principiũ medium atq; ipsius rei finez qualis debeat esse. Si enim eligim⁹ alicui etati ad hoc apte vt gignat filium: vel etiam si non eligimus ei ⁊ sciamus horam illius concepti siue conceptus ille sit rationalis siue non rõnalis nos sciem⁹ quid futurum sit de ipso in vtero materno vsq; ad diem ⁊ horam natiuitatis: ⁊ si sciuerimus horam natiuitatis poterimus ei dicere quid de ipso futurum sit post natiuitatem vsq; ad finem vite sue ꝑm ordinem naturalem: ⁊ quid ei accidere debeat: deus enim dat nato quod stelle ministrant. Et licet materia sit eadem in eis tamen operationes sunt plures atq; diuerse: sicut accidit in membris quib⁹ prima causa dedit virtutez cuiuslibet iuxta suas operatiões non enim interest sua prohibere alicui rei: licet quidam ignorantes astronomiam non confiteantur. Similiter quando eligimus alicui volenti semiare seu plantare sciemus quid de illa plantatione vel de illa seminatione sit futurum ꝑm stellarũ administrationez ⁊ significata. ¶ Sarcinator vero visus est velle ꝙ non eligemus vilibus vel mediocrib⁹ nisi super natiuitate vel interrogatione eorum: tamẽ ipse non inhibuit ex toto quin eligeremus eis: sed videbatur ei tutius eligere super natiuitatibus vel super interrogationibus ꝙ̃ aliter: quia bonum est eligere super natiuitatibus vel super interrogationibus. Sed si non possumus aliquando habere aliquam ex illis: non tamen est electio prohibenda. Et dixit ꝙ eligerem⁹ etiaz sine ipsis: nec ob hoc sunt sibi contrarij. Sarcinator voluit esse certus ita ꝙ non posset reprehendi: q̃a voluit eligere super natiuitatibus que raro habentur: vel super interrogationibus de natura sua. ¶ Haly vero voluit esse liberior in hoc ꝙ omnibus voluit prodesse licet electiones que non fiunt super natiuitatibus vel questionibus non sint ita certe sicut ille que fiunt sup eis: tamẽ confisus est de ipsis ꝙ deberent valere vel ad minus non possunt nocere. Mihi autez videtur ꝙ possumus omnib⁹ singulariter eligere dũmodo nõ sit pluralitas cui eligim⁹ nec intelligas pluralitatem aliquam cõmunitatem: sed pluralitatẽ priuatam sicut quando vadunt aliqui simul congregati in peregrinatiõibus ⁊ similib⁹ ita enim credo mediocrẽ seu vilem habere suam radiculam in natiuitate quẽadmodum magnatem suam radicem: quoniam quilibet eorum natus est sub ascendenti. Si enim aptauerim⁹ lunam que est particeps omnis rei iam habemus partem itineris seu alterius rei vniuersaliter aptatam que est de reb⁹ radicalibus ⁊ que non ꝑmittet viatorem periclitari de leui, etiam si ascendẽs itineris esset contrarium ascendenti natiuitatis in qua luna fuerit particeps: ⁊ quõm ipsa est res fortior in itineribus multum tollit de contrario q̃d posset significari per alios planetas contradicẽtes itineranti: quia significatio eius in itineribus est in duplo maior ꝙ̃ significatio alicuius aliorum planetarum Unde cum ipsa habeat tantam partez in itineribus ⁊ aliarum rerum omniũ ⁊ sit particeps natiuitatis itinerantis ⁊ aptauerimus eam in itinere: videtur ꝙ sit aptata pars radicis natiuitatis itinerantis vel incipientis ita ꝙ erit sibi prosperitas in itinere licet forte non cedant ei oĩa prospera sicut vellet tamẽ bona electio multa mala diminuet atq; auertet que ventura essent ꝑm sigña stellarum. Et aliqua bona apprehendet ille cui eligitur que sine electione nõ

apprehendisset. Vitantes enim electiones que non fiunt super natiuitatibus vel super interrogationibus non videntur mihi ex toto sapientes quia si nõ possunt habere id boni quod volunt: non debent tamen spernere id boni qd habere possunt. Illi enim qui hoc faciunt videntur facere sicut fecit quidam hystrio qui iuit ad nuptias in quibus dicebatur q erant anseres: ille vadens illuc nõ inuenit ibi anseres: sed inuenit perdices et poterat ex illis comedere quantũ vellet qui exquo non inuenit anseres noluit comedere perdices imo ductus fatuitate recessit ieiunus. ¶ Trutannus vero dixit q melius est comedere grillos q nihil licet fuerit abusiue locutus: fuit tamen vera intentio sua et sic melius est electionibus vti q penitus eam dimittere.

¶ Capitulum tercium de radice electionum.

Radix enim nostrarum electionum est aptare fundamenta ipsarum et ex illis est aptatio lune: quoniam sicut alias dicitur ipsa habet partipationem et significatũ in omni principio: in omni itinere: in omni loco: in omni tempore: in omni re: atque in omni hora. Et est similiter de illis vt ait haly sol qui est inter alios planetas sicut rex: et planeta qui significat rem quam volumus incipere: vt si vellemus incipere guerraz vel aliquid aliud de his que operant per ferrum et ignem debemus aptari martem qui naturaliter habet significare illud. Si vellemus acquirere pecuniam deberemus aptare iouez qui naturaliter significat eam. Si vellemus celebrare nuptias vel similia delectabilia debemus aptare venerez. Et ita intellige de significato cuiuslibet planete. Preterea debemus aptare signum quod sit de natura rei quam incipere volumus et q habeat illam significare: vt si volumus facere iter per terram aptemus signum terreũ: si per aquam aptemus aquaticũ. Et aptatio eius est vt sit liberum ab impedimentis et ab infortunis et earum aspectibus et ponas illud ascendens electioni tue: vel ponas dominum ascendẽtis in eo vel lunam vel ambos si poteris. Ista sunt necessaria in omnibus electionibus cõmunibus tam in electionibus que fiunt super natiuitatibus seu interrogationibus q in alijs si fieri potest: et quedam sunt alia oportuna licet non ita necessaria scilicet vt aptemus viris signum masculinũ: et mulieribus signum femininum.

¶ Capitulum quartum de aptatione particularium.

Postq aptaueris predicta vniuersalia: oportet te aptare particularia scz postq aptauisti luminaria et dominum ascendentis et planetam significantem rem quã inceptor intendit facere videlicet domus que significat rem sup quã ẽ electio tua et intentio incipientis. Et hoc fit dupliciter: nam in illis quorum natiuitates nouisti et quorum habes interrogationes debes aptare domũ significantẽ rem illam in natiuitate seu questione. In illis vero quoz non habes natiuitatem vel questionem aptabis domum significantem rem illam in hora electionis siue inceptionis. Debes etiam aptare in omni electione primam et quartam et dominum vtriusque: primaz et eius dominum vt saluetur et custodiatur persona illius cui eligis: quartam vero et eius dominũ vt res perficiatur et finis eius sit bonus et laudabilis. ¶ Et dixit haly apta

domum rem illam significantem hac de causa: quoniam vnum et idem signū potest facere diuersas domos que habebunt diuersa significata secundum diuersitatem regionum: vt si esset aries prima domus toleti in illa eadem hora esset forliuij idem signum duodecima domus: et eadem hora hoc est tunc tēporis esset corinthij vel parum citra vndecima domus: et ita vsque ad finem terre habitabilis diuersificando domos secundum diuersitatem longitudinum regionum et distantiam earū ad inuicem dando vnicuique .770. miliaria secundum quod sapientes antiqui mensurauerunt terram: vel forte secundum mensurationem prout in eorum libris continetur. Unde non facio magnam vim nisi vt videas modū diuersitatum domorum vt percipias ipsarum significata secundum diuersitatem regionū ex eo quod illud idem signum quod significat in vna terre vnum potest significare in alia aliud diuersum ab illo: et sic videtur quod electiones non sint omnimode vitande licet non habeantur semper natiuitates seu questiones. ¶ Et si diceret aliquis quod si semper facimus fortunas fortes et malos debiles in electionibus et aliquis malorum sit significator natiuitatis illius cui eligimus facimus illi contrarium eius quod facere debemus et sic efficimur ei cōtrarij cū debemus esse sibi vtiles. Ad quod potest responderi quod debemus vestigia nature sequi que semper ad melius est intenta: et nos ad melius intenti esse debemus: melius est enim ex quo ignoramus natiuitates nec habemus interrogationes quod aptemus fortunas et debilitemus malos: quoniam debilitatio fortunarum peior est quam debilitatio infortunarum. Nam si debilitamus oēs fortunas potest esse quod nihil boni remaneat in electione. Si autē debilitamus omnes malos non possumus eos debilitare quin aliquid boni remaneat in ea: quia nullus malorum licet aliquis eorum significet bonum in natiuitate significat vniuersaliter semper et vbique bonum: ex bonis enim sunt plures qui naturaliter et vniuersaliter semper et vbique significant bonum sicuti venus que semper habet significare de desponsationibus et nuptiarum celebrationibus et alijs factis mulierum in omni hora et in omni terra et similibus: et luna que habet significatū in factis matrum et in omnibus alijs nostris factis vt alias dicitur: similiter et sol super factis dignitatum: et iupiter qui naturaliter semper et vbique in omni hora et in omni terra est significator substantie. Et sic semper cum fortificamus fortunas vel stellas significantes id quod intendimus reseruamus aliquid boni illi cui eligimus quod non accidit de infortunis. Preterea mali naturaliter sunt tantum duo saturnus scilicet et mars: boni vero naturaliter sunt quinque iupiter scilicet sol venus mercurius et luna. Unde cū ipsi boni sunt plures numero quam mali oportet quod vincāt in fortitudine: et sic magis debemus considerare de multo bono quam timere de non multo malo. Et in hoc errant illi qui dicunt quod non debemus vti electionibus: sicut enim alias dicitur electio non potest nocere sed potest prodesse. Impossibile enim est quin bona hora sit bona et mala sit mala. Ex quo enim possumus discernere bonam a mala quare non debemus assumere bonam horam: et vitare malam. ¶ Si quis volens ire ad prelium qui forte fuerit in precinctu eundi quesierit a te consilium quod eligas ei bonam horam: vel dixerit quod videas ei si hora illa est

bona vel non: ⁊ tu videris significatorem male dispositum in hora illa ita ꝙ si tunc iuerit ad prelium interficietur: ⁊ videris aliam horam in qua poterit ire sine periculo ⁊ non dixeris ei ꝙ non vadat tunc ⁊ ꝙ expectet horã in qua poterit ire secur⁹: vel dixeris ei vade quia non nocebit tibi hec hora si deus voluerit: nõne tu si ille iuerit tunc ⁊ fuerit interfect⁹ es effect⁹ inde homicida scias ꝙ sic: hoc dico si tu denegasti ei consilium tua culpa: hoc est si ipse volebat tibi satisfacere alioquin cecus est: non enim teneris ei seruire gratis si põt satisfacere: potest enim electio illa esse fortis ꝙ ne dum auertat malum illius cuius natiuitas ignoratur nec questio habetur: verum etiaꝫ si per natiuitatẽ vel questionem significetur ei malum poterit auerti ab eo per ipsam fortem electionẽ. ¶ Similiter si aliquis viator quereret a te de aliqua trium viarũ que esset ei melior ⁊ securior: in vna quaꝝ dicebat᷑ publice ꝙ nunꝗ̃ stabãt latrones: in alia v° aliqñ erãt latrões aliqñ nõ: in tercia quidẽ erãt sp latrones ⁊ tu diceres ei: vade per istam viam scꝫ in qua semper erant latrones quia nõ obuiabis latronib⁹ si deus voluerit nõne si ipse iuerit per illam viaꝫ ⁊ fuerit depredatus tu teneris ei ad restitutionem eius quod ipse amisit cũ potuisses eum docuisse illam in qua dicebatur nunꝗ̃ fuisse latrones per quam si iuisset etiam si foret depredatus non teneris ei. Electio enim operatur ſm magis ⁊ minus: nam si eligeremus ei cuius natiuitatem sciremus: vel cuius interrogationem habemus ⁊ natiuitas vel interrogatio significaret ei aliquod bonuꝫ in radice sua ⁊ electio concordauerit cum aliqua illarum significat bonum ⁊ perfectum finem illius rei atq; ipsius effectum: si auteꝫ vna discordauerit ab altera minuet illud bonum. Et si natiuitas vel questio significauerit malum ⁊ electio significauerit bonuꝫ minuet electio bona de malo qđ significauerit natiuitas vel questio: aut forte dirimet ipsum ex toto: sicut bona tyriaca minuit vel tollit aliquando totum nocumentuꝫ veneni: ⁊ videmus aliquando medicos dare medicinas quibusdam egrotantibus ad mortem ⁊ de quibus non habetur spes ꝙ possint euadere: tamẽ possibile est ꝙ tanta sit aliquãdo virtus medicine ꝙ natura confortatur inde necnon ⁊ liberatur eger: ⁊ si medicina non liberauerit egrum ad minus non nocebit ei: ⁊ sic bona hora semꝑ est eligenda.

¶ Capitulũ quintũ ꝙ electio debeat conuenire cũ natura rei pro qua eligit᷑.

Que tamẽ ꝙ electio tua conueniat cum natura alicui⁹ rei pro qua tu eligis: quõm effectus ⁊ impressiões superiorum corporum naturaliter nõ adaptant᷑ nisi subiectis aptis posse illos suscipere: nec potest electio dare aliquid vlli subiecto nisi quod suum est ⁊ quod ad ipsum pertinet ſm ordinem naturalem sue speciei: non enim posset aliquis homini talem eligere horam que faceret eum volare: nec que faceret eum currere sicut currit lepus vel capriolus: nec etiaꝫ que faceret eum ire in die vno. 500. vel. 1000. miliaria: sed est ei eligendum solum ad illa quẽ possunt ei adaptari ſm ordinem naturalẽ Altissimus enĩ opifex mũdi statuit ordinẽ cuilibet creature ſm suã naturã ⁊ ſm ꝙ sibi cõueniens fuit: tm̃ enim potest vnaq̃q; creatura ⁊ vnũq̃dq; indiuiduũ q̃ntuꝫ sua natural᷑ forma pmisit: virt⁹ nãq; debet rñdere figure: nihil enĩ põt hr̃e aliq̃d per suã naturã nisi qđ per ipsã põt ei dari nisi forte sit monstruosũ.

Non ergo eligas impossibile alicui quoniam layci ⁊ etiam quidam tunicati ⁊ quasi omnes indifferenter nituntur deridere astrologos ⁊ fingunt ad eorũ derisionem mendacia inaudita. Non eligas mulieri octuagenarie vel nonagenarie horam vt concipiat: quoniam senect⁹ prohibet. Non eligas puero decem vel .12. annorum vt gignat: quoniam etas non patitur nec permittit. Non eligas volenti equitare equulum duorũ vel trium mensium: quoniaꝫ eius teneritas non patietur. Iuxta illud quod natura negat nemo feliciter audet. Nec eligas volenti seminare frumentũ in planicie ytalie in iunio vel iulio: nec volenti seminare faseolos vel milium in vngaria vel in teutonia in mense octobris vel nouembris: qm̃ regio vel aeris dispositio non affectat Nec etiam eligas volenti seminare in littore maris: q̃a locus non est ad hoc aptus. Agens eni non produceret nisi qđ a sua natura procedit. Non eligas nescienti natare volenti se proijcere in aquam profundam: qm̃ suffocabitur. Non eligas volenti se proijcere in fornacem ardentem: quoniam cremabit᷑ Non eligas volenti se proijcere de turri alta in terram: quoniam frangetur ei collum. Non eligas in heremo volenti preliari cum leone: qm̃ lacerabit᷑. Non eligas debili volenti preliari cum multũ se fortiori: vel paucis volentibus preliari cum multis: quoniam succumbent. Fiet eni violentia virtuti: sed eligas equali vel parum debiliori. Ratio enim naturalis nõ inclinat nisi ad ea ad que ptinet naturaliter: bene tamen eligitur aliquãdo paucis contra multos ⁊ vincunt pauci: sed tamen qđ aliquando accidit non est assumendũ pro regula generali. Sufficit enim illi cui eligis si eligeris ei contra quartam vel terciam partem maiorem sua. Si enim ab inde suffuerit non erit electio bene tuta: qm̃ vis facit rationem multociens retrogradari. Corpora nanqꝫ supercelestia nõ operantur aliud nisi qđ eis prestitum est a natura. Sunt eni octo specierum: nam quilibet planeta est sue proprie speciei: stelle fixe simil'r sunt sue proprie speciei. Et posset etiã dici ꝙ quelibet stella fixa esset sue spẽi ⁊ quia species sunt diuerse: sic ⁊ operationes ⁊ significata: licet equaliter sint incorruptibilia. Verum est tamen ꝙ ego elegi quadam vice comiti guidoni nouello de tuscia contra florentinos qui expulerunt eum de florencia ⁊ strauerunt ei omnia sua castra que habebat in tuscia ⁊ expoliauerant eum oĩbus suis bonis: qui habebat ex parte sua .3200. milites ⁊ forte .13000. pedites ⁊ 300. balisterios: ⁊ aduersarij habebant .5300. milites ⁊ forte .12000. pedites ⁊ .5000. balisterios ⁊ vltra: ⁊ tamen debellauimus eos ⁊ vicimus ex toto: ⁊ fuit hoc in valle arbie apud montem apertum: veruntamen ego habebam p̃mo per questionem ꝙ debebamus obtinere ⁊ post habuimus electionem fortissimã in eundo ad prelium: ⁊ sciebam exitum eorꝫ per priuatos nuncios missos ad illud qui erat malus ĩmo pessimus. Tu tamen debes considerare in omnib⁹ tuis electionib⁹ ƒm ꝙ natura ⁊ esse vniuscuiusqꝫ rei videtur posse pati sic fieri ⁊ non errabis ¶ Oportet eni ad hoc vt electio tua perficiat qđ intendis ⁊ ille cui eligis perueniat ad bonũ finem rei fac ꝙ aptes omnia hec que tibi dico si potes videlicet primam ⁊ eius dominum: quartam quoqꝫ ⁊ eius dominum: necnon ⁊ ambo luminaria: partem quoqꝫ fortune: similiter ⁊ dominos dominorum in quibus fuerint: ⁊ domum significantem rem pro

qua eligis atq; ipsius dominum et planetam cui primo iungeretur luna post electionem siue inceptionē tuam et dominū quarti signi a signo in quo fuerit luna: quoniā et ipse habet partiticipationē in significatione finis rei: et dn̄m etiam quarti signi a signo in quo fuerit pars fortune: et dominum domus in qua fuerit dominus signi in quo fuerit luna tam in omnibus supradict. q̄z in vrbium vel castrorum seu domorum edificationibus et similib9. ¶ Quādo ergo volueris aptare aliquam electionez vtpota si velis edificare turrim vel castrum vel quicquid aliud incipere volueris oportet q̄ sis intent9 circa rem et circa personā illius cui eligis: quoniaz prima et eius dominus sunt aptandi pro persona ipsius: et debes etiam aptare primam et eius dominum et lunam et partem fortune ad rem que incipitur vt finis eius sit bonus. Unde si fuerit incepta res aliqua siue fuerit edificium siue iter siue aliud et significatores illi fuerint bene dispositi pro te vel pro illo cui eligis erit bonū. Si vero fuerint omnes impediti erit contrariū. At si fuerint impediti dominus prime et luna et pars fortune fuerit salua erit bonum pro re pro qua fit electio: sed non pro illo cuius res fuerit: sed tamen non erit tanta virtus partis fortune licet psit q̄ possit ita defendere negocium quin participet cum eis in impedimento.

¶ De dirimendo aliquod edificium.

Si autez fuerit electio tua vt velis dirimere aliquod edificium domum scz aut castrum vel aliquod tale debilitandi sunt eius significatores et specialiter dn̄s quarti et planeta cui iungitur luna: propterea quia significat quod futurum est de re: et pre ceteris significatoribus debilitandus est mars: quoniam ipse habet significare reiterationem dirupti edificij et maxime in contrarium illius qui dirimit edificium vel fecit illud dirimi. Si autē fuerit intentio dirimentis vt reiteretur: vel fuerit eius intētio dirimere cū leuitate atq; velocitate: vel forte non erit ei cure vtrum reedificet edificium diruptū vel non: sit luna sepata a malo et iuncta fortune que sit orientalis directa vel sit iuncta domino domus in qua ipsa fuerit a trino vel sextili aspectu descendens in circulo suo.

¶ Capitulum sextum q̄ principium rei non est anteq̄z res incipiatur.

Scito etiam q̄ inceptio vel principium alicui9 rei non potest esse anteq̄z res illa incipiat nec est postq̄z fuerit incepta: sed est in ipso principio rei prout tibi dicam: non quando est factum principium: non qn̄ non est factum: non est etiam quando est in fieri sed solūmodo quando fit sicut qn̄ edificam9 turrim vel domum vel q̄libet aliud edificium cum durabilitatē querimus et inicimus primum lapidem et locamus ipsum locatione debita: et illa talis prima locatio potest dici principium edificij seu edificatōis ¶ Qd̄ si diceret aliquis q̄ fodere vel metiri foret principium edificij non videtur mihi rectū quoniam omne principium constituit principiatū seu intrinsecum est rei quā incipere volumus vel intendimus: sed extrinsecum est quod non est de ipsa:

quoniam aliquando potest quis edificare sine fossione vt quando edificamus in saxo vel similibus: sed sine primo lapide nunquam possumus edificare rem quam incipere volumus vel intendimus. Manifestum est igitur positionem primi lapidis et ipsum primum lapidem eiusque debitam locationem esse principium rei intrinsecum atque edificij quod intendimus facere vel incipere: ipsiusque actus edificationis: metiri autem et fodere licet preparatoria sint ad edificandum: non tamen sunt de edificio nisi vt congregatio lapidum et consparsio calcine atque similia: nec tamen blasphemo si tu posses aptare omnia illa. Et si oportuerit edificium quod facere voluerimus fundare super lignis sicut aliquando accidit in pontibus et similibus vbi aliquando non potest principium edificij fieri cum lapidibus apta primum lignum quod locatur in illo fundamento est principium illius edificij quoniam est de edificio.

¶ Quando edificatur sine muro faciendo.

Et si fuerit aliud edificium quam muros pono principium locationem prime columne in fouea facta illa de causa locatione vltimata et debita et similia. At quia videtur quasi quoddam impossibile aptare tot significatores quot nominaui tibi si non poteris eos aptare omnes apta illos quos aptare potes quia non aptabis ita paucos ex eis quin prosint electioni tue licet non tantum quantum velles. Nam si posses eos aptare omnes esset res vndique beata: beabitur tamen secundum quantitatem significatorum quos aptaueris: Unde si poteris aptabis primam et eius dominum lunam quoque ac dominum domus in qua ipsa fuerit et planeta cui luna vel dominus prime iungitur: et partem fortune dominumque domus in qua ipsam inueneris: et planetam significantem rem quam facere intendis necnon et dominum hore: Et si non poteris aptare istos omnes apta dominum prime et lunam et planetam significantem rem illam et dominum hore. Si autem non poteris aptare ipsos iterum omnes apta lunam et dominum hore. Quod si facere non poteris considera super qua re sit electio tua: nam si fuerit iter vel exitus ad venandum et similia tunc aptabis dominum hore potius quam aliquod aliud et fac lunam cadere ab ascendente vt non sit in eo nec aspiciat illud. Si autem fuerit aliud quam iter aut venatio apta lunam prout quiueris et proderit tibi in re quam facere vel incipere intenderis. ¶ Si autem diceret aliquis quod non debemus electiones ita elongare sicut dixi cum omnes fere videantur velle dicere aliud ab isto: posset ei sic responderi: quoniam sapientes voluerunt ita beare suas electiones quod essent vndique perfecte: et considerauerunt electiones quas non posset aliquis semper expectare donec significatores possent omnes ita vt ipsi dixerunt aptari: sed nos vt plurimum non habemus tempus expectandi: vnde oportet quod eligamus in spacijs que habemus et commiscere illud boni quod possumus in electione nostra.

¶ De fortificando solem.

Sit autem tibi cure semper fortificare solem in rebus durabilibus prout melius poteris et maxime nobilium et magnatū quorū mentio fit alias etiam in alijs electionib⁹ in quibus eum aptare potes. Uerūtamē electiões prout alias tibi tetigi sunt diverse videlicet ꝯm nobilitatem: ꝯm tempus: ꝯm etatem: ꝯm locum: ꝯm officium seu magistratum: ꝯm naturam et speciem rei eligende. In his autem quorum natiuitates scimus vel quorum habemus interrogationes non debem⁹ debilitare aliquem ex planetis qui habeat fortitudinem in radice natiuitat. vel interrogationis alicuius eorum. ¶ Et dixit haly ꝙ ista concordant in omni inicio preter ꝙ in quibusdam hominib⁹ debemus ponere quedam ex sequentibus que non sunt vniuersaliter ponenda in omnibus alijs: quoniam sunt eis exceptata et sunt quasi necessaria in eorū factis prout nunc tibi dicetur.

¶ Capitulum septimū quomodo diuersis personis aptant᷑ diuersi planete.

In electionib⁹ ad reges aptandus est sol et decima et eius dñs: nec sunt ista de illis que exequuntur: sed sunt de necessarijs et radicalib⁹: quoniā velis nolis oportet te aptare ista in factis regum potentū et similium hoc est factis spectantibus ad regnum et alias dignitates laycales: est etiaz aptand⁹ sol babilonis et romanis orientalib⁹: Scribis et mercatoribus aptandus est mercurius: significat enī scripturas et mentes naturaliter et res tales propter suam conuertibilitatem: et indis quoniam ei⁹ fortitudo est in terra illa: Pugilibus becarijs furnarijs fabris et similibus est aptandus mars quoniam naturaliter significat contentiones et ea que operant᷑ per ferrum et ignem: et romanis occidentalib⁹ quoniā fortitudo eius est in partibus illis. Religiosis secularibus est aptandus iupiter et mercatoribus iuste mercari volentibus: quoniam significat substantiam et specialiter bene acquisitā et aliracensib⁹: quoniam fortitudo eius est in partibus alirach. Mulierib⁹ est aptanda ven⁹ quoniam naturaliter habet significare facta mulierum: et arabibus quoniaz naturalr habet significare gentem illam: et fortitudo eius est in partibus illis Judeis agricolis senibus religiosis induentibus nigras vestes et similibus est aptandus saturnus propter grauitatem sui motus: et ethiopibus quoniaz significat gentē illam. Unde sicut pluries tibi iam dictum est apta illos significatores quos potes licet nō possis aptare omnes quos volueris ad hoc vt electio nostra possit augere aliquid boni et minuere aliquid mali qd possum⁹ licet non possumus facere quicquid volum⁹. ¶ Haly vero dixit ꝙ in oībus nostris electionibus debemus considerare dominum ascendentis. et lunam et facere significatorē rei nostre fortiorem ex eis: et laudauit hoc qm̄ significat quid sequatur ex inicio illo. Et dixit cum dñs ascendentis fuerit fortunatus scz iunctus cum fortunis et fuerit debilis scz cadens ab angulo vel ab ascñte: et luna fuerit fortis scz in angulo ascendentis vel in succedenti angulū in vndecima vel in quinta aspiciens ascendens et fuerit infortunata scz iuncta mar ꝙ non debemus ob hoc iudicare malum: imo debemus iudicare bonum: qa dicit ꝙ tunc luna paucam habet participationē in re illa. Sed si dñs ascñtis esset tunc fort. et fortunatus non esset facienda magna vis in luna imo dixit ꝙ aliqñ nos oportet eaz infortunare hoc est debilitare: et fortunare dominū

ascendentis vt in venatione. Uerūtamen zael et ahomar videntur dicere quod luna sit in venatione fortunanda: sed quod hali dixit quod luna sit infortunāda in venatiōe ideomatice locutus est. Nam ipse intellexit qn̄ dixit infortunanda hoc est debilitāda qm̄ quilibet plāetarum pōt esse fortis et infortunatus debilis et fortūatus prout alias dicitur. et quod dixit quod ponitur cū malis: etiā cū malis pōt poni sine infortunio: et sunt quidā mali cū quibus oportet nos eam ponere in venatione: aliquādo oportet nos etiā eam debilitare et infortunare sicut in inuestigatione fugitiui sicut alias dicetur. Nō alij dixerūt quod sit fortunanda nō intellexerūt quod sit fortificanda.

¶ Caplm. 8. qualis finis speratur de re quam incipimus.

Albumasar vero dixit quod ad hoc vt sciamus finē electionis nostre oportet nos considerare. 5. et posuit primū ex eis dn̄m. 4. nō tanq̄ precedentē sed tāq̄ digniorē qm̄ ipse significat finē et finis dignior est principio. Secundū posuit dn̄m signi in quo fuerit luna. Et si fuerit tunc luna in cancro considerabitur ipsa tūc. s. post dn̄m. 4. Et posuit terciū planetā cui primo iūgetur luna ad primā coniunctionē quā fecerit cū aliquo planetarū post rem inceptam. Quartū posuit dn̄m domus siue signi in quo fuerit pars fortune. Quintū posuit. 4. signū a signo in quo fuerit tūc luna. Et quidā voluit vt dixit hali quod adderetur dn̄s. 4. a loco partis fortune. Sed quia nō possunt de leui oīa hec simul et semel aptari ideo dixi tibi ista. Et licet dn̄s. 4. habeat naturaliter significare finē rei quā aliquis vult incipere siue iter sit siue aliud accidit aliqn̄ quod ipse nō significat finē vnde oportet te q̄rere aliū. Uerbi gr̄a dn̄s prime significat rem tāq̄ precedēs alios significatores et dn̄s quarte respicit finē eius sicut dixi pre oībus alijs. s. si aspexerit quartā. Unde inceptū est aliqđ iter vel aliqđ edificium et c̄. dn̄s. 4. aspicit 4. mō q̄ritur finis rei ab eo. Sed si nō aspiciat. 4. queritur a dn̄o domus in qua fuerit luna: qui si aspexerit lunā significat finē rei: sin aūt nō: q̄re tūc finē rei a planeta cui primo iungetur luna post rem inceptā si ipsa iungatur dico alicui aut petat cōiunctionē alicuius. Si aūt ipa fuerit solitaria ita quod nemini iūgatur nec petat cōiūctionē alicuius quere tunc finē rei a planeta in cuius domo fuerit pars fortune: qui si aspexerit eā erit significator finis rei sin aūt nō remanebit significatio tūc super luna et super dn̄o domus in qua ipsa fuerit: et ipse erit fortior ea in participatione et participabūt etiā cū ipo aliquali participatione oēs predicti significatores et dn̄s prime cum eis: sed ipse erit autencior oībus. s. dn̄s domus in qua fuerit luna. Et dixit hali quod si daretur significatio dn̄o. 4. signi a loco partis fortune quod esset oībus alijs postponendus. Et dixit quod si luna fuerit iuncta corporaliter gradu per gradū alicui planete in signo in quo est quod ipse erit significator finis rei siue habeat ibi dignitatem siue nō: et preponetur dn̄o signi in quo est luna: quare si sic inueneris considera tunc participationē predictorum significatorum cum planeta cui iungitur luna corporaliter in signo in quo est gradu per gradū et reuertetur ad dn̄m prime prout alchindi visum est quoniā ipse habet significare querentē seu incipiētem et quid accidat ei a principio de re illa. Et dn̄s signi in quo ipse fuerit habet significare quid accidat ei de ipsa in medio. Et si ipse fuerit in domo sua significabit mediū sicut et principiū. Et dn̄s signi in quo fuerit ille in cuius domo fuerit dn̄s prime habet significare qualis sit finis rei et quid inde accidat

incipienti. Unde vide quale fuerit esse illoꝝ.3.ꝛ ſm illud iudica de esse rei in quolibet p̄dictoꝝ temporꝝ. Sapiētes aūt nostri voluerūt aptare tot significatores si fuisset possibile illud quod ipsi dixerūt ꝙ oīa nostra negocia perficissemus ad nostrum velle. Uerūtamē nos nō possumus oīa sic aptare sicut possumus dicere ipsa esse aptanda: nec habemus cōmodum semper expectādi tm̄ ꝙ possumꝰ ea sic aptare: quia forte toto tempore vite nostre nō possumus facere vnam ita perfectā electionē cui non deessent aliqua ex predictis Oportet ergo ꝙ aptemus nostras electiones prout melius possumus: ꝛ si nō possumꝰ habere totū quod volumus: habeamus tamē illud melius qđ habere possumus vt noster labor nō sit frustratorius: quia sicut dixit ille reuerēdus predecessor noster albumasar qui fuit melior in hac arte ꝙ̄ vnꝙ̄ latini habuissent qui studuit athenis vbi studiū tunc vigebat vt ipse idem fateť in quodam suo libro impossibile est nobis aptare.12. domos: qm̄ mali nō possunt remoueri a celo: vnde oportet ꝙ aptemꝰ ea que possumus aptare ꝛ faciamus illud boni quod possumꝰ. Et serua modū quē superius dixi tibi i aptādo significatores illos quos aptare potes: ꝛ sic faciēdo sequeris vtilitatem quā quis ex electionibꝰ pōt sequi. Et dixit haly ꝙ aptatio domꝰ finis rei .s. 4. sit valde necessaria postꝙ̄ aptaueris alias res radicales. s. dn̄m prime ꝛ lunam ꝛ dn̄m.10. ꝛ partē fortune. ꝛ dixit ꝙ ista sunt corporis incipiētis Et planeta significās rem quā quis incipere intēdit ꝛ domꝰ eiusdem rei ꝛ dn̄s illiꝰ domus signt vtrū res pficiať: ꝛ ob hoc dixit eos esse aptādos.

¶ Capl̄m.9. qualiter apteť signum

DIxit haly ꝙ debemus aptare signū signās rem quam facere vel incipere intendimus: ꝛ ꝙ eius aptatio est vt sit remotū ab eo omne impedimētum: hoc est vt sit liberum ab infortunis ꝛ earum aspectibus quadratis vel oppositis: nec sit obsessum a duobus malis vel ab eoꝝ radijs sed sit mundū ab eis: ꝛ hoc modo significabit signum bonum ꝛ maius bonū significabit si fuerit in eo aliqua fortuna vel eius radij: ꝛ eo melius si aspexerint illud a trino vel sextili aspectu. Et si plures fortune fuerint in eo vel aspexerint illud quātūcūꝗ plures fuerint tanto magis augmentabiť eius significatum in bono. Et dixit ꝙ si fuerit signum ita fortunatum sicut dictum est ꝙ etiam si fuerit cadens ab angulo vel fuerit obsessum a malis nō poterit ob hoc impediri: ꝛ si fuerit impeditum paruum erit illud impedimentū ita ꝙ quasi modicū aut nichil nocebit. Sed si aspexerint fortune illud signū a quarto aspectu vľ ab oppositione dixit ꝙ nō tantū proderit ꝛ est verum. Et dixit si aspexerint illud boni ꝛ mali vel fuerint in eo simul ꝛ semel ꝙ est cōmiscēda virtus vtrorūꝗ atꝗ ſm multitudinē fortitudinū bonorum vel malorum iudicať de bonitate vel malicia illius signi. Si aūt aspexerint vel fuerint in eo equaliť fortune atꝗ infortune dicendum est de ipso ac si nullus esset bonus vel malꝰ in eo: ꝛ si planeta qui aspexerit vel qui fuerit in eo habuerit ibi aliquam dignitatem erit bonum: quoniam si fuerit bonus augmentabit bonuꝫ si fuerit malus minuet maliciam. Et dixit ꝙ est aptandus dn̄s signi illius ita ꝙ habeat ibi duas significationes vnam. s. ex dominio quod habet in eo: aliam ex bono loco in quo fuerit.

¶ Capitulum.10.qualiter aptetur planeta.

Dixit haly q aptatio planete est de quo nihil mali dicitur: et a quo remouetur omne impedimentū sed est vt sit mundus a malis.s.ab eorum cōiunctionibus atq; aspectibus: et ut sit directus non retrogradus neq; combustus neq; cadens:nec in signo cadenti vel alio modo impedito neq; aliquo alio modo debilis:qui si fuerit ita dispositus fortificat et fortunat rem quaz volumus facere vel incipere: Atq; locuz significantē rem illam et eius finem si fuerit eius significator siue fortuna fuerit siue non:et in quocūq; loco fuerit et in quocūq; signo semper erit principium illius rei beatum medium et finis Et si fuerit mundus a malis et ita dispositus sicut dictum est et fortis et in bono loco dicitur esse in perfectione bonitatis:tamen si aliqua fortunarum iuuerit eum dicitur augmentare eius perfectionem. Et si aspectus illius fortune fuerit ante erit iterum melius:si vero fuerit a tergo non tm̄ augmentat licet augmentet. Si autem aspexerit eum aliqua ex infortunis minuit ei aliquid de ipsius bonitate et plus minuit si aspexerit ante q̄ a tergo: Cūq; aptauerimus signum et planetas qui habent significare rem quā volumus incipere sicut dictum est erit electio nostra et eius hora bona et perfecta sm̄ q signū vel planeta fuerint aptati. Et etiam conueniens est si fieri potest vt signū et planeta a quibus accipimus significationē conueniant in natura cum re quam volumus incipere vel saltim vnus eorum:hoc est si volumus eligere rei facien de in aqua vel per aquam vel in contiguitate aque vt est ire piscatuz nauigare naues facere:molendina edificare:puteos fodere et similia q debemus aptare signum aquaticum et planetā humidū vel humiditatē significantez. Et si fuerit electio in terra vel per terrā q debemus aptare signū terreū et planetā qui magis conueniat ei sicuti est ire venatum per terrā fodere fossata: euellere lapides vel saxa de suis mineris vel facere muros qui non velint multum a terra eleuari et similia. Et si fuerit electio in rebus que spectent ad aerē vel que fiant in eo sicuti est venari aues cum auibus vt accipitribus falconibus ziri falcis et similibus aut velimus edificare molendina ad ventum vel alia edificia multum eleuata que ad aerem spectent vel similia debemus aptare signum aereum et planetam qui magis conueniat ei. Et si fuerit electio nostra in rebus que spectent ad ignem vel que operentur per ignem vel cum igne debemus aptare signū igneū et planetā conuenientē ei sicuti est eligere fabris vel furnarijs et similibus. ¶ Et si fuerit res cui eligimus quā velimus cito pficī erit aptandum signum quod cōueniat velocitati et rei quam nolumus plongari s.mobile vt in desponsationibus mulierū quia volumus in breui celebrare nuptias et in operibus que nolumus scribere vt cito perficiatur opus inceptum et in seminibus et plantationibus vinearū et in venditione vini ad minutum:et in omnibus his quorum velocitatem desideramus et que cito perfici volumus. Et si fuerit electio vt velimus agere rem aīalium quadrupedū oportet q aptetur signum quadrupes sm̄ speciem illius animalis et ponamus illud domū significantez aīalia illa vt si velimus emere boues vel alia aīalia maiora que sint vngulam findentia vel agere rem eorum vt domare vel castrare

considerandū est q ascendens fuit in anno illo in hora introitus solis in arie
tem vel in eius introitu aliarum quartarum anni quando annus reuoluetur
secundum quartas si fuerit fortunatum vel eius.10.vel signum significans rem il-
lam in hora illa et quod illorum inueneris magis fortunatum illud facere ascen
dens electionis rei cui eligitur et hoc tam in illis quorum natiuitates sciunt
vel quorum interrogationes habentur quam in alijs: et hoc similiter significa-
bit effectum rei. ¶ Potest etiam et alio modo eligi illis quorum natiuita-
tes ignorant et quorum questiones non habentur: sed est difficilis iste modus
quoniam nescimus omnia que accidunt alicui sed si esset tibi manifestum ali
quod magnum accidens alicuius posses scire qualiter deberes eligere illi in
inceptionibus suarum rerum: et eo fortius et melius et securius si fuerit illud
accidens primum quod euenit ei siue bonum fuerit illud accidens siue ma-
lum: bonum vt sunt dignitates vel aliquis magistratus magnus vel similis
de his que non consueuerunt ei euenire: et quanto maior fuerit illa dignitas
tanto magis erit eius ascendens consimile ascendenti natiuitatis illius cui
volueris eligere: et ita quanto maius fuerit illud malum similiter et erit eius
ascendens eius ascendenti consonū. ¶ Sed si fuerit illud accidens malū erit
vitandum illud ascendens in electionibus illius sicuti erit assumendum si ac
cidens fuerit bonum: et erit tollendum eius contrarium scilicet septimū et per
septimū ab ascēdente illius mali accidentis poteris ei eligere si non habue-
ris natiuitatem seu questionem ipsius. Malum vero accidens dicit cum eue
nit ei aliquod magnum incōmodum sicut aduersitas que non consueuit ei
euenire sicut est amissio suarum rerum maxima vel magna vt infirmitas vel
naufragium vel dura captio et similia. Unde sciendum est ascendens illorum
accidentium et seruandum sicut ascendens natiuitatis seu questionis si sciri
potest. q si fieri non potest fac vt dixi tibi alias apta illud quod aptare potes
vt electio tua prosit illi cui eligis. Et secundum istum eundum modum possumus cō
siderare q quando aliquis planeta est fortunatus et fortis vel aliquod signū
est fortunatū accidunt alicui sibi placibilia et vtilia q habeat virtutem in ra
dice natiuitatis eius: et quando est infortunatū aliquod signū vel est infortunatus
aliquis planeta et cedūt ei aduersa tūc q illud signū vel ille planeta habeat virtutē in

radice natiuitatis sue. Similiter si accidat alicui magnati de his scilicet qui sunt apti regno ex predictis accidentibus q signo illi planete vel illi signo vir/tus in radice natiuitatis eius. ¶ Illud idem potes dicere de aliquo climate vel aliqua regione quãdo accidit ei aliquod horribile magnũ: ꝛ quãdo etiã accidit alicui ciuitati vel castro vel alicui edificio lõge durabilitatis aliquo signo vel aliquo planeta existente impedito signum est q habeat potentiaz in principio illius edificationis. Unde potes illud ponere pro suo ascenden ti in suis electionibus: vel quando accidunt ei aliqua magna bona potes fa cere illud idem illo eodem signo ꝛ illo eodem planeta existenti forti ꝛ fortu nato similiter ꝛ in omnibus moribus ciuiũ alicuius ciuitatis vel regionis ad quod signum vel ad quem planetam assimulent: ꝛ illum potes eis dare pro significatore: ꝛ etiam in singularibus ꝛ priuatis potest hoc habere locuz.

¶ Capitulum .16. quando id quod inceptum fuerit est credendum q perfi/ciatur.

Quando incipimus aliquid ꝛ dñs primi ꝛ luna atq dñs rei quam inci/pimus fuerint in angulis vel in eorum succedentibus liberi ab impedi mentis ꝛ fortunati vel saltim planeta significans rem quaz incipimus: ꝛ fue rit res durabilis vt constructio vrbis vel castri vel etiam edificatio domus ꝛ plantatio arboris ꝛ similia: ꝛ fuerint in aspectu solis trino vel sextili in die vel etiam in quarto cum receptione vel lune in nocte vel aspectu illorum quo rum fuerint domus in quibus fuerint signũ est q res illa perficiatur ꝛ ad bonũ finem deueniat ꝛ diutius sit duratura. Unde in talibus debes semper pone/re significatores in signis fixis ꝛ in angulis vel in succedentibus fortes ꝛ for tunatos prout melius poteris. In rebus autez quas volumus cito finiri nec diutius durare possunt poni significatores in cadentibus ab angulis dũmo do non sint aliter impediti vt sunt conuiuia ꝛ firmationes mulierũ ꝛ despon sationes earum quorum citum finnem ꝛ velocem durabilitatẽ cupimus. Et si fuerit ascendens signuz mobile erit melius dummodo eius dñs non sit im peditus: velocitas enim ꝛ tarditas rerum considerantur prout cuiuslibet rei natura exigit sicut magnitudo ꝛ paruitas. Nam si vna res debet perfici in hora vna ꝛ eius natura exigit hoc ꝛ durat ad perficiẽdũ quatuor vel quinq horis relata quidem tarditate ad rem illam cum deberet perfici velociter ꝑ fecta est tarde vt ecce debuit aliquis qui inuitauerat quosdam ad prandium parare illis cõmendenda in hora tercia ꝛ distulit parare vsq in hora quinta modo res ista tardauit quia non est parata hora debita. Similiter debuit aliquis ire ad locum aliquem eo die ꝛ distulit ire vsq in sequentem diez mo do tardatum est iter illius quia non iuit die statuta. Hoc enim est sicut ma/gnitudo. Paruitas nãq consideratur prout refertur ad suum significatum ꝛ magna formica ꝛ paruus equus. Similiter ꝛ de velocitate vt cum deberet quis ire ad aliquem qui promiserat ei se daturum equum sibi post vnum an/num ꝛ ipse iuit ad eum ante medium annum vel etiam ante annum: modo festinauit ille ad eundum illuc quo ire debebat quia preuenit tempus debi/tum ꝛ ordinatum: ꝛ ita intellige de omni festinatione seu velocitate siue an/

nua fuerit illa velocitas vel tarditas siue momentanea. Et sic pōt dici de di
uersis rebus ſm diuersas consideretiones & ſm diuersas relationes quoniā
ſm eundem annum secundū eundem mensem ſm eundem diem ſm eandem
horam ſm quodlibet idem tempus potest dici tarditas & velocitas. Et si-
gnificata temporum omnium accipiunt a signis & a planetis a locis in qui
bus sunt & ab eorum naturis: quoniam planete tardi significāt tarditatem &
precipue retrogradi vel etiam stationarij & maxime in statione prima & cum
fuerint tardi. Leues vero significant velocitatem ſm esse sui motus & maxi-
me directi: & eo fortius cū fuerint aucti numero ¶ A signis accipimus signi-
ficationem temporis quoniam signa fixa significant tarditatem & dilationē
temporis cōmunia mediocritatē temporis mobilia vero significant veloci
tatem & leuitatem. Etiam & signa directe ascensionis adiuuant tarditatem:
& signa tortuose ascensionis adiuuant velocitatem & planete in eis constitu
tis. Aerea similiter adiuuant velocitatem & ignea plus aereis. Aquatica ve
ro augmentant tarditatem & terrea plus aquaticis. ¶ Anguli adiuuant simi
liter velocitatem. Cadentia tarditatem: succedentia modicum videnť iuua
re velocitatem. Unde si fuerit aliquod ex illis signis ascendens vel fuerit do
mus significans rem incipiendam vel fuerit aliquis ex planetis predictis in
aliquo illorum locorum iuuabit quilibet eorum vel impediet ſm naturam
signum vel locum in velocitate vel tarditate in quo fuerit vt si fuerit plane-
ta velox in loco vel signo seu domo significante velocitatē adiuuabit illam
velocitatem & citius fiet res. Si aūt fuerit in signo seu domo significante tar
ditatem minuet aliquid de tarditate illius. Et si fuerit planeta significās tar
ditatem in do mo seu signo significante tarditatem adiuuabit illam tardita
tem & tardius fiet res. Et si fuerit in domo seu signo significante velocitatē
minuet aliquid de velocitate illa. Et si fuerint significatores orientales a so
le adiuuant velocitatem & minuunt aliquid de tarditate. Et si fuerint occi-
dentales ab eo adiuuant tarditatem & minuunt velocitatem. ¶ Et dixit ha
lyꝙ significatio accipiť a locis signorum ſm ꝙ sunt ex domibus. Nā dixit
ꝙ ascendens & decimū significant velocitatem dies. s. & horas: septimū tar-
ditatem hoc est minorem velocitatem vt mensem vel ebdomadam: quartū
iterum minorem velocitatem quia loco mensium posset significare annos.
Succedentia vero significant id quod eorum anguli sed aliquid dilatant plus
rem. Cadentia vero significant tarditatem. Et dixit ea autē que sunt supra
terram vniuersaliter significant certiorem velocitatem existentibus sub ter-
ra. Et dixit ꝙ quarta orientalis que est a medio celi in ascendens significat
velocitatem: meridiana que est est a decimo in septimū mediocrem velocita
tem: occidentalis que est a decimo in quartum designat mediocrem tardita
tem: septētrionalis que est a quarto in primum tarditatem. Et dixit cūꝗ ac-
ciderit vt signum significans velocitatem sit in quarta significante velocita
tem at si fuerit signum mobile ascendens vel decimum erit hec velocior ve-
locitas quam a signis habere poterimus.

¶ Capl'm. 17. a quibus planetis accipiť significatio tempo℞.

A Planetis vero a quibus significationē velociorē accipimus sunt do
minus rei ⁊ planeta qui iungit alicui eoꝝ: vel qui transfert dispositio/
sitionē vnius eoꝝ ad alterum ⁊ luminaria: ⁊ planeta cui iungit luna. Et, qui/
cūqꝫ predictoꝝ planetarū fuerit plurium dignitatū seu fortitudinū in ascēdē
te atqꝫ in .10. rei vel saltim in domo rei ab illo accipimꝰ significationem tpis
euētus rei quā scire volumꝰ. ¶ Et dixit haly ꝙ velocior velocitas ⁊ tardior
tarditas cuiuslibet rei in genere suo ⁊ in esse suo significat ꝑ planetas ſm ve/
locitatē eoꝝ. Et dixit ꝙ planete significātes tempus in quo res incepta de/
beat ꝑfici siue bonū fuerit illud significatū siue nō dabunt suam significatio/
nem quādo mutabit eoꝝ esse de fortitudine in debilitatē vel econtra. Et di
xit ꝙ debilior mutatio quā pōt facere planeta est cū fuerit in aliqua quarta
circuli ⁊ mutabit de illa ad aliā vt ab oriente in occidentē: aut fuerit sub ter/
ra ⁊ mutabit supra terrā: aut descēdet de superioribꝰ ad inferiora. Et dixit ꝙ
eoꝝ mutatio fortis est vt si fuerit oriētalis fiat occidentalis vel econtra: aut
mutat de vno signo ad aliud: ⁊ maxime si fuerit mutatio de signo in quo ha
bet dignitatē ad aliud in quo nō habet dignitatē aliquā ⁊ ecōtra. ¶ Itē ad
sciendū tempꝰ rei incepte vel incipiēde quādo fiet vel qñ terminabit opor/
tet te accipere numerū graduū qui fuerit inter planetā almutē sup loco signi
ficāte rem illā ⁊ inter aliū qui habeat similiter significatū sup eandem rem ⁊
quot fuerint illi gradus si planeta fuerit de illis qui signt horas tot erūt ho/
re vsqꝫ ad finē seu durabilitatē siue ꝑfectionē illius rei: ⁊ si significauerit dies
erunt tot dies: ⁊ si significauerit menses erūt tot mēses: ⁊ si significauerit an/
nos erunt tot anni ſm naturam loci ⁊ ſm naturā significatoris ⁊ ſm naturā
rei illius prout ipsa potest fieri vel terminari in horis vel diebus vel mensi/
bus vel annis: verbi gratia. Ponat ꝙ mercuriꝰ sit significator tēporis ⁊ sit
in .9. gradu pisciū ⁊ iupiter sit in .16. gradu cancri ad cuius coniūctionem va
dit nunc mercurius: ⁊ sunt inter eos ad cōplementū eoꝝ coniūctionis .7. gra
dus: modo cū mercuriꝰ sit de planetis leuioribus qui habent significare festi
natione rerū habet nunc significare horas vel in re nō multum veloci dies.
Unde si fuerit de rebus festinationis fiet res illa vsqꝫ ad .7. horas .s. que de/
beant fieri eadem die: si fuerit de rebꝰ minus velocibus que transeant ebdo/
madā fiet vsqꝫ ad septē dies vel vsqꝫ ad horam in qua fuerit mercuriꝰ in .16.
gradu pisciū ita ꝙ aspiciat directe gradū in quo erat tunc iupiter quādo res
fuit incepta vel questio ꝓposita de ipsa si aduētus eius ad gradū illum fuerit
post .7. dies. Et si esset res que expectaret menses fieret ad tot menses. Et si
esset de expectantibꝰ annos fieret ad tot annos. Idem intellige de omnibꝰ
ſm quantitatē distantiarū graduū existentē inter significatores: ⁊ illa erit ho
ra perfectionis seu euentus rei quesite seu incepte. Et si esset maior quātitas
graduū inter significatores fieret similiter ſm tot horas vel dies vel menses
vel annos ſm suam naturā ⁊ relationē ad eam rem. Et si esset talis quātitas
ꝙ possent ex ea fieri signa fieret res ad tot horas vel dies vel menses vel an/
nos quot signa resultarent ex illis gradibus ⁊ ad fractiones ſm quantitatē
graduum signi imperfecti. Verbi gratia fuerunt inter planetam significato/

rem qualiscūq3 fuerit ipse significator ⁊ ponderosiorem cui ip se iunctus est. 180. gradus ex quibus peruenerūt. 6. signa: significatᷓ modo effectus seu durabilitas vel complementū huius rei. 6. hore si fuerit de rebus que fierent in horis prout eis natura requirit. Et si fuerit de illis que fiāt in dieb⁹ fiet vsq3 ad. 6. dies. Et si fuerit de illis que fiant in ebdomadis fiet vsq3 ad. 6. ebdomadas. Et si fuerit de illis que fiant in mensib⁹ fiet vsq3 ad. 6. menses. Et si fuerit de illis que fiant in annis fiet in. 6. annis ⁊ forte ꝙ cadat in eis aliqua factio sed non que deducat in errorem. Et ita intellige de omnib⁹ distancijs numeroꝝ omniū graduū3 siue signorū coniecturando omnes proportiones prout tibi occurrerint. Itē si fuerit planeta significator rei iunctus alicui planete vel alius iunctus fuerit ei ⁊ sit inter eos mutua receptio cōsiderandi sūt eorum anni: vt si fuerint in angulis ⁊ fuerit auctoritate significator. s. qui habuerit maiorē virtutē seu potestatē in re de illis planetis ponderosis qui significant annos considerabis annos maiores significatoris: ⁊ dic ꝙ vsq3 ad tot annos durabit res. Et si fuerit tunc principiū inceptionis sue ⁊ fuerint significatores sub terra complebitᷓ res illa vsq3 ad tot annos quot sunt anni maiores planete significantis eam. Et si fuerit significator in succedentibus pone numerū annorum ꝯm annos medios ipsius. Et si fuerit in cadentibus pone numerum annoꝝ ipsius minorū. Et si fuerit significator de planetis significantibus menses vel dies vel horas pone numerum eoꝝ ꝯm numerum annorum predictoꝝ ⁊ modo predicto prout significatores fuerint fortes vł debiles leues vel ponderosi. ¶ Et dixit haly ꝙ luna in omni re significat horas ⁊ maxime in velocibus similiter ⁊ sol: tamē sol potest significare dies vbi luna significat horas: ⁊ menses vbi ipsa posset significare dies. Et dixit cum peruenerit ille qui defert dispositionem inter significatores ad illum ad quem defert siue per corpus siue per radios ꝙ accipienᷓ gradus qui fuerint inter eos ⁊ ponetᷓ pro omni gradu mensis vel dies. Et dixit ꝙ dn̄s ascendentis ⁊ dn̄s domus rei cum coniuncti fuerint significabunt velocitatem effect⁹ rei si testificata fuerit illa: ⁊ maximē si dn̄s ascendentis fuerit ponderosior. Et dixit ꝙ quando luna descēderit in ascendēs vel in domū rei vel aspexerit aliquod eoꝝ ex quarto aspectu vł oppōne erit hora. Et dixit ꝙ sol sigt illud idē quod luna in eisdē locis. Et dixit ꝙ sol est fortior ꝙ̄ luna in hoc ope: Et dixit ꝙ cum peruenerit luna ad locum significatoris illa erit hora. Idem dixit de almutez super inicio rei. ¶ Et dixit ꝙ inuenit quosdā qui extrahebāt ylez rei sicut fit in natiuitatibus ⁊ dirigebant gradum ylez ad locum fortunarum ⁊ malorum: ⁊ ponebant vnicuiq3 gradui per ascensiones annum vel mensem vel diem scd̄m naturā rei. ¶ Si peruenerit directio primo ad fortunam quā ad malum dicebant ꝙ perficeretur res illa cum prosperitate. Si autem peruenerit primo ad malum ꝙ̄ ad fortunam dicebant ꝙ perficeretur res illa cum aduersitate. ¶ Et dixit ꝙ mars significat velocitatem: sed admiscet aliquid de rebus marcialibus. Et eodem modo faciebant de gradu ascendentis ⁊ de gradu domus rei. ¶ Mihi autem videtur ꝙ licet posset sic esse ꝙ sit magna simplicitas ⁊ ꝙ superior sententia sufficiat tibi.

Et quia omnia que nobis occurrunt atq3 dicta phoꝝ ad vnguem exponere valde longum esset ꝛ quasi nobis quoddā abhominabile atq3 legēti tediosum ex industria tua ex predictis intelligas ꝛ videas ꝛ pcipias que pcipienda sunt. s. vtrum significatores sint ex planetis leuibus vel ponderosis: vel sint in angulis vel succedentib⁹ vel cadentib⁹: vel sint in signis fixis vel mobilibus vel directis vel tortuosis vel in locis significantibus annos vel mēses vel dies: que oīa si bene consideraueris ꝛ perspicatus fueris poteris ex p̄dictis percipere quod intendis.

Capl'm. 18. de signis fixis cōibus ꝛ mobilibus.

Zahel vero fecit magnam vim in signis ꝛ posuit in eis magna significata nec incassum ꝛ illa sunt referenda ad significatores cum fuerint in eis ꝛ ad lunam: ꝛ ad eam pre ceteris significatoribus quoniam ipsa est omniū rerum significatrix prout alias dicit. Etiam si alij significatores omnes relinquerent ipsa semper est consideranda preter q̄ dn̄s hore preseruatur in loco quem dixi tibi. Dixit eni dictus sapiēs signa fixa sunt congrua omni operi cuius stabilitas ꝛ prolongatio temporis querit ꝛ quod vult auctor ei⁹ esse durabile bonumq3 ꝛ vtile est in eis edificare ꝛ nuptias celebrare facta despōsatione in mobilib⁹. Et si in eis dimissa fuerit mulier a marito non reuertet ad eum in breui: subaudi nisi multiplicent in eis testimonia fortunaru3. Et qui vinctus fuerit in eis prolongabitur carcer eius: ꝛ qui irascit in eis nō poterit cito mitigari: conductiones vero ꝛ mercedes in eis vtiles sunt: bonūq3 erit edificare ꝛ facere fundamenta. Et dixit scorpio autē leuior est omnibus fixis: ꝛ leo magis fixu3: aquarius est tardior ac deterior: taurus vero magis est planus.

Capl'm. 19. de signis cōibus.

Et dixit signa cōmunia in societate ꝛ participatione sunt vtilia ꝛ quicquid operatū fuerit in eis sepe erit iteratū: emere vero subaudi res quas volum⁹ diu penes emptores manere ꝛ nuptias celebrare nō erit vtile ꝛ erit in eis ingenium ꝛ deceptio: ꝛ cui obicit aliquid in eis euadet ꝛ sanabitur ex eo quod sibi obicit ꝛ qui incarcerat non significat nisi in timore proprie ꝑpter paucitatem sue apparitionis ꝛ exitus eius ꝛ qui egredit a carcere redit ad illū: ꝛ si capit in eis fugitiuus redit ad fugam suam secūdo: ꝛ qui vadit in eis ad iudicem non firmat ei sententia neq3 iudicium neq3 in eis vadat aliquis cum naui quia permutabit ab vna ad aliam ratione non bona. Et cu3 permittit aliquid in eis dissoluetur ꝛ non complebit ei illud ꝛ infirmus in eis sanatur deinde incurrit recidiuationem. Totum ergo quod euenit homini in eis ex bono vel malo duplicatur super eum: ꝛ si quis moritur in eis tūc morietur post eum in illo loco alius in proximo: ꝛ permutatio ꝛ capitis ablutio ꝛ barbe: ꝛ purgatio auri ꝛ argenti in eis sunt cōuenietes ꝛ mittere pueros ad literā. Et dixit idem auctor si aūt volueris in eis incipere aliquid ex eis que dixi tibi tūc pone lunā in domo significāte rem quā facere intēdis ꝛ ꝯiūge illā cū fortuna recipiēte ipa3 in illo signo. Et dixit signa q̄dē dici i opatione diei sunt fortiora ꝛ pone ascēdēs signū diurnū vl' signū signs rem tua3.

Et dixit signa aerea conueniunt venationi in terra ⁊ mari vt sunt gemi libra ⁊ aquarius: ⁊ signa regum conueniunt regibus vt sunt aries ⁊ leo: ⁊ signa habentia voces conueniunt cantoribus ⁊ volentibus vti musicis instrumentis ⁊ signa ignea conueniunt omni rei quam igne volueris operari: ⁊ signa equinoctialia ꝯueniunt omni equalitati ⁊ omni mensure ⁊ omni rei in qua viget veritas ⁊ statera vt sunt bilantes ⁊ mensure atq̧ pondera iusticie: ⁊ signa mobilia ⁊ sunt illa in quibus incipiunt mutari nox ⁊ dies conueniunt illis qui volunt permutari de re ad rem vel de loco ad locum. Et dixit considera ad omne opꝰ quod tu vis incipere que sit natura illius signi ex orbibꝰ: ⁊ ꝯiunge lunam ⁊ dn̄m ascendentis cum illa substantia: ⁊ radix illius nature atq̧ virtꝰ eius est illa hora scȝ hora inceptionis. ¶ Et considera solem in factis dn̄oꝝ magnatum principum ⁊ prepositorum ciuitatum ⁊ officiatorum vt alias dr̄. Et in factis largorum ⁊ magnas expensas facientium considera iouem. Et in factis agricolarum ⁊ vilium cōsidera saturnū. Et in factis ducum ⁊ dn̄orum exercituum ⁊ pugnarum considera martem. Et in factis scriptorū pictorum campsorum seu nūmulariorum merzariorum ⁊ etiam mercatorum considera mercurium. Et in factis reginarū ⁊ aliarum excellentium mulierū considera lunam: ⁊ etiam in factis matrum ⁊ nouercarum. Et in factis aliarum mulieꝝ considera venerem ⁊ precipue iuuenculaꝝ ⁊ que facies suas libenter ornant vt placeant hominibꝰ. Et in omnibus his stude ꝯsiderare que tibi sunt consideranda sicut tibi dicitur.

¶ Capitulum vicesimum de signis mobilibus.

ET dixit signa mobilia significant festiuam rerum mobilitatē: ⁊ nihil durabile fit in eis nec prolongat̄ tempus rerum factarū dum luna ⁊ significatores fuerint in eis: conuenientia tamen sunt eis qui volūt seminare ⁊ firmare mulierem atq̧ desponsare hec omnia proficiunt in eis: emere similiter ⁊ vendere mercimonia ⁊ ea que cito mutant̄ de manu vnius in manū alteriꝰ ⁊ si quis fuerit tunc infirmatus liberabitur eius infirmitas terminabitur cito ⁊ si lis aliqua fuerit tunc incepta non prolongabitur: ⁊ si aliquis tunc fugerit reuertetur cito: ⁊ si aliquis promiserit aliquid alicui non seruabit ei ꝓmissuȝ erit etiam bonum in eis peregrinari ⁊ vtile: rumores qui tunc sonuerunt erūt falsi: ⁊ somnia in eis non habent significatum: nec est bonum incipe aliquem egrum curare tunc si fuerit egritudo talis que posset differri dum lune extat signum mobile: nec est tunc plantanda arbor cuius durabilitatem volumus nec figere ficulneum: nec edificare: nec fundamentū aliquod ponere: nihilq̧ cuius durabilitatem vel prolongationē cupimus facere vel incipere sed cuiꝰ cūsq̧ rei velocitateȝ cupis incipe sub eis: ⁊ illa sunt velociora q̄ sunt maioris tortuositatis ⁊ maioris mobilitatis sicut sunt aries ⁊ cancer: libra vero ⁊ capricornus sunt fortiora ⁊ magis temperata. ¶ Et dixit zael apta lunam pro posse ⁊ non ponas eam vnq̄ȝ in ascendente alicuius inicij ⁊ specialiter alicuiꝰ itineris: qm̄ illud significat ꝙ accidet itineranti aliqua infirmitas in corpore suo vel aliq̄d equiualēs infirmitati nisi dn̄s ascendentis aut fortuna aspiciat gradum ascendenteȝ: quia cum planeta aspicit ascendens ⁊ dn̄m eius est sicis viro qui custodit domū suaȝ: quia quilibet qui est in ea timet eū ⁊ q̄ est extra

timet ire illuc: si vero non aspexerit erit ecótrario. Et si dñs primi fuerit malꝰ fac ipsum illud a trino vel sextili aspectu: ⁊ caue ne ponas lunaȝ in angulo cũ mali aspexerint eam vel dñm ascendentis nisi forte reciperet eum a trino vel sextili aspectu: nec ponas etiam lunam in angulo nisi ipsa sit libera: sed pone fortunas ⁊ partem fortune in angulis: ⁊ fac omnibus modis si vnq̃ȝ potes q̄ luna aspiciat partem fortune vel iungatur ei corporaliter licet raro accidere possit. Et si non poteris facere q̄n pars fortune cadat ab ascendẽte fac q̄ dñs ascendentis aspiciat illã vel iungat̃ ei sicut dixi tibi de luna. Et stude si potes q̄ ponas dñm ascendent cum parte fortune: quia hoc significat maius lucrũ in itinere ⁊ maiorem vtilitatem. Et caue ne ponas lunam in secũda vel sexta vel octaua vel duodecia: q̄m hoc horribile ẽ atq̃ȝ timendum. ¶ Dixit zael si potes facere stude ponere ascendens ⁊ dominũ eius ⁊ lunaȝ in signis directe ascensionis scȝ quia significat leuitateȝ ⁊ profectũ ⁊ non ponas eos in signis tortuosis. Dixit enim quia significant inuolutionem ⁊ duriciam ⁊ tarditatẽ ascendens enim ⁊ quartum significant quid accidat de illa electione. Aspice ergo fortunas ⁊ malos de locis suis ⁊ fortitudinem atq̃ȝ debilitateȝ eorum ⁊ loquere ꝟm q̄ inueneris de fortitudĩe vel debilitate inicij vel finis rei. ¶ Et dixit dorothius cum inueneris lunam impeditam ⁊ fuerit res que differri nõ possit non des lune partem in ascendente ⁊ fac eam cadere ab eo ⁊ pone in eo fortunam ⁊ conforta illud ⁊ eius dominũ: ⁊ per nullum modum ponas lunã in itineribus in ascendente siue sit impedita siue non.

¶ Incipit sc̃ds tractatꝰ de his q̃ ad electiones particulares spectare vident̃

¶ Capitulum primum q̄d est preambulũ ad electiones domorꝫ particulares

Licet sufficienter superius dictum sit de his que generaliter ad electiones pertinent: non tamẽ videntur que dicta sunt ꝑfecte sufficere his qui electionibꝰ vti volunt nisi ad ea que ad particulares electiones spectant perueniatur: ⁊ erunt ea que dicent̃ q̃modo tanq̃ȝ exemplar seu collectio predictoruȝ: nec videtur possibile ad ꝑticulares electiões descẽdere ita q̄ non tangant̃ aliq̃ de premissis: ⁊ est superius dictũ q̄ debemꝰ aptare quasdã res que sunt in electionibꝰ radicales quantũ possibile videt̃ licet impossibile est oẽs semper quando volumus aptare posse Et ille sunt primuȝ ⁊ eius dñs quartũ similiter ⁊ eius dñs: luna ⁊ dñs signi in quo ipsa tunc fuerit: sol ⁊ dñs signi in quo ipse fuerit: pars quoq̃ȝ fortune ⁊ dñs domꝰ in qua ipsa in electõe ceciderit: domus quoq̃ȝ significans rem cui eligitur ⁊ eius dñs ⁊ planeta qui naturaliter significat rem illaȝ: ⁊ dñs signi in quo ipse fuerit. Omnia ista sunt aptanda ꝟm dicta sapientum in principio cuiuslibet electionis vt electio sit vndiq̃ȝ secura: sed istud sicut dixi tibi vix aut nunq̃ȝ erit possibile. Et ego iam pluries dixi tibi: si nõ potes aptare quicquid vis apta illud q̄d aptare potes ¶ Et dixit haly q̄ non est ponendus aliquis ex significatoribꝰ quos debemꝰ debilitare in inicio alicꝰ rei quam incipere volumus ⁊ maxime si fuerit fort in natiuitatẽ si natiuitas illi cui eligis patet: vel questione si questio habeat̃: vel in reuolutõe ãni illius. Et forte q̄ oportebit nos aliq̃ debilitare aliquẽ dictis significatoribus in aliquibus sicuti est debilitare lunam in exitu ad

venandū vel in inuestigatione latronis vel alterius fugitiui: ⁊ etiā planetā cui ipse iungitur ⁊ fortificare illū a quo ipsa separat. ¶ Et continebuntur in isto tractatu .12. capl'a iuxta numerum .12. domorū quibus subalternabuntur alia capl'a: ⁊ non erit mirandū si nominabuntur in eis aliqua de his que sunt superius noiata: qm̄ sunt quedā vniuoca voce que sunt equiuoca sigtione: ⁊ etiam aliqn̄ ponitur in vno loco pro aliquo sigto ⁊ in alio ponitur pro alio. Primū capl'm sup prima domo ⁊ eius significatis: scdm sup scda ⁊ ei' sigtis tercium sup tercia ⁊ eius significatis: quartū sup quarta ⁊ eius sigtis: quintū sup quinta ⁊ eius significatis: sextū sup sexta ⁊ eius sigtis: septimū sup septia ⁊ eius significatis: octauū sup octaua ⁊ eius sigtis: nonū sup nona ⁊ ei' sigtis decimū sup decima ⁊ eius significatis: vndecimū sup vndecima ⁊ eius sigtis duodecimū super duodecima ⁊ eius significatis.

¶ De prima domo. ¶ Capitulum primum de lactando pueros.

Si voluerit aliquis tradere puerū nutrici vt lactet eum: oportet vt cum nutrix incipit eū lactare primo sit luna iuncta veneri corporaliter: q si non poterit hoc esse sit ei iuncta a trino vel sextili aspectu cum receptione de tauro scz aut libra: ⁊ si fuerit venus descendens in ecentrico vel epiciculo erit melius. ¶ Et dixit haly q oportet vt aptentur primit' res radicales: tu aūt apta que aptare potes ex radicalibus: ⁊ si non potes aptare omnia radicalia apta tamen que predixi venerem scilicet ⁊ lunam.

¶ Capitulum secundum in subtractione puerorum a lacte.

Cum volueris subtrahere puerū a lacte pone lunā longe a sole quantū plus poteris scz a .90. gradu vsq3 ad .167. ¶ Et dixit haly q visum est quibusdā vt non sit luna in aliqua domorū veneris in ope isto: qa timebant q mater pueri non subtraheret alium ab vberib'. Et dixit quidā cum separauerimus lactantē a nutrice si fuerit luna in marchasa q̄ est duodecia māsio lune: ⁊ est in libra non curabit vlterius puer de lacte. Et quidā alij dixerunt q luna ⁊ dn̄s ascn̄tis sint in signis sementū scz tauro virgine atq3 capricorno qm̄ hoc significat q puer affectabit cōestionē sementū ⁊ herbarū. Et si fuerit in leone affectabit comestionem carnium. Et si fuerit in cancro vel scorpiōe vel piscib' affectabit comestionem pisciū. Et si fuerit in alijs signis comedet cōmuniter ea que dabuntur sibi ad comedendum.

¶ Capitulum tercium in abscisione vnguium manuum ⁊ pedum.

Cum volueris abscidere vngues manuū vel pedū sit luna in succedenti angulū: ⁊ si non pōt poni in succedenti ponat in angulo: cadentia enim vitanda sunt: sitq3 luna aucta lumine ⁊ numero: nec sit in gemis ⁊ maxime si aspexerit aliqs malorū eā mars scz aut saturn' a q̄rto aspectu vel ab oppōne Nā si aspexerit eam saturnus timendū est ne renascant: ⁊ si renati fuerint ne renascent tiniosi. Si aūt aspexerit eā mars ab aliquo illorū aspectuū timet ne incidat caro digitorū vnde sequet incomodū ⁊ dolor: ⁊ forte q posset in tm̄ augmentari dolor ille q resultabit inde apostema vel aliquid tale. ¶ Et dixit haly q non sit in geminis neq3 in sagittario nec sit iuncta dn̄is eorum: sed sit in ariete vel in tauro cancro leone libra sed pone extra viā combustā subaudi nec sit impedita in signis illis. ¶ In incisione aūt vnguium pedum cauendū est a gemis ⁊ a piscib' ⁊ a via combusta ⁊ ab impedimentis malorū

¶ Capitulum quartum in tonsione capillorum et rasura barbe.

Cum volueris tondere capillos vel radere barbam sit luna in signis communibus preterquam in geminis. ¶ Et dixit haly quod fuit quidam qui non commendauit virginem nec damnauit libram nec arietem nec taurum nec capricornum nec assignauit causam quare: ego autem non blasphemo arietem in tonsura capillorum vel barbe: sed in rasura capitis et barbe sic Et dixit quod cum luna et ascendens fuerint in signis sementum salui quod renascentur et crescent citius capilli et pili. Et dixit quod est cauendum ab impedimento saturni et martis tunc et hoc ne forte fiant furfures in capillis.

¶ Capitulum quintum in circumcisione puerorum.

Quibusdam visum est quod istud capitulum comprehendet sub sexta domo quoniam videbatur eis quod esset quedam infirmitas: mihi autem videtur quod sit comprehendendum sub prima domo: quoniam est quasi de primis accidentibus corporis: fit enim in septimo die post natiuitatem vt multum in corpore nati: tamen sub quocunque comprehendatur vis non existit in hora electionis eius. Unde cum volueris eligere alicui vt circumcidatur aliquis puer pone lunam iunctam ioui a trino vel sextili aspectu vel a quarto sed cum receptione: et sit ipsa septentrionalis a venere: et caue ne saturnus aspiciat dominum primi aut lunam aut venerem a quarto aspectu vel ab oppositione vel etiam ipsum ascendens: quoniam habet significare putrefactionem illius incisure: et sit dominus signi in quo fuerit luna septentrionalis si fieri potest et luna vadens ad angulum et caue a marte ne sit in aliquo angulorum: sed sit in cadenti: si non eum ponere in cadenti caue ne sit ascendens scorpio nec sit luna vel dominus ascendentis in eo.

¶ De secunda domo.

¶ Capitulum primum de accomodatione vel acceptione.

In significatis secunde domus non possumus ita in principio descendere ad particularia quin aliqua que videntur vniuersalia premittantur de his scilicet que pertinent ad substantiam vel lucrum vel quodlibet vnde lucrum expectatur Necesse quidem est nobis in hac re aptare dominum secunde domus et planetam in cuius domo ipse fuerit: est etiam aptandus iupiter semper in omni electione que spectat ad substantiam naturaliter prout alias dictum est. ¶ Et dixit zael si vis eligere horam in acceptione atque accomodatione pecunie sit luna in leone preterquam in eius primo termino subaudi vel scorpione vel sagittario et non sit luna in primo gradu alicuius eorum: nec sit in geminis nec sit ascensus primus terminus alicuius eorum: quoniam ista significant bonum accipientis et contrarium danti: sit tamen luna in restitutione in aquario seu piscibus sitque luna deficiens lumine: sint etiam iupiter et venus ascendentes ad longitudinem longiorem vel alter eorum et aspiciant ascendens aut lunam vel eius dominum vel saltim aspiciat eos vnus eorum: nec sit aliquis eorum impeditus si fieri potest: ad minus tamen salua ex eis quod potes: et sit mercurius mundus qui habet significare nummos naturaliter ab impedimentis malorum et luna similiter et specialiter ab impedimentis martis: quoniam cum luna in tali re fuerit impedita a marte significat contentionem et rixam et angustiam et negationem in recuperatione vel restitutione pecunie seu comodati. Cum autem impedita fuerit a saturno significat inuolutionem et prolongationem et fatigationem et destructionem multam in eius recuperatione vel restitutione.

¶ Capitulum secundum de lucro ꝙ semper remaneat penes illum cui eligis

SI vero fuerit intentum eius cui eligis facere lucrum qđ semꝑ remaneat penes cū ita ꝙ non tradat illud vlterius alteri sit ascendens hora electionis signum fixum ⁊ domin⁹ ascendentis ⁊ luna ⁊ dñs secundi in signis fixis liberi ab impedimentis ⁊ anguli nō sint remoti. Si vō fuerit electio ad lucrū rei q̄ sit vendenda vel alio modo alienanda vel reiteranda sit ascendēs signū mobile vel cōmune: mobile tñ melius valet in hoc: sintq̧ dñs ascendentis ⁊ luna in signis mobilibus vel cōmunibus: ⁊ sint liberi ab impedimentis et anguli sint remoti si fieri potest: ⁊ in quolibet istorum casuū semper apta ex rebus radicalibus quodcunq̧ potes. Si vero fuerit intentio eius qui lucrat⁹ est seruare rem acquisitam vt cum voluerit vtatur apta primum ⁊ eius dñm in eius acceptione atq̧ repositione ⁊ iouem ⁊ fac martem cadere ab aspectu lune ⁊ ascendentis ⁊ partis fortune ⁊ partis substantie ⁊ ab eius domo ⁊ ab omnibus dñis harum domorū vel saltim a luna ⁊ ab ascendente ⁊ eius dño laudantur etiam signa cōmunia in acceptione pecunie vndecunq̧ acquisite. ¶ Si vero res quā voluerit aliquis reponere fuerit de illis que mādu cantur vt granum carnes ⁊ similia quibus familiariter vtantur homines cauendū est ne sit ascendens aliquod ex signis multe comestionis: nec sit dñs primi vel luna in eis: ⁊ illa sunt aries taurus leo vltima pars sagittarij capricornus et pisces: nec sit saturnus aspiciens ascendens vel eius dominū vel lunā: vel sit aliquis eoꝝ in eius coniunctione corporali. Ista enim significāt ꝙ comedet vltra modum: ⁊ sub specie comedendi deuastabitur de re illa plus debito.

¶ Capitulum tercium quando accipiens noluerit ꝙ accomodatum sciatur.

SI vero quando acceperis accomodatum nolueris ꝙ aliquis sciat illud sed volueris vt sit occultum vt non percipiatur ab aliquo sit luna cum acceperis vel cum petieris illud sub radijs solis vadens ad coniunctionem fortune alicuius ita ꝙ iungatur per aspectū alicui ex fortunis non impedite in continenti qñ exierit de sub radijs: hoc enim leue est cui eligitur ⁊ securum eum reddit ita ꝙ nullo modo publicabitur res illa: etiā si sit depositum vel res alia qualiscunq̧ sit quam quis velit occultam esse. At caue ne iungat̃ tūc luna infortunis: qm̄ si iuerit ad martem cum separata fuerit a sole publicabit̃ res qualiscunq̧ fuerit ⁊ diuulgabitur ⁊ cadet in ora hoīm libenter dicentiū mala. Cauendum est etiam ne cum hoc sit luna cum capite draconis vel eius cauda vel in via combusta quoniam hoc malum est ⁊ horribile. ¶ Et dixit dorothius nec comodes nec comodatum accipias dum luna fuerit in primo gradu leonis vel geminoꝝ vel sagittarij nec sit aliquod ex illis signis ascendens quoniam est horribile hoc accomodatum.

¶ Capitulum quartum de emptione causa lucrandi.

SI voluerit aliquis emere rem aliquā causa lucrandi sicuti homines vt multum facere consueuerunt ⁊ est eius intentio solum vt lucretur ex ea apta in omni hoc lunam qm̄ habet participationem in his que agunt hoīes pre ceteris planetis: ⁊ apta mercuriū qui naturliter significat huiusmodi res etiam ⁊ apta dñm secunde domus: ⁊ apta etiam dñm ascendentis si potes cū optare: non sit in eo magna vis: ⁊ sit luna iuncta mercurio ⁊ sint ambo liberi

ab impedimentis martis prout vnq̃ magis poteris. Si autem non poteris aptare mercurium apta lunã ⁊ vndecimã ⁊ eius dñm: nec tñ negligas facere ita q̃ mercuri⁹ sit liber a marte ⁊ a radijs eius: fac eũ tñ si potes iungi veneri per corpus vel per radios vel cum dño vndecime. Et semꝑ sit hoc tibi cure quoniã quantumcunq̃ melius aptaueris mercurium in his post aptationẽ lune tanto magis poteris confidere de lucro rei quam aliquis querit: quoniã ipse ⁊ luna ⁊ secunda ⁊ vndecima dñantur in his ⁊ ab eis requiritur lucrum ⁊ semper munda eos a marte prout melius poteris ⁊ a radijs eius.

¶ Capitulum quintum in alijs emptionib⁹ cõmunibus ⁊ cõmuniter factis.

IN alijs aũt emptionib⁹ que cotidie vulgariter ab omnib⁹ indifferenter fiunt apta partẽ fortune prout melius quiueris ⁊ fac eam cadere in aliq̃ domorum iouis ⁊ q̃ iupiter vel aliqua alia fortuna aspiciat eã: qm̃ erit hoc meli⁹ illi qui emit q̃ illi qui vendit. Similr̃ si luna fuerit in signis tortuosis minuta lumine ⁊ nunq̃ erit melius pro emente. Si autẽ fuerit luna in signis directe ascensionis aucta lumine atq̃ numero ⁊ iuncta fortunis erit melius ꝑ vendente q̃ pro emente. Et vix fiet q̃ vnq̃ emptor lucretur ex illa emptiõe que tunc fit: vel q̃ ipse non perdat ex ea. Et in oĩbus his fac semper martem cadere a luna ⁊ a mercurio: qm̃ mars semper ꝯtrarius est ementi ⁊ vendenti ⁊ imittit semper laborẽ ⁊ contentionẽ. Et caue a cauda draconis ne luna vel mercurius vel pars fortune sit cum ea: qm̃ mars est parum deterior ea. ¶ Est etiam alius modus in emptione atq̃ venditione: qm̃ videtur atabari dicere q̃ ascendens ⁊ eius dñs sint venditoris: septima ⁊ eius dñs sint emptoris qđ videtur ꝯtrarium dictis sapientum cum non sint. Atabari enim considerauit qñ venditio suscipit motum seu principium a venditore hoc est qñ venditor incitat emptorẽ. Alij enim intellexerunt qñ emptor incitat venditorẽ. vnde dixit ascendens ⁊ eius dñs est vendentis: septima ⁊ eius dñs ementis: mediũ vero celi ⁊ eius dñs precij: quartum ⁊ eius dñs rei vendende: planeta etiam a quo separat᷑ luna venditoris: ⁊ ipsa luna est rei vendende: ⁊ planeta cui ipsa iungitur emptoris. ¶ Dixit alchaiat non est malũ si luna fuerit in ascendẽte in emptione ⁊ in venditione licet in itineribus sit odienda.

¶ Caplm̃ sextũ qñ aliq̃s voluerit vendere rem aliquã vt lucret᷑ cũ ꝑcio eius

CVm aliquis voluerit vendere rem aliquã ⁊ fuerit eius intẽtio vt lucret᷑ cum precio qđ acceperit de re illa: pone lunam in tauro vel cancro vel virgine vel piscib⁹ non impeditã ⁊ fac q̃ ipsa separet᷑ a fortunis vel saltẽ ab vna siue per corp⁹ siue per aspectũ ⁊ iungat᷑ malis per aspectũ non per corp⁹ ista enim significant bonũ pro illo a quo res illa separatur ⁊ qui vendit eam.

¶ Capitulum septimum cum aliquis voluerit operari alchimiam.

STuduerunt aliqñ aliqui ⁊ etiam quidam hodie student ⁊ vt multũ illi qui alios de auaricia reprehendunt in opere alchimico: ⁊ vt plurimum ꝑdiderunt opus tp̃s ⁊ expensas: nec accidit eis hoc solũ ex vno errore sed ex plurib⁹: accidit enim aliqñ quia nesciunt venire ad conclusionẽ eius qđ sunt opati: aliqñ quia nesciunt proporcionare corpora cum spiritib⁹: aliqñ quia nesciunt eligere horã nec ascñs nec locare lunã vbi debet locari ad illud op⁹ perficiendũ ⁊ hic est vnus de maiorib⁹ erroribus qui possint esse alchimico nec sciunt etiam aptare planetã significantẽ rem illã quã exercere intendunt.

Unde si voluerit aliqs opari aliquid sup his & voluerit q tu eligas ei horam ad illud incipiendu pone luna in signis comunib mundā ab oibus impedimentis & ab oibus vicijs & oi malo esse: sitq ascns signu comune & eius dns sit apt & liber ab impedimentis. Et apta & cfforta planetā significante spem quā intendit opari vt si fuerit plumbu apta saturnu: si fuerit es vel auricalcu apta ioue: si fuerit cupru apta marte: si fuerit auru apta sole: si fuerit stagnum apta venerem: si fuerit electrum apta mercurium: si fuerit argentu apta lunā & conforta vnumquodq in principio sui operis, sm speciem & sm esse vniuscuiusq. Si autem fuerit res quam debeat reiterari facias illud idem.

Capitulum octauum de alio modo accomodationis pecunie.

Item aliud caplm de accomodatione sm haly: dixit enim q ascendens & eius dns sunt debitoris: septima & eius dns sunt illius cui debet illi scz qui accomodat: mercurius & luna signt ipsum debitum. Cum ergo fuerit cocordia inter dnm ascntis & dnm septimi: & mercurius in ascnte vel cu eius dno fortunat perficietur illud cum leuitate. Si vero fuerit luna sub radijs solis erit sol signs ipsam substantiā loco lune. Et dixit si fuerit in via cobusta aut descendens in meridie: vel fuerit in primis gradib leonis aut geminor vel sagittarij: vel si fuerint ipsi grad ascendentes non significant bonu danti sed vtilitatem conferunt accipienti. Et dixit q dixerunt quidam nequaq est vtile in accomodatione vt sit hora saturni vel solis.

Capitulum nonum in introitu domus seu hospicij ad habitandum in eo.

Cum volueris eligere alicui sup hac re vide vtru sit domus propria vel conducta: si enim fuerit domus propria sit ascendens signu fixu & luna in signo fixo. Et si fuerit domus conducta sit ascendens signu comune & luna silr in signo comuni. Unde aptandi sunt ascendens & ei dns luna quoq atq dns signi in quo ipsa fuerit: scdm & eius dns: quartum quoq atq dns eius: & aptanda est pars fortune & eius dns: ascendes eni & eius dns & luna & ei dns Pro psona hospitantis: scdm & eius dns & pars fortune ad lucrum atq ad conseruatione substantie iam acqsite: & illud accidet si poteris ponere iouem fortunatum in scdo in hora illa: & qliscunq esset fuerit tn valet iupiter in isto casu: quartu aptabis ad fine totius rei. Et dixit haly sit taur vel leo qrta domus: ista eni signt q locus erit bonus & domus erit munda & pauca aialia impedietia seu venenosa morabunt in ea: scorpio eni sigt reptilia venenosa & eo fortius si fuerit aspectus a saturno oia predicta loca custodias ab infortunis & earum aspectibus prout melius poteris & bea ipsa fortunis & earum aspectibus pro posse: & si non potes beare omnia bea salte primu & scdm vel saltim alterum: nam ex quo homines lucrantur non curant multum de alijs.

De tercia domo. Capitulum primum de itineribus breuibus.

Cum voluerit aliqs facere iter breue qd non ptineat ad bellu qd est vni diei vel infra & volueris ei eligere horā ad illd iter faciendu: apta ascns & ei dnm lunā quoq & dnm signi in quo ipsa fuerit & parte fortune atq ipsi dnm: terciu etiā & eius dnm: planetā silr cui iungit luna: silr & dnm hore atq domu signtem rem pro qua vadit viator si specificauerit eā tibi & eius dnm Et iteru dico tibi si non potes aptare oia q debes et vis apta ea q potes int q sit luna salti & dns hore. Qd si no poteri apta lunā nec poteris iter differre ad min apta dnm hore & fac lunā cadere ab ascnte: etiā si potes ab eius dno & pderit electio tua licet debilr. Ista tn in tractatu none dom lati dicent.

¶ Capitulum secundum in reconsiliatione fratrum ⁊ alioꝝ consanguineoꝝ ⁊ vicinorum ⁊ conciuium.

Discordant aliqñ sibi inuicē fratres vel etiam aliquis cum suis consanguineis minoribus se vel etiaꝫ equalibus tam diuitijs seu potentijs q̄ꝫ etate ⁊ volunt aliqñ reconsiliari simul: voluntqꝫ ꝙ tu eligas eis horā ad hoc faciendum vt eorum reconsiliatio valeat ⁊ sit durabilis. Unde si venerit ad te aliquis eorum vt eligas aptam horam eis ad hoc: apta ascendens ⁊ dñm eius: lunam quoqꝫ ⁊ dñm signi in quo ipsa fuerit: terciū similiter ⁊ eius dñm qui habet significare fratres ⁊ consanguineos illos: sitqꝫ dñs tercij in coniunctione dñi primi vel in eius trino vel sextili aspectu ⁊ hoc cū receptōe ꝑfecta de domo scꝫ aut exaltatione vel duab⁹ alijs dignitatib⁹ minorib⁹: aspiciatqꝫ dñs tercij ascendens aspectu laudabili: ⁊ dñs primi aspiciat tercium eodem modo si fieri potest: vel sit dñs primi in decima vel vndecia: ⁊ luna aspiciat vtrūqꝫ significatoꝝ vel saltim alterum eorum. Et oportet te etiam ꝯsiderare vtrum illa reconsiliatio sit cum fratribus maioribus vel cum medijs vel cū minoribus. Nam si fuerit cum maiorib⁹ oportet te aptare saturnū post aptationem predictorum. Si autem fuerit cum medijs oportet te aptare marteꝫ Si vero cum minoribus oportet te aptare mercurium: hec omnia intelligas in masculis. Si autem fuerit cum sororibus oportet te aptare venerem sicut dictum est de saturno in masculis pro fratribus maiorib⁹. Idem intellige de consanguineis conuicinis conciuibus ꝫm esse vniuscuiusqꝫ in suo genere.

¶ Caplm̄ tercium de his que spectant ad cultū diuinū atqꝫ ipsoꝝ eruditiōeꝫ

Dixerunt quidam antiquoꝝ ꝙ tercia domus habet significare religionē sicuti ⁊ nona quod est verum in minoribus religionibus nō in magnis que appellantur dignitates clericales vel famose vt papatus cardinalatus archiepiscopatus episcopatus abbatie atqꝫ religiones magnarum vocū seu magne fame sicut sunt ille que sunt infra suprascriptas nomine atqꝫ fama ⁊ q̄ sunt stricte vite ⁊ que in cultu diuino laborāt. Unde si volueris eligere alicui volenti alicui illarū religionū adherere vel in his que ad dei culturaꝫ ꝑtinēt studere: apta ascendens ⁊ eius dñm: lunam quoqꝫ atqꝫ dñm signi in quo ipsa fuerit: ⁊ apta domum terciam ⁊ eius dñm: apta etiam iouem qui naturaliter habet significare hoc: ⁊ apta solem: fac etiam si vnq̄ꝫ potes ꝙ sit ascendens sagittarius vel pisces. Et si volueris subtiliter intueri ea q̄ ad ipsam religioneꝫ spectant apta mercurium ⁊ fac ꝙ predicti significatores aspiciant se inuicem aspectu laudabili: ⁊ ꝙ vnusquisqꝫ aspiciat domum alterius vel planetam in cuius domo ipse fuerit: ⁊ si non potes aptare omnia hec: apta ea que aptare potes.

¶ De quarta domo.

¶ Capitulum primum in emptione domorum vel hereditatum ⁊ similium

Uisum est quibusdam sapientibus ꝙ capitulū de edificatione sit premittendum isti: eo ꝙ edificare domum vel castrum ⁊ similia sit nobilius ⁊ famosius q̄ꝫ emere terram vel alias possessiones quib⁹ ego satis possem assentire: tamen videtur mihi conuenientius habere primo super quo edificamus q̄ꝫ quod edificare incipiamus licet non sit in hoc magna vis. Unde cum volueris eligere horam alicui volenti emere aliquam hereditateꝫ vel domum

seu terrã vel aliud prediũ apta primũ ⁊ eius dñm: lunã etiam ⁊ dñm signi in
quo ipsa fuerit: quartũ quoqꝫ atqꝫ ipsiꝰ dñm: apta etiã partez fortune ⁊ dñm
eius: ⁊ si non potes aptare oĩa hec apta lunam ⁊ quartũ ⁊ adde eis partẽ for-
tune si potes: ⁊ si nõ ad minus aptatio illoꝝ duoꝝ nõ deficiat. Videbis etiã
si locus ille fuerit aptus vel aptandus vt habitet̃ sit luna in cancro vel in tau
ro vel sit in. 10. vel saltim in. 11. aspiciatqꝫ dñm primi laudabili aspectu: ⁊ ca
ue ne ipsa aspiciat martẽ ex aliquo aspectu: ⁊ si nõ potes eam liberare ab eiꝰ
aspectu fac ꝙ ipse recipiat eam a trino vel sextili aspectu ⁊ ipse nõ sit tunc im
peditus ⁊ sit quarta domꝰ vt dictũ est taurus vel leo vel saltem aquariꝰ: dñi
etiã anguloꝝ sint orientales in mũdo ⁊ a sole vel ab altero eoꝝ: ⁊ sint septen
trionales ascendentes. ¶ Et dixit haly in emptione cuiuslibet hereditatis
sint fortune habẽtes dignitatẽ in angulis: ⁊ si nõ possunt habere dignitatẽ in
oĩbꝰ angulis habeãt in primo vel in. 4. vel saltim in altero eoꝝ: sint etiaz lu-
minaria aspiciẽtia ascendẽs ⁊ quartũ vel alteꝝ eoꝝ aspectu dilectionis: nec
sint dñi anguloꝝ retrogradi: nec sit planeta retrogradus in eis. ¶ Et dixit
alchindi nõ sit in. 9. vel primo vꝫ. 11. infortuna nec sit domꝰ quarta ignea nec
sit in ea planeta igneꝰ ⁊ maxime si fuerit cadẽs a fortunis. Et si domꝰ. 4. fue-
rit signũ aquaticũ caue ne saturnꝰ aspiciat illã. Et cauendũ est ne dñs. 10. sit
infortuna. Ascendẽs eñi ⁊ eius dñs sigñt ipsam terrã quã quis emit ⁊ eiꝰ pos
sessionẽ atqꝫ vtilitatẽ ipsius. 10. vel. 11. ⁊ eius dñs significant quicquid ele-
uatũ est ab ea supra terram ⁊ ab eius superficie vt sunt arbores ⁊ cetera terre
nascentia que veterant̃ in ea. 7. vero ⁊ eius dñs sigñt cultores illius. ¶ Et
dixit haly ꝙ visum est quibusdam ꝙ. 7. significet herbas. 4. vero ⁊ eius dñs
dicunt̃ significare bonitatẽ rei ⁊ quicquid habet̃ in illa ex seminibꝰ. Et dixit
quodcũqꝫ istoꝝ inueneris bonũ iudica bonũ in his que sigñt. Si inueneris in
prima fortunas iudica bonitatẽ arboꝝ ⁊ eoꝝ que sunt eleuata a sup̃ficie ter-
re. Si aũt in. 7. iudica bonitatẽ agricolarũ. Si aũt inueneris in. 4. fortunaz
iudica bonitatẽ rei ⁊ bonitatẽ seminũ existentiũ in ea. Et si inueneris in ali-
quo istoꝝ locoꝝ aliquẽ maloꝝ iudica maliciã ꝯm significatũ illiꝰ domꝰ ⁊ spe
cialiter in. 7. ꝙ sigñt fraudẽ ⁊ maliciã cultoꝝ ꝯm naturã illiꝰ mali qui sigñt eos.
Saturnꝰ sigñt eoꝝ fraudem ⁊ mẽdacia. Mars sigñt eoꝝ incõstantiã ⁊ latroci-
nia. ¶ Et dixit athabari iupiter ⁊ planeta a quo separ̃ luna sunt emptoris:
ille cui iungit̃ luna sigñt finem rei ⁊ ad qḋ deueniet. ¶ Si aũt intẽderis emere
terrã vel vineã aut aliquid aliud simile sine edificatione absolute nõ cõside-
rando edificare sup̃ illa sed solũ ut vtaris illa ⁊ habere atqꝫ ꝑcipere fructum
eius ⁊ redditꝰ a laboratoribꝰ vel cõductoribꝰ vel etiã alijs apta ꝑdicta. s. ascẽ
dens ⁊ eius dñm: ⁊ lunã ⁊ eiꝰ dñm: partẽ quoqꝫ fortune ⁊ eiꝰ dñm: apta etiaz
saturnũ qm̃ habet significare ista ꝓpter sui grauitatẽ: ⁊ quia ex grauibꝰ opi-
bus in eã imissis acquirunt̃ illa. Pone ergo eum in libra vel si fuerit emptio
de die facta pone eũ in capricorno vel aquario: ⁊ si fuerit facta ĩ nocte pone
eũ in ariete vel leone vel sagittario: aries tamẽ minꝰ vtilis est ⁊ etiã in diur-
nis emptionibꝰ potes eũ ponere in eis: sed nõ valet tm̃ in eis q̃tũ in noctur-
nis: vel sit in aliquo ex suis terminis: sitqꝫ fortunatꝰ ⁊ fortis: sit etiam iupiter
aspiciens eũ a trino vel sextili aspectu vel. 4. ab angulo: ⁊ fac cadere martez

ab eis: ꝛ sit luna in principio augmentationis sui luminis in prima .s. dicoto mitate aucta numero aspiciens saturnũ vel planetã qui aspiciat eũ aspectu amicitie. Et si aspexerit eam iupiter erit bonũ: qm̃ significat populationem ipsius terre ꝛ ꝙ sit pluribus arborib⁹ fructiferis ꝛ etiam alijs minuta ꝛ circũ serata ꝛ ꝙ potest dare bonos redditus ꝛ vtiles. ¶ Et dixit zahel si nõ poteris habere aspectũ iouis cum saturno fac ꝙ habeas aspectũ veneris cũ eo loco aspectus iouis ꝛ fortunabis signa aquatica: quia cũ fortunabis ea cũ fortunis erũt meliora ꝙ̃ signa aerea. Et dixit sit luna in exaltatione sua vel medio celi ꝛ dñs ascendentis aspiciens eã. Et dixit luna quoqꝫ ꝛ ascendens sint mundi a malis ꝛ a vicijs.

¶ Capl'm. 2. in reconsiliatione patris cũ filio.

SIcuti fratres aliquãdo disceptant inter se sic accidit vt discordet pater cũ filio ꝛ ecõtra. Et si volũt reconciliari simul veneritqꝫ ad te filius vt eligas ei horã ad id conuenientẽ: apta ascendẽs ꝛ dñm eius lunam quoqꝫ atqꝫ dñm signi in quo fuerit: apta etiã quartum ꝛ eius dñm qui habet significare patrẽ ꝛ auum ꝛ socerũ ꝛ oẽs maiores consanguineos naturaliter ascendentes: licet tamẽ quilibet possit per ꝓpriã domũ significari: sitqꝫ dñs quarti iunctus dño primi trino vel sextili aspectu ꝛ cum receptione si fieri potest eodẽqꝫ aspectu aspiciat ascendens sitqꝫ dñs primi in primo vel .10. vel .11. sit luna aspiciens dñm primi atqꝫ dñm quarti vel ad minus vnũ ex eis: ista eniꝫ significant reconsiliationem vtilem ꝛ bonam atqꝫ durabilem.

¶ Capl'm. 3. in edificatione ciuitatũ vel castroꝝ seu domoꝝ ꝛ similium: ꝛ in populationibus terrarũ vel ficulnearũ fixionibus

COnsueuerunt hoĩes edificare ẜm diuersos modos edificandi: ꝛ ẜm diuersitatẽ esse hominũ: ꝛ etiã plãtare arbores atqꝫ ficulneas figere ꝛ terras diuersis modis populare ẜm diuersos hominũ ritus. Nam licet oẽs isti modi videant̃ tendere ad vnũ finem tamen diuersimode oportet ꝙ eligatur diuersoꝝ modoꝝ edificioꝝ vti volentib⁹. Est eñi quodãmodo aliter eligendum volenti edificare ciuitatẽ vel castrũ aliter volenti edificare aliud edificium vt edificia sancta ꝛ prophana de quib⁹ suo loco ꝛ tempore cõuenienter dicet̃: aliter volenti plantare arbores seu ficulneas figere: aliter volẽti seminare. ¶ Unde si volueris eligere alicui horã vt edificet ciuitatẽ vel castrum apta ascendẽs ꝛ dñm eius: lunã quoqꝫ ac dñm signi in quo ipsa fuerit: ꝛ partem fortune similiter ꝛ ei⁹ dñm: ꝛ pone in ascendente edificationis vrbis vel castri aliquã ex illis stellis fixis que sunt de natura iouis vel solis vel veneris aut mercurij siue saturni si saturnus fuerit boni esse vel lune vel saltim de natura dñi ascendentis illius hore. Ista eñi signt ꝓlongationẽ illius vrbis vel castri ꝛ eius ꝑpetuã durabilitatẽ ꝓpter tardissimũ motũ earũ atqꝫ ipsarũ tardissimã mutabilitatẽ: ciuitas eñi ꝛ castrũ debent esse res ꝑpetue durabilitatis: ꝛ hoc oportet fieri per successionẽ suoꝝ indiuiduoꝝ que sunt domus ꝗ licet diu durent nõ tñ ꝑpetuant̃ nisi successiue. ¶ Et visuꝫ est haly ꝙ sit aptãdus saturnus in edificatione vrbiũ. ¶ Zael vero visus est non velle ꝙ dem⁹ saturno partem in edificio sed tamen nõ cõtradixerũt inuicẽ: qm̃ haly intellexit de edificationib⁹ vrbiũ. Zael vero intellexit de edificationib⁹ domoꝝ

¶ Et dixit haly q sit ascendēs signū terreū fixum in edificationibus ⁊ dñs
ascendētis ⁊ luna similiter in signis terreis fixis. Et dixit q sit luna aucta lu
mine ⁊ numero iens ad exaltationē suā: ⁊ q sit iuncta fortune que sit in exal-
tatione sua vel in exaltatione lune ⁊ sit recepta. Et dixit etiā haly q non vi
deť sibi conueniens vt sit luna in signo aquatico ⁊ q est vtile si ipsa sit alias
ascendens ⁊ sit plus q̄ȝ in mediate sui luminis. ¶ Et dixit zael cui videť mi-
hi satis cōueniens assentire fac martē cadere ab omnib⁹ significatoribus edi
ficij ⁊ nūq̄ȝ des ei aliquā partē in edificio. Et dixit q si nō potes facere quin
des ei aliquā partem in eo pone venerem fortem in loco suo: ⁊ pone ei forti-
titudinē super martē ⁊ iunge eaȝ sibi ex trino vel sextili aspectu: qm̄ mars nō
impedit rem veneris si receptio vel etiā aliquis bonus aspectus interueniat
trinus. s. vel sextilis ꝑpter multitudinē amicicitatis eoꝝ Et dixit fac cadere
saturnū a venere pro posse tuo propter inimicitatē eius cū eo.

¶ Caplm. 4. de edificatione domoꝝ.

In edificatione aūt domoꝝ nō considerabis stellas fixas sed soluȝ pla-
netas vnde aptandi sunt ascendēs ⁊ eius dñs: luna quoq̄ȝ ⁊ dñs domus
in qua ipsa fuerit: ⁊ planeta cui ipsa iungiť: quartū quoq̄ȝ ⁊ ei⁹ dñs: secunduȝ
etiā ⁊ dñs eius: decimū siliter ⁊ ei⁹ dñs: ⁊ eo fortius si fuerit edificiū quod de
beat multū eleuari a terra. Et caue ne ponas significatores edificij sub terra
qm̄ nō ꝑmittent edificiū eleuari nisi forte post magnū temp⁹ sicut accidit de
turri viuianoꝝ que est forliuij apud sanctū guilhelmū sed tamen si luna fue-
rit sub terra in. 5. s. aut. 3. iuncta planete super terraȝ non impedito non esset
horribile. ¶ Et dixit athabari sit luna in signis tortuosis que habēt signifi-
care augmētationē. ¶ Alchindi vero dixit sit pars fortune ī angulo ⁊ angu
li non sint remoti ⁊ sit cauda in. 12. ⁊ dominus coniunctionis in aliqua suaꝝ
dignitatū velox cursu quā sniam laudauit hali: ⁊ laudauit silr q saturn⁹ aspi
ceret sigtores a trino aspectu cū receptione ⁊ valde cōmēdauit hoc. Sȝ qm̄
videť imo est quodāmō impossibile oīa que necessaria sunt nobis in edifica
tōib⁹ semp posse aptare ⁊ electiones edificationū occurrāt nobis quottidie
aptāda sunt que aptari possunt reddēdo. s. singula singulis. ¶ Hoc est si vo
luerit aliquis edificare ciuitatē vel castrū apta ascēdēs ⁊ cetera q̄ dicta sūt su
peri⁹: ⁊ si nō potes aptare oīa apta dñm exaltationis ascendētis ⁊ vtere illo
in hoc plusq̄ȝ dño dom⁹ vel aliarū dignitatū. Et si hoc iterū facere nō potes
apta ascendēs cū aliq̄ de predictis stellis fixis Et caue ne cadat aliqua de stel
lis fixis que sunt de natura malorum in gradu ascendente vel prope ipsum ꝑ
duos gradus. Similiter dico tibi de quarta domo que. s. stelle nominate sūt
in tractatu de reuolutionibus in loco conuenienti. Et cum tu feceris hoc iā
aptasti principiū edificationis vrbis vel castri etiā si nihil aliud posses apta
re. ¶ In edificatione vo domoꝝ si nō potes aptare oīa ꝑdicta apta ascēdēs
⁊ eius dñm: lunā silr ⁊ secūdū ⁊ quartū ⁊ eoꝝ dños vel saltim secūdū ⁊ fac lu
nam iungi cū ioue a quocūq̄ȝ aspectu ꝑterq̄ȝ ab oppōne: ⁊ si potes pone iouē
ī scdo: iā aptasti maiorē ꝑtē edificij dom⁹ sic ī hospitādo domū Est etiā aptā
dus dñs exaltationis signi in quo fuerit luna poti⁹ q̄ȝ dñs domus si fieri pōt

Ipse enim est in omni edificatione atq; plãtatione preferẽdus dño domus:
⁊ apta ex p̄dictis quodcũq; aptare potes: sed ista p̄ferant̄ que dixi tibi nunc
¶ Cõiunctio siquidẽ iouis cũ luna sig̃t decentiã ⁊ speciositatẽ ⁊ bonitatem
edificij dom⁹. Et caue in edificatione domoꝝ ne des saturno vel marti p̄tẽ
aliquã in eis licet det̄ saturno pars in edificatione vrbiũ: marti v̄o in nullo
edifitio detur ps. Et caue ne ponas caudã in primo vel .2. vel .4. ⁊ maxĩe in
2. qm̃ habet diminuere substantiã: caput aũt pone in eis secure: qm̃ habet au
gmentare ipam. Et caue lunã in cõiũctione saturni vel martis vel cũ cauda
vel aliquẽ eoꝝ in primo vel etiã .2. vel in .4. nisi forte martẽ si nõ posses cum
euitare cũ aptatione veneris tñ sicut dictũ est: saturn⁹ eni in primo vel in .4.
sig̃t deformitatẽ ⁊ eius tarditatẽ: ⁊ q̄ vix aut nunq̃ꝫ eleuabit̄ dom⁹ illa. ⁊ si
eleuata fuerit vix aut nunq̃ꝫ inhabitabit̄ ⁊ maxime a cõditore suo. Et si fue
rit inhabitata patient̄ habitatores eius multa incõmoda vt sunt timores
somnia horribilia ⁊ tribulationes diuerse: ⁊ sig̃t q̄ illud edificiũ cõquassabi
tur ⁊ scindet̄: ⁊ forte q̄ ruet ex illa cõquassatione. In .2. vero sig̃t diminutio
nem substãtie. Mars aũt cũ fuerit in aliquo illoꝝ locoꝝ sig̃t cõbustionẽ do-
mus seu illi⁹ edificij ⁊ ei⁹ casum ⁊ destructionẽ ⁊ ablationẽ substantie ꝑ incen
dia ⁊ latrocinia: ⁊ eo forti⁹ si fuerit ascendẽs ad augem vel ad lõgitudine lon
giorẽ: vel fuerit alias ascẽdẽs. ¶ Et dixit zahel sit luna tũc augmẽtata lumi
ne atq; numero qm̃ sig̃t vtilitatẽ dñi dom⁹ ⁊ dñs dom⁹ eius sit aspiciẽs eam
Et dixit q̄ dñs ascendẽtis sit aspiciẽs ascendẽs ⁊ sit mund⁹ a malis. Et dixit
si nõ aspexerit dñs ascẽdẽtis ascendẽs nõ morabit̄ dñs dom⁹ in ea. Si autẽ
fuerit edificiũ vilis vel ignobilis seu humilis ꝑsone apta oĩa quecũq; potes
ex supradictis ꝓpterea q2 multi significatores aptati supplebũt debilitatem
radicis natiuitis illius.

¶ Capl̃m .5. in edificando ecclesias.

SI aũt fuerit edificiũ religionis cõsiderabis sup eo dupliciter. Nã si fue
rit edificiũ humile nec multũ ꝑciosum vt sunt eccl̃ie cões: hermitorie
parue vt ordinis sancti augustini fratris zãniboni ⁊ abbacie sil̃es heremitis
⁊ plebes ⁊ capelle ⁊ monasteria ⁊ sil̃ia que nõ sint magne fame aptabis i ta-
lib⁹ ascẽdẽs ⁊ eius dñm similit̄ ⁊ lunã ⁊ eius dñm .9. ⁊ ei⁹ dñm. Si aũt fuerit
edificiũ nominatũ vel pomposũ vt sunt magna monasteria sicut sunt clare
ualẽcia sicut est eccl̃ia sancti marcij venecijs: archiep̄atus pisarũ: sanct⁹ vita
lis rauenne ⁊ plures alie eccl̃ie fratrũ minoꝝ bononie campanile forliuij ba
ptisteriũ florentie ⁊ sil̃ia excedentia modũ religionis nõ eligas eis tãq; edifi
cijs sp̃ualibus sed tanq̃ꝫ temporalib⁹. Unde aptabis in eis ascendens ⁊ eius
dñm ⁊ dñm exaltationis ascẽdentis ꝑcipue lunã ⁊ eius dñm sil̃iter ⁊ .10. lo-
co noni. Et si fuerit edificiũ dom⁹ studij apta mercuriũ ⁊ fac cũ boni esse for-
tunatũ ⁊ fortem: ⁊ pone eũ in bono loco ita q̄ aspiciat ascendens a trino vel
sextili aspectu. Si aũt fuerit edificium delectationũ vt est potationũ ludoꝝ
⁊ similiũ apta venerem ⁊ pone eam .s. fortunatam ⁊ fortem atq; boni esse ⁊
aspiciat ascendẽs ex aspectu amicitie. Si vero fuerit edificiũ in quo debeãt
reponi victualia vt sunt blada vinum oleum mel ⁊ alia esculentia ⁊ poculen
ta apta iouem ⁊ pone eum fortunatũ ⁊ fortem ⁊ q̄ aspiciat ascendens aspe-

ctu laudabili. Si aũt fuerit edificium in quo debeant aliqui poni in carcere apta saturnũ ⁊ fac eum fortem in loco suo ⁊ ꝙ aspiciat ascendens a quocũqꝫ aspectu preterqꝫ ab oppositione.

¶ Caplm. 6. de destructione cõstructi edificij.

Hoc capitulũ videbat̃ po nẽdũ inter capitula. 7. domus sed haly visuꝫ est vt preponeret̃ inter capitula quarte dom⁹. Dixit eni ꝙ cum destructio sit cõtraria edificationi ponendũ est eius capitulũ iuxta capitulũ edificationis: sed tamen pauca vis est in hoc dicens cũ volueris destruere aliquod edificiũ pone ascẽdẽs aliquod ex signis igneis vel aereis: sitqꝫ dñs ascẽdẽtis ⁊ luna in signis igneis vel aereis. ¶ Et dixit athabari sit ascẽdẽs signũ directe ascensionis: sitqꝫ dñs ascẽdẽtis occidentalis minuens numerũ iens ad signum in quo cadat: nec tamen sit retrogradus sed sit cadens ab angulo Luna quoqꝫ sit minuens lumen atqꝫ numerum cadens ab angulo etiam iuncta planete cadenti ab angulo cunti ad suum casuꝫ: vel sit in scorpione seu capricorno ⁊ sit sub terra vel iungat̃ planete existenti sub terra: sitqꝫ meridiana descẽdẽs vel sit iuncta planete retrogrado: sit etiã hoc in vltima dicotomitate lunationis ⁊ sit luna cadens a sole nec sit recepta: sitqꝫ dñs quarte dom⁹ debilis ⁊ planeta cui iungit̃ luna ⁊ etiã alij significatores edificij. Et pre oĩbus alijs debilitabis martem: etiã si non posses debilitare omnes alios non tamen obliuiscaris debilitare ipm: quoniã sicut ipse est cõtrarius edificanti ita in cõtrariũ dirimentis nitit̃ edificiũ reiterare. Ista enim que tibi super⁹ dixi nõ permittunt edificiũ diruptũ refici neqꝫ reiterari. Si aũt nõ curauerit vtrũ reiteret̃ edificiũ an nõ sit luna sepata a malo ⁊ iuncta fortune orictali vel sit recepta ⁊ dirimet̃ leuius edificiũ illud.

¶ Caplm. 7. in cõductione vel locatione domoꝝ vel terrarũ seu vinearũ vt fructuũ earũ vel aliarũ rerũ que locant̃ ⁊ conducunt̃.

Si volueris eligere horam alicui vt conducat rem aliquã vel locet pro certo precio ⁊ certo redditu vel certa parte fructuũ recolligendorũ vel recipiendoꝝ de re illa apta ascẽdẽs ⁊ eius dñm: lunam quoqꝫ atqꝫ dñm signi in quo ipsa fuerit: ascendens enim ⁊ eius dñs sigñt illum qui conducit rẽ septimũ vero ⁊ ei⁹ dñs sigñt illum qui locat eam. decimũ vero sigt̃ illud qđ dat̃ pro conductione. quartũ aũt sigt̃ finem rei ⁊ ad quid deueniet cõductio ⁊ quod sequet̃ inde vtriqꝫ. ¶ Uide ergo que ex predictis locis sint fortunata ⁊ que infortunata. Si enim ascendens ⁊ eius dñs fuerit fortunat⁹ sigt̃ bonũ pro conductore ⁊ erit conductor verax ⁊ legalis ⁊ seruabit locatori ea q̃ sibi promiserit. Si aũt fuerit infortunatus ⁊ malus erit econtra. Si vero. 7. ⁊ eius dñs fuerit fortunatus sigt̃ ꝙ locator seruabit ea que promisit cõductori ⁊ erit legalis atqꝫ bone fidei. Si aũt fuerit malus ⁊ infortunat⁹ mentietur socio suo ⁊ non seruabit promissa ⁊ erit sibi fraudulentus. Si vero ambo significatores fuerint fortunati ⁊ boni vterqꝫ seruabit fidem alteri ⁊ erũt ambo legales. Si ambo fuerint mali ⁊ infortunati quilibet eorum nitet̃ decipere alium ⁊ erit sibi fraudulentus. Et dixit haly ille cui iungit̃ luna significat illum qui locat ⁊ ille a quo separat̃ significat illum qui conducit: ipse tamen prout credo considerauit si locatio mota fuerit primo a locatore: si ve-

ro conductor mouerit primo erit econtra. Dominus signi in quo fuerit luna significat finem rei. ¶ Et dixit athabari aptemus iouem ⁊ saturnū ⁊ ponamus eos sese aspicientes aspectu laudabili. Et illud dixit ad hoc vt promissiones locantis ⁊ cōducentis seuarent ⁊ essent firme ¶ Et dixit haly ꝙ in locatione sit aptandus ascendēs ⁊ eius dn̄s ⁊ sit veniēs ad angulū in signo terreo ⁊ luna similiter vel sit in angulo terre: planeta vero a quo separat luna sit liber ⁊ sit in aliqua suarū dignitatū quoniā ipse significat terraʒ. Et dixit ꝙ dn̄s septimi sit fortunatus cōcordans cū dn̄o ascendentis: ⁊ hoc ꝑut melius poteris: planeta vero cuiꝰ cōiunctionē petit luna sit concordans cū planeta a quo ipsa separat. Et dixit ꝙ septimū ⁊ ciꝰ dn̄s ⁊ planeta cui iungit luna sign̄t locatorē: ⁊ ascendens ⁊ eius dn̄s: ⁊ planeta a quo separat luna significāt conductorem ⁊ significat dominiū vtriusqꝫ: ⁊ quia quartū ⁊ eius dn̄s sig̃t terraʒ Et dixit ꝙ in inceptione electionis terre vtaris hac eadē electione.

¶ Capl'm. 8. in productione fluminū vel canaliū ⁊ similiū.

CUm voluerit aliquis producere flumē vel canale vel alias aquas ⁊ volueris eligere sibi horā ad hoc aptam apta ascendens ⁊ eius dn̄m lunaʒ quoqꝫ atqꝫ dn̄m signi in quo ipsa fuerit: apta etiā saturnū vt sit orientalis: ⁊ dn̄s etiā ascendentis sit orientalis liber ab impedimētis in angulo in aliqua suarū dignitatū: ⁊ luna sit sub terra in. 3. vel in. 5. in signo terreo. Et si fuerit supra terram sit in. 10. vel. 11. ¶ Et dixit haly ꝙ bonum est vt sit saturnus in 11. dūmodo luna non sit ei iuncta per corpus. Aptabis etiā iouem nec sit aliqua infortuna in. 10. ¶ Et dixit alchindi sit luna in prima quarta a sole fortunata aucta lumine ⁊ numero: ⁊ sit in angulo primi. s. vel decimi vel quarti ⁊ anguli non sint remoti: ⁊ sit ascendens signū aquaticū fortunatum fortuna forti. Aptanda est etiā pars fortune: ⁊ dn̄s coniunctionis vel preuentionis que fuit ante ipam electionē ⁊ cetera que dicta sunt in conductione terre. ꝙ si nō potes aptare oīa hec apta ea que potes: quoꝝ vnū sit aptatio lune precipue: aptabis etiā dn̄m ascendētis ⁊ partem fortune.

¶ Capl'm. 9. in plantationibus arborū ⁊ ficulnearū.

MOdi plantationis arborum seu arbustorū sunt plures: nam aut plantāt aut figunt. Iterū ex arboribꝰ alie plantant cum radicibus vel cippis ut sunt ficus oliue mali amigdale nuces ⁊ similia. Alie plantant sine radicibus ⁊ dicunt figi vt sunt popul salices ⁊ similia. Alie dicunt arbusta ut sūt vites oleastri ⁊ similia. Et ex plantandis quedam figunt aliqñ ⁊ ex figendis quedā aliquādo plantant: ⁊ quilibet istoꝝ modoꝝ pōt dici plātatio. ¶ Unde si volueris eligere horam alicui ad plantandū arbores vel arbusta vel figendū ficulneas incipe a luna ⁊ pone eaʒ in tauro iunctam veneri ꝑ quēcūqꝫ modum si potes: Et si non poteris ponere lunam in tauro pone eaʒ in aquario sed aquarius est infra taurum. Qđ si hoc facere non poteris pone eam in leone tamen leo est infra aquariū. Qđ si hoc iterū facere nō poteris pone eā in pisce vel in virgine sed sunt infra leonem dūmodo ipsa aspiciat ab aliquo planeta de signo aquatico cum fuerit in leone: sed omnibus alijs preferēdus est taurus: sitqꝫ saturnus in primo directus vel in. 11. vel. 5. vel. 2. in aliqua suarum dignitatum vel fortitudinū vel habeat ibi aliquod ex predictis si-

gnis. Et si non poteris eum ponere in primo pone ibi iouem aspicientem saturnũ vel vbicũqꝫ fuerit iupiter fac eum aspicientẽ saturnũ aspectu amicitie ꝛ sit ipse in loco in quo habeat aliquod testimoniũ. Et si neuter illoꝝ poterit poni in primo pone ibi lunam vel pone eam in .10. vel in .11. vel saltim in 5. vel .3. ꝛ nũqꝫ ponas eam impeditã in plantationibꝰ ꝛ seminationibus. Et caue ne des marti partem in plantationibus vel seminationibꝰ nisi vt in edificationibus: ꝛ fac lunam cadere ab eo ꝛ dñm signi in quo ipsa fuerit ꝛ partẽ fortune similiter: ꝛ apta dñm exaltationis ascendentis si facere potes qm̄ nõ est malum si preferatᷣ dño domus in hoc. ¶ Et dixit alchaiat sit dñs domus lune aspiciens eam a signo aquatica. Et si non fuerit ascendens signũ fixum sit dñs ascendentis ꝛ luna orientalis ascendentes vel saltim alter eoꝝ. Si enĩ dñs ascendentis fuerit orientalis ꝛ fuerit ascendens ad augem suam, vel longitudinem longiorem significat ꝙ arbor que tunc plantatᷣ crescet cito: si vero fuerit ascendens ꝛ non fuerit orientalis significat ꝙ arbor illa crescit cito sed tardabit fructificare: ꝛ hoc non nocet in arboribus nõ fructiferis. Et si fuerit orientalis descendens ab auge vel ad longitudinem propiorem crescet tarde sed festinabit fructificare. Et si fuerit occidentalis descendens tardabit crescere atqꝫ fructificare. Et si non potes ponere ascendens signum fixum pone signũ cõmune ascendẽs ꝛ significatores in signis cõmunibꝰ. Sed quoniã est difficile aptare oĩa que possunt in electionibus considerari prout alias iã tibi pluries dixi cũ nõ potes aptare oĩa q̃ vis apta ea que potes. Nã in plantationibus arboꝝ si non potes aliud aptare apta saltim lunam ꝛ pone eam in tauro liberam non impeditã vel in vltima parte sagittarij iunctã ioui a quocũqꝫ aspectu preterqꝫ ab oppositione: nec sit iupiter impeditus: ꝛ pone eum si potes in ascendente liberũ vel in .10. vel .11. vel .5. vel .4. Et illud idem dico de parte fortune si fieri põt.

¶ Caplm̄ .10. in seminandis seminibus que in eodem anno vel in secundo fructificare intendimus.

Cum volueris eligere alicui horã in seminandis seminibꝰ oportet vt in omni seminatione sit ascendẽs signũ mobile vel cõe ꝛ dñs ascendentis in signo mobili si fieri põt: tamen sicut dixi tibi in plantationibus incipe a luna ꝛ opare per ipsam: qm̄ eius virtus in seminationibꝰ preferenda est virtutibus oĩm alioꝝ planetarũ. ¶ Et dixit haly sit luna in signis mobilibꝰ: vnde ipsa est ponẽda in signo mobili vel cõi terreo vel sementũ: sed si fuerit in ariete oportet ꝙ aspiciat eã planeta de signo aquatico ne pars illius seminis arescat. Et laudauit haly cancrũ ꝛ capricornũ: virginẽ vero laudauit p̄ ceteris signis terreis vel sementũ tã in seminibꝰ que fructificant in eodẽ anno qꝫ in illis que fructificant in secũdo anno sicut sunt illa q̃ seminantᷣ cũ plantantᷣ vt sunt porri caules ꝛ similia. Et quandoqꝫ fructificant in eodem anno quo plãtantᷣ. ¶ Zahel vero dixit ꝙ sit ascendens signũ cõmune ꝛ dñs eius in signo mobili aspiciens dñm domus sue: sitqꝫ liber a malis: quoniam si aspexerint eum mali inueniet ipsum semen impedimentum: sitqꝫ luna augmentata lumine atqꝫ numero: qm̄ si fuerit sub radijs vel fuerit deficiẽs numero signũ ꝙ minuetᷣ illud semen ꝛ nõ nascetᷣ ex eo nisi modicũ. Et ex fixis laudatᷣ taurus

ſed rariſicat ſemen ſm quantitatem eius quod ſeminatꝛ. Unde oportet ꝙ aliquid proijciatꝛ plus de ſemine ꝙ̄ ſit conſuetum nec tamen excedat modum. Et etiam vltima medietas ſagittarij valet in ſeminationibus ⁊ laudatꝛ etiaꝫ piſcis. Si vero fuerit ſemen arborum ſicut aliquādo alique ſeminant vt iterato ⁊ ordinatius plantentꝛ arbores que de illis ſeminibus naſcuntꝛ ſit luna in tauro: tu tamen ſi non potes aptare omnia ex predictis pone lunam in virgine liberam ab impedimentis ⁊ aptaſti horam ſeminandi.

¶ Capłm .11. in initio cultus hereditatū.

CUm volueris eligere alicui horam volenti incipere colere hereditateꝫ quam ipſe apprehendit vel quam alter ei relinquit: apta aſcendēs ⁊ dominum eius ⁊ lunam: ⁊ planetaꝫ in cuius domo ipſa fuerit ita. vt omnes ſint recepti ⁊ planeta qui recipit aliquem eoꝝ ſit in angulo vel ſuccedēti liber ab impedimentis: ⁊ ſi nō poſſunt omnia hec fieri ſit ſaltim luna recepta a planeta forti ⁊ fortunato ⁊ ipſa in bono loco. Et facito ſi vnꝙ̄ potes ꝙ fortuna libera ab impedimentis ſit in ſecūdo. Et dixit alchindi ſit dn̄s partis fortune atqꝫ dn̄s coniunctionis vel ꝑuentionis in aliquo angulo vel vadens ad ipm̄ ⁊ ſit dn̄s ſigni in quo luna fuerit fortuna. ꝙ ſi omnia iſta defuerint ad minus fac ꝙ luna ſit in aſcendente vel in bono loco ab ipſo recepta.

¶ Capłm .12. in compoſitione nauiū ſeu galearū.

MOdi compoſitionū nauium ſunt tres quibus omnes alij ſubalternantur. Nam aut eſt compoſitio galee vel equipollentis ad expugnādū inimicos: aut eſt compoſitio nauis magne ad transferenduꝫ aut eſt nauis ad alias cōes nauigationes ut mercationū minorum ⁊ ſimilia. ¶ Unde ſi voluerit aliquis componere galeam vel aliam nauim curſus vel ad impugnandum inimicos: vel ad equitanduꝫ mare per alium modum velocitatis apta aſcendēs ⁊ dn̄m eius: lunā etiā ⁊ planetā in cuiꝰ domo fuerit ipſa: ⁊ pone eos in aſcendente vel in .10. vel in .11. ⁊ ſit aſcendens ſignū fixum: ⁊ ſi fieri poteſt ſimiliter alij anguli ſint ſigna fixa: ⁊ apta .4. ⁊ eius dn̄m: qm̄ habet ſignificare nauim naturaliter: ⁊ fac ſi potes ꝙ ipm̄ ſit ſignū aquaticū vel ſaltiꝫ pone dominū eius in ſigno aquatico liberū ab impedimentis ⁊ iunctū alicui fortune. Et ſit planeta a quo ſeparatꝛ luna fortis ⁊ velox. Et ſi nō potes ponere dn̄m aſcendētis vel lunā in .10. pone ibi fortunā fortē ⁊ fortunatā habentē in eo teſtimoniū forte ⁊ ſit orientalis atqꝫ velox curſu: dn̄s autē ſeptimi debilis ⁊ tardꝰ curſu. ¶ Si aūt fuerit nauis ad trāſfretandū ſit luna in medio curſu ſuo aptatis ſupradictis vt dictū eſt ita ꝙ ipſa non currat in die vno pluſꝙ̄ ſit medius curſus eius: ⁊ ſi per .3. vel .4. minuta minus ambulauerit in die vno nō erit malū propter timoreꝫ ne ipſa ex nimia velocitate ledatꝛ. Si vero fuerit de alijs predictis nauibus aptabis predicta ſed non refert vtrum luna ſit velox curſu an non dūmodo non ſit multum tarda ita ꝙ non eat in die vno minus curſu ſuo plus .31. minutis ⁊ ſtude aptare dominū coniunctionis vel preuentionis pro poſſe tuo: quoniam hoc bonum eſt: ⁊ cum ſeparata fuerit luna ab alio planeta fac eam iungi alicui fortune: ⁊ ſi non fuerit dominus aſcēdentis in angulo fac ꝙ ipſe vadat ad eum. ¶ Et dixit haly ꝙ quidam affirmabant bonum eſſe ſi luna eſſet in thauro vel in geminis. ¶ Et dixit:

cauendum est ab aspectu martis cum luna vel cum domino ascendentis vel cum domino quarti in compositione nauium. ¶ Et dixit haly q est vtile si luna fuerit super terram. Et dixit ista eadē esse aptanda in pulsione nauium in aquam & in earū emptione: tu autem apta omnia que aptare potes: tamen semper sit tibi cure aptare lunā: & quando erigitur arbor in naui magis tunc aptandum est decimum & eius dominus: luna ponenda est similiter in eo.

¶ Capitulum tredecimum de edificatione molendini.

Edificantur molendina pluribus modis: nam aliud edificatur in nauib⁹. aliud edificatur in statera ita q eleuatur & deprimitur ad voluntatē sui tractatoris & illud dicitur molendinū pendulum. Aliud edificat firmum ita q nec deprimitur nec eleuatur imo permanet firmū & illud dicitur molēdinū transuersarium. Aliud edificatur in domo habitanda qd voluitur ab aliquo animali vel cum aliquo instrumento fabrili & illud dicitur posternū. Aliud edificatur in locis altis qd voluit vento & illud dicitur molendinum venti. Et sm eorum diuersos modos edificandi diuersificande sunt eoꝝ electiōes. Unde si voluerit aliquis edificare aliqd ex supradictis molendinis & venerit ad te vt eligas ei horam ad illud aptam: & fuerit molendinum in nauibus sit ascendens vltima medietas pisciū vel vltima virginis. Si aūt fuerit molendinum suspensum in statera siue nauibus quod dicitur pendulū sit ascendens prima medietas arietis vel prima libre: quoniā hec & illa habent significare equalitatē. Si vero fuerit molendinum fixum qd non eleuet nec deprimat quod dicitur transuersarium & sit molendinum in domo qd voluatur bestijs vel instrumentis fabrilibus quod dicitur posternum sit ascendens signū fixū siue aquaticum fuerit siue terreum. Si vero fuerit molendinū qd voluatur vento sicut in quibusdam locis consueuit aliqn fieri sit ascendēs signū aereū & luna in predictis signis vel in ascendēte vel i decimo vel in vndecio. ¶ Et dixit haly caue ne sit luna in cancro vel capricorno: simili vitandi sunt gemi & sagittarius propter magnam inequalitatem dieꝝ & noctium cum sol fuerit in eis: & sit luna semp in qualibet edificatione molendini in cursu suo medio vel parū velocior si fieri pōt Si aūt nō poteris ponere lunā in predictis signis nec poteris ponere illa ascendentia sed fuerit luna & ascendens in alijs signis dixit haly q si fuerit cum aspectu infortune erit bonum: verūtamen si fuerit cum aspectu fortune erit melius. Inicium molendini naualis est qn incipit constructor eius edificare primam nauim. Inicia vero alioꝝ molendinoꝝ sunt qn incipit edificari de illis magisterijs que sunt de substantia molendini Et si fuerit molendinum quod indigeat aquimolo fac aquimolum incipere fodi qn sit aliud principium predictum ne forte credas vel dubitas ne aliqd contrarium vel superfluū seu diminutū in iudicijs seu in electionibus astronomie inueniatur semper super quolibet capitulo sm q de ipso sentenciatū inueneris per sapientes ita iudica: nec qd alibi dictum sit curabis: nec poteris errare: sed semper recte iudicabis & eliges.

¶ De quinta domo.

¶ Capitulum primum in reconsiliatione filij cum patre.

Sicut pater discordat cum filio: sic & filius aliqn suo motu discordat cū patre. Unde si venerit ad te pater volens reconsiliari filio vt eligat ei

hora ad hoc apta aptabis ascendens eius dominū: lunam etiam ⁊ dn̄m signi in quo ipsa fuerit: apta etiam quintū ⁊ eius dn̄m qui habet significare filium ⁊ fac vt dominus quinti iungatur dn̄o primi aspectu amicicie. Et si fuerit cū receptiōe erit melius: sit etiam dominus primi in primo vel in decimo vel in vndecimo: ⁊ luna tunc aspiciat dominū primi ⁊ dominum quinti vel alterū eorum ad hoc vt reconsiliatio eorum sit durabilis.

¶ Capitulum secundum de missione legatorum seu nunciorum.

SI voluerit aliquis mittere nuncium seu legatum ad aliquam personam considerabis in hoc facto lunam pre ceteris significatoribus ⁊ fac eam iungi planete significanti personā ad quam mittitur trino vel sextili aspectu ⁊ si potes fac ꝙ ille recipiat lunam vel saltim dn̄m primi vt si miserit ad regē fac ꝙ ipsa iungatur soli vel dn̄o decimi: sitqꝫ sol vel dn̄s decimi ille ex eis cui iungitur luna in primo vel in decimo vel vndecīo. Et si non potes eū ponere in aliquo istorum locoꝝ pone ipsuꝫ in nono vel in q̄nto vel in tercio sed erit hoc modice vtilitatis. Et caue cum mittis vel vadis ad regem ne sit luna in aquario vel piscibꝰ. Et si miserit ad alios nobiles vel magnates vel iudices vel papaꝫ vel cardinales vel ep̄os vel alios religiosos sit luna iuncta ioui ex predictis aspectibꝰ in angulo vel in loco bono ab ascendēte. Et si miserit ad bellicosos viros sit iuncta marti nec sit illa coniunctio ab angulis nec sit ipse in angulo sed sit in sequentibus angulū. Et si miserit ad senes vel iudeos vel agricolas ⁊ similes sit iuncta saturno a dictis aspectibus sitqꝫ saturnus boni esse in succedenti angulum. Et si miserit ad mulierem sit iuncta veneri. Et si miserit ad sapientem vel scriptores vel mercatores vel ad iuuenes a decimo quarto anno vsqꝫ ad vicesimum sit iuncta mercurio: et caue ne sit mercurius tunc impeditus nec aliquis planetarum cui iungitur luna.

¶ Capitulum tercium in induitione vestium nouarum vel earum inscisione

QUibusdam sapientibꝰ visum est ꝙ istud capl'm ꝑtineat ad primā domū qm̄ videt̄ esse de rebus que ꝑtinent ad primaꝫ: mihi tn̄ videt̄ ꝯueniens licet nō sit in hoc magna vis ꝙ poterit ꝑtinere ad domū quintā eo ꝙ quinta domus habet significare delectationes ⁊ alacritates: ⁊ hoīes delectantur in nouis vestibꝰ ⁊ gaudent in eis sicut in alijs delectabilibꝰ. Unde cū volueris eligere alicui horam vt emat vel inscidat seu faciat vel induat vestē nouam apta ascendens ⁊ dn̄m eius ⁊ lunaꝫ ⁊ pone eos in signis mobilibꝰ sitqꝫ ascn̄s signū mobile: sit ergo luna in ariete exceptis septē gradibꝰ q̄ sunt post octauū vsqꝫ in finem. 15. gradus eiusdē arietis ⁊ exceptis. 23. ⁊. 24. gradu eiusdē: vel sit in cancro exceptis primis sex gradibꝰ eius ⁊ tribꝰ vltimis: vel sit in prima medietate libre vel sit in primis. 18. gradibꝰ virgis: vel in primis. 19. gradibꝰ sagittarij vel in primis. 20. gradibus pisciū. Et dixerunt sapientes signa fixa nō esse laudanda nisi in vestimentis ꝑtinentibꝰ ad bellū: ego tn̄ non ꝯsueui vitare prios. 20. gradꝰ tauri qm̄ ē domꝰ veneris que habet siḡre delectatiōes: ⁊ quia luna exaltatur in eo: ⁊ oēs vnanimiter blasphemauerunt leoneꝫ. Unde ptholomeus in centiloq̄o noua vestimenta facere vel tractare luna in leone periculosū est: ⁊ ego ab illis non dissentio: nisi forte sol aspexerit lunā a trino vel sextili aspectu ⁊ vbicunqꝫ inueneris eam receptam receptione ꝑfecta non blasphemabis eam. Si aūt potes eā aptare vt dictū est bene quidē; ⁊ si non

pone eã extra leonẽ ⁊ extra capricornũ ⁊ extra viam combustã: nec ponas eã vnq̃ alicubi impeditã sed liberam. ¶ Et dixit haly apta scd̃m ⁊ eius dñm ⁊ maxie in emptõe vestiũ: ⁊ q̄ luna sit aucta lumine: si vero tu non poteris oĩa hec aptare apta lunaz in induitione vestiũ nouarũ ⁊ in earũ factione ⁊ pone solez in medio celi. Ista enim signt q̄ vestis erit pspicua ⁊ pulcra. Et si nihil aliud potes aptare fac q̄ luna non sit impedita nec sit in leone sine receptiõe vt dictũ est: ⁊ q̄ sol sit in medio celi. ¶ Consueuerũt aliqñ querere quidã fatui sophiste q̄re non nocet cib⁹ nec est prohibit⁹ luna existente in leone cũ intret corp⁹ ⁊ sunt ꝓhibita vestimenta q̃ non intrant corpus. Quib⁹ potest taliter rñderi scz q̄ cibus potencialiter est de nãa corporis: quo recepto per os ⁊ in stomachũ transmisso eius potentia mediantib⁹ motib⁹ corpoꝝ supcelestiuz ⁊ virtute regitiua corporis deducitur in actũ ⁊ efficitur de substantia corpis: ex nutrimento eni ⁊ nutriente fit vnuz sic ex cibo ⁊ comedente. Unde habet ipsuz defendere ac custodire ⁊ retinere naturalr̃ virtute p̄dicta nec ei ꝯdicere nec poterit ipsum impedire. Indumẽta vero sunt accidens ⁊ non hñt defendere corp⁹ naturalr̃ nec etiã ipsam naturã: hñt eni accidentalr̃ id q̄d habent qm̃ sine indumentis posset aliq̄s viuere: sine cibo vero non sic. Et licet indumenta faciant ad bene esse corporis: non tñ faciunt ad esse nec sunt de ipsius substantia. Corpora vero supiora operant̃ in nouarũ vestiũ induitione solũ ex suis motib⁹: in cibo aũt non sic: qm̃ licet ipsa operant̃ in assumptiõe ciboꝝ ex suis motib⁹ non operant̃ absq̃ bñficio nature intrinsec⁹ opantis transmutando cibũ in naturã corporis nutriendo illud: vnde non impedit ꝓpter illã causam: non infest eni nature impedire semetipsã: ⁊ etiã qm̃ natura est primũ gñationis ⁊ corruptiõis augmenti ⁊ diminutiõis corpoꝝ caducoꝝ mouente planeta designatore ⁊ cum sit in intentione nature seruare nõ impedit illud.

¶ Capitulum quartum de generando seu concipiendo filium vel filiam.

Dixit zael cum volueris eligere horam coniungendi cum vxore tua vt generes filiũ masculũ sit ascendẽs ⁊ dñs eius ⁊ luna dñs domus filioꝝ in signis masculis aut in parte circuli masculina q̃ est pars dextera hora ꝯiunctionis: ⁊ non ponas in ascñte in eadẽ hora nec in signo filiorũ nisi planetam masculinũ. Et si vis vt sit feminina sint isti sigtores in signis femĩs ⁊ in parte circuli feminina q̃ est sinistra. Et si hoc non poteris facere ⁊ diuersi fuerint isti sigtores scz vt quidam eoꝝ sint in signis masculinis: ⁊ quidam eorũ in signis femininis: participet̃ dñs hore cum planeta qui recipit dispositionez lune ⁊ iudica ab eis qui fuerint plurium testimonioꝝ in signis masculis vel femĩs ⁊ erit concept⁹ s̄m hoc. ¶ Haly vero fecit ex hoc longiorẽ sermonem q̄z zael. dixit eni oportet vt in electoine hac sit ascendens signũ masculinũ ⁊ directe ascensionis: anguli sint fixi ⁊ non remoti: dñs ascñtis in ascñte vel in medio celi aut in vndecio sitq̃ planeta qui prius venerit ad gradũ ascñtez per motũ suũ fortuna. Et dixit notũ est per ea q̃ p̄missa sunt necessario vtraq̃ lumiaria esse aptãda in his silibus ⁊ maxie dñm tp̄is aptare valde necesse est: infortũa etiam aliq̃ non sit in aliquo angulo sed fortuna libera ⁊ fortis. Et dixit oportet quoq̃ vt diuertam⁹ nos ad dñm ascñtis ⁊ p̄caueamus vt sit planeta dñs ascñtis qui impediat̃ in mense nono. partus enim in illo sepe fieri videmus. Idem etiam ⁊ si possibile fuerit p̄cauere in septio ⁊ in decio mense laudabile

est: solet enim in illis partus quandoque fieri: et debet esse in his locis dominus ascendentis fortunatus et fortis et luminaria etiam. Et precauendum est ne dominus sexti vel octaui si infortuna fuerit commisceatur cum aliquo significatore aliquo modo Et vniuersaliter vitanda sunt omnia que in libris natiuitatum dicuntur illaudabiliora et aspicienda sunt que in eis approbantur cum radicibus electionis. ¶ Et dixit alchaiat optimum quid esse diximus vt sit luna in ascendente in trino aspectu solis. Dixit etiam caue a via combusta et aptemus venerem: si enim impedita fuerit venus corrumpitur aliara hoc est mulier vel matrix: si vero luna corrumpitur semen. Apta quoque domum quintam et eius dominum. Quidam etiam hoc approbant esse in horis imparibus hoc est in prima scilicet tercia vel quinta vel similibus. Quod si acciderit vt sit ascendens et luna in libra quod est signum rationale erit bonum si tamen liberum fuerit et eius dominus: tunc enim in medio celi erit cancer quod est signum multorum filiorum: sintque reliqui significatores in signis masculis impregnabitur enim et concipiet masculum: et adhibeamus operam nostram in rebus que pertinent illi id est iudicabimus ne sit aliara vel matrix eius torta vel in aliquo infirma ad phisicam: significatores etenim circulares perficiunt secundum quod eas recipere possunt ipse subiecte materie: hic est sermo haly super generatione et corruptione: sed quoniam difficilimum esset omnia sic precise aptare atque philosophorum dicta prout ipsi protulerunt omnia seruare videtur mihi hoc scilicet quod aptes ascendens lunam et eius dominum in coniunctione viri cum muliere: et ponas iouem in gradu decime domus si facere potes: quoniam hoc significat quod mulier concipiet in primo coitu quem tunc fecerit nisi forte esset virgo que non posset concipere in primo concubitu potest tamen concipere in secundo: et si non posses eum ponere in gradu decime domus pone eum in decima vel vndecima in tali gradu quod aspiciat ascendens gradu per gradum: vel pone ipsum in quinta ita quod aspiciat ascendens vel lunam vel dominum quinte laudabili aspectu: vel pone dominum prime et lunam in quinta: vel alterum eorum ita quod sit duobus gradibus supra lineam quinte domus vel ad plus tribus vel .15. gradibus sub ea ad plus. Ista enim significant quod mulier concipiet tunc. Maior pars significatorum si fuerit masculina vel in locis masculinis significat masculinitatem et in femininis feminitatem. Et si fuerint totidem significatores masculini quot feminini possunt alterum duorum significare videlicet aut vnum vel plures masculos et totidem feminas vel hermofroditum.

¶ Capitulum quintum de educendo abortiuo a muliere.

Sicut multociens euenire consueuit si fuerit conceptus mortuus in vtero materno et volueris eligere horam ad educendum eum siue per modum cyrurgie siue per modum farmacie siue per modum industricum vel per quemcunque modum fuerit sit ascendens signum femininum directe ascensionis et luna similiter sit etiam deficiens lumine si fieri potest et sit vltra lineam decime domus sex gradibus vel plus descendens versus domum septimam: sit etiam aliqua fortuna aspiciens lunam a trino vel sextili aspectu vel quadrato siue recipiatur luna siue non. Et si aspexerit eam tunc mars a dictis aspectibus cum receptione erit bonum: si autem sine receptione non erit malum dummodo luna sit in signo feminino et sit ascendens signum femininum directe ascensionis vt dictum est. Et cauendum est ne sit ascendens signum tortuosum vel dominus ascendentis aut luna sit in aliquo eorum

¶ Capitulum sextum de tradendo filium disciplinis.

Istud capitulum videtur debere contineri sub domo magisterij: sed q̃a non facit mentionez nisi de disciplina filij magis est ponendũ sub domo quinta que significat filios. Unde cum volueris eligere horam alicui volẽti tradere filiũ suũ alicui discipline vel alicui doctrine vel ad aliqđ documentũ siue magisterium addiscendũ siue sit numerus siue mẽsura siue cantilena siue astronomia siue quelibet ars fabrilis sit ascendens aliqua dom orũ mercurij quarum melior est gemini: sit luna libera ab impedimentis iuncta mercurio trino vel sextili aspectu: sitq̃ mercurius saluus ⁊ liber ab impedimentis sitq̃ orientalis ascendens directus fortunatus et fortis: dñs vero domus in qua fuerit mercurius liber ⁊ saluus: sit etiam luna aucta lumine et numero: quia significat hoc velocitatem addiscendi: ⁊ si est tarda vel deficiens significaret tarditatem addiscendi. ¶ Et dixit zael sint dñi domorum aspicientes eos: q̃ si hec omnia facere nequiueris apta lunam pro posse tuo ⁊ apta mercuriũ ita q̃ non sit retrogradus nec sub radijs solis nec in statione prima ⁊ sit occidentalis a sole vel etiam orientalis dũmodo sit directus.

¶ Capitulum septimum in enchenijs dandis vel accipiendis.

In re ista scz enchenijs cõsiderant̃ duo datio videlicet ⁊ acceptio sicuti homines accipiunt enchenia: sic ⁊ aliq̃ dant illa: ⁊ totum hoc dicitur enchenium sicut dicitur ille qui suscipit hospes ⁊ ille qui suscipitur similiter dicitur hospes. Unde cum voluerit aliquis accipe ab aliquo enchenium tũc aptandum est primum ⁊ eius dominus ⁊ luna ⁊ dñs signi in q̃uo ipsa fuerit: aptandum est etiam secundũ ⁊ eius dñs vt enchenium vertatur in vtilitatez accipiẽtis: aptanda est etiã pars fortune ⁊ ei⁹ dñs vt amplificet̃ illa vtilitas Similiter est aptandus iupiter qui significat substantiam naturalr̃ per phas acquisitam vt conseruet̃ vtilitas ampliata ⁊ transeat in substantiam eius qui recipit encheniuz ⁊ fiat habitudinaliter. ¶ Cũ aũt dederit aliquis encheniũ iam acquisitum vel miserit alicui aptandi sunt quintum ⁊ eius dñs ⁊ iupiter ⁊ sit mars in vtroq̃ casu cadens ab ascendente ⁊ eius dño: a luna quoq̃ ⁊ a planeta in cuius domo ipsa fuerit: similiter a scđa ⁊ eius dño: a parte quoq̃ fortune: a parte substantie: a quinto ⁊ eorum dñis. Et si potest fieri sint scđa ⁊ quinta domus signa cõmunia quibus meliora sunt sagittarius ⁊ pisces: ⁊ virgo ẽ infra hoc: ⁊ gemini ẽ infra virginem. Est etiam cauendũ ne saturnus aspiciat lunam vel ascendens vel eius dñm vel partez fortune vel substantie sine receptione: sitq̃ dñs ascendentis eleuatus super dñm septimi. Qđ si hec oĩa facere non poteris apta lunam ⁊ dñm scđe domus ⁊ iouez in receptione encheniorũ: in datione vero lunã ⁊ dñm q̃nte dom⁹ ⁊ iouẽ vel partẽ fortune

¶ De sexta domo.

¶ Capitulum primum de medicandis egrotis.

Cum volueris eligere horam alicui volenti mederi alicui egroto: aspice si fuerit egritudo vniuersalis in toto corpore: vel fuerit particularis in aliquo scz membro speciali vt in oculo vel in aure vel aliquo alio membro officiali vt brachio manu ⁊ similibus Si eni fuerit egritudo in toto corpe sit ascendens aliquod ex signis humanis quibus omnibus magis laudat̃ libra ascendẽs enim significat totum corpus nisi specificetur membrum. Si vero

fuerit egritudo in certo membro ex .12. partibus homis superius nominatis que sunt caput collũ brachia humer⁹ pectus dorsum venter verenda anche coxe genua crura ⁊ pedes. ¶ Dixit arthephius sit ascendens signũ illud cui deputatũ est membrũ egrotantis: sit etiam dñs pmi liber ab impedimentis ⁊ planeta significans illud membrũ sit saluus ⁊ liber: etiam est aptanda luna ¶ Et dixit haly cauendũ est ne luna sit in oppõne tunc dñi sexte vel octaue: etiã si fuerit ille fortuna: in trino aũt vel sextili si fuerit fortuna non timendũ Si autẽ fuerit malus dñs sexte vel octaue non sit luna in aliquo aspectu cum illo. Si vero non poteris vitare quin ipsa sit in aspectu alic⁹ eorũ sit in trino vel sextili ⁊ nõ ab aliquo alio: nec a ꝯiunctione corporali nec sit luna descñs. ¶ Et dixit messala ꝙ sit luna in signo illi membro deputato qd egrotat cum medeat aliquis illi. Hoc intelligas per modum farmacie vel per vnctionem vel emplastrationem: sed non per modum cyrurgicum ita ꝙ membrũ tangat ferro vel igne vel simili; iuxta illud ptholomei in centiloquio tangere membrum ferro luna existente in signo illi membro deputato periculosum.

¶ Capitulum secundũ in accipiendo medicinã occasione alic⁹ egritudinis.

Cum volueris eligere alicui egrotanti horã ad accipiendũ aliquã medicinam propter egritudinez expellendã vt sunt emigranea dolor dentiũ spasmus dolor ventris ⁊ silia que fiunt per vnctões vel per emplastra vel per appositionez cuffarũ vel spongie atq; silium. ¶ Dixit zael sit ascñs libra vel scorpio ⁊ luna in eo iuncta fortunis: ⁊ nõ ponat aliqs malorꝫ in angulo lune ꝙ si nõ poterit ꝓhiberi ab aspectib⁹ malorꝫ sit hoc ex trino vel sextili aspectu eorum: ⁊ non sit obsessa nec impedita ex radijs duorum malorũ: nec sit combusta vel vadens ad combustionem sed libera sit ⁊ non impedita: quoniam si non fuerit libera inducit medicina dolorem ⁊ impedimentum egrotanti.

¶ Capitulum tercium de vniuersali cura capiti adhibenda.

Si quidem volueris eligere horam ad aliquod medicamẽ vniuersaliter capiti adhibendũ vel alicui humori a capite descendẽti vt sunt vomit⁹ ⁊ gargarismata ⁊ silia sit ascendẽs aries ⁊ luna in eo vel in tauro: sitq; iuncta cuiuis ex fortunis minuta lumĩe. ¶ Et dixit zael caue a quarto aspectu solis vel ab eius oppositione in ariete proprie propter calorem solis.

¶ Capitulum quartum cum volueris adhibere curam naribus.

Cum volueris eligere horam alicui volenti mederi narib⁹ cum aliquib⁹ vnctionibus siue alijs vt sunt sternutationes vel suffumigatiões ⁊ silia pone ascñs cancrũ leonez aut virginẽ: sitq; luna in ascñte iuncta cũ aliqua ex fortunis. Et caue a coniunctione alicuius infortune cũ ea ⁊ ne ipsa iungatur alicui planete impedito per retrogradationem vel combustionez vel casum vel per aliquem alium modum.

¶ Capitulum quintum cum voluerit aliquis mederi oculis.

Cum volueris eligere horaz alicui volenti mederi ocul' vt si fuerit in eis macula siue vesica vel ꝑiecta vel vngula vel obtalmia vel aliqd qd sit remouendũ per modũ cyrurgicũ vel per aliũm quẽcunq; modũ instrument' vel medicinis sit hoc cũ luna fuerit aucta lumine atq; numero iuncta fortũe. ¶ Et dixit zael caue a coniunctione ipsi⁹ cũ marte cum fuerit aucta lumine ⁊

numero: sitqꝫ iupiter super terraꝫ in ascñte seꝫ aut vndecio aut nono: ⁊ si non poteris eum ponere in his locis sit aspiciens ascñs a trino vel sextili aspectu vel saltē a q̄rto dūmodo non sit ipse impeditus. Et caue ne ipsa vel ascñs sit in signis terreis. Et si poteris vitare coniunctionē lune cū marte differas op⁹ tuū donec ipsa separet̃ ab eo ⁊ dimittas eū in oī curatione oculi: verūtamen in fine mensis min⁹ nocet. ¶ Dixit tñ zael sapientes conuenisse sup impedimentis martis in capite: ⁊ dixerunt omne qd̄ curat̃ ferro vel igne non ponat̃ luna in signo signāte illud membrum qd̄ curat̃: nec etiam in signo mobili vel cōmuni. Et dixerunt cū ipsa fuerit male disposita cum marte vel cū saturno ꝙ si abscidatur vel perforetur aliqua pars corporis putrefit. Dixerunt etiaꝫ in omnibus his cauendum esse in coniunctione lune atqꝫ in eius preuentiōe donec ipsa transeat solem per duodecim gradus ad minus.

¶ Capitulum sextum de speciali cura cuiuslibet alterius officialis membri.

Cum volueris eligere horā alicui volenti mederi alicui alteri p̄ti corpis Et si fuerit egritudo in collo sit ascendens taur⁹ ⁊ luna in eo: si fuerit in humeris vel brachijs seu manib⁹ sit ascendens gemī ⁊ luna in eis: si fuerit in pectore sit ascendēs cancer ⁊ luna in eo: si fuerit in dorso siue in spina dorsi sit ascendens leo ⁊ luna in eo: si fuerit in ventre vel in vmbilico vel in partibus adiacentib⁹ ei sit ascñs virgo ⁊ luna in ea: si fuerit in verendis sit ascñs libra ⁊ luna in ea: si fuerit in ancha sit ascñs scorpio ⁊ luna in eo: si fuerit in coxa sit ascñs sagittarius ⁊ luna in eo: si fuerit in genub⁹ sit ascñs capricorn⁹ ⁊ luna in eo: si fuerit in crurib⁹ sit ascñs aquarius ⁊ luna in eo: ⁊ si fuerit in pedibus sit ascendens pisces ⁊ luna in eo. Et semp intelligas dñm ascñtis esse saluum et liberum ab impedimentis si per aliquē modū fieri potest: ⁊ si fieri non potest pone semp iouē in sexto: nec erit hoc min⁹ ꝙ̄ si aptaueris p̄dicta. ¶ Et dixit messala aspice in oī curatōe ad locū infirmitatis corporis q̄ si fuerit in capite vel gutture ac humeris vel brachijs seu manibus cura eam cū luna fuerit in ariete vel tauro seu gemīs que est pars superior. Et si fuerit ī pectore vel dorso vel ventre seu vmbilico cura eaꝫ cū luna fuerit in cancro vel leone seu virgīe que est pars in medio. Et si fuerit in anchis seu verendis vel coxis cura eā cū luna fuerit in libra vel scorpione seu sagittario q̄ est pars decliuis. Et si fuerit in genub⁹ vel crurib⁹ seu pedib⁹ cura eam cum luna fuerit in capricorno vel aq̄rio seu piscib⁹ q̄ est pars inferior. Et in quolibet istoꝝ casuū sit luna aucta lumine ⁊ numero si fieri pōt iuncta fortunis: ꝙ si fieri non pōt ad minus apta iouem sicut dixi tibi. Et dixit ꝙ oīs dolor ⁊ oīs egritudo que fuerit a capite vsqꝫ ad pectinē debeat curari cū luna fuerit ab angulo terre vsqꝫ ad medium celi propter hanc partē circuli ascñtem q̄ vocat̃ pars alta circuli. Et si fuerit a pectine vsqꝫ ad inferiorē partē pedū debeat curari cū luna fuerit ab angulo medij celi vsqꝫ ad angulū terre que est pars demersa seu infima circuli. Et sit aliqua fortuna in ascñte. Ista enī signt̄ ꝙ medicina proficiat similr̄ ⁊ ꝙ eger sanabit̃. Et scias ꝙ loca celeritati apta sūt a prima vsqꝫ ad decimā ⁊ a septia vsqꝫ ad quartā: reliq̄ vero loca faciunt ad tarditatē: hoc tñ semp in memoria habeto ne tangas membrū ferro vel igne luna existenti in signo illi membro deputato: sed in alijs medicinis ⁊ alijs curationibus vt farmacijs vnguent̄ cataplasmatibus ⁊ similibus cura secure.

¶ Capitulum septimum in medicaminibus que fiunt per cyrurgiam.

Cum volueris eligere horam alicui volenti mederi per modũ cyrurgicũ sit luna lumine aucta ꝛ numero: sit etiam fortunata a ioue aut a venere ¶ Et dixit alchaiat cauendum esse ab omni impedimento martis: dixit enĩ ꝙ luna magis impeditur a marte cum fuerit in augmento sui luminis: ꝛ minꝰ cum fuerit in diminutõe: cumq; fuerit in diminutõe magis impeditur a satᷣno ꝛ minus cum fuerit in augmento. Et dixit ꝙ sit luna in signo fixo nec aspiciat signum significans membrum cui medetur ferro aliquo aspectu: nec sit dñs ascendentis in illo: nec illud signum sit ascendens: nec sit dñs ascendent℞: nec luna cadens: bonũ est etiam vt sit dñs ascendentis in ascendẽte vel in medio celi: ꝛ eodem modo sit in medicatione oculoꝝ propter apostema vel maculã vel albedinem: ꝛ apta signũ ꝛ planetam significantez illud membrũ. Et ego cõmendo hanc sentenciã si posset seruari: sed si seruari ex toto non põt seruetᷣ pro ea parte qua potest seruari: ꝛ maxime vt aptetur luna ꝛ dominus ascendentis vel saltim luna ita ꝙ non sit in signo illi membro deputato: nec in coniunctione vel in aspectu alicuius maloꝛum.

¶ Capitulum octauum in eligendo horam volenti celebrare fleubothomiã.

Cum volueris eligere horam alicui volenti celebrare fleubothomiã ad hoc vtilẽ apta ascendens ꝛ eius dñm nec sit ascendens gemini nec luna in eis. Et caue ne mars vel saturnus sit in ascendente: nec sit luna in oppõne alicuius eorum: sit tamẽ iuncta marti a trino vel sextili aspectu in opere isto dũmodo non sit aspectus eius ad eum de tauro ita ꝙ non sit in aliquo ipsoꝝ nec sit mars ascendens in septentrionem vel in circulo sue augis. ¶ Et dixit haly sitq; dñs domus lune aspiciens illũ aspectu laudabili. Et dixit quendã dixisse esse cauendũ in hoc opere a tauro ꝛ a leone: ꝛ testatũ fore signa duoꝝ eorum non esse timenda ꝛ maxime si fortuna fuerit in illis: tamen ego inueni esse prohibitũ corporalẽ coniunctionez lune cum ioue in minutione sanguis per fleubothomiã: ꝛ inuenio ceteros alios sapientes qui loquuntᷣ de fleubothomia brachij. Et dixerũt quidã si necesse fuerit minui modicũ de sanguie sit luna in libra vel in scorpione. Ego autem cõmendo primam medietatem libre: ꝛ si mars aspexerit lunã aspectu laudabili cõmendo vltimã medietatẽ scorpionis. Et odiebant sapientes signa mobilia ꝛ prohibebant coniunctõz lune cum mercurio vel cum saturno: ꝛ odiebant virginem ꝛ capricornũ atq; pisces: ꝛ ꝑponebant lunam in defectu sui luminis. Et dicebant idem sapientes ꝙ scda domus a domo lune nõ esset infortunata: oĩa hec dicebãt esse vitãda nisi aspectus fortunarum adesset. Mihi autez videtur ꝙ totus aries ꝛ prima medietas libre vt dixi sunt laudãda licet sint mobilia. ¶ Et dixit albumasar mars in fortuna est in opere nisi in his que ꝑtinent ad sanguinez ꝛ apertionẽ venarum ꝛ minutionem sanguinis per ventosas aut in medicandis egrotis. hoc verũ est cum luna fuerit in defectu sui lumĩs iuncta illi aspectu amicicie. ¶ Et dixit alchindi necesse est vt sit luna in signis aereis vel igneis ꝛ dñi eoꝝ ¶ Nec tangendum est aliquod membrum dum luna dñs ascendent℞ fuerint in signo cuius est illud membrũ. Laudauerᷣt etiam vt sit dñs medij celi fortuna aspiciens lunam vel dñm ascendentis ꝛ dñs ascendent℞ ꝛ luna sint in quarta

domo et aerea meliora sũt post pŭetionẽ. Et dixerũt minutio quoq; in inicio mensis magis laudãda est qđ dico hebere locũ in illis qui fleubothomia indigent a.45. anno in antea. Cauendũ est etiã a cõiũctione dñi octaue dom⁹ cũ luna. Et est cauẽdũ ne luna sit sub radijs solis vel in gradib⁹ cõbustis.

¶ Capl'm.9. in dandis medicinis purgantib⁹ per secessum.

que petitur vel que pertineat ad nuptias sit septimum ⁊ eius dominus sicut
dictum est de secundo ⁊ eius domino.

¶ De duodecima domo. ¶ Capitulum primum de cursibus equorum
seu aliorum animalium tam rationalium ꝙ aliorum ad brauium currentiū.

Cum voluerit aliquis equum vel aliud animal facere currere ad brauiū
vel ad aliam rem causa acquirendi vel vincendi eam ⁊ volueris eligere
ei horam ad hoc aptam: apta illi ascendens ⁊ eius dñm lunaꝫ quoqꝫ ac dñm
domus in qua ipsa fuerit ⁊ similiter illum cui iungitur si potes: silr ⁊ partem
fortune ⁊ eius dñm: ⁊ ꝙ dñs primi ⁊ luna aspiciant eam vel vnus eorum. Et
postꝙ aptaueris hec pone dñm hore in ascendente qñ ille pedem extraxerit
ab ostio domus sue: Uidebis etiaꝫ quot sunt animalia que currunt a secūdo
vsqꝫ ad duodecimū vt possis videre qualiter disponet illud animal pro quo
eligis: nam si posueris dñm hore in primo vt dixi veniet primum: si in decio
secundū: si in vndecimo tercium: si in septimo quartum: si in quinto quintum
si in nono sextum: si in tercio septimū: si in scdo octauum: si in octauo nonū:
si in sexto decimū: si in duodecimo vel quarto veniet vltimū vel eqpollens
vltimo. Si autem fuerint plura aialia duodeci venient alia mixtim seruatꝭ
primis significatis. Et si hec oia non poteris aptare apta dñm hore ⁊ ascen-
dentis atqꝫ lunam. Et si hoc non potes semper sit tibi cure aptare dñm hore
ponendo ipsum in primo ⁊ aptare lunam silr. ¶ Et dixit alchindi ꝙ aptatio
lune sit ipsam ponere in sagittario vel in prima medietate libre. Et est cauen
dum ne dominus ascendentis vel dominus hore aut luna sit in casu suo: qm̄
timetur ne cadat equus vel qui cum eo currit.

¶ Capitulum secunduꝫ in emptione maiorum animalium tam equorum ꝙ
aliorum de ipsis equitandis vel domandis.

Cum volueris alicui eligere horam ad emendum animal seu equitandū
vel domandū apta ascendēs ⁊ eius dñm ⁊ lunam: poneqꝫ ipsam iunctā
alicui fortune directe que sit orientalis ascendēs in circulo sue augis si facere
potes vel saltim sit directa: ⁊ caue ne illa fortuna vel luna sit iuncta infortu-
ne per corpus vel per aspectum: quia immittit timores animali vt si fuerit
emptio minatꝭ damnum ⁊ ꝙ non habebit ex eo bonum forum. Si fuerit eq-
tatio vel domatio non sequetur inde quis quod intendit ⁊ ꝙ vitabitur aial:
⁊ eo magꝭ si malus impediens fuerit in duodecio. Uide tamen si fuerit equꝰ
iam equitatus vel aliud animal iam domatū: pone illi ascendens emptionis
signum cōmune sitqꝫ luna in tauro vel leone: fac quoqꝫ ipsam iungi planete
directo qui sit septentrionalis ascendens vel salti meridianus dūmodo ascē
dens hoc enim significat ꝙ animal augmentabitur in ꝑcio ⁊ corpore. Si enī
fuerit retrogradus sigt ꝙ aial augebitur in ꝑcio sed non tm̄ ⁊ diminuetur in
corpore. Et si fuerit directꝰ descēns siue septentrionalis fuerit siue meridianꝰ
sigt ꝙ augebitur in corpore sed diminuetꝭ in precio. Silr si fuerit meridianus
descendens significat ꝙ minuetꝭ in precio ⁊ corpore: ⁊ eo magis si fuerit meri
dianus ¶ Si quideꝫ fuerit aial indomitū pone illi ascendens signū cōmune
sitqꝫ luna in signo mobili iuncta alicui ex fortunis cōsideratis conditionibꝰ
supradictis ꝺm ascensum ⁊ descensū siue directōꝫ ⁊ retrogdatiōꝫ vt dictū est

¶ Est tamen considerãduz si aliquis voluerit emere aliquod animal equum scz aut bouem seu asinum vel camelũ causa lucrandi seu meliorandi luna existente in capite cancri vsqꝫ in finez sagitarij non lucrabitur ex eo de leui emet enim care vendetqꝫ viliter. Si autez emerit ipsa existente a capite capricorni vsqꝫ in finem gemino℞ contrarium eueniet: emet enim viliter vendetqꝫ care ⁊ ne dum accidet hoc ex animalibus predictis verũ etiam ex qualibet re quã tunc aliquis emerit: hoc tamen non pretermisso ꝙ fortune semper prestent ⁊ augebunt bonum: minuentqꝫ malum. Infortune vero econtrario augebunt malum ⁊ minuent bonum vnũquodqꝫ ꝯm suam naturam ⁊ ꝯm ꝙ sua interest iuuare vel nocere: augere vel diminuere.

¶ Incipit tractat⁹ de reuolutionib⁹ annoꝝ mūdi. Et primo ponit̃ ꝓhemiū



Quoniā post tractatū electionū nihil conuenienti⁹ q̄ subseqnenter tractare de reuolutionib⁹ annoꝝ mūdi videat̃: de ipsis est merito differendū atq₃ tractatum edere spālem. Sed quid sit reuolutio primo breuiter est videndū. Est aūt reuolutio anni circularis cursus solis ab vno minuto cuiuslibet gd⁹ alicui⁹ signi vsq₃ ad ei⁹ reditū ad idem punctuz: licet possit aliter forte diffiniri ꝑut quibusdā visum est. Et illud cōsiderat̃ ꝯm duos modos. s. ꝯm reuolutionē annoꝝ natiuitatū siue aliarū inceptionū. ¶ Reuolutio enī anni mūdi est ab introitu solis in primū minutū arietis vsq₃ duz ipse reuoluat̃ ⁊ circularit̃ ꝑtrāseat totū zodiacū ⁊ reuertat̃ ad idē punctū. Reuolutio aūt anni natiuitatis siue alioꝝ principioꝝ vel alteri⁹ inceptionis est a minuto ī quo erat sol in ntitate alicui⁹ nati vsq₃ dū ipse reuoluat̃ ⁊ circulariter trāseat totuz zodiacū ⁊ reuertat̃ ad idez punctū: ⁊ ita de oīb⁹ alijs reuolutionib⁹ est dicendū. Reuolutio siquidē est int̃ ceteras res vtilis valde: ipsiusq₃ sigta ceteris altiora sicut ⁊ ad ipsi⁹ certitudinē inueniēdā fortis atq₃ implicita. Per reuolutionem enī annoꝝ mūdi scit̃ quid in anno illo sit futurū de bono aut malo vtrū s. ann⁹ sit futurus trāquillus an importun⁹: ⁊ vtrū sint guerre future an nō in anno quē reuoluis. Similit̃ de pace dicendū. Et qualis sit stat⁹ regū vł principū diuitū seu magnatū futur⁹. Silr̃ ⁊ populoꝝ atq₃ viliū religiosoꝝ etiam vniuscuiusq₃ in suo esse vniuscuiusq₃ generis vniuersaliter ꝯm hominū ritus Scit̃ silr̃ quid de terrenascentib⁹ sit futurū vtrū ex eis habūdantia vel penuria expectet̃ quodq₃ ex eis sit earum futurū aut vile seu mediocri ꝑcio habiturū ꝑut in capitulo de partib⁹ suo loco dicet̃. Per reuolutionē enim natiuitatū sciunt̃ accidentia cuiuslibet nati in āno suo. Unde cū volueris reuolutionū annoꝝ significata scire tam mūdi q̄ ntitatū seruabis hūc ordinē ꝯm q̄ tibi trado: nec est tibi negligend⁹ hic liber sed est tibi necesse ipm̄ scire atq₃ in mēte tua eum habere ꝑceteris alijs libris cū ad eum bene sciendū atq₃ intelligendū grandis sit industria vt distinguendo tpa cōcordes scripturas: ne forte credas in eo cōtraria esse qm̄ nō sunt si bene cōsideraueris que tibi cōsiderāda occurrēt. Quia licet inuenias aliqñ dictū cū tale quid fuerit sigt talē euentū aut sigt multitudinē talis rei: ⁊ ī illo eodē capitulo inuenias sigt paucitatē eiusdē rei nō accipias illud ꝑ cōtrario sed distingue vt cōcordes: quia vna intentio erit generalis: altera erit particularis: ⁊ spāle derogat generali. Accidit tñ aliqñ q̄ loquit̃ derogās ꝯm latitudinē: ꝯm orietalitatē aut ꝯm occidentalitatē: aut ꝯm directionē vel ꝯm retrogradationē ⁊ silia. Ista enī accidentia variāt significata nec ob hoc cōtrariant̃ inuicē capitula. ¶ Duz scire volueris reuolutionē anni mūdi qua hora sol ingredit̃ primuz minutū signi arietis. s. a primo secūdo eiusdē minuti vsq₃ in. 4. ad plus vsq₃ ad. 5. secūduz ipsi⁹. Et cū hoc inueneris inquisitiōe certissima equabis planetas ⁊ domos ad illā horā atq₃ ad minutū eiusdem hore. Inuenies q₃ ascendēs q̄ certi⁹ po

teris: ꝛ cõstrues .12. domos ꝑ gradus suos ꝛ minuta ad minutũ illi⁹ hore ꝓut meli⁹ ꝛ certi⁹ quiueris. Equabis sĩlr oẽs planetas ad idẽ minutũ ipsi⁹ hore: ꝛ inuenies certissime loca ipsoꝝ ꝑ grad⁹ ꝛ minuta sĩlr atq; secũda vniuscuiusq; ipsoꝝ ne incidas in aliquẽ errorẽ. Et ꝯsiderabis esse ipoꝝ qualit̃. s. sint dispositi ꝛ in qnib⁹ domib⁹ ꝛ in quib⁹ signis sint. Et qui eoꝝ sint directi ꝛ qui retrogradi: ꝛ qui stationarij: ꝛ qui veloces cursu ꝛ qui tardi: ꝛ vtrũ aliqui eoꝝ sint septẽtrionales vel aliqui meridionales inter se vel a via solis. Nã cũ planeta fuerit septẽtrionalis ab altero dicit̃ ire sup eũ siue fuerit de supiorib⁹ siue de inferiorib⁹: ille qui fuerit septẽtrionalis ab altero dicit̃ ire sup eũ. Similiter ꝛ si fuerint meridiani ille qui fuerit min⁹ meridionalis dicit̃ ire super illũ qui fuerit magis meridionalis. Et qualiter vn⁹ eoꝝ aspiciat aliũ vel qualiter aspiciat̃ ab eo: ꝛ qualiter ꝓiciat vn⁹ radios suos sup corpus vel radios alterius: ꝛ qualit̃ aspiciãt angulos: qm̃ boni aspectus sigñt bonũ: mali aũt econtrario. Et cũ hoc feceris videbis similit̃ qd̃ signũ sit ascendẽs: qm̃ tunc poteris accipere dñm anni atq; sigñtionẽ vniuersitatis vulgi a dño signi ascendentis nisi aliud impediat qd̃ priuet dñm ascendẽtis dominio anni. Nec tamen credas semꝑ dñm ascendẽtis reuolutionis fore dñm anni absolute sicut aliq̃ vident̃ velle dicere vt leui⁹ se expedirent sed accipies eũ prout inferius tibi dicam.

Capitlm primũ qualiter inueniat̃ dñs anni.

POstq̃ certificatus fueris ad vnguem de tp̃e introitus solis in arietẽ ꝓut dictũ est: ꝛ de ascendente ipsi⁹ introitus ꝛ de oĩbus alijs domib⁹ ꝛ de locis planetarũ: vide quis planeta sit dñs ascẽdẽtis: ꝛ qualiter ipse sit dispositus ꝛ vbi fuerit. Nam si fuerit directus ꝛ liber a cõbustione fueritq; in ascendẽte tribus gradib⁹ ante lineã vel quatuor post nõ queras alium qm̃ ipse erit dñs anni seu reuolutionis: ꝛ significator esse vulgi ꝛ nichil aliud poterit euz priuare dominio illo. Si vero fuerit retrograd⁹ vel cõbustus iam nõ poterit esse dñs anni seu reuolutionis: qm̃ planeta retrogradus vel cõbustus nõ põt esse dñs anni: annichilat̃ eniz virtus eius nisi ex maxima causa que rarissime põt euenire. Quere tunc dñiuz ab exaltatione. Nã si fuerit signũ ascẽdẽs exaltatio alicui⁹ planete quere dñatorem ab illo: qm̃ si fuerit in gradu ascendẽtis vel trib⁹ gradib⁹ ante vel .4. retro ipse erit dñs anni vel reuolutionis: ꝛ significator eẽ vulgi si fuerit liber ab impedimẽtis supradictis Si vero fuerit impeditus vt dixi de dño ascendentis non erit dñs anni siue reuolutionis. Si quidez nõ fuerit exaltatio alicui⁹ planete vel si fuerit ꝛ nõ poterit dñs exaltationis esse dñs anni: quere tũc dñatorẽ a sole si fuerit reuolutio in die vel a luna si fuerit in nocte: qm̃ luminare cui⁹ fuerit auctoritas si habuerit aliquã dignitatẽ in ascendente erit dñs anni vel reuolutionis. Qd̃ si iterum luminare cuius fuerit auctoritas non poterit esse dñs anni quere tunc significatorẽ a dño termini: qui si fuerit in ascendente tribus gradibus ante lineam vel .4. retro ꝛ fuerit liber ipse erit dñs anni. Et si non poterit iterũ dñs termini esse dñs anni quere tunc dñatorem a dño triplicitatis predicto modo quem dixi tibi de alijs. Et si nõ fuerit aliquid de his que dixi tibi de dño domus vel

exaltationis ascendentis vel termini vel triplicitatis vel luminaris cui⁹ fuerit auctoritas. s. solis in die ꝛ lune in nocte: quere tunc dñatorē anni vel reuolutionis a dño decimi: ꝛ vide si dñs decime domus fuerit in decimo vel tribus gradibus ante vel quatuor retro nec fuerit retrogradus vel combustus ipse erit dñs anni seu reuolutionis ꝛ significator esse vulgi ꝛ rusticorum. Si aūt dñs decime domus fuerit retrogradus vel combustus vel alias impeditus ita ꝙ non possit esse significator quere tunc dñatorez a dño exaltationis decime domus si fuerit exaltatio alicuius planete: qui si fuerit in decimo liber ab impedimentis predictis ꝛ fuerit tribus gradibus tantuꝫ ante lineam decime domus vel quatuor tantū retro ipse erit dñs anni ꝛ significator esse vulgi. Si aūt non fuerit exaltatio alicuius planete vel si fuerit ꝛ dñs exaltationis non poterit esse dñs anni quere tunc a luminari cuius fuerit auctoritas: quoniam si fuerit ibi ꝛ habuerit ibi aliquam dignitatem ipsum erit dñs anni. Si iterum luminare cuius fuerit auctoritas non poterit esse dñs anni quere tunc dominatorē a dño termini gradus decime domus: qui si fuerit in gradu decime domus vel tribus gradibus ante vel quatuor retro ꝛ fuerit liber ab impedimentis ipse erit dñs anni ꝛ significator esse vulgi. Qō si iteruꝫ dñs termini nō poterit esse dñs anni quere tunc dñatorez a dño triplicitatis decime dom⁹ qui si fuerit in linea decime dom⁹ vel tribus gradibus ante vel quatuor post ipse erit dñs anni ꝛ significator esse vulgi seu rusticoꝝ. ¶ Si aūt nō poteris habere significatorē ab ascendente vel a decimo quere ipsum per illum eundē modū quē dixi tibi de primo ꝛ decimo a septimo. Et si non poteris hunc habere a septimo quere ipsum per illum eundē modum a quarto. Et si iterum non poteris illū habere a quarto quere ipsum per illum eundeꝫ modum ab. 11. Et si iterum non poteris eum habere ab. 11. quere ipsum per illum eundem modū a. 9. Et si iterum non poteris eū habere a. 9. quere ipm per illum eundē modum a. 5. Et si iterum non poteris eum habere a. 5. nouissime quere ipsum a tercio incipiendo semper a dño domus: deinde a dño exaltationis: postmodū a luminari cuius fuerit auctoritas: deinde a dño termini: vltimo a dño triplicitatis. Et visum est cuidā ex antiquiorib⁹ ꝙ possis hoc idē facere per dñm faciei. Et qualēcūqꝫ planetā inueneris in aliquo predictorum locorum post casum predictorum significatorū a dominio anni si habuerit ibi aliquam dignitatē: ꝛ si habuerit ibi faciem tm̄: ꝛ fuerit liber ab impedimentis vt dictum est de alijs ipse erit dñs anni seu reuolutionis. Et si fuerint plures planete in aliquo predictorum locorum ille qui fuerit autēcior seu almutez per multitudinem fortitudinum in loco illo erit domin⁹ anni seu reuolutionis. Et si fuerint equales in fortitudine ille qui fuerit magis prope lineā preferet̃. Et si fuerint orientales ille qui fuerit ꝓpior soli excedet aliū. Et si ambo fuerint eque distantes lune vel soli erit tūc ꝑferēdus ille qui citius mutabit̃ a gradu in quo ē Et si aliquis ex planetis predictis aspexerit aliquā ex domib⁹ noīat(a trino vel sextili aspectu duob⁹ ğdib⁹ añ vł trib⁹ p⁹ ꝛ habuerit ibi aliquā dignitatē ipe erit dñs āni postqꝫ alia ꝑdicta nō inuenerit. Et si fuerit ascēdēs dom⁹ vel exaltatio alicu⁹ luminaris ꝛ ipm aspexerit ascē

dēs a trino vel sextili aspectu duobꝰ .s. gradibꝰ ante vel .3. post vel fuerit ī se-
cūdo ab ascēdēte ipm̄ erit dn̄s anni. Si aūt nō fuerit hoc aspice dn̄m ascēdē
tis ⁊ dn̄m exaltatiōis eiꝰ: ⁊ vide si luminare cuiꝰ est auctoritas fuerit ī domo
alicuiꝰ eoꝝ ⁊ aspexerit eū a trino vel sextili aspectu nec fuerit cadēs ab ascēdē
te ⁊ fuerit in loco forti qm̄ ipse erit dn̄s anni. Et quidā p̄ferūt luminare cuiꝰ
est auctoritas planete almutez. Ego aūt nō video cām quare illud sit p̄ponē
do semꝑ ascendēs .10. ⁊ ceteris alijs domibꝰ .10. 7°. 7. 4°. 4. 11°. 11. 9°. 9. 5°. 5.
3°. vt dictū est. Et si nō fuerit aliqd ex luminaribꝰ in aliquo p̄dictoꝝ locoꝝ vi
de si planeta in cuiꝰ domo fuerit luminare cuiꝰ est auctoritas sit ī aliquo illoꝝ
locoꝝ: qm̄ ille erit dn̄s anni seu reuolutiōis siue habeat ibi dignitatē siue nō
Qd si hoc iterū nō fuerit aspice dn̄m hore illiꝰ reuolutionis qui si fuerit ī ali
quo ex p̄dictis locis ip̄e erit dn̄s anni seu reuolutionis: ⁊ sig̃tor esse vulgi seu
rusticoꝝ. Et semꝑ intelligas de quolibet sig̃tore si fuerit ī linea domꝰ in qua
fuerit vel tribꝰ gradibꝰ ante vl̄. 4. retro p̄ferēdo sp̄ dn̄m domꝰ dn̄o exaltatōis
⁊ dn̄m exaltatōnis dn̄o termini dn̄m termī dn̄o triplicitatis. Dn̄s enī domꝰ
habet .5. fortitudines. dn̄s exaltationis habet .4. fortitudines. dn̄s termini
habet .5. fortitudines: dn̄s triplicitatis habet .3. fortitudines. Et licet dn̄s
termini habet hic tot fortitudines quot dn̄s domꝰ ⁊ plures q̄ȝ dn̄s exaltatio
nis tn̄ illi ꝓpter excellentiā p̄ferunt. Qd si iterū hoc nō fuerit scito loca dn̄o
rū signoꝝ in quibꝰ fuerint luminaria: ⁊ locū dn̄i signi in quo fuerit luminare
cuiꝰ est auctoritas ⁊ mitte ipm in numero cū alijs sig̃toribꝰ: qm̄ si ceciderint
oēs sig̃tores a dn̄o reuolutionis ille ex istis qui fuerit antecior p̄multitudine
fortitudinū geret vicē dn̄i anni saltē donec dn̄s ascendētis vel .10. dirigat̄ si
fuerit retrogradꝰ vel euadet si fuerit cōbustus. Qd si iterū aliquid hoꝝ nō
fuerit reuertet̄ tūc dispositio ad luminare cuiꝰ fuerit auctoritas. Et si fuerit
reuolutio in nocte fueritq̄ȝ luna sub radijs solis sol tūc geret vicem eiꝰ. ¶ Al
bumasar dixit cui satis videt̄ mihi cōueniens assentire q̄ significata dn̄i ter
mini ⁊ dn̄i triplicitatis ⁊ dn̄i hore sunt cōsiderāda in .2. locis tm̄ .s. in prima
⁊ in .10. domo. Et crederēt forte aliqui q̄ ip̄e esset cōtrariꝰ sibiip̄i. Dicit enīȝ
alibi q̄ eoꝝ sig̃ta cōsiderant̄ in oībꝰ locis p̄dictis sed nō est ita. Ubi ip̄e dicit
q̄ sunt cōsideranda in primo ⁊ .10. intellexit p̄ naturā suaȝ. Ubi enī ip̄e dicit
q̄ in oībꝰ alijs locis intellexit p̄ accidēs. ⁊ sunt .5. testimonia boni vel mali ⁊
sic vtrūq̄ȝ imitandū est. Preterea si dn̄s termini vel triplicitat̄ vel hore fue
rit in ascendēte vel in .10. ⁊ dn̄s ascendētis vel .10. fuerit in gradu exaltatio-
nis sue vel in vno gradu ante vel vno retro nec poterit esse significator ⁊ ali
quis illoꝝ habuerit dominiū anni acquiret sibi de significato dn̄i primi .s. do
minꝰ triplicitatis terciā partē: dn̄s vero termini habebit quintā: dn̄s quoq̄ȝ
hore septimā s̄m q̄ ipsi fuerint fortes. In alijs vero locis non accidet hoc
eis immo diminuunt fortitudinē suam in eis. Et quāuis nominauerim tibi
loca ⁊ domos a quibus potest sciri dn̄s anni seu reuolutionis volo te scire q̄
ipsa non sunt equalis fortitudinis. Nam ascendens ⁊ .10. excedunt alias do
mos in fortitudine: septima est infra decimā: quarta est infra septimā: vndeci
ma infra quartā: nona infra vndecimā: quinta infra nonā: tercia infra quintā
Unde m̄r domuȝ a qua fuerit acceptus dn̄s anni s̄m illam erunt significata

fortiora vel debiliora in anno illo seu medietate vel quarta illa in regionib⁹ super quib⁹ fuerit reuolutio illa. Quare oportebit te considerare ꝼm partē climatis in quo fueris vel cui⁹ fuerit reuolutio. Potest enim esse reuolutio que nō est ānus sicut qñ reuoluit̄ ann⁹ ꝼm medietates vel ꝼm q̄rtas. ¶ Restat ergo ꝙ testimonia ꝑ que sciunt̄ significata in his locis sunt .4. quoꝝ primū est dñs dom⁹. secūdū dñs exaltationis. terciū est luminare cui⁹ est auctoritas. quartū est planeta almutez in loco a quo accipit̄ reuolutio. ꝑ naturam ⁊ locū circuli in hora illa qua reuoluit̄ annus. Postq̄ȝ nō poteris opari per dñm ascendētis vel ꝑ dñm exaltatiōis ei⁹ vel per luminare cui⁹ fuerit auctoritas: vide si aliquod ex eis fuerit in aliquo angulo ꝑ post casū predictorum fueritq̄ȝ in gradib⁹ cuspidis vel .2. gradib⁹ ante vel trib⁹ post nec fuerit impeditus ipse erit dñs anni. Et si planeta almutez fuerit impedit⁹ ita ꝙ nō possit esse significator tūc accipe ꝓ significatore planetā in cui⁹ domo fuerit lumiare cui⁹ est auctoritas si fuerit aptus recipe significationē. Et si nō fuerit apt⁹ recipere significationē seu dominiū anni tunc reuertit̄ dispositio atq̄ȝ dominiū anni ad luminare cui⁹ est auctoritas post casum omniū p̄dictoꝝ. Et si aliquod ex luminarib⁹ cōmiserit dispōnem suā dño ascendētis ipse erit dñs anni seu reuolutionis nec oportebit te aspicere aliū. Videbis etiā postq̄ȝ videbit̄ tibi inuenisse dñm anni si ipse fuerit in domo alicui⁹ planete ⁊ iunct⁹ fuerit ei ex aspectu laudabili qm̄ dat ei virtutē suā ⁊ efficit̄ ille dñs anni si fuerit in optimo loco ab ascendēte: ⁊ eo forti⁹ si aliqd̄ luminare aspexerit eos vł alterū eoꝝ vel dñs dom⁹ in qua fuerit luminare. Et posset etiā esse sol dñs anni cū ipse sit recipiens atq̄ȝ colligens lumina seu fortitudines planetarū vt si fuerit reuolutio in nocte ⁊ planeta qui debet esse dñs anni fuerit nocturnus ⁊ fuerit sub radijs solis. Et si omnia p̄dicta defuerint reuertet̄ dispositio seu dominiū anni ad dñm ascendentis qualecūq̄ȝ fuerit eius esse ⁊ in quocūq̄ȝ loco fuerit ¶ Et qm̄ esset tibi difficile cūcta que dicta sunt sempꝑ penitus intueri abbreuiabo tibi regulam aliquātulū: ⁊ repilogabo tibi considerationes ⁊ modos quib⁹ debes inuenire significatorē seu dñm anni siue reuolutiōis. Et sunt .12. modi ⁊ .54. considerationes. Prim⁹ modoꝝ est vt prospicias dños domoꝝ a quib⁹ requirit̄ dñs anni. Secūdus est vt ꝓspicias dños exaltationis earū. Terci⁹ vt prospicias luminare cui⁹ est auctoritas. Quart⁹ vt prospicias dños terminoꝝ eoꝝ. Quintus vt ꝓspicias dños triplicitarū earū. Sextus vt prospicias almutez sup loca illa. Septimus vt prospicias dñm hore reuolutionis. Octauus vt prospicias planetā in cuius domo fuerit luminare cuius est auctoritas. Nonus vt prospicias si aliquis planetarū aspiciat ascendens. Decim⁹ vt aspicias vtrū sit ascendēs reuolutionis domus vel exaltatio alicui⁹ luminariū ⁊ luminare aspiciat illud. Undecim⁹ vt aspicias si luminare cui⁹ est auctoritas fuerit in domo dñi ascendētis vel dñi exaltationis ei⁹. Duodecim⁹ vt prospicias dñm domus in qua fuerit planeta in cui⁹ domo fuerit luminare cuius est auctoritas quale sit esse ei⁹. Possent tandē haberi alij quidā modi sed hij sunt priores ⁊ principaliores. ¶ Epilogus.

Considerationes vero sunt .54. vt dictū est. quarū prima est dñs gradus ascētis. Scd̄us ē dñs exaltationis gradus ascēdentis. Terci⁹ ē lūinare

cuius est auctoritas. Quarta dñs termini gradus ascēdētis. Quinta est dñs triplicitatis gradus ascendētis. Sexta est dñs gradꝰ decime domꝰ Septima vero est dñs exaltationis eiꝰ. Octaua est luminare cuiꝰ est auctoritas gradus decime domꝰ Nona ē dñs termī gradꝰ decime domꝰ. Decima est dñs triplicitatis gradꝰ.10.domꝰ. Undecima est dñs gradꝰ.7.domꝰ. Duodecia est dñs exaltationis eiꝰ Tredecima est lumiare, cuiꝰ est auctās gradꝰ.7.domꝰ Quartadecima est dñs gradꝰ termini.7.domꝰ. Decimaquinta est dñs triplicitatis eiusdē. Decimasexta est dñs gradꝰ.4.domꝰ. Decimaseptima dñs exaltationis eiusdē. Decimaoctaua est luminare cuiꝰ fuerit auctoritas gradꝰ.4.domꝰ Decimanona est dñs gradꝰ termini.4.domꝰ. Uigesima est dñs triplicitatis eiusdē.21.est gradꝰ.11.domꝰ.22.est dñs gradꝰ exaltationis eiꝰ.23.est luminare cuiꝰ fuerit auctoritas gradꝰ.11.domꝰ.24.est dñs termini eiusdē.25.est dñs triplicitatis ipsiꝰ.26.est dñs gradꝰ.9.domꝰ.27.est dñs exaltationis eius.28.est luminare cuiꝰ est auctoritas gradꝰ.9.domꝰ.29.est dñs termini gradꝰ.9.domus.30.est dñs triplicitatis eiꝰ.31.est dñs gradꝰ.5.domꝰ.32.est dñs exaltationis eius.33.est lumiare cuiꝰ fuerit auctoritas.34.est dñs gradꝰ termini eiꝰ 35.est dñs gradꝰ triplicitatis eiꝰ.36.est dñs gradꝰ.3.domꝰ.37.est dñs exaltationis eiꝰ.38.est luminare cuiꝰ est auctoritas.39.est dñs termini eius.40.est dñs triplicitatis gradus illius.41.est planeta almutez in gradu domꝰ a qua suscipit dñs anni seu reuolutionis.42.est planeta qui fuerit magis prope lineam domus si planete fuerint equales in fortitudine.43.est planeta orientalis qui fuerit magis propinquus soli.44.est planeta qui velociꝰ mutat a gradu in quo est quando plures fuerint orientales.45.est planeta qui magis aspexerit gradū domus significātis dñium anni.46.est qñ fuerit ascendens domꝰ vel exaltatio alicuius luminaris ⁊ illud luminare aspexerit ascendens a trino vel sextili aspectu vel fuerit in.2.47.est planeta in cuius domo fuerit luminare cui est auctoritas:48.est quando aliquod ex luminaribꝰ cōmiserit dispositionē dño ascendentis.49.est quādo dñs anni cōmittit dispositionē alicui ex planetis.50.est dñs hore illius reuolutionis.51.est dñi signoruꝫ in quibus fuerint luminaria.52.dñs signi in quo fuerit planeta in cuius domo fuerit luminare.53.quādo planeta qui debuerit esse significator fuerit sub radijs solis.54.est planeta mutans figuram ⁊ est ille qui citius mutat de signo in signū in reuolutione anni mūdi aut qui fuerit orientalis ⁊ citius fiet occidentalis vel qui iuerit ad gradū in quo erat tunc luna vel ad gradū ascendentem excepta luna.

¶ Caplm.2.de inuentione significatoris regis.

POstq̄ inuenisti dñm anni seu reuolutionis qui vulgi seu significator rusticorū appellat. Restat tibi adhuc regis significatorē inuenire quoniā ⁊ ipm in reuolutionibus annoꝝ mundi cōsiderare valde oportunū est. Quē in hunc modū poteris inuenire. Aspice dñm decime domꝰ figure reuolutionis anni quē reuoluis vtrū sit liber a cōbustione retrogradatiōe casu ⁊ alijs impedimentis supradictis: qui si sic fuerit ⁊ fuerit in cuspide.10.domꝰ vł tribus gradibꝰ ante aut quinq̄ post ipse erit significator regis absq̄ dubio operare per ipsum ⁊ non queras aliū. Si aūt inueneris eum impeditū aliquo ex

predictis impedimentis iam nõ erit significator. Quere tunc significatorē a dño exaltationis signi decime dom⁹ si fuerit exaltatio alicui⁹ planete qui si fuerit liber vt dixi de dño domus ⁊ fuerit in cuspide decime dom⁹ vel tribus gradibus ante aut quatuor post ipse erit significator regis. Si autē fuerit impeditus non erit significator ei⁹. Quere tunc significatorē a sole qui si fuerit liber ⁊ saluus vt dixi de alijs ⁊ fuerit in cuspide decime dom⁹ vel. 3. gradib⁹ ante aut. 5. retro ipse erit significator regis. Si aūt non fuerit ita iam nõ erit significator. Quere tūc ipm a planeta qui fuerit almutez in signo decime domus pre multitudine dignitatū. Qui si fuerit in cuspide decime dom⁹ vel. 3. gradibus ante vel. 5. post liber ⁊ saluus ipse erit significator regis. Si autem fuerit impeditus nõ poterit esse significator. ¶ Albumasar vero pponebat solem dño exaltationis. Si vero nõ inueneris aliquod istorum quere tunc significatorē a planeta qui fuerit in cuspide decime domus vel. 3. gradibus añ vel. 4. post ⁊ fuerit alias liber ⁊ habuerit ibi aliquā dignitatē: qm̄ ipse erit significator regis. Si vero fuerit impeditus non erit significator regis. Si aūt nõ habuerit ibi dignitatē ⁊ fuerit in cuspide vel. 2. gradib⁹ ante aut. 3. post: vel fuerit dñs domus in quam ceciderit pars regni fuerit liber ⁊ salu⁹ ab impedimentis supradictis ipse erit significator regis. Nõ si hoc iterū nõ fuerit dixit albumasar q̄ si fuerit medium celi domus solis: ⁊ sol in cuspide sua nõ remotus neq̄ cadens ipse erit significator regis: ⁊ similiter cum fuerit in ascēdente receptus a marte ⁊ leo in medio celi: quia erit ascendens tunc scorpio Et dixit cum fuerit mediū celi aries ⁊ sol in cuspide sua fm̄ q̄ dixi ⁊ mars cadens ab eo ipse erit significator regis: ⁊ si aspexerit martem erit particeps significatione. Et dixit si mars fuerit in loco suo fortis bonūq̄ fuerit esse suuz solq̄ iunctus fuerit ei erit mars significator regis: ⁊ eo digni⁹ si fuerit in capricorno ⁊ sol iunctus fuerit ei ex medio celi. Et dixit q̄ si euenerit casus eius in medio celi aut in angulo ab ascendente proiecceritq̄ radios suos ad ipm sol erit dignior significatione. Et similiter cū fuerit sol in angulo medij celi vel ceteris locis aspiciētib⁹ mediuz celi aspectibus amicitatis subaudi: ⁊ fuerit dñs medij celi erit dignior significatione.

¶ Caplm. 2. quando dñs anni efficit significator regis.

Quod si nõ iueneris sicut dixi tibi vide si dñs. 10. fuerit dom⁹ vel exaltatio dñi anni ⁊ ipse aspexerit eā a quocūq̄ aspectu pterq̄ ab oppositione erit ipe dñs anni seu sigtor vulgi sigtor regi. Nõ si hoc iterū nõ fuerit aspice si dñs anni iūgat cū dño. 10. dom⁹ vel cū dño exaltatiõis ei⁹ de tali loco q̄ recipiat eū dñs. s. 10. qm̄ cõmittit ei dispõnē: efficitq̄ dñs anni sigtor regi. Etiā si dñs. 10. dom⁹ fuerit in domo vl in exaltatiõe dñi anni itaq̄ recipiat ab eo dñs. 10. dom⁹ cõmittit dispõnez dño anni: nõ eni fieret dñs āni sigtor regi nisi dñs. 10. cõmittēt ei dispõnē suā. q̄ si hoc iterū non fuerit aspice si sol fuerit dñs anni: ⁊ vtrū ipe habeat aliquā dignitatē in. 10. vel fuerit dñs. 10 sub radijs solis siue sit euasus a cbustione siue nõ dūmõ nõ appareat de sub radijs erit sol significator regis ⁊ maxime in regione in qua hoc fuerit. ¶ Et dixit albumasar si commiserit sol dispositionē dño ascēdētis ⁊ fuerit ei aliquod testimoniū in medio celi erit dominus ascendentis significator regis.

Et dixit q si fuerit mediũ celi aliqua domo₂ saturni aut signũ exaltatõis ei⁹ ⁊ fuerit in cuspide sua liber a cõbustione saturnus erit significator regis. Et dixit ⁊ si nõ fuerit soli testimoniũ in medio celi: aspice dñm medij celi ⁊ dñm exaltationis sue quis corũ fuerit fortior ⁊ plus testimonio ⁊ melioris esse ⁊ plus collectione ac receptione luminũ planetarũ ⁊ melioris casus ex medio celi: quia ipse erit sig̃tor regis. Et si cecciderint dñs medij celi ⁊ dñs exaltationis eius ⁊ sol ab aspectibus ⁊ fuerint mali esse nec inueneris aliqd ex predictis vide si aliquis planetarũ aspiciat aliquẽ ex predictis significatoribus nõ aspicientib⁹ decimã ⁊ aspiciat ipse decimã ita q releuet lumen illius ad illud: qm̃ hoc cõfortabit eũ sup dispõnem regis ⁊ efficit significator regis ille cu⁹ lumen fuerit sic deportatũ ad decimã reuolutionis illi⁹. Si aũt nihil horũ inueneris reuertere tunc ad dñm anni ⁊ ad dñm decime ⁊ ad solem ⁊ quez eo₂ inueneris fortiorẽ aut minus debilẽ vel melius dispositũ aut min⁹ male aut meliori loco a decima vel minus malo hunc pone sig̃torem regis. ¶ Et dixit albumasar cũ fuerit sol dñs ascendẽtis erit mediũ celi taurus. Et si fuerit venus sub radijs ei⁹ sol erit sig̃tor regis quia dñs medij celi est sub radijs Si aũt fuerit venus egressa de sub radijs in lumie suo ipsa erit dignior significatione erit eni in ascendente aut in domo ex qua aspiciat decimã: ⁊ eo melius si fuerit in domo vel in exaltatione sua. Et dixit cũ fuerit ven⁹ in fine anguli ⁊ pulsauerit fortitudinẽ suã soli q nõ poterit esse nisi cũ fuerit ei corporaliter iuncta: tunc si fuerit ven⁹ dña medij celi iam pulsauit fortitudinẽ suaz soli ⁊ erit sol sig̃tor regis. Et dixit anguli planetarũ sunt vniuersitas equationis eorum veritatis seu certitudinis: ⁊ hoc acceptũ est diametris circulorum eorum breuium.

¶ Capitulum .3. quando dñs ascendentis est dñs anni vnde scitur esse regis ⁊ eius auxiliatorum ⁊ vulgi ⁊ quorundam hominum tam religioso₂ q̃z secularium.

Inuento aũt sig̃tore anni seu reuolutionis ⁊ significatore regis restat inuenire sig̃torem aliarum diuersarũ personaruz: ⁊ etiam vnde aspiciant significatores regis. Quod poteris scire vt ait albumasar ex saturno ⁊ ex sole ⁊ ex decima ⁊ eius significatore. Unde si videris istos quatuor bene dispositos annuncia ex toto ⁊ vndiq₃ bonum esse regis. Si autem inueneris eos impeditos annũcia ex toto contrarium. Qd si inueneris alterum liberum ⁊ alterum impeditum iudica fm q videris de impedimento seu liberatione: sed saturnus est maioris significati q̃z aliquis eorum tam in bono q̃z in malo preter significatorem regis ⁊ significata solis sunt infra significata saturni ⁊ significata dñi decime sunt infra significata solis in hoc casu.

¶ Qualiter aspiciat militibus regis.

Et dixit q debes aspicere militibus regis ex .11. ⁊ eius dño vnde si videris .11. aptum ⁊ eius dominũ bene dispositum ⁊ martem annuncia esse etiam militum regis bonum. Si autem videris illud ineptum ⁊ eius dñm impeditum ⁊ martem similiter annuncia contrariũ eius quod dixi. Si autẽ dominus .11. vel mars fuerit impeditus ⁊ alter fuerit liber annuncia eorum esse mediocre.

¶ Qualiter aspiciatur diuitibus ⁊ magnatibus qui sunt infra regem.

Esse autem diuitum ⁊ magnatum qui sunt infra regem: accipias ex ioue ⁊ participem fac dominum in cuius domo fuerit ipse quem si inueneris fortem ⁊ bene dispositũ annuncia bonum esse ipsorum. Si autem inueneris eum male dispositum annuncia contrarium.

¶ Qualiter aspiciatur episcopis ⁊ alijs clericis secularibus.

Episcopis vero ⁊ alijs clericis secularibus ⁊ pape ⁊ cardinalib⁹ ⁊ etiaʒ legistis ⁊ decretistis atq̃ cõsiliarijs: aspicies ex ioue ⁊ dño domus eius ⁊ ex nono ⁊ dño eius: quos si inueneris liberos ⁊ bene dispositos annuncia ipsorum bonum esse. Si autem inueneris alium fortem ⁊ alium debilem ẜm debilitatem vel ẜm fortitudinẽ quam inueneris mediocritatẽ annunciabis.

¶ Qualiter aspiciatur militibus regis ⁊ auxiliatoribus ipsius ⁊ portatorib⁹ armorum.

Militibus ⁊ auxiliatoribus regis ⁊ portatorib⁹ armoꝝ causa lucrandi ex bello: aspicies ex marte quem si inueneris bene dispositũ annuncia bonum esse ipsoꝝ. Si autem inueneris eum male dispositũ annuncia ꝯrium

¶ Qualiter aspiciatur religiosis regularibus.

Religiosis vero regularibus deo seruientib⁹ ⁊ qui ad hoc positi sunt vt deo seruiant: nec credas quemlibet cappatum religiosum: sed qui se ⁊ sua deo dedicauerunt inter quos ꝯnumera monachos ⁊ maxime induentes nigras vestes ⁊ senibus ⁊ decrepitis ⁊ vilibus grauibus operibus vtentibus vt sunt fossiones seu fossores ⁊ similes: aspicies ex saturno quem si inueneris liberum fortunatum scʒ atq̃ fortem annuncia bonum esse supradictorum: si autem inueneris econtrario annuncia contrarium.

¶ Qualiter aspiciatur mulieribus.

Esse autem mulierum accipies ex venere ⁊ ipsi⁹ loco quam si inueneris bene dispositam annuncia bonum esse mulierũ ⁊ maxime iuuencularũ: si autem inueneris eam male dispositam contrarium nunciabis.

¶ Qualiter aspiciatur mercatoribus ⁊ merzarioribus ⁊c̃.

Esse quideʒ mercatorum ⁊ merzariorum ⁊ pictoꝝ ⁊ scribarum ⁊ iudicũ ⁊ sapientum ⁊ doctorum ⁊ maxime quadruuialium ⁊ puerorũ ⁊ adolescentium ⁊ similium: accipies ex mercurio quem si inueneris liberum ⁊ bene dispositũ annuncia coꝝ esse bonũ: si autem inueneris eum impeditum iudica contrarium. Variatur tamen esse mercatorum ab esse aliorum: qm̃ aspicitur eis ex dño ãni ⁊ ex ascendente ⁊ ei⁹ dño ⁊ ex luna ⁊ ex ioue sicuti ex mercurio sed mercurius ⁊ iupiter preualent alijs in significato mercatorum.

¶ Qualiter aspiciatur vilibus ⁊ popularibus.

Vilibus ⁊ popularibus ⁊ nautis minoꝝ nauium aspicies ex luna quam si inueneris liberam ac bene dispositam annuncia eorum esse bonum. si autem fuerit impedita annuncia contrarium. Et in omnibus supradictis fac participem dñm anni ⁊ dñm domus in qua inueneris significatorẽ cuius significatum queris: ⁊ cõmisce eos simul ⁊ vide qualiter morantur ⁊ qualiter coniunguntur. Nam si omnes fuerint liberi fortunati scʒ atq̃ fortes hoc est planeta naturaliter significans rem ⁊ planeta in cuius domo ipse fuerit ⁊ dñs

anni iudica vndiqz bonum super significato quod queris. Si autem omnes fuerint salui et vnus impeditus iudica plus boni q̃ȝ mali. Si vero duo fuerint impediti et vnus saluus iudica plus mali q̃ȝ boni: et s̄m q̄ fuerit eorum liberatio vel eorum impedimentū maius vel minus et s̄m ascendens quod tunc fuerit s̄m illud iudicabis augmentū vel diminutionē boni vel mali. Nam si fuerit ascendens vel decima aliqua ex domib⁹ planete significantis naturaliter significatum quesitum vt si querat̄ significatū saturni vt sit ascendens capricorn⁹ vel aquarius vel decima. Et si queratur significatum iouis et sit ascendēs vel decima sagittarius aut pisces. Et si queratur significatū mercurij et sit ascendens vel decima gemini aut virgo. In venere autem et luna secus est: nam si queratur significatum veneris non consideratur ascendens nec decima sed septima et quarta. Nam si fuerit septima vel quarta taurus vel libra nocebit vel proderit sicut nocet ascendens vel decima: vel prodest in saturno et ioue et mercurio. Et si fuerit septima vel quarta cancer propter earū et eorum locorū femininitatē. In marte vero considerantur ascendens et decima propter suā masculinitatem: septima ac quarta propter suam nocturnitatem.

¶ Capitulum quartū quid significet dominus anni seu reuolutionis in locis in quibus ceciderit hora reuolutionis.

Cum inueneris dn̄m anni seu reuolutionis atqz significatorem regis et ceterorum quorum significatores considerantur in reuolutionibus: consideranda sunt in isto capitulo ea que in ipsa reuolutione videant̄ posse deuenire: sed primo de vniuersalib⁹ accidentibus anni preter partem terrenascentium et similia de quib⁹ suo loco et tempore alias dicetur. ¶ Vide igit̄ in quo loco dominus anni seu reuolutionis in hora qua reuoluitur annus ceciderit in figura quam erigis: quoniam si ceciderit in ascendente vel in locū amicicie ascendentis significat bonum et gaudium et tranquillitatē personis illius climatis et illius regionis s̄m naturaȝ domus in quam ceciderit prout alias dr̄. Si vero ceciderit in locum inimicicie ascendentis significabit impedimentū iram et contrarietatem: et eo fortius si dominus anni fuerit dn̄s ascendentis. Nam si ceciderit in sexta que est de domib⁹ inimicantib⁹ ascendenti accidēt hominibus illius regionis infirmitates in eorum corporibus et damnum in animalibus minutis que non equitant̄: et eo fortius si fuerit domus illa signū significans tale subiectū. Si autem ceciderit in septima accident illis contrarietates et susurratōes et guerre. Si vero ceciderit in duodecima accidēt illis inimicicie atqz proditiones: et omnia hec accident s̄m naturam et substantiaȝ signi in quo fuerit significator. Et non solum habet hoc locum in dn̄o ascendentis sed habet etiaȝ locum in dn̄o exaltationis et termini atqz triplicitatis et ceteris alijs significatoribus reuolutionis: sed erunt significata aliorum infra significata domini ascendentis s̄m esse vniuscuiusqz ipsorum siue bona siue mala sint eorum significata: et eo fortiora erunt significata, mala si contigerit q̄ dominus anni seu reuolutionis sit retrogradus licet rarissime hoc cō tingat: tamen posset esse tanta mala dispositio planetarum q̄ de necessitate oporteret dominum anni esse retrogradum: et tunc indiget aminiculo alteri⁹

planete qui eleuet ipsum ⁊ reddat lumen eius ad ascendens vel fiat redditus de planeta ad planetam vsq dum inueniatur planeta qui reddat lumen eius ad ascendens vel decimam si fuerit significator regis.

¶ Capitulum quintum in scientia accidentium que ventura sunt in ãno ⁊ in quibus partibus euenire debeant.

Et licet sit difficilimũ posse videre in quibus partibus ⁊ in quibus regionibus ⁊ in quibus climatibus euenire debeant accidentia que futura sunt in reuolutione seu anno quem reuoluis: videtur mihi tamen conueniẽs scire nec omittere q̄ exinde sciri potest. Et ego dicam tibi quedã per que aliquid tamẽ percipere poteris nutu dei: non enim possũ omnia tibi ad plenũ propter maximam ciuitatũ ⁊ regionum confusionem dare intelligere. Ciuitates enim antique seu ville atq castra ⁊ alie habitationes ciuitatibus equipollentes in climatibus sine nouiter compositis ab euentu dñi sunt .18345. prout a quibusdam sapientibus antiquibus recitatum inueni. ¶ Ex quibus dixit messala indus q̄ sunt .12. excedentes alias in magnitudine de quibus in primo climate sunt due deputate saturno. In secũdo sunt due deputate ioui In tercio sunt due deputate marti. In q̄rto sunt due deputate soli. In q̄nto est vna deputata veneri. In sexto sunt due deputate mercurio. In septio est vna deputata lune ¶ Unde cũ volueris scire accidentia que ventura sunt in regione in qua fuer⁊ ex reuolutione seu anno quẽ reuoluis notabis ascendẽs fm ascensiones ciuitatis seu regionis in qua fueris ⁊ vide vsq quantum ad occidentem: quoniam tantum extendetur significatum illud dũmodo ascendens non suscipiat alteratione ita q̄ expiret transeundo quinq grad⁹ dando vnicuiq gradui .53. miliaria ⁊ quidam ad miliarium quo metiti sunt sapientes antiqui quod est .4000. cubito ⁊ fm cubitum equalem: ⁊ tantum extendetur significatum quantum est ex natura ascendentis. Ut si fuerit ascendens 5. gradus alicuius signi durat significatum illius ascendentis versus orientẽ vsq ad quinq gradus post illos quinq qui iam transierunt lineã: ⁊ versus occidentẽ vsq ad tres gradus de illis quinq qui iam sunt vltra lineam ascendentis: ⁊ sic extendetur illud significatum a loco in quo fueris versus orientẽ per .265. miliaria: ⁊ versus occidentem per .159. miliaria: ⁊ sic fient inter oĩa miliaria .424. ⁊ tantum extendetur significatum: licet forte aliqñ reperiatur hoc fm magis et fm minus prout planete aspexerint locum vel partem vel planetam significantem rem. Tu autẽ ex industria tua considera illud ⁊ fm longitudinem et fm latitudinem: q̄m posset esse aliquando q̄ extenderetur significatum .90. gradus ante ⁊ .90. retro: ⁊ totidem dextrorsum: ⁊ totidem sinistrorsum. Arbitrandũ tamen est tibi ne regio sit taliter disposita q̄ impediat hoc exitum alicuius partis seu bono seu malo: quoniam si bonus fuerit situs particularis regionis augmentabit bonum ⁊ diminuet malũ sicuti sunt montes valles lacus paludes ⁊ similia loca regionem alterantia. Hoc idem seruabis in omnibus climatib⁹ terris ⁊ regionibus fm sua ascendentia ⁊ fm suas diuisiones ⁊ fm sua orizonta.

¶ Capitulum sextum qualiter terra diuidatur in duas diuisiones primas.


Nam terra diuiditur in duas diuisiones primas: quarum vna est ex quarta orientali et ex quarta meridonali: quoniam caliditas earum in qua conueniunt associat eas et facit vnam sapere naturam alterius. Secunda est ex quarta occidentali et ex quarta septrionali: quoniam frigiditas earum in qua conueniunt associat eas et facit vnam sapere naturam alterius.

¶ Capitulum septimum qualiter diuiditur secundum tres alias diuisiones secundas

Item subdiuiditur terra in tres alias diuisiones secundas in superiorem scilicet mediam et inferiorem. Et ille tres diuisiones adaptantur tribus planetis superioribus saturno scilicet et ioui atque marti: et ideo illis potius quam alijs: quoniam ab eis descendunt maiora significata quam ab alijs: licent enim alij participent cum eis tamen virtus illorum est longe maior atque fortior virtute inferiorum. ¶ Nam prima diuisio scilicet superior que est septentrionalis que est septimum clima et quicquid inhabitatur de terra extra climata determinata ab antiquis versus polum articum attribuitur saturno cuius particeps est luna: quod patet per ista: quoniam propter tarditatem saturni et eius tenebrositatem et illarum partium aeris grossiciem et fumositatum terre ipsarum terrestrium et grossarum massa habitantium illas regiones sunt pauce scientie paucique intellectus et sunt obliuiosi: nihilominus tamen cupidi: nec regnat in eis pietas. Attamen si contingat aliquando aliquem ex eis adherere scientijs vt multum excedet alios sicut fuit ille reuerendissimus predecessor albumasar tricas qui licet studuerit athenis fuit tamen latinus prout ipse idem in tractatu agiget confitetur. Et etiam quidam alij licet rari inueniantur sicut fuit michael scotus mei temporis Et quidam alius iunnior scilicet albertus teuthonicus de ordine predicatorum Quod luna participet cum saturno patet propter eorum instantiam et furorem: quod accidit eis propter instantiam lune atque ipsius instabilitatem subitamque mutationem atque alterationem: et propter eorum colores croceos et albos atque rubeos vt multum: et propter eorum domorum oppositionem. ¶ Secunda diuisio scilicet pars media que est sextum quintum et quartum clima attribuitur ioui cuius particeps est mercurius quorum domus opponuntur: et sol participat etiam cum eo in quinto et in quarto climate et in meridionali parte sexti et hoc apparet per ista quoniam habitantes in illis regionibus vt plurimum sunt sapientiores et morigeratiores ceteris et maxime habitantes in ytalia si non essent multum intenti pecuniario lucro. Sunt enim ciues illorum climatum boni et certioris intellectus atque profundi et acuti ingenij: et viget in eis pietas et in quibusdam ex eis veritas et religio plusquam in aliquibus alijs: et modus propheticus: et accidit hoc magis in septentrionali parte quarti climatis et in toto quinto et in meridionali parte sexti: sed in ytalia plusquam in alijs regionibus: licet auicenna videatur aliud velle dicere. Nam ipse ponit maiorem temperiem sub circulo equalitatis quam alibi: ipse tamen non fuit locutus tanquam astrologus sed tanquam medicus: et ob hoc fuit deceptus in opinione sua.

Qd mercurius sit particeps cum eo patet propter acuitatem eorum ingenij qd est aptum ad omne misterium addiscendum et exercendum et ad omnem sapientiam atque scientiam tam mathematicam atque naturalem quam theologicam addiscendam atque comprehendendam: et etiam ad omnes fabriles artes apprehendendas: licet quidam ex habitantibus in septimo climate sint apti ad quedam fabrilia magisteria. Et patet etiam propter diuersitatem commixtionis colorum ipsorum ex albo rubeo nigro et similibus: et quia domus eorum sunt commixte atque composite: et propter temperatam caliditatem atque conuenientem subtilitatem aeris illorum climatum et fumositatem terre mediocrem. Et quod sol participet cum eo in climatibus supradictis patet per hoc quoniam sciunt pre ceteris alijs per modum regiminis dominari: nouerunt etiam pre alijs hominibus rethoricam et ethicam atque politicam: et est ista diuisio excellens omnes alias diuisiones et est melior et dignior ceteris. ¶ Tercia vero diuisio scilicet inferior que est meridionalis ab alijs que est tercium et secundum et primum clima attribuitur marti cuius particeps est venus quorum domus opponuntur. Et hec apparent per ista quoniam habitantes in illis climatibus sunt predones et abscisores viarum et fures: vtuntur enim turpi cultu venereo: abutuntur viris et brutis: sunt potatores et lusores ineptum modum potandi et ludendi seruantes et vt plurimum sunt bestiales in omnibus suis actibus immorigerati turpis vite et in omnibus suis actibus sunt turpes et insulsi et procaces et inordinati victus et reprehensibilis. Qd venus participet cum eo patet propter eorum cupiditatem veneris cultus et potationis et ludi: sed mars omnia hec reducit ad turpitudinem et ineptitudinem. Colores quoque ipsorum vt plurimum combusti et horribiles et vt multum sunt nigri et adusti propter profundatam caliditatem et siccitatem in cuti eorum licet hoc accidat in vna regione plusquam in alia: qd accidit propter nimietatem caliditatis radiorum solis calefacientium et exterminantium dispositionem illorum locorum et propter intensam aeris caliditatem et eius nimiam exterminatam tenuitatem: licet alfraganus videatur velle dicere quod hyems sit ibi equalis complexionis: illud tamen est verum respectu nostre hyemis et nostre estatis: tantum enim distat sol ab equatore quando est in cancro quantum cum est in capricorno.

Cappitulum octauum qualiter terra diuidatur in septem alias diuisiones



Iterum ille due ꝛ ille tres diuisiones subdiuidunt̃ in alias septem diuisiones ſm numerum septem planetarum que vocant̃ climata que septē planetis sic adaptantur. Nam primū clima adaptatur saturno qui est altioꝛ ꝛ superioꝛ atq; ceteris planet. tardioꝛ. Secundum vero clima adaptat̃ ioui qui subsequitur imediate saturnum in tarditate atq; in oꝛdine circuloꝝ succedit. Terciū adapatat̃ marti qui subsequit̃ imediate iouē ꝛ succedit tam in tarditate q̄ȝ in oꝛdine circuloꝝ. Quartum adaptat̃ soli qui martem in oꝛdine circuloꝛum subsequitur. Quintum adaptatur veneri qui in oꝛdine circuloꝝ solem subsequitur. Sextum adaptatur mercurio qui venerem in circuloꝛum oꝛdine subsequitur. Septimum vero ꝛ vltimum adaptat̃ lune qui mercuriū in oꝛdine subsequitur circuloꝛum: q̄m ipsa ceteris planetis inferioꝛ ceterisq; velocioꝛ: vnde quilibet planeta disponit magis super climate sibi deputato

q̃ sup alijs: licet quilibet eorum habeat aliquid facere sup quolibet climate: aliquando ſm magis: aliqñ ſm minus. Similiter ꝛ signa presunt regionibus ꝛ imprimunt in eas quodlibet ſm suam naturam: quoniam ignea imprimũt magis super regionib⁹ calidis: terrea super siccis: aerea sup humidis: aq̃tica super frigidis: quia non significant signa super partibus mundi per loca vel ꝑ eorum positionem: sed per eorum naturaꝫ. Unde si fuerit regio cui ꝑest signũ igneum calida accidet illud significatum fortius q̃ in frigida: temperat enim in frigida frigiditatẽ: ꝛ quod in humida humectat in sicca temperat siccitatẽ ꝛ econtra: sicuti aries leo ꝛ sagittarius que sunt prima triplicitas calefaciunt in partibus orientis: in partib⁹ septentrionis temperant frigiditatẽ quoniaꝫ sunt ignea ꝛ sunt signa orientalia. Unde si fuerit ascendens aliquod ex signis illis confortabit significatũ ꝛ augmetabit illud: ꝛ orientalis vent⁹ est calid⁹ ꝛ siccus. Et sicut taurus virgo ꝛ capricornus que sunt secunda triplicitas desiccant in partibus meridiei: in partibus occidentis temperant humiditateꝫ quoniã sunt terrea ꝛ sunt signa meridionalia. Unde si angulus decime fuerit ex illis signis confortabit significatum ꝛ augmentabit illud: ꝛ meridionalis ventus est calidus et humidus. Et sicut gemini libra et aquarius que sunt tercia triplicitas humectant in partibus occidentis: in meridianis tẽpant siccitatem quoniam sunt aerea: ꝛ sunt signa occidentalia. Unde si angulus septime domus fuerit ex illis signis confortabit significatum ꝛ augmentabit illud: ꝛ occidentalis ventus est frigidus ꝛ humidus. Et sicut cancer scorpio ꝛ pisces que sunt quarta triplicitas infrigidant in partibus septentrionalib⁹ in orientalibus temperant caliditatem quoniam sunt aquatica ꝛ sunt signa septentrionalia. Unde si angulus quarte domus fuerit ex illis signis confortabit significatum ꝛ augmentabit illud: ꝛ septentrionalis ventus est frigidus ꝛ siccus ¶ Et etiã planete adiuuant hoc: nam si fuerit significatum in septentrione ꝛ prefuerit saturnus illi significato adiuuabit illud ꝛ faciet illud magꝭ apparere: ꝛ eo fortius si mercurius iuuerit eum ꝛ fuerit significatum frigiditatis. Et si fuerit in occidente ꝛ prefuerit iupiter augmentabitur illud significatum: ꝛ eo fortius si iuuerit eum luna ꝛ fuerit significatum humiditatis ꝛ magis faciet illud apparere. Et si fuerit in partibus meridianis et prefuerit mars augmentabitur si fuerit significatum siccitatis ꝛ magis faciet illud apparere. Et si fuerit in partibus orientalibus ꝛ prefuerit ei sol ꝛ fuerit significatum caliditatis adiuuabit illud sol ꝛ magis faciet illud apparere. Si autẽ fuerit venus participata temperabit aliquid calorem illum.

¶ Alia diuisio terre.

Et post has duas ꝛ has tres ꝛ has septem diuisiones iterum subdiuidit terra in alias duodecim diuisiones ſm numerum duodecim signorum: ꝛ ſm transitum graduum ab oriente ad occidentem. Nam aries adaptatur primo climati: vnde mars qui est dom⁹ arietis ꝑest significatis illius climatꝭ ab oriente ad occidentem: sed participant cum eo dñi terminoꝝ: ꝛ est virtus dñi termini preualẽs virtuti dñi domus in sigñis particularib⁹ reuolutionũ nã iupiter cuius est prim⁹ termin⁹ arietis disponit sup sigñis reuolutõis ꝑmi climatꝭ a ꝑncipio tre hitabilꝭ ex pte orietꝭ versus occidentẽ ꝑ. 318. miliaria.

fueris perscrutatus hoc aspice significatorē regis quem si inueneris liberuȝ ab impedimētis maloꝝ: nec fuerit iūct⁹ alicui planetarū q̄ naturaliter inimicet sibi: ⁊ dn̄s pegrinatōis fuerit liber ī optio loco ab ascēte nec fuerit ī loco inimicicie ascēt: nec fuerit inuētus in. 6. vel in. 8. sig̃t incolūitatē ⁊ saluatōeȝ corpis eius. Si aūt fuerit ei⁹ sig̃toꝛ liber ab impedimentis predictis vel fuerit dn̄s signi in quo fuerit inuētus dn̄s dom⁹ in qua fuerit dn̄s peregrinationis ⁊ dn̄s pegrinationis fuerit impeditus sig̃t q̄ accidet ei impedimentuȝ ⁊ destructio sua in pegrinatione: ⁊ forte q̄ accidet ei aliqua infirmitas que nō erit de natura suarū consuetarū infirmitatū ſm substantiā signi in quo fuerit dn̄s domus peregrinationis. Si vero fuerit eius significatoꝛ impeditus ⁊ dn̄s domus pegrinationis fuerit liber accidet ei quod timebat in illa pegrinatione ex egritudine de qua consueuit infirmari. Uidebis etiam vtrū aspiciat significatoꝛ regis ab aliquo planetarū ⁊ vtrum sit fortuna vel malus ille qui aspexerit eum. Nam si fuerit malus sig̃t inimicitiam que occurret regi in anno illo seu reuolutione illa. Uidebis tunc vtrum sit illi malo aliqua dignitas in signo in quo aspexerit significatorē regis: q̄m si habuerit ibi aliquam dignitatem erit ille inimicus de terra regis ſm personam que significat per illam dignitatem: quia si fuerit domus erit de maioribus habitatoribus terre sue atq̄ȝ de suis domesticis. Si aūt fuerit exaltatio erit de nobilioribus sui regni vel de his qui venerunt aliunde fueruntq̄ȝ prepositi aliq̄bus dignitatib⁹ in illo regno vel forte acquisiuerūt ibi fortunam ex illo aspectu significatā ⁊ magnas diuicias ⁊ non sunt potentes de his. s. qui apti sūt regno atq̄ȝ regalibus dignitatib⁹ ⁊ eo generosiores erunt si fuerit aspectus ille quadratus secūdus. Coniunctio vero corporalis sig̃t affinitateȝ ex parte mulierū. Si vero nō habuerit ibi dignitateȝ erit ex proprijs consanguineis regis. Et si fuerit triplicitas vel terminus erit de magnis ciuib⁹ qui regi sunt subiecti. Si fuerit ille aspectus quadratus primus sig̃t iniciū esse filiuȝ ex nō legittimo concubitu natuȝ. Sed si fuerit aspectus ex oppositione erit inimicus palam regi aduersans. Si quideȝ fuerit aspectus sextilis vel trin⁹ sig̃t q̄ sit propinquus vel ex propinquis regis.

¶ Capl̄m. 18. de coniunctione duoꝝ maloꝝ saturni. s. ⁊ martis cum aliquo planeta in gradu exaltationis sue quid inde significet.

Dixit albumasar aspice in reuolutione anni coniūnctionē malorum saturni. s. ⁊ martis vtrū iungant cū aliquo planetā qui sit in gradu exaltationis sue per aspectū ⁊ eo deterius si per quadratū vel per oppositū. Nā si fuerit saturnus significat malum ⁊ destructionem in regione deputata illi planete. Et si fuerit aspectus saturni de signo fixo prolongabit illud significatuȝ ſm quantitatē graduū qui fuerint inter corpora eoꝝ ad annos vel mēses vel ebdomadas seu dies. Nam si fuerit significatum quod debeat perfici infra annum quem reuoluis significabit ſm numerum graduum menses. Si aūt fuerit transgrediens illum annum seu reuolutionem illam prolongabitur ad annos. Si aūt fuerit de signo mobili significabit ſm numerum graduum dies. Et si non fuerit perfectuȝ in tot diebus significabit ebdomadas Et si fuerit de signo communi erunt ebdomade. Et si non fuerit completum

in tot ebdomadis significat menses. Si aūt nō aspexerit eū saturnus sed trāstulerit aliquis planeta lumen eorū inter eos sigt euentū rerū displicibilium super hoīes regionis illius planete aut superueniet eis destructio atq; detrimentū in gentibus que nō erunt de regione illa. Si aūt non transtulerit aliquis planeta lumen inter eos ⁊ tetigerint radij saturni radios planete existētis in exaltatione sua uel planete qui esset aptus posse transferre lumen eorū inter eos intrabit super hoīes illiꝰ regionis tristicia ⁊ meror quos non oportebit eos timere: soluet enim timor ⁊ nō ꝑueniet in actū nutu dei.

¶ De aspectu martis ad planetā in exaltatione sua.

Si aūt fuerit de aspectu martis sicut dixi de aspectu saturni ⁊ eo deteriꝰ si fuerit quadratus vel oppositus accidēt predicta sicut dixi de saturno simili modo ⁊ similibꝰ de causis: ⁊ eo plus quia mars perficiet accidētia que significauerit per ferrum ⁊ ignē ⁊ effusionē sanguinis. Aspicies etiā dn̄m nonī si inueneris in tercio sigt regem ꝑegrinaturū causa religionis ⁊ causa peregrinationis eterne vite atq; futuri seculi a creatore eo ꝙ iste locus in hoc significat idem ꝙ nona licet sit eiꝰ nadir. ¶ Et dixit albumasar: ⁊ si aspexeris ī aliqua domoꝝ ex istis. 12. domibꝰ nō dimittas aspectū eiꝰ ex locis: ⁊ fortiores erunt significatores oppositoꝝ vt sit significatio eiꝰ ac significatio signi nadir vniꝰ planete: aut fuerit domus vel exaltatio eius quia tunc significat quod dixi.

¶ Capitulum. 19. quando sol ⁊ luna iungunt alicui ex planetis vel separant ab eis quid significent.

Considerabis solē ⁊ lunā ⁊ videbis qualiter sint dispositi vtrū. s. iungāt alicui ex planetis vel separent ab aliquo ipsoꝝ: quoniā erūt significata scḋm ꝙ videris cōiungi eos cū planetis vel separi ab eis tam ꝑ corpꝰ ꝗ̄ ꝑ aspectū. ¶ Et dixit albumasar quia quartus aspectus est fortis ⁊ sextilis debilis cōiunctio grauis.

Item de accidentibꝰ regis.

Item aspicias ut scias accidentia regis qualia sint ventura in reuolutione quā queris vtrum luna inueniat in septima domo an non: qm̄ si fuerit in ea fueritq; aucta lumine cursuq; velox ⁊ iuncta dn̄o septime vel dn̄o exaltationis ipsiꝰ domꝰ vel habenti duas alias dignitates in ea vel planete fortune sigt ꝙ rustici venerabunt regē suū ⁊ obediēt ei ⁊ audiēt eū libenter atq; reuerebunt ⁊ nullus ex eis erit sibi cōtrariꝰ nec fiet exercitus ab aliquo super eum nec cōtra eum nec mouebit ei aliquod cōtrariū imo videbit ea que sibi placebūt ⁊ que diliget ⁊ de quibus gaudebit. At si fuerit luna tunc impedita fueritq; minuta lumine atq; cursu nec recepta sigt cōtrariū eius quod dixi tibi: qm̄ accident ei guerre atq; cōtentiones ⁊ bella nec parebunt ei sui subiecti nec solum accident ei hec solūmodo cum fuerit impedita in septimo: verum etiam timebit ne accident ei si fuerit impedita in alijs locis impedimentis terribilibus vel fuerit cadens.

¶ Item de bono vel malo esse regis.

Aspicias etiā in reuolutione anni per esse dn̄i medij celi sup esse regis quale sit venturū in reuolutione illa quod poteris ꝑpendere ꝑ esse saturni atq; dn̄i anni: etiā ꝑ quosdā alios ex planetis sicut tibi exponā. Cum

dñs.10.dom⁹ fuerit significator regis in reuolutione anni fueritq̧ saturn⁹ cō
bustus ꝛ eo forti⁹ si fuerit ante solē vel fuerit significator regis iunctus dño
anni cōmiseritq̧ sibi dispōnem: ꝛ dñs anni fuerit iunctus planete in.8.existē
ti ab ascendēte reuolutionis que est dom⁹ significans vniuersaliter mortem
vel planete existenti in.5.ab ascendēte reuolutionis ex oppōne vel.4.aspe-
ctu sigt mortē regis in illo anno siue reuolutione illa: vel fuerit significator
regis iunctus eidē dño anni: ꝛ dñs anni fuerit iunct⁹ dño.5.vel.8.in aliqua
ex alijs domib⁹ corpaliter vel ab oppōne vel.4.aspectu sigt eius mortē. Et
eo certi⁹ si dñs dom⁹ in qua fuerit illa cōiūctio fuerit mal⁹: silr si fuerit sigtor
regis intrans cōbustionē sigt mortē regis: ꝛ vix aut nunq̄ poterit hoc euita
re Si aūt fuerit saturn⁹ orientalis egrediēs de sub radijs solis non impediet
regē sed meliorabit᷑ esse suū. Si vero fuerit hec ꝯiunctio cū planeta in.3.vl᷑
6.vel alibi cū dño tercij uel sexti sigt infirmitatē sibi venturā in reuolutione
illa. Et ꝭm significata ꝛ ꝑ significata dom⁹ in qua fuerit cōiūctio ꝛ eoꝝ occa-
sione accidēt ei cōtraria que ventura sunt sibi. Si aūt nō cōmiserit sigtor reg.
dispōnem dño anni seu reuolutionis nō īminet tm̄ periculū: īminet eni tm̄ ti
morē. Et hoc intelligēdū est de quolibet rege seu regi simili ꝭm suū clima ꝛ ꝭm
suā regionē. Et si fuerit iam transiēs cōbustionē ꝑ tot gradus quot sunt gra
dus orbis ei⁹ vsq̧ duꝫ tetigerit.10.minutū vltimi grad⁹ cōbustionis sue sigt
ꝙ eueniat regi ī reuolutōe illa ira ꝛ tristicia ꝛ ꝯtentio similit᷑ atq̧ timor: ꝛ eo
forti⁹ si aspexerit eū malus: qm̄ si aspexerit imittet dubiū sup regē ꝛ timebit᷑
de ipso ꝛ super ipm ꝭm substantiā ꝛ significatū dom⁹ atq̧ signi in quo fuerit
malus vt si fuerit in secūdo erit causa substantie. Et si fuerit in tercio erit cau
sa fratrū vel itinerū. Et si fuerit in quarto erit causa patrū vel hereditatū. Et
si fuerit in quinto erit causa filiorū. Et si fuerit in sexto erit causa infirmitat.
Et si fuerit in.7.erit cā vxoris. Et si fuerit in.8.erit causa mortis. Et si fuerit
in.9.erit cā longoꝝ itineruꝫ. Et si fuerit in.10.erit cā regni. Et si fuerit in.11.
erit causa adiutoꝝ. Et si fuerit in.12.erit causa inimicoꝝ occultoꝝ. Si auteꝫ
aspexerit eū fortūa soluet oīa hec ꝛ auertet ab eo. ¶ Et ad hoc vt scias quā
do debeāt ista euenire vide qn̄ significator regis iunget᷑ cū illo malo: qm̄ tūc
erit temp⁹ aduentus illoꝝ significatoꝝ siue iungat᷑ ei per corp⁹ siue ꝑ opposi-
tionē siue per quartū aspectum ille malus qui impedierit ꝭm illud illoꝝ qui
prius aduenerit ꝭm illud iudicabis: vel cum venerit ille malus impediens
ad.10.ascendentis reuolutionis vel saltim ad ei⁹ ascendens nisi fortuna aspi
ciat tunc significatorem regis vel ipsum malum ita ꝙ frangat maliciam eius
Si autem fuerit hec coniunctio in angulo erit tempus illorum accidentium
quando combure᷑ significator regis: vel quando malus ille perueniet ad lo
cum in quo fuerit tunc significator regis.

¶ Caplm̄.20.de esse regis cum suis subditis.

Esse quidem regis cum suis subiectis ꝛ esse subiectorum suoꝝ cum ipso
poteris scire per coniunctionem significatoꝝ eoꝛuꝫ ad inuicē vel ꝑ coꝝ
aspectū cū receptione: quia ille ex significatorib⁹ qui recipit aliū cōmittit illi

dispositionē suam. Unde si cōmiserit significator regis dispositionem suam significatori subiecto℞ suorū erit rex beniuolus ⁊ placidus rusticis suis magis ꝙ ipsi ei. Si significator vulgi cōmiserit dispositionē suā significatori regis erunt ipsi obedientes atq₃ magis beniuoli regi suo ꝙ ipse illis. Si vero vterq₃ significatorū receperit alium cōmittet rex dispositionem suam subiectis suis ⁊ ipsi ei: ⁊ vnus eorum volet quod volet alius ⁊ erit vterq₃ placid⁹ alteri.

¶ Capl'm. 21. de esse regis proprio ⁊ speciali.

Esse aūt propriū ⁊ speciale ipsius regis ſm accidentia diurnalia que debent sibi euenire in reuolutione illa poteris scire per eius significatorē ſm sc₃ ꝙ videris eum quottidie disponi ad bonum vel ad eius contrarium quoniam ſm illud accidet ei de die in diem vsq₃ in finem reuolutionis illi⁹ prout iungetur fortunis vel infortunis vel prout peruenerint ad loca in quib⁹ erant mali hora reuolutionis vel ad alia loca que tunc erant impedita: nam ſm illud euenient ei bona vel mala vel liberatio ab eis.

¶ Capl'm. 22. quid significet significator regis in angulo domus.

Dixit albumasar significator regis cū fuerit in angulo medij celi significat guerram regis: cum vero fuerit in ascendente amputabuntur esse hominū. Si vero fuerit in occidente vel in angulo terre destruentur rustici eius. Et dixit si abierit dn̄s anni aut significator regis ad planetam malū vel ad lumen planete tardi ⁊ mali in angulo timetur sup eum cuius fuerit significator destructio vel mors

¶ Capl'm. 23. quando significator regis vel quiuis alius planeta euaserit ab impedimento ⁊ iuerit ad exaltationem suam.

Cum significator regis steterit impedit⁹ ante suam exaltationē ⁊ iam fuerit euasus ab illo impedimēto ⁊ fuerit tunc iunctus alicui fortune: ⁊ eo melius si receperit eū fortuna illa: ⁊ cū separat⁹ fuerit ab illa anteq₃ perueniat ad gradū in quo exaltatur si iuerit ad eū imediate nec fuerit tunc impedit⁹ ab aliquo malorū erit tunc in maiori fortitudine atq₃ fortiori testimonio ꝙ eē possit. Vide tunc vbi ceciderit pars regni quoniā si ceciderit in locū in quo fuerat impedit⁹ signat cōtrarietates ⁊ impedimēta ventura regi in regno suo in reuolutione illa. Si aūt ceciderit in locū exaltationis sue ad quē tunc vadit signat augmentū ⁊ bonitatē regni eius sine cōtrario ⁊ sine aliquo impedimēto Volentib⁹ vero resistere sibi aspice ex locis oppositis nec tamē cōputes inter eos naturales inimicos regis: qm̄ si fuerint impediti impedientur ⁊ male cedet eis. Si vero fuerint impediti nihil tamen debilitabuntur in his que agere voluerint cōtra regem. Et si significator regis fuerit significator alicui⁹ illorū significatorū ⁊ fuerit almutez super eo vel ceciderit in eū pars regni: ⁊ sol cōmiserit dispositionem suam significatori regis dn̄abitur rex in reuolutione illa omnib⁹ his que significantur p saturnū iouem ⁊ solem ⁊ mercuriū cū fuerit masculinus. Et si quidē cōmiserit ei dispositionē suā luna dn̄abitur rex omnibus his que significantur per martē venerē lunā ⁊ mercuriū quādo fuerit femininus subiectis suis in regno suo addet ſm ꝙ videris dispositū dn̄m domus in q̄ fuerit significator ei⁹ ⁊ dn̄m anni ⁊ dn̄m dom⁹ in qua fuerit dn̄s anni.

¶ Capitulum .24. ad sciendū quādo reuolutio durat p totū annū: τ quādo p medietatē anni: τ quando per quartā partē anni.

Dictū est superius de reuolutione annoꝝ τ de dño anni. Et pluries nominaui tibi dñm reuolutionis quādo faciebam mentionē de dño anni nec incassum: qm̄ omnis dñs anni dicit̄ dñs reuolutionis sed non conuertit̄ est enim dñs anni quādo in anno quē reuoluis non requirit̄ nisi vna reuolutio: τ illud est qn̄ in introitu solis in arietem fuerit ascendēs signum fixū: cōtinet eniꝫ illa reuolutio in se oēs quartas illius anni: τ sic qui fuerit tunc dñs anni erit dñs toci⁹ anni τ tocius reuolutionis illi⁹. Sed si fuerit ascendens signū cōmune nō durabit illa reuolutio nisi per medietateꝫ illius anni .s. vsqꝫ ad introitū solis in libram: τ tunc oportebit te reiterare reuolutionem: τ qui tunc prefuerit erit dñs reuolutionis vsqꝫ in finem secunde medietatis anni. Si quidē fuerit ascendens signū mobile non durabit illa reuolutio nisi vsqꝫ ad introitum solis in cancrum τ tunc oportebit te equare ad omnes quartas anni: eritqꝫ dñs prime quarte ille cui⁹ fuerit dominiū in introitu solis in arietem. Et ille qui p̄fuerit dominio in introitu ei⁹ in cancrū erit dñs reuolutionis secūde quarte. Et ille qui p̄fuerit in introitu solis in librā erit dñs tercie quarte. Et ille qui p̄fuerit in introitu ei⁹ in capricornū erit dñs vltime quarte Et semp in quolibet supradictoꝝ introituū renouabis tuū iudiciū sicut fecisti in introitu solis in arietē. Et semp fac dñm prime reuolutionis participeꝫ cū dño secūde: τ dñm secūde cū dño tercie: τ dñm tercie cū dño quarte donec pficias eas oēs: qm̄ habebit quartā partē dominij prout phus ait. Et sic qui fuerit dñs toti⁹ anni erit dñs reuolutionis qui fuerit dñs medietatis erit dominus reuolutionis: qui fuerit dñs quarte erit dñs reuolutionis: de dño aūt anni nō sic licet ipse familiariter appellet̄ dñs anni.

¶ Quid significet dñs hore in reuolutione atqꝫ pars fortune.

Postqꝫ executus fueris oīa supradicta eo ordine quo dictū est τ aspexeris oīa que aspiciēda fuerint put dixi tibi cōsiderabis tunc dñm hore atqꝫ partem fortune τ dñm dom⁹ in qua ipsa ceciderit qui si fuerint bene dispositi auxiliabunt̄ dño anni atqꝫ significatori regis: quos si inueneris bene dispositos augmētabūt eoꝝ bonū. Si aūt inueneris eos impeditos minuēt eoꝝ impedimentum. Si autem fuerint impediti τ inueneris eos impeditos augmentabunt eorum bonum. Si autē inueneris eos bene dispositos minues de ipsoꝝ bonitate. ¶ Et dixit albumasar scito cōiunctionē planetaꝝ cū dño anni atqꝫ cū significatore regis τ coniunctionē eoꝝ cum planetis τ separationem atqꝫ aduentū eoꝝ adinuicē in domibus τ aspectibus τ fige rariora minora substantiarū eoꝝ intelligite opera eoꝝ per casus aliorum: τ cōmisse his substantias signoꝝ τ qꝫ vincat sup receptione ex natura τ cognosce esse significatorū: τ scito casum eoꝝ abinuicem p diuersitatē τ alligationē τ cū receptione τ redditione.

¶ Capitulum .25. in scīa accidentiū q̄ ventura sunt in climatib⁹ hora reuolucōis

Climata sunt diuisa per planetas prout alias est dictū. Unde oportet te considerare in reuolutione anni cui climati presit quilibet planeta τ scire esse illius si vis scire accidentia que ventura sunt in climate cui preest pla-

neta: qm̄ accidentia vniuersalia climatis erunt s̄m q̄ fuerit esse planete qui preest ei: ꝛ participabit cū eo dn̄s anni ꝛ dn̄s ascendētis reuolutionis ꝛ dn̄s hore illi⁹. Unde quilibet eoꝝ prestabit iuuamentū vel nocumentū dn̄o climatis s̄m q̄ fuerit eius esse tam in bono q̄ȝ in malo: sed sint semꝑ tibi memorie que dixi tibi supra in capitulo quid significet dn̄s anni in locis in quib⁹ ceciderit quārū extēdit significatū cuiuslibet significatoris: ꝛ cōsiderabis ascēdens reuolutionis s̄m diuersitatē ascensionū alicui⁹ regionis. Et si aliqn̄ cōtigerit q̄ vn⁹ planeta habeat significatū suꝑ duob⁹ climatib⁹ vel dn̄et vni ꝛ participet in alio semꝑ pone sigtū ei⁹ suꝑ omni regiōe cui preest ipse: ꝛ sic poteris scire accidētia que vētura sunt in regionib⁹ illis tam vniuersalia q̄ȝ particularia taȝ regis q̄ȝ populariū: qm̄ si fuerit significator taȝ regis q̄ȝ regionis cui⁹ annū reuoluis fortior in domo .10. q̄ȝ aliqs ex planetis ī sua domo ꝛ fuerit alias salu⁹ ꝛ liber sigt q̄ rex ꝑerit oībus magnatib⁹ illi⁹ regionis ꝛ dn̄abit eis. Et si nō fuerit rex in regione illa accident ista illi qui maior fuerit in ea. Et nō erres in cōsideratione significatoꝝ reguȝ: qm̄ debes eam considerare s̄m regiones ꝛ s̄m climata suꝑ que significata eoꝝ extendunt.

¶ Capitulum .26. quid significet dn̄s anni ꝛ significator regis quādo fuerint bene dispositi in reuolutione illa.

Aspice in reuolutione anni quē reuoluis dn̄m anni ꝛ significatorē regis qualiter sint dispositi ꝛ quale sit esse ipsoꝝ: quos si inueneris bene dispositos ac boni esse ꝛ liberos ab impedimentis ꝛ fuerint in loco amicitie ascendētis atq̄ȝ .10. fuerintq̄ȝ in aspectib⁹ notis planetarū recepti ab eis: receperintq̄ȝ ipsi eos ꝛ sol si fuerit reuolutio in die aut luna si fuerit in nocte: vel fuerit luminariū aliqd̄ aliquis p̄dictoꝝ significatoꝝ regis. s. aut anni ꝛ aspexerint luminaria vel alterū eoꝝ ascēdēs vel ei⁹ dn̄m: fueritq̄ȝ luminare illud liberū ꝛ in bono loco ab ascendente, sigt q̄ illi qui habitabūt in illo climate seu in illa regione ꝑut significatū dn̄i anni extendet erunt boni esse: ꝛ q̄ accidet illis ꝓsperitas ꝛ bonū ꝛ adeptio ꝛ fortitudo. ¶ Et dixit albumasar ꝛ eo meli⁹ si luminare cui⁹ fuerit auctoritas cōmiserit dispōnem dn̄o ascendentis nobiles seu magnates atq̄ȝ diuites tam illi qui sunt apti regno q̄ȝ alij subicient regi eiusdem climatis seu eiusdē regionis: ꝛ erūt ciues seu habitatores illius regionis in trāquillitate atq̄ȝ quiete ꝛ tribuet illis bonū. Et si aliqui ex planetis cōmiserint dispōnem dn̄o anni ex cōiunctiōe vel aliquo bono aspectu ꝛ ipse recepit eos accidet illis leticia similit ꝛ gaudiū vndiq̄ȝ s̄m substantias signoꝝ in quib⁹ fuerint planete in quoꝝ domib⁹ fuerint luminaria maxime si aspexerint ea vel saltim alterū eoꝝ de loco forti ꝛ bono: qm̄ sigt tūc q̄ in climate illo seu regione illa erit securitas ꝛ quietudo atq̄ȝ salus in omnib⁹ tam in rebus q̄ȝ in personis ꝛ auertent voluntates suas a male faciendo ꝛ studebunt bene facere atq̄ȝ seruare iusticiā ꝛ fidem sine detrimento vel diminutione.

¶ Item de dispōne dn̄i anni s̄m locū in quo ipse fuerit in reuolutione anni.

Aspice etiā in reuolutione dn̄m anni ꝛ signum in quo ipse fuerit: quisi fuerit boni esse, similiter ꝛ signū in quo ipse fuerit bene dispositus: fueritq̄ȝ ipse fortunatus ꝛ fortis in termino fortune receptus ab aliqua fortuna

rū receperitq; ipse aliquā ex eis sigt ꝙ rex siue dñs eiusdem climatis siue regionis erit boni esse atq; multe adeptionis plus ꝗ̃ alij reges seu magnates illius climatis vel regionis: similiter ꝛ dñs regionis deputate signo in quo est dñs anni ꝛ omnes habitantes in ea: ꝛ accidet illis prosperitas ꝛ bonū.

¶ Item de eodem.

Cumq; inueneris dñm alicuius ciuitatis liberū, fortunatū .s. atq; fortem ꝛ boni esse receptū a fortuna ꝛ sciueris cuiꝰ signi sit illa ciuitas seu regio annūcia ciuibus illis gaudiū ꝛ leticiam atq; aptationē rerum ꝛ ꝑsonarū eaꝝ scias ergo cuius signi ꝛ cuius planete sit ciuitas seu regio illa: si aūt inueneris cōtrariū: cōtrariū iudicabis.

¶ Capl'm .27. quid significent dñs anni ꝛ alij planete cū fuerit impediti in reuolutione.

Sicuti aspexisti dñm anni seu reuolutionis ita oportet te aspicere ipsum ꝛ etiā alios in significatis contrarijs his. Aspice igit͛ in reuolutione anni virtutē atq; potentiā dñi anni ꝛ alioꝝ planetarū qm̄ erit effectꝰ operū illorū ſm loca in quibꝰ reperti fuerint hora reuolutionis. Nam si dñs fuerit impeditꝰ ꝛ fuerit in ascēdēte impedient͛ hoīes in ꝑsonis suis. Si aūt fuerint alibi extra ascendēs impediet͛ ſm substātiā signi: ꝛ domus in quibꝰ fuerit impeditꝰ: vt si fuerit in secūda impediet͛ substātia: ꝛ ita de ceteris domibꝰ ſm substantias ꝛ ſm sigta quarūlibet domoꝝ iudicabis. Si aūt fuerit impeditꝰ aliꝰ ex planetis ꝑter dñm anni impediet͛ sigtū signi ꝛ domꝰ cuiꝰ dñs fuerit planeta impeditꝰ postea .s. domꝰ cuiꝰ dñs ipe fuerit post ascendēs: vt si fuerit ascendēs aries impediet͛ primo taurꝰ ꝗ̃ libra: ꝛ si fuerit ascendēs thaurꝰ impediet͛ primo gemini ꝗ̃ virgo: ꝛ ita de alijs: ꝛ debilitabit͛ esse ciuiū seu habitatoruꝫ regionis seu climatis deputati illi planete: ꝛ ipsi idem dicent se impeditos ꝛ manifeste cognoscēt sua impedimēta ꝛ dicēt se depositos ꝛ depressos atq; deiectos a suo statu. Et eo fortius si dñs anni seu reuolutionis fuerit in aliquo anguloꝝ: ꝛ maxīe in .4. ꝛ aspexerit eū mars aut saturnꝰ: ꝛ cū fuerit ī terminis maloꝝ: ꝛ eo grauiꝰ si fuerit in fine alicuiꝰ signi nisi fuerit terminꝰ illius mali ꝗ aspexerit eum: qm̄ tunc minuit aliquid de impedimento licet modicū. Et iterū fortiꝰ erit impedimentū si fuerit obsessus a duobꝰ malis: qm̄ tunc duplicabit͛ malū ꝛ impedimentū illoꝝ ciuiū ꝛ eo fortiꝰ si fuerit obsessio ꝑ cōiunctionē corporalē qm̄ auferet eis questū ꝛ adducet eis damnū. Et si fuerit ꝑ oppositionē erit detrimentū minꝰ ꝑ quarta parte. Si aūt fuerit ꝑ quadratū aspectū erit minꝰ ꝑ tercia pte. ¶ Et dixit albumasar ꝛ si fuerit cōiūctio corpalis ꝛ impedierit saturnꝰ ante ꝛ mars retro: vel alter malus subaudi: captiuabūt͛ ex ciuibꝰ illis sed pauci ex eis interficient͛. Si aūt mars impedierit significatorē ante ꝛ saturnꝰ retro īterficient͛ ex captiuis mlti. Et si fuerit plāeta sigtor cōbustus sigt destructionē rerū ꝛ ꝑsonarū ciuiū illiꝰ regionis cui ꝑfuerit ꝛ exulationē a regione illa ꝓpter intollerabile impedimentū qđ accidet eis.

¶ Item de eodem.

Scito etiā in reuolutione anni quod signū ꝛ quis planeta dñet͛ in reuolutione anni super aliqua ciuitate quoniā si fuerit signū male dispositū ꝛ planeta impeditꝰ sigt detrimentū ꝛ malū atq; destructionē rerū ꝛ ꝑsonarū

ciuiũ illius ciuitatis seu regionis. ¶ Et dixit albumasar ꝯstitue omni clima te planetã a quo accipiat significatio esse regis quatenus scias quid eueniat regibus nutu dei.

¶ Capitulum .28. in scientia significatorꝝ planetarũ in reuolutione anni tam significatoris regis ꝙ quorũdã aliorum.

CUm sol fuerit in reuolutiõe anni in .10. nõ remotus a cuspide .10. domus plus .4. gradibus ante nec plus .10. post: ⁊ dñs termini gradus decime domus fuerit in termino illo vel aspexerit terminũ suũ de bono loco ab ascendente ⁊ ex aspectu amicitie isti duo ita dispositi signt reges ⁊ res eorꝝ. Nam si fuerit tunc sol liber ab impedimẽtis malorꝝ similiter ⁊ dñs termini .10. domus ⁊ in bono loco ab ascẽdẽte: ⁊ eo melius si fuerit in angulo: quarta tñ domo exclusa saluabunt reges ⁊ magnates regno apti ⁊ eorꝝ res. Si aũt fuerint impediti sol ⁊ termini dñs .10. domus ⁊ loca in quibus fuerint a pñtia malorũ vel ab eorꝝ aspectibus: ⁊ eo fortius si fuerit impedimẽtũ ex angulis taꝫ figure reuolutionis ꝙ significatorꝝ impedient reges ⁊ pdicti magnates ⁊ res eorũ ⁊ deteriorabit esse ipsorꝝ. Si aũt .11. ⁊ eius dñs fuerint salui ⁊ liberi ab impedimẽtis malorꝝ saluabunt milites atꝗ auxiliatores regũ. Sed si fuerint impediti impedient ⁊ patient detrimẽtũ. ¶ Et dixit albumasar mercurius signt scribas ⁊ negociatores ⁊ astronomicos atꝗ doctores ⁊ sapientes. Et dixit hic si aptus fuerit ⁊ locus eius ⁊ durabilis aptabunt ⁊ ipsi: ⁊ iupiter signt ꝯsiliatores ⁊ capita si aptus fuerit ⁊ saluus saluabunt: ⁊ similiter venus signt mulieres.

¶ Capitulum .29. de esse regis ⁊ de esse substantie ac de esse militum seu auxiliatorum suorum.

ASpicies etiã in reuolutione anni vtrũ signtor regis aspiciat parteꝫ fortune: quã si aspexerit eã ex aspectu amicitie: vel fuerit ei corpalit iunctus signt eius esse bonũ atꝗ fortunatũ: ⁊ eo melius si eius signtor fuerit dñs .10. domus. Aspicies tunc substantie ipsius atꝗ militibus suis ⁊ auxiliatoribus ex .11. ⁊ dño eius: quos si inueneris bene dispositos boni esse dic esse militũ atꝗ substantie sue bonum ⁊ fortunatũ.

¶ Si dñs anni fuerit significator regis.

SI aũt dñs anni fuerit signtor regis aspice tunc substãtie ipsius ex secunda ⁊ dño eius sicuti aspexisti substãtie populariũ. Militibus vero atꝗ auxiliatoribus eius. Dixit albumasar aspicies a dñis triplicitatis signi in quo fuerit significator regis ⁊ iudica de illis in reuolutione illa sm ꝙ inueneris eos dispositos. Nã si oẽs fuerint bene dispositi iudica bonũ esse ipsorꝝ p totũ annuꝫ illũ seu reuolutionẽ: Si aũt inueneris eos male dispositos iudica cõtrariuꝫ. Si aũt fuerit vnus bene dispositus alter vero male iudica sm illud. Nam si primus fuerit bene dispositus iudica bonũ in prima tercia reuolutionis. Si secũdus in secũda: si tercius in tercia. Et si inueneris cõtrarium: cõtrariũ iudicabis. Et semp fac participẽ dñm termini in quo fuerit significator regis.

¶ De vulgo ⁊ eorꝝ substantia.

SImiliter iudicabis de esse vulgi p dñm anni ⁊ de esse substãtie ipsorꝝ per secũdã ⁊ eius dñm: ⁊ de esse vtriusꝗ p partẽ fortune: ꝗ si fuerit bñ disposita signt bonũ: si aũt fuerit male disposita signt cõtrariũ.

¶ Item de significatore regis cum fuerit eius significator mars aut saturnus.

Cum mars aut saturnus fuerit significator regis nec fuerit dominus ascendentis nec decime nec exaltationis alicuius ⁊ impediet aliquod ex eis ex sua presentia vel oppositione vel quarto aspectu imittet destructionem que veniet hominibus ex parte regis sui: ⁊ fortius erit eius impedimentum si fuerit in angulo. Et si fuerit in ascedente vel in parte orientali eueniet ex parte orientis ⁊ festinabit eius aduentus. Si vero fuerit in septima vel in parte occidentali eueniet ex parte occidentis ⁊ tardabit aliquid. Si autem fuerit in quarta vel in parte septentrionali eueniet ex parte septentrionis ⁊ tardabit plus. Si quidem fuerit in decima eueniet vndique ⁊ accidet vniuersaliter omnibus hominibus: sed eueniet fortius in partibus septentrionis ⁊ meridiei quam in oriente vel occidente ⁊ tardabit super eos grauitas ⁊ maxime in alamania ⁊ partibus adiacentibus ei.

¶ Quando fortuna prefuerit.

Et si fuerit significator regis fortuna ⁊ fuerit ita locata sicut dixi tibi de malo significat bonitatem ⁊ gaudium ⁊ alacritatem ciuium seu habitatorum predictarum partium secundum quod fuerit in aliqua illarum nisi sit impedita ex retrogradatione vel casu seu discensione: quoniam si sic fuerit nihil boni significabit ¶ Et dixit albumasar quod si fuerit aspectus malus ad dominum ascendentis vel ad significatorem substantie erit grauitas in corpore: ⁊ ex secundo in substantia ⁊ ex tercio in fratribus: ⁊ ex quarto ex parte parentum ⁊ maiorum propinquorum ⁊ ex quinto ex itineribus ⁊ ex his que fuerint ex manu illius: ⁊ ex sexto ex infirmitate: ex septimo ex mulieribus ⁊ bello: ex octauo ex reliquijs mortuorum ⁊ contentione. Et si fuerit signum mobile vel commune scilicet octauum timebitur super regem mors si fuerit significator regis quem aspiciunt domini mali. Et si fuerit hic aspectus ex octauo ad significatorem rusticorum timebitur super rusticos. Et si fuerit significator vnus scilicet regis ⁊ rusticorum timebitur super vniuersos: nam inuadet eos mors. Et si fuerit ex nono ex parte peregrinationum ⁊ hominibus religiosis qui querunt iusticiam. Et si fuerit ex decimo ex parte regis ⁊ eius dominatione. Et si fuerit ex vndecimo ex parte amicorum. Et ex duodecimo ex parte inimicorum. Et dixit ⁊ similiter dic in bono cum fuerit aspectus ex fortuna forti ⁊ ceciderit malus. Et dixit ⁊ similiter dic in reuolutione annorum natiuitatum.

¶ Capitulum tricesimum de impedimentis malorum ⁊ eorum aspectibus quid significent ⁊ qualiter cognoscantur impedimenta ⁊ impedientes.

Aspice significatores in reuolutione regis scilicet atque popularium seu rusticorum ⁊ vide vtrum aspiciantur a malis an non. Si quidem aspexerit eos mali ab oppositione ⁊ fuerit ipsi mali impediti significat propter inimicitatem aspectus quod veniet impedimentum regi atque rusticis ex parte inimicorum. ¶ Et dixit albumasar si fuerit aspectus quartus erit impedimentum ex hominibus qui ignorabantur inimici. Et dixit quia hic aspectus medius est ⁊ non publicat inimicitatem. Et si aspexerint eos ex sextili aspectu veniet impedimentum ex parte quorundam qui putantur amici nec est tamen bene certum vtrum sint amici an non. Si autem aspexerint eos ex trino aspectu erit impedimentum ex parte amicorum. ¶ Et dixit albumasar quod si fuerit aspectus

malorum talis figura ex locis suis hoc est sicut dictum est ad significatorem rusticorum. Et si fuerit ad significatorem regis intrabit super regez. Et dixit oportet vt aspiciatur vtrum auxilientur rustici regi: vel auxilietur rex rustic. Et scitur hoc per complexionem que fuerit inter vtrosqz significatores et malos impedientes seu aspicientes et hoc secundum quod fuerit eorum aspectus vtrum scz trinus vel sextilis vel quadratus vel oppositus: et ex quibus locis vel domibus seu dignitatibus. Nam si fuerit malus impediens significatorem regis vel popularium seu rusticorum in domo sua erit ille a quo venerit impedimentum ex illo climate seu regno vel regione ex illis scz que significantur per illa testimonia: vt si fuerit in domo erit notus in regione et erit de domesticis regis. Et si fuerit in exaltatione erit nobilis et potens de illis scz qui sunt apti regno Et si fuerit in triplicitate erunt de illis qui non sunt apti regno sed sunt prope illos. Et si fuerit in termino erit de aliquibus infra supradictos qui sunt apti esse comites vel marchiones et similes. Et si fuerit in facie erit de nobilioribus Et si fuerit de nobilibus qui sunt infra marchiones sunt tamen magnanimes. Si autem non fuerit in aliqua predictarum dignitatum non erit generosus nec notus in regione: et dicent homines quod nescient vnde sit: et forte quod dicent eum esse natum ex ignoto patre vel ex fornicatione aut quod populus sit ei pater. ¶ Et dixit albumasar et si prefuerit significator regis erit inimicus ex eodem climate et erit rex debilis ad prohibendum et repellendum eum. Et dixit si prefuerit significator rusticorum non erit inimicus ex climate nec ex sua dominatione Et dixit significator est dominus anni et significator rusticorum. Et dixit et est luna significatrix rusticorum et vniuersitatis vulgi et non preest: omnis enim qui preest est significator sed non conuertitur: quia omnis significator non preest

¶ Capitulum tricesimumprimum quid significat retrogradatio significatoris regis et domini anni seu significatoris rusticorum.

SI contigerit aliquando significatorem vulgi esse retrogradum in reuolutione anni quod licet rarissime contingat posset tamen euenire vt alias dictum est minaretur hoc malum horribile valde. Nam retrogradatio significatoris regis significat eius debilitatem et eius depressionem: et magnum erit ei si euaserit depositionem regni: et si regnum eius effugerit destructionem in anno illo. Significabit similiter retrogradatio domini anni destructionem et malum esse popularium et ciuium regionis illius. Aspicies in cuius termino fuerit quisqz eorum. Nam si fuerit retrogradus in termino alicuius infortune et eo fortius si fuerit ille terminus in domo alicuius mali erit hoc longe maius periculum quam si esset in domo vel termino fortune: et illud similiter si dominus illius termini fuerit impeditus: quoniam augmentabit iterum maliciam et multiplicabit eam. Si autem fuerit liber minuet aliquid de malicia licet non multum Si autem fuerit retrogradus in termino fortune minuetur illud impedimentum et eo plus si cum hoc iterum fuerit domus fortune: et iterum aliquid plus si fuerit illa fortuna bene disposita.

¶ Capitulum tricesimusecundū quid significent mars ⁊ saturnus cum fuerit in reuolutione anni male dispositi.

CUm tu reuoluis annum aspice si mars fuerit stationarius in statione sua prima volens retrogradare ⁊ iungatur cum saturno siue sit saturnus ita dispositus q̄ vadit ad martem dum ipse stat: siue mars vadit ad eum cum retrogradauerit significat austeritatem atq; atrocitatem hominum ita q̄ non erit qui velit parere suo maiori si poterit illud euitare: ⁊ abscindetur pietas: nec erit qui bono zelo misereatur alicui: sed abundabunt malefactores ⁊ abscisores viarum ⁊ predones: nec reuerebitur seruus dominū suum: nec etiam religiosus sibi prepositum: ⁊ eo deterius si fuerit saturnus in libra: ⁊ iterum deterius si fuerit retrogradus: ⁊ deterius adhuc si aspexerit eum sol per suam oppositionē ⁊ aspexerit mars solez ⁊ ipse eum: ⁊ iterum deterius erit si fuerit mars peregrinus iungens se saturno: ⁊ adhuc erit vltimatum malum pre ceteris alijs si fuerit reuolutio in occasu solis scz vel prope parum scz ante vel retro. ¶ Et dixit albumasar ⁊ cadet inter ciues orientis ⁊ occidentis rixa et bellum: ⁊ erunt prelia in locis diuersis: stude ergo intueri omnia hec inquisitione subtilissima.

¶ Capitulum tricesimūtercium cum dominus ascendentis ⁊ luna ⁊ alij significatores fuerint impediti quid inde sequetur.

DOminus ascendentis ⁊ luna significant res vulgi in reuolutione anni: q̄ si impediti fuerint ⁊ fuerint inuenti in loco inimicitie ascendentis significant impedimentum venturum super homines in personis ⁊ rebus eorum s̄m quantitatem inimicitatis: ⁊ s̄m locum inimicitie in quem ceciderint. Nā si ceciderint in sexta significant infirmitates dolores venturos hominibꝰ in reuolutione illa. Si autem ceciderint in octaua significant mortem: ⁊ eo grauius si octaua fuerit signum humanum. Et si ceciderit in duodecima significant inimicitias ⁊ proditiones s̄m substantiā signi in quo fuerint: vt si fuerit in geminis erit causa iuuenum ⁊ adolescentū. Si fuerint in virgine erit causa mulierum iuuencularum. Si fuerint in libra erit causa hominū collecte etatis. Si fuerint in prima medietate sagittarij vel in aquario erit causa vniuersalis masse hominum. Si fuerint in ariete vel capricorno erit causa minoruz animalium. Si fuerint in tauro vel in vltima medietate sagittarij erit causa maiorum animalium ⁊ que equitantur. Et si fuerint in leone erit causa siluestrium animalium ⁊ rigidoꝝ ⁊ feralium. Et si fuerint in cancro vel scorpione vel piscibus erit causa animalium degentium in aquis. Et si non fuerit impeditus dominus exaltationis ⁊ luna si fuerit signum ascendēs exaltatio alicꝰ planete in predictis locis significat idem qd̄ dn̄s ascendentis: sed erit significatum domini ascendentis: ⁊ significatum seu impedimentū domini termini infra significatum domini exaltationis. Et significatum domini triplicitat[is]

erit infra significatum domini termini si aliquis eorum fuerit impeditus. Et impedimentum domini faciei erit infra impedimentuz domini triplicitatis. Aspice tamē qualiter aspiciant predicti planete a fortunis vel ab infortunis quoniā fortune minuunt dico nisi sint impedite a combustione vel retrogradatione: mali vero augent illud nisi sint directi ⁊ bene dispositi et recipiant planetas impeditos inimicantes ascendēti. ¶ Et dixit albumasar ꝙ si fuerit impedimentū ex marte erit febris colerica ⁊ mors subitanea. Et si fuerit impedimentum ex saturno erit febris ex colera nigra ⁊ mors.

¶ Capitula de guerris non ponunt hic sed reperiunt in libro de electionib⁹

¶ Capitulum tricesimum quartum quando in reuolutione anni significatur bellum a quo fiet vel excitabitur.

Si fueris suspicatus vtrum in anno quem reuoluis sint futura prelia seu discensiones ⁊ vnde excirentur ⁊ a quibus aspice illi rei ꝑm modū quez tradiderūt nobis antiqui ⁊ specialiter ille reuerendissimus predecessor noster albumasar qui fuit in reuolutionum annorum scientia etiam in omnib⁹ alijs partibus astronomie proficuus ⁊ valde astutus ⁊ audax. Eriges enim tunc figuram ad reuolutionē anni ⁊ constitue ascendens ⁊ ceteras domos ⁊ planetas omnes in domibus in quibus fuerint: ⁊ aspice martem ⁊ vide a quo ipse separetur vel a quo sit tunc separatus. ¶ Dixit enim albumasar quoniā ille est qui misit eū ⁊ qui excitauit bellum q̄uis fuerit fortuna ille a quo separat⁹ fuerit mars: etiam si fuerit iupiter: tamen erit excitator belli de personis que significatur per iouem ⁊ de potentioribus: ⁊ possibile erit ꝙ sit de genere episcoporum ⁊ similium. Et si fuerit separatus a saturno quoniam saturnus in tali casu significat reges videtur ꝙ sit rex ille qui excitauerit bellum: vel erit hoc de consilio senum ⁊ ignobilium. ¶ Et dixit albumasar ⁊ erit bellum cū cōmiserit mars dispositionez suam saturno ⁊ saturnus iunctus fuerit cum eo ⁊ receperit eum. Et dixit cum fuerit mars separatus a ione ⁊ iunctus saturno absq; receptione scito ꝙ ipse sit prouocator eius ⁊ prouocat ad iniuriaz quia est de domesticis regis. Si autez non fuerit separatus a ioue ⁊ fuerit iunctus saturno qui excitauerit belluz erit de ignobilib⁹ qui non sunt apti regno nec magna dignitate. Et cum videris martez separatū a saturno ⁊ iunctum ioui non erit bellū: ⁊ si fuerit non erit inter homines honestos nec catholicos vel discretos seu episcopos vel similes. Postq̄ ergo videris illuz a quo separat̄ mars ⁊ a quo videtur ꝙ debeat excitari bellum ⁊ illum cui ipse iungitur nec videris receptionē ⁊ fuerit eorum coniunctio in vna latitudine: fueritq; coniunctio martis ⁊ saturni aspice quis ex eis sit fortior in loco suo. Et qui supeminet est fortior: hoc est qui vadit super alium. Super alium vadit qui est septentrionalis ab alio sicut dictum est supra. Et si fuerit saturnus sup alium significat debilitatem belli. Si autem mars fuerit super saturnum significat eius fortitudinem. Idem dicas si vnus ex eis receperit alterum. ¶ Et dixit albumasar qd̄ aūt oportet primo te scire in hoc caplo est qualis est fortitudo regni ⁊ quanta sit: deinde scias tps durationis regni. Et cum sciueris quid sit regno ⁊ videris tps durationis eius aspice horam destructionis exurgentis ex impedimento saturni ⁊ iouis atq; martis aut illius a quo separatur mars

¶ Et dixit albumasar scito destructionez eius ex destructione horum trium planetarum quia ipsi sunt qui excitant bellum. Et si mars fuerit retrogradus et alij directi fuerit apparebit bellũ sed non vltimabitur eius apparitio donec dirigatur mars: tunc enĩ vltimabitur apparitio eius. Et dixit cũ vero excitatũ fuerit bellũ et fuerit mars cadens ab ascendẽte ãni aut peregrinus erit debile
¶ Et dixit albumasar si videris partem receptam ex suis inimicis primis et fuerit opposita parti prime aut ĩ suo quarto aspectu erit hec fortitudo gladij Si autem receperit pars prima partem secundam non erit bellum. Si vero non fuerit recepta et videris bellũ, fueritq pars prima recepta non erit insurgentibus fortitudo: et erit stabilitas hoĩm cum rege primo et inclinatio eoruz ad eum. Et dixit et similiter aspice parti scđe: quia receptio est auxilium atq propiciatio et fortitudo recepti. Cum ergo non receperit erit peregrinus et non erit in eo fiducia nec erit fortitudo. Et dixit prima pars in esse regum et eoruz secretorum atq intentionum est gradus saturni. Secunda pars gradus iouis. Et dixit et iam patefeci tibi hoc in libro coniunctionum.

¶ Capitulum quindecimum qui planetarum significent bella in reuolutiõe anni et quis sit eorum dispositor.

Dixit albumasar mars disponit bella et significat dominos exercituum: et capita militũ: qui si fuerit fortis in angulo significat bellum: et si ceciderit non significat. Et dixit luna vero est clauis horum: que si apta fuerit aptabuntur: et si fuerit impedita impedientur.

¶ Item de eodem ſm albumasar.

Dixit albumasar mars cum fuerit in reuolutiõe anni in aliquo angulorum ascendentis quocunq fuerit excitabit bellum ſm quantitatẽ fortitudis sue: et ob hoc excitat bellũ cum fuerit in quarto aspectu saturni et iouis. Cũq videris q mars sit excitatur bellũ aspice in quo loco ceciderit ab ascendẽte: videbisq vbi ceciderit pars guerre et cui ex domibus dñetur pars: et videbis si aliquis malorum vnus scz aut plures aspexerint domum martis vel partẽ guerre ex oppositione vel q̃rto aspectu vel fuerint in eis vel aspexerint signũ quod prefuerit illi ciuitati vel regioni in qua reuoluis annum: vel aspexerint significatorẽ regis seu alterius magnatis q̃ prefuerit illi climati seu ciuitati vel regioni ex oppositione vel quarto aspectu vel fuerint ei corporaliter iuncti: significat q si rex siue nobilis ille habuerit guerraz cum aliquo vel aliquibus in reuolutione illa q adipiscentur inimici eius victoriaz de ipso: vel ad minus intrabit super eum meror et tristicia et tribulatio atq angustia. Et si planeta q̃ fuerit eius significator fuerit combustus idem significabit et timebitur super eum ac si fuerit retrogradus: significat eius figura fugam et inimicorũ fortitudinem et ipsius casum atq deiectionez: similiter si fuerit primo in bono loco ab ascendẽte et tunc deueniat ad locum debilem

¶ Item de eodem quando prefuerit aliquis malorum quid inde sequatur.

Dixit albumasar cum p̃fuerit mars significationi anni et fuerit fortis erit bellũ cum ingenijs et sollicitudinibus et cum predatione atq interfectiõe valida. Et cum p̃fuerit saturnus anno vel quarte erit bellum per seductiões et calliditates et per disciplinam et ingenia. Et dixit cum prefuerit anno vnus

malorum et fuerit dn̄s quarte alter malus: non erit dubium de bellis in eadē quarta. Et similiter si malus aspexerit dominū anni vel quarte ex opposito de vel quarto aspectu: aut fuerit dominus quarte in septima vel retrograd⁹. Et dixit et si inimicatur dn̄o quarte erit in eadem quarta: et similiter si inimicatur domino mensis in eodem mense.

¶ Capitulum tricesimum sextum quando significatur bellum in reuolutione anni et si fuerit quando significatur victoria: et quando fuga seu debellatio: et quando pax seu extinctio belli.

Postq̄ videris in reuolutione q̄ significat bellum futurū: aspice planetā qui significat illud: quoniam si fuerit directus et boni esse non permittit bellū vltimari et remanebit et anullabitur ex parte regis seu presidis regionis in qua fueris siue in qua reuolueris annum illum quem queris: et significabit pacem et extinctionē belli. Vide etiam qualiter aspiciatur significator a planetis et a quot ex eis: quoniam multitudo planetarum aspicientium eum et eo fortius si habuerint dignitatem in loco in quo ipse fuerit significabunt eius fortitudinem atq̄ victoriam et q̄ erit magis adiutus q̄ aduersarij tam a suis q̄ ab alienis. Et si fuerit stationarius in statione sua scd̄a significat eum fortē et potentem in bello similiter et suos sequaces. Si autem fuerit stationarius in statione sua prima significat eius fortitudinē in principio belli: vltimo tamē non bene perficiet nec perseuerabit. Si autē fuerit retrogradus significat ei⁹ fugam et confractionē. ¶ Et si fuerit significator inimici seu volentis bellare cum ipso sicut dixi tibi de significatore tui regni conditionibus supradictis iudicabis contrarium eius quod iudicasti. Si autē fuerit significator direct⁹ vt dixi nec impeditus significat aut pacem: aut si fuerit guerra seu bellū significabit victoriam. Et si volueris scire ex parte cuius gentis vel quorū auxiliatorum eius sit victoria et sit causa expugnationis inimicorum eius: aspice q̄s planetarum meli⁹ aspiciat eū et ex maiori dignitate: quoniā ille erit significator illorū qui fuerint cā sue victorie: vt si fuerit sol aut saturnus erit rex vel alius magis nobilis: sed sol significat iuniores q̄ saturnus. Si autem fuerit mars erunt milites bellicosi. Et si fuerit iupiter erunt magnates nobiles et sapiētes Et si fuerit mercurius erunt homines literati tam nobiles q̄ populares. Et si fuerit luna erunt homines qui vtuntur mercationibus nauigio et similib⁹.

¶ Et dixit albumasar et si fuerit venus erunt arabes.

¶ Capitulum tricesimūseptimū qualiter sit eligendum volenti ire ad bellū.

Si autem voluerit exire quis ad bellum ex quo videris illud futurum in reuolutione illa et volueris ei eligere horam ad hoc faciendum: aspice tres planetas superiores vtrum sint retrogradi vel directi. Si autem fuerint retrogradi dixit albumasar q̄ sit inicium hore tue ad eundum ad bellum directio eorum. Et si fuerint directi cum retrogradari inceperint: et similiter cū incipient comburi: et si fuerint cōbusti quando incipient oriri: et si fuerint occidentales quando fient orientales: et si fuerint orientales quando fient occidētales: vel quando fuerint mutati de signis in quibus erant scz hora qua signi

fica uerunt planete bellum: quia tunc dicitur planeta mutare figurā: ꝛ similr tunc mutatur eius substantia seu significatio. Si autem fuerit mars receptus in hora reuolutionis: ꝛ eo melius si fuerit receptus ab aliqua fortunarum de domo vel exaltatōe extinguit bellū in āno illo seu reuolutōe illa. Et si fuerit receptio a decima significat ne dum extinctionem belli: sed etiam significat pacem in anno illo.

Capitulum tricesimūoctauum per quales homines seu gentes fiet guerra seu bellum.

CUm videris figuram reuolutionis anni erectam ꝛ inueneris guerrā seu bellum futurum: aspice cui parti mars videatur auxiliari: auxiliabitur enim illi parti cum cuius significatore amicabilius se habuerit ꝛ quem magꝭ aspexerit: ꝛ a qua parte ipse fuerit orientis aut occidentꝭ: ꝛ a qua parte fuerit planeta a quo ipse separatur: quoniam ipse est ex parte ascendentis: ꝛ ille cui iungitur ipse est ex parte opposita. Naȝ ex quacunqȝ parte fuerit mars si ipse fuerit directus ex illa parte fiet bellum per homines bellicosos ꝛ probos qui secure ostendent faciem inimicis nec dabunt eis terga. Si quidē fuerit retrogradus fiet per homines varios qui volunt laudari ex hoc quod non faciūt: ꝛ attribuunt sibi aliquando quod faciunt alij: ꝛ dicunt plura q̄ȝ faciunt: ꝛ minantur plus q̄ȝ percutiant: ꝛ qui clamant guerram magnis instantijs nec sunt stabiles in bello sed dimittunt tunc illud super humeris aliorum: ꝛ iactant se magna fecisse ꝛ sunt predones latronibus similes ꝛ abscisores viarum. Et si fuerit mars stationarius erit bellum fortius sicut dixi tibi supra in alio capl̄o cū de statione significatoris loquerer. Aspice similirer saturnū qui licet inducat homīes grauiter ad bella tn̄ fortia ꝛ terribilia bella inducit pre cęterꝭ alijs ꝛ magis pestifera: quoniam ꝛ ipse videndus est in hac re: qm̄ significat hoc ex parte qua fuerit. Et dixit albumasar nam ꝛ saturnus significat grauitatem esse ciuibus eiusdem partis in qua est fm̄ quantitatē substantie signi in quo fuerit ꝛ termini loci sui: postea sequeris cum per successionem ꝛ ascendens ꝛ domus substantie ꝛ fratrum ꝛc̄ vsqȝ in fineȝ duodecim signorum. Et dixit ꝛ cum retrograd⁹ fuerit saturnus erit quemadmoduȝ dixi tibi ex marte sed hoc grauius est. Et istis eisdem capitulis potest quis vti in questionibus bellorum ꝛ in exitu horarum ad bella ꝛ in extractione carociorū atqȝ vexillarum: nec credas hoc capitulum nec etiam aliquod contradicere alijs: sed distingue tempora ꝛ concordabunt scripture. Et dixit albumasar planeta retrogradus significat cōmixtionem in rebus ꝛ reuersionem ac diuersitatem bellum quoqȝ ac victoriam de dn̄o eiusdem climatis quod est illius planete Et planeta stationarius significat cupiditatem mali ꝛ reiterationem eius q̄d iam cessauerat ꝛ intertefectionem. Et aspectus significat malum ꝛ rixam ꝛ seductiones ꝛ calliditates.

Capitulum tricesimumnonum vtrum capitaneus aduersantis sit iuuenis aut senex.

Si autem volueris scire etatẽ capitanei seu ducis alterius partis: aspice malum impedientez: q̄ si non impedierit aspice tñ locum eius: ⁊ aspice locum significatoris inimici. Si fuerit ambo orientales a sole erit capitane⁹ seu dux iuuenis ⁊ eo iunior si luna fuerit orientalis cũ eis: si vero fuerint occidentales erunt senes. Si autẽ fuerit vnus orientalis alter occidentalis erit collecte etatis nec multum iuuuenis nec multum senex: sed malus significat iuniorem q̄z dñs septimi si fuerit orientalis: ⁊ seniorem si fuerit occidentalis

¶ Capitulum quadragesimum quando significator belli fuerit pacificatus cum domino anni quid inde sequetur.

Dixit albumasar cum significator belli fuerit pacificatus cum dño anni erit bonum in eodem anno. Et si fuerit pacificatus cum dño medietatis vel cum dño quarte erit bonum in eadem medietate vel in eadez quarta. Et si fuerit pacificatus cum dño mensis erit bonum in eodem mense. Et si cum dño diei in eodem die: pacificatus dico hoc est iunctus ei per corpus vel per aspectũ cum receptione. Et dixit cum fuerit pacificatus cum dño profectõis erit bonuz in vltima medietate mensis. Idem intelligas de die ⁊ hora. Et si fuerit pacificatio a principio signi vsq̄ in septimũ eius gradum ⁊ dimidium erit in primis sex mensib⁹ bonum. Et si fuerit a septio gradu ⁊ dimidio vsq̄ in finẽ .15. gradus erit bonũ a trib⁹ mẽsib⁹ in antea vsq̄ in finẽ dimidij anni. Et si fuerit a .15. gradu vsq̄ in .22. gradũ eius ⁊ dimidium erit in vltimis sex mensibus anni. Et si fuerit a .22. gradu eius ⁊ dimidio vsq̄ in finem eius erit a nono mense in antea vsq̄ in finez anni. Idẽ intelligas de mense die ⁊ hora ⁊ in illis temporibus erit securitas ⁊ quies: ⁊ non offendentur homines sed erunt securi nec oportebit eos timere.

¶ Capitulũ quadragesimũprimũ quid significent mali planete cum fuerint in reuolutione in signis humanis

Aspice in reuolutione qñ reuoluis annum ⁊ vide si aliquis malorum planetarũ fuerit in signis hũanis .s. in gemi̇s aut in virgine vel in libra vel in prima medietate sagittarij vel in aquario ⁊ vide vtrum ipse sit tardus cursu. Uide similiter si iungatur ei alius malus per corpus vel per aspectum oppositum vel quadratum siue sit retrogradus siue directus ille qui iungitur ei: quoniaz significat detrimentum venturum in hoĩes: si fuerit retrogradus accidet hoc citius ⁊ cũ maiori lesione. Et si fuerit coniunctio ex angulis erit grauius ⁊ callidius. Qd si fuerit malus q̄ aspexerit aliũ ⁊ alter scz retrograd⁹ qui iungitur ei in decima erit impedimentũ siue grauitas seu malum qd tunc significat vniuersale omnibus hominibus ⁊ in qualibet regione nisi planeta qui fuerit dñs signi quod p̄est alicui regioni contra operetur: ⁊ eo grauius ⁊ fortius si malus qui impedierit fuerit in medio celi ⁊ dñs ascendentis fuerit dñs anni quoniam tunc inuenietur ei obstaculum: incipietq̄ detrimentuz ex parte orientis ⁊ protendetur vsq̄ in occidentem. Si autez fuerit malus qui aspicit aliuz in decima ⁊ retrogradus qui iungitur ei fuerit in quarta incipiet impedimentũ ex parte occidentis ⁊ protendetur vsq̄ in vltimos fines meridiei ethiopie: ⁊ grauabuntur regiones ille illa de causa. Si aũt fuerit malus aspiciens in septima ⁊ retrogradus qui iungitur ei fuerit in quarta erit iniciũ

impedimenti vndecūq; ⁊ extendet vsq; ad occidentē a septētrione. Et si iū gant duo mali erit impedimentū grauiꝰ ⁊ citiꝰ apparebit: ⁊ erit in hominibꝰ mortalitas grauis: ⁊ eo fortius si saturnꝰ fuerit ille qui impedierit qm̄ habet naturaliter impedire significatū signi in quo ipse fuerit. Uideas ergo in quo loco ceciderit malus a loco alteriꝰ mali .s. tardi: qm̄ si fuerint iuncti in signo cōi vel ille qui iungit alteri iungat ei de signo cōi determinabit illud maluz p mortē. Si aūt fuerit in signo fixo aut mobili erit finis significati ſm naturam illiꝰ duoꝝ maloꝝ qui fuerit fortior tunc loco in quo inuentꝰ fuerit. Naz si fuerit mars fortior determinabit p interfectionē aut p infirmitates calidas pestiferas ſm q̄ fuerit magis paratꝰ iungi cū dño .8. vel cū dño .6. vel cū planeta qui transferat lumē inter ipsum ⁊ aliquē illoꝝ. Si aūt fuerit saturnꝰ fortior terminabit aut p egritudines melācolicas aut pestiferas ꝓut fuerit iunctus vel paratus iungi cū aliquo illoꝝ sicut dixi de marte. ¶ Et dixit albumasar cōmiscebis ei fortitudinē mortis. Et eo fortiꝰ accident ista si fuerit eorū coniunctio ex angulis. Si aūt fuerit extra angulos minuent eoꝝ significata nec tm̄ impedient ⁊ meliorabunt. ¶ Et dixit albumasar maior destructiō erit in parte qua fuerit malꝰ impediēs. Et dixit scito ergo quid sit signo ī quo fuerint duo mali ex ciuitatibꝰ ⁊ prouincijs: qm̄ in illis mala accident p̄dicta.

¶ Capl̄m .42. de re que imittit timorem in reuolutione anni ⁊ quid significent mali in angulis.

COnsueuerūt aliqñ apparere in reuolutione anni aliqua horribilia que imittunt timorē. Unde si videris aliqđ ex eis cū reuoluis annum: vide vtrū ille qui imittit timorē iungat vel aspiciat se cū saturno vł ioue qm̄ sunt ponderosiores ceteris. quia grauabit ille timor ⁊ dubitanduz erit de ipso: ⁊ eo fortiꝰ si predicti planete fuerint impediti ⁊ maxime saturnꝰ: qm̄ significabit dolores longinquos secuturos ex illo timore atq; mortē. Si aūt nō aspexerit nec fuerit alicui eoꝝ iunctꝰ parū nocebit. Si aūt fuerit ille significator illius mali in angulo significabit multitudinē mali ⁊ eiꝰ durabilitatē. ¶ Et dixit albumasar cū fuerit ante angulū erit modicū ⁊ breue. Et dixit auxiliare p dignitatē in hoc tpe ⁊ auxiliat sup bonū ⁊ malū.

¶ Capl̄m .43. cū dñs signi in quo fuerit dñs anni aspexerit eū vel qñ nō aspexerit eum quid significet.

ASpice in reuolutiōe planetā in cuiꝰ domo fuerit dñs anni: ⁊ vide vtrū ipse aspiciat eum a trino vel sextili aspectu nec sit impeditus: quoniaz si sic fuerit erunt hoīes in bono statu in quiete .s. atq; securitate ⁊ pace ⁊ gaudio ⁊ tranquillitate atq; leticia. Si vero nō fuerit impeditꝰ nec aspexerit: vel aspexerit ⁊ fuerit impeditus iudica inter vtrūq;. Si aūt non aspexerit euz ⁊ fuerit impeditus significat tristiciam ⁊ solicitudinem ⁊ timorē litigia seu cōtentiones ⁊ totum contrariū eius quod significauit in bono. ¶ Et albumasar dixit q̄ est hoc ſm quantitatem complexionis substantie signi in quo fuerit significator: quia si fuerit in prima erit in personis: si fuerit in secunda erit in substantia: ⁊ ita intellige de ceteris domibus.

¶ Capl̄m .44. de reuolutione anni cum fuerit in occasu solis.

I

Consi̇derabis reuolutionē anni vtrum sit ad occasum solis. Nam dixit albumasar cū sic fuerit cōmittet sol dispositionē suam lune que est luminare noctis. Aspice ergo eam ⁊ vbi sit locus eius ab ascendente que si fuerit apta suscipere dispōnem reuolutionis aspice dn̄m signi in quo ipsa tunc fuerit: ⁊ videas qualiter aspiciat a planetis ⁊ iudica ſm ꝙ videris ꝙ si aspiciant eum fortune significāt bonū: mali vero significant malū. Aspicias etiā quō ipsa fuerit locata cū saturno hoc est in quali aspectu trino. s. vel sextili: ⁊ vtrū saturnus recipiat eā de domo vel de exaltatione vel de duabꝰ alijs dignitatibus: quoniā tunc cōmittet ei dispōnem suam saturnus: vel cōmittet ipsa suā dispositionem saturno. Nā si saturnus cōmiserit ei suaȝ dispōnem efficietur ipsa fortior ⁊ melius disponet facta reuolutionis illiꝰ. Si vero ipsa cōmiserit ei dispōneȝ suam nō disponet postea sup reuolutione illa ⁊ si disponet eiꝰ dispositio erit praua. ¶ Et dixit albumasar aspice augmentationē luminis eiꝰ atq̧ diminutionē ⁊ vtrū sit ei ventura eclipsis in anno illo. Et dixit oportet vt aspiciat in eclipsi locus eius ⁊ gradꝰ impletionis: ⁊ in eclipsi solis gradus eius ⁊ locus coniunctionis ⁊ almuteȝ sup hec loca ⁊ quō aspiciant planete aspicientes eam. Almuteȝ est planeta qui preest gradui cōiunctionis vl' preuentionis pre multitudine dignitatū seu fortitudinū.

¶ Capl'm. 45. quādo dn̄s ascendentis fuerit impeditus in reuolutione anni quid inde sequat.

Aspice in reuolutione anni dn̄m ascendentis quem si inueneris impeditū annuncia impedimentū futurū super hoīes in anno illo ſm substātiā signi ascendentis: vt si fuerit ascendēs signū ad imaginē hoīs formatum accidet eis in personis. Si aūt fuerit ascendens signū formatum ad imaginē alterius animalis accidet sup animalibus ad imaginem illam formatis. Et grauius accidet hoc in terra cui preest illud signum ⁊ cui preest ille planeta ¶ Et dixit albumasar ꝙ erit magis ex parte orientis ⁊ in partibus deputatis planete qui fuerit dn̄s signi ascendentis q̄ȝ in alijs: vt si fuerit ascendēs libra: ⁊ venus fuerit impedita patiet terra libre impedimentū ex ventis ⁊ infirmitatibus ⁊ doloribus capitis ⁊ similibꝰ. ¶ Et si fuerit ascendēs taurus patietur impedimentū terra tauri ⁊ detrimentū ex frigore ⁊ niue ⁊ siccitate destructione fructuū arboꝝ ⁊ impedimento boum ⁊ amfractibus ⁊ similibꝰ ſm naturā ⁊ dispositionē vniuscuiusq̧ regionis nisi ꝯtrā operet mars. ¶ Et si fuerit ascendens gemini ⁊ mercurius fuerit impeditus patiet terra geminorū ex flatu ventorū ⁊ ex aeris corruptione ⁊ ex dolore capitis ⁊ intestinoꝝ lingue ⁊ pulmonis ⁊ in locis spiraminū corpis ¶ Et si fuerit ascendēs virgo patiet terra virginis ex frigore ⁊ siccitate ⁊ mediocri sterilitate ⁊ ex doloribꝰ pectoralibus ⁊ ī partibꝰ cordis nisi cōtra operet iupiter. ¶ Et si fuerit ascendēs cancer ⁊ luna fuerit impedita patiet terra cancri ex pluuijs ⁊ ex dolore oculorū ⁊ totius capitis nisi cōtra operet saturnus ¶ Et si fuerit ascendens leo ⁊ sol fuerit impeditus patiet terra leonis ex caliditate aeris ⁊ ex decursu reumatis ⁊ ex egritudinibus capitis ⁊ similibus nisi contra operet saturnus in frigiditate ⁊ constringendo ¶ Et si fuerit ascendēs scorpio ⁊ mars fuerit impe

ditus impediet terra scorpionis ex aquis et reptilibus venenosis et ex dolori bus capitis et brachiorum atque verendorum et similia. Et si fuerit ascendens aries impedietur terra arietis ex caliditate aeris et ex decursu reumatis et ex dolore capitis et similia nisi contra operetur venus. ¶ Et si fuerit ascendens sagittarius et fuerit impeditus iupiter impediet terra sagittarij ex personis in prima parte anni et in vltima ex animalibus que equitant egritudinibus capitis et crurium et similibus. ¶ Si aut̄ fuerit ascendens piscis impediet terra piscium ex inundatione aquarum et ex egritudinibus pedum vt podagre et similia nisi contra operet mercurius. ¶ Et si fuerit ascendens capricornus et fuerit impeditus saturnus impediet tunc terra capricornij ex frigore et siccitate atque sterilitate et ex dolore genuum et iuncturarum et capitis et pedum et similibus nisi contra operet luna. ¶ Et si fuerit ascendens aquarius et fuerit impeditus saturnus impediet terra aquarij ex ventis humidis et ex egritudinibus crurium et colli et capitis nisi contra operet sol. ¶ Et si d̄ns ascendentis reuolutionis prefuerit alijs terris quam signum illud presit participabunt cum terris signi ascendentis impedimentis licet non impediant tantū quantū ille que sūt deputate signo. Et si fuerint signa ascendētia salua et planete liberi saluabuntur terre subiecte illis iuxta esse vtriusque. ¶ Et dixit albumasar postquam aspexisti ascendens aspice secundū et terciū et quartum et quintū ac ceteras domos et earū d̄nos sicut aspexisti primū vsque in finē signorum. ¶ Et dixit et digniores fac angulos et eorū d̄nos quoniā est eis opus et fortitudo super cetera signa que habent significare res regum.

¶ Capitulum .46. quid sequet ex coniunctione duorum malorum cum d̄no anni aut cum significatore regis.

Aspice in reuolutione anni cōiunctionē d̄ni anni et significatoris regis cum infortunis. Nam si fuerint due infortune iuncte cū d̄no anni siue ipse iungat ei vel ipe illis significat hoc grauitatē que eueniet super rusticos seu populares: et accidet hoc in terra seu regione que fuerit signi in quo fuerint infortune. Si aūt fuerint in diuersis signis accidet in diuersis regionibus secundum quod sunt illis signis deputate. Si aūt fuerit coniunctio cum significatore regis significat quod eueniet grauitas super regem ex regionibus supradictis. ¶ Et dixit albumasar et aspicit victorie ad sublimationē fortitudinis malorum in itinere suo. Et dixit et querat in hoc testimoniū saturni et iouis secundum quod patefecit in capitulo coniunctionū.

¶ Item de eodem.

Dixit albumasar cum vnus duorum malorum fuerit iunctus alteri fuerintque in signis humanis siue per corpus siue per oppositionem siue per quadratum aspectū iuncti fuerint simul. Si aūt vnus ex illis malis fuerit saturnus et fuerit fortior marte significabit infirmitates multas et graues et morient ex eis quamplures. Si aūt fuerit mars et fuerit fortior saturno significabit interfectiones loco infirmitatū saturni. Si aūt vnus fuerit in signo humano et alter in alio imittet quodlibet impedimētū super significata signi in quo fuerit erit tñ minus hoc nec refert vtrū vnus vel duo sint diurni vel nocturni vel masculini seu feminini

Si aũt fuerint recepti minuet̃ eo℞ impedimẽtũ ƀm receptionẽ. ¶ Et dixit albumasar qui infirmati fuerint in eodem anno sperat̃ eis sal⁹ siue incolumitas preter modicos qui morient̃. Si aũt fuerint ipsi mali recepti erit minus mortis ⁊ minus interfectio: ¶ Et dixit albumasar ⁊ miscebunt̃ inuicem.

¶ Capl'm. 47. qualiter aspiciendum sit in reuolutione anni regi atq; vulgo in corporibus.

POstq; aspexisti quid sequat̃ ex coniunctione maloꝝ cum dño anni ⁊ cũ significatore regis. Restat nunc dicendũ in isto capitulo qualiter aspiciendũ sit esse popularium seu rusticoꝝ atq; regis in personis eorum. Esse quidem popularium seu rusticorum atq; regis in personis eorum aspicies ex domino ãni ⁊ ex dño ascendentis: ⁊ vide quid sit in ascendente reuolutionis ex aspectib⁹: vtrũ aspiciant illud fortune seu mali: quoniã si fortune aspexerint ascendens ⁊ dñm anni signt bonum esse corpoꝝ ipsoꝝ in reuolutione illa: ⁊ eo melius si aspexerint cum hoc dñm ascendentis: ⁊ iterum melius si cũ hoc aspexerint lunam ⁊ adhuc perfectius si fuerit tibi pars fortune aspecta a fortunis. Si aũt aspexerint mali ascẽdens: nec fuerint alij significatores salui nec bene locati: nec pars fortune iudica contrariũ eius quod dixi tibi. s. boni loco annuncia malum: vt si impedierint mali dñm anni iudicabis impedimentum ƀm substantiam mali impedientis. ¶ Saturnus enim significat impedimentũ ex doloribus longinquis ⁊ morte. Mars vero sigt impedimentuz per ferrum ⁊ ignẽ ⁊ interfectionẽ tam in fuga q̃ aliter. ¶ Esse aũt regis aspicies a sole ⁊ a decimo ⁊ eius dño: nec non ⁊ a parte fortune ⁊ eius dño quos si inueneris bene dispositos in trino vel sextili aspectu fortunarũ vel in quarto cum receptione vel in corporali coniunctione ipsoꝝ ⁊ aspexerint fortune decimũ iudica vndiq; ⁊ ex toto incolumitatẽ corporis regis. Si aũt inueneris contrariũ: cõtrariũ iudicabis. Et si inueneris ex bono esse minus q̃ dixerim tibi minus bonum iudicabis. Sic de malo esse dicendũ censeo. Et si volueris facere saturnum participẽ in predictis nõ errabis.

¶ Capitulum: 48. qui planete significent reges ⁊ regna ⁊ de impedimentis quatuor angulorum.

INquit albumasar sol ⁊ saturnus significant reges ⁊ regna. Et dixit qualemcũq; planetã inueneris impeditum ex angulis. 4. dic malum ex substantia eius. Unde videnduz est tibi vbi cadant in figura reuolutionis sol ⁊ luna. Nam si ceciderint in bonis locis a. 10. ⁊ fortioribus vel in ipso. 10. significãt vniuersaliter bonũ esse regũ ⁊ bonã dispõnem regnoꝝ. ¶ Aspiciẽdi sunt similiter anguli ⁊ eorũ dñi. Naz si inueneris angulos fortunatos ⁊ eoꝝ dños ⁊ participez fac lunã ⁊ partẽ fortune quos si inueneris bene dispositos fortunatos. s. atq; fortes annũcia vniuersaliter bonũ. Si aũt inueneris eos male dispositos annũcia cõtrariũ. Si aũt inueneris aliquos ex eis bene dispositos aliquos vero male annũcia ƀm q̃ inueneris. Naz ƀm significata bene dispositoꝝ annuncia bonũ: ƀm vero male dispositoꝝ significata annũcia malum.

¶ Item de eodem ƀm albumasar.

AIt albumasar fortior ex regibus erit rex cuius clima ⁊ ciuitates fuerint dñi anni post hoc quod sequit̃ per successionez signoꝝ fortitudinum ⁊

omnis natiuitas que fuerit sub eodē signo aut sub signo dñi anni erit fiducia bilior ad bonū ꝛ melioris ordinis ac dignitatis apud homines nisi sit eiꝰ natiuitas impedita in radice. Unde tu debes aspicere in hora reuolutionis si dñs anni fuerit significator natiuitatis vel regionis seu climatis cui ꝑfuerit rex qm̄ ille rex cuiꝰ regnū fuerit sub dominio dñi anni erit fortior alijs regibꝰ ꝛ eius regnū erit meliꝰ ꝛ durabilius ꝛ in meliori esse q̄ȝ alia regna. Et qui nati fuerint in ciuitatibus seu regionibus seu regno illo in illa reuolutione ꝛ luna sit fortunata ꝛ fortis erunt magis fortunati atqȝ famosiores: ꝛ magis reputabunt q̄ȝ illi qui nati sunt in alijs regnis: dūmodo planeta qui fuerit significator alicuiꝰ eoꝝ nō sit impeditus in radice natiuitatis eius. Etiam si pars fortune fuerit impedita supplebit hoc quod dixi vicē partis fortune. Si aūt fuerit impeditus significator natiuitatis alicuius eorū non erit natus ille ita fortunatus tamen erit minus infortunatus alijs infortunatis aliarum regionum.

Capitulum. 49. quando luna vel mercurius fuerit dñs anni aut significator regis ꝛ aspicit ab infortunis quid inde sequat ꝛ de parte fortune ꝛ eius dño.

Si contigerit aliquādo q̄ luna vel mercurius sit dñs anni aut significator regis ꝛ aliquis maloꝝ fuerit iunctus cū eo ꝛ impedierit eum ex aspectu vel cōiunctione debilitabit ꝛ grauabit esse anni ꝛ vulgi seu popularium si fuerit dñs anni. Si vero fuerit significator regis debilitabit ꝛ grauabit eē ipsius: nec poterit hoc euitari nec prohiberi: ꝛ hoc propter debilitatē illius qui fuerit significator: quia nō erit tante virtutis q̄ possit a se expellere impedimentū sibi illatum a malo cū quo ipse iungit nisi contra operet pars fortune ac dñs eius operando bonū propter suam dispōnem. Si quidē fuerint impediti non significabūt bonum sed contrariū eius ꝑm substantiā signi in quo fuerint: quia ꝑm significata illius signi ꝛ supra illa significata cadet impedimentum ꝛ dicet tunc inimicari significatori. Aspice tunc ꝛ vide vtrū significator regis cōmittat dispositionē seu fortitudinem suam significatori vulgi: qm̄ dispositio anni vel regis erit deterior si significator erit impeditꝰ a malo ꝛ iungit planete qui inimicat ascendēti ꝛ ecōtrario.

Capitulum. 50. de cōmissione dispositionis dñi anni significatori regis quid inde sequat.

Dixit albumasar si dñs anni cōmiserit dispositionē suaȝ significatori regis ex quarto aspectu vrgebit rex rusticos in petitione substantie: ꝛ ob hanc causam intrabit sup eos angustia. Et si fuerit ex trino vel sextili aspectu reddent censum absqȝ ingressu districtionis super rusticos. Et dixit quia si cōmiserit dispositionē absqȝ aspectu erit hoc absqȝ opere regis ꝛ putabit rex q̄ hoc non perceperit. Et dixit q̄ si cōmiserit significator regis dispositionē domino anni extrahet rex in eodem anno substantiaȝ. Et dixit si aūt aspexerit dñs. ii. significatorē regis erit hoc cū bono aīo suo.

Capitulum. 51. de cōiunctione capitis draconis cum saturno ꝛ de coniūctione caude cum marte ꝛ quid inde sequat.

Dixit albumasar coniunctio capitis draconis cuz saturno significat impedimentũ substantie signi in quo iungunt̃ sicut significat eclipsis solis ⁊ lune nisi frangat̃ malicia per aspectus fortunarũ. ¶ Unde si cõiunct⁹ fuerit saturnus cũ capite draconis in ariete significat impedimentũ venturũ in revolutione illa in ovib⁹ ⁊ similibus nisi aspexerit eos mars a trino vel sextili aspectu ⁊ ipse fortunatus: erit etiã nocumentũ i reb⁹ reguz nisi cõtra operet̃ significator regis vel dñs. 10. dom⁹. ¶ Si vero fuerit eoꝝ cõiunctio in leone erit impedimentũ in aĩalibus silvestribus viventibus de raptu ⁊ nocebit aliquid regibus licet non multũ. Et si fuerit eoꝝ cõiunctio in prima medietate sagittarij erit impedimẽtũ in hominibus. Si aũt fuerit in ultima eius medietate erit impedimentũ in animalib⁹ magnis sed fortius in illis que equitant̃. ¶ Et si fuerit eorum cõiunctio in tauro erit impedimentũ in bobus ⁊ similibus ⁊ arboribus ⁊ herbis: ⁊ etiam ledet aliquid oves ⁊ pueros: ⁊ modica erit pluvia ⁊ minuet̃ annona nisi cõtra operentur venus ⁊ luna. ¶ Et si fuerit in virgine erit impedimẽtũ in mulieribus ⁊ maxime in iuvenculis ⁊ aliquid tanget viros iuvenes ⁊ minuent̃ semina ⁊ terre nascentia que ad semina reducunt̃. ¶ Et si fuerit in capricorno erit impedimentũ in capris ⁊ similibus: ⁊ aliquid ledet terrenascentia licet non tantũ quantum in virgine ⁊ augmentabit̃ frigus nisi contra operet̃ mars. ¶ Si aũt fuerit in geminis erit impedimentum in hominibus ⁊ plus iuvenibus ⁊ adolescentibus: minus in his qui sunt collecte etatis: ⁊ iterum minus in senibus: ⁊ erit similiter in avibus: ⁊ flabunt venti nocibiles. ¶ Et si fuerit in libra est impedimentũ in hominibus ⁊ plus in his qui sunt collecte etatis vel complete ⁊ mediocribus: minus in senibus atq; adolescentibus ⁊ qui sunt a .45. infra ⁊ flabunt venti plures. ¶ Et si fuerit in aquario erit impedimentũ in hominibus ⁊ plus in senibus ⁊ vilibus: tamen minus in his qui sunt collecte etatis: ⁊ iterum minus iuvenibus adolescentibus. ¶ Si vero fuerit eius coniunctio cum marte in predictis signis erit impedimentum quod significaverit mars multum infra impedimentum saturni sed erit per calorem ⁊ siccitatez nisi contra operet̃ iupiter vel saturnus. ¶ Si aũt fuerit eoꝝ coniunctio in cancro erit impedimentũ ex locustis impedientibus ⁊ devastantibus in partibus in quibus fuerint: ⁊ maxime in regionibus orientalibus ⁊ calidis: ⁊ erunt pluvie in regionibus aptis ad hoc plus solito. ¶ Et dixit albumasar ⁊ augmentabunt̃ terrenascentia ⁊ terre repentia tam ledentia q̃ non ledentia. ¶ Et si fuerit ĩ scorpione erit impedimentum in animalibus venenosis tam terrestribus q̃ aquaticis ⁊ maxime in scorpionibus. Et si fuerit in pisce in animalib⁹ degentibus in aquis ⁊ maxime in his que sunt ad utilitatẽ hominũ.

¶ Capitulum. 52. de coniunctione martis ⁊ saturni cum cauda.

Mars quidem cum iunctus fuerit cuz cauda significat destructiones ac interfectionem ⁊ famem atq; multitudinem mali. ¶ Si autem fuerit cauda iuncta cum saturno significat famem ⁊ paucitatem boni in quocunq; signo fuerit ⁊ destructiones graves ac frigus ⁊ timores maximos ac destru-

ctionem mensium ꝛ superfluitatem mali ꝛ erit hoc in ea parte in qua fuerint.

¶ Caplm.53.de coniunctione duoꝝ maloꝝ saturni.s. ꝛ martis cum aliquo planeta in gradu exaltationis sue quid inde sequat.

Dixit albumasar aspice in reuolutione anni cōiunctionē malorum.s. saturni ꝛ martis vtrum iungant cum aliquo planeta qui sit in gradu exaltationis sue per aspectum: ꝛ eo deterius si per quadratum vel per oppositionem. Nam si fuerit saturnus significat malum ꝛ destructionem in regione deputata illi planete. Et si fuerit aspectus saturni de signo fixo prolongabitur illud significatum ſm quantitatem graduum qui fuerint inter corpora eorum ad annos vel menses vel ebdomadas seu dies. Nam si fuerit significatum quod debeat perfici infra annū quem reuoluis significabit ſm numerum graduum menses. Si aūt fuerit significatū transgrediens illum annum seu reuolutionē illam prolongabit ad annos. Si aūt fuerit de signo mobili significabit ſm numerum graduum dies. Et si non fuerit perfectū in tot diebus significabit ebdomadas. Et si fuerit de signo cōmuni erunt ebdomade. Et si non fuerit completum in tot ebdomadis significabit mēses. ¶ Si aūt non aspexerit eum saturnus sed transtulerit aliquis planeta lumen coꝝ inter eos significabit euentū rerū displicibiliū super homines regionis illius planete: aut superueniet eis destructio ac detrimentū a gentibus que non erunt de regione illa. Si autem non transtulerit aliquis planeta lumen inter eos ꝛ tetigerint radij saturni radios planete existentis in exaltatione sua vel planete qui esset aptus posse transferre lumen inter eos intrabit super homines illius regionis tristicia ꝛ meror que non oportebit eos timere: soluet enim timor ꝛ non perueniet in actum nutu dei. Si aūt fuerit de aspectu martis sicut dixi de aspectu saturni: ꝛ eo deterius si fuerit quadratus vel oppositus accident predicta sicut dixi de saturno simili modo ꝛ similibus de causis ꝛ plus quia mars perficiet accidentia que significauerit per ferruꝫ ꝛ ignem ꝛ effusionem sanguinis.

¶ Caplm.54.de dn̄o quarti si fuerit hora reuolutionis in domo peregrinationis quid significet.

Si fuerint incarcerati hora reuolutionis in ciuitate seu regione in qua fueris sicut aliquando contingere consueuit: ꝛ volueris scire quid inde futurum sit in illa reuolutione. Aspice dn̄m quarti ab ascendēte ꝛ vide vtrū ipse sit in nono quoniam si fuerit in eo significat peregrinationē illorum qui fuerint in carceribus in ciuitate vel regione in qua reuoluis ꝛ exitum a suis carceribus in reuolutione illa: ꝛ accidet hoc eis absqꝫ licentia ꝛ voluntate regis vel potestatis vel aliorum qui prefuerint illi regioni: hoc dico nisi significator regis aspiciat dominum quarte a trino vel sextili aspectu: quoniā tunc erit de ipsius voluntate. ¶ Si autem fuerit ex quarto aspectu seu oppositione tunc exibunt non solum sine ipsius licentia sed etiam contra ipsi⁹ voluntatem ꝛ mandatum. ¶ Et si fuerit significator regis seu presidis in nono ꝛ dominus quarti commiserit ei dispositionem suam significat ꝙ ipse idem rex vel preses educet vinctos de carceribus propria voluntate.

Et si dñs noni receperit dispositionē a dño quarti in nono significat q inimicus regis seu presidis educet incarceratos de carcerib⁹. ¶ Et dixit albumasar cōmisce cōiunctionē planetarū adinuicē & iudica ꝺm cōmixtionē eoꝝ.

¶ Capłm. 55. quid significet quando vnus planetarū cōmittit dispositionez suam alteri in reuolutione.

Uideбis etiam vtrum aliquis planetarū cōmittat dispositionem suam alteri in cōmissione. Nam si cōmiserit significator regis dispositionez suam saturno inuenient religiosi religiones suas seruantes & senes & decrepiti & grauibus operibus vtentes a rege bonum: & expendet rex in edificijs religiosoꝝ etiam in suis proprijs. ¶ Et si fuerit saturnus tunc supra terrā edificabit edificiū regum. Et si fuerit sub terra edificabit cauales & puteos atq aqueductus & populabit terras & eo plus si fuerit in ascendente circa finē ei⁹ potius vel in tercio vel in nono & sollicitabit in operibus grauibus. Et si cōmiserit eam ioui adipiscent ciues nobiles & magnates & viri periti famosi & episcopi & similes a rege bonū. ¶ Et si cōmiserit eam marti adipiscent milites bellicosi & portatores armoꝝ & duces exercituū & tractores bellorū a rege bonum & honorificabunt ab eo & audiet eos & appropinquabit eos sibi. ¶ Et si cōmiserit eam soli inuenient propinqui regis ab eo bonū & maxime qui sunt apti regno. ¶ Et si cōmiserit eam veneri inuenient mulieres & oēs quorum venus fuerit significatrix a rege bonum & domesticabit eis. ¶ Et si cōmiserit eam mercurio tunc significat q sapiētes seu consiliarij rei regie scribe sculptores pictores inuenient in eodem anno seu reuolutione a rege bonum vtile atq gratiā & audiet eos atq domesticabit eis. ¶ Si aūt cōmiserit eam lune significat q illi qui significant per illum planetam cui coniungit & cui ipsa defert dispositionē inueniet a rege bonum & naute similiter. ¶ Idē dicas de dño noni: q si cōmiserit disposit ionē suam predictis planetis in reuolutione inuenient predicte persone a papa siue ab alijs episcopis & similibus ꝺm q dictum est de significatore regis & rege.

¶ Capitulum quinquagesimumsextum quando aliquis planeta fuerit dñs ãni quid significet in quolibet signo ꝛ in q̃libet triplicitate ꝛ primo de satῦno



Licet saturnus sit naturaliter malus: tamẽ per accidens potest aliquãdo significare bonum ꝛ fortunam ita ꝛ quilibet malus: sic etiam ꝛ fortuna licet naturaliter habeat significare bonum: tamen per accidens potest aliqñ significare malum. Malus igitur per naturam suam significat malum ꝛ impedimentum: ꝛ si iungat᷑ cum altero malo vel aspexerit eũ ex aliquo aspectu ꝛ ipse impeditus fuerit impediet eum. Si autez fuerit liber ab impedimẽtꝭ ꝛ bene dispositus iunctusq; fuerit ei ex trino vel sextili aspectu non impediet eum sed significabit adaptationẽ ad bonum. Similiter si fortuna fuerit impedita ꝛ debilis debilitatur significatum suum. Unde si aspexerit eum tunc aliquis malus impeditus vel altus qui sit mali esse accipiet ille maliciam eiꝰ ꝛ significabit malum ꝛ impedimentum ꝛ erit impedimentũ ꝑm naturaz mali impedientis fortunam illaz. ¶ Postq̃ ergo inueniſti dominũ anni ꝛ significatorem popularium seu rusticorum ꝛ fuerit in ariete vel leone seu sagittario significat apparitionem rerum de quibꝰ mirati erunt homines in ciuitatibꝰ

atq₃ regionibus seu terris quibus prefuerit signum: ꝛ maxime in partib⁹ ori/entalibus: ꝛ erit hoc magis super diuitibus ꝛ magnatibus ac potentibus excedentibus cōmunes magnates seu nobiles: ꝛ hec fient per homines sagaces ꝛ ingeniosos ꝛ occultantes sua ꝛ similia ꝛ silentes illa. Et ostendentur signa ꝛ prodigia miranda ꝛ hoc sub specie pulcre apparitōis ꝛ ypocrisis. Videbis tunc vtrum sit fortuna vel infortuna ille qui prefuerit reuolutioni. Si quidē fuerit infortuna ꝛ fuerit saturnus ꝛ ipse liber ab impedimentis fortunatus sc₃ atq₃ fortis significat bonum esse atq₃ bonam dispositionem suorum significatorum. Si autē fuerit impeditus ꝛ mali esse in hora reuolutionis significat impedimentum ꝛ malam dispositionē omnium suorum significatoꝝ ꝛ que sunt in eius diuisione que significata sunt diuites antiqui: religiosi regulares iudei agricole senes ꝛ decrepiti ꝛ similes: orientur discordie inter homines ꝛ abundabunt etiam mendacia ꝛ blasphemabunt se inuicē. Et si fuerit saturn⁹ boni esse ac bene dispositus in loco in quo ipse tunc fuerit significabit patientiam ꝛ subtilitatem ꝛ inquisitionē rerum vniuersalium tam nobilium q̄₃ popularium in anno illo. Et significat q̄ obedient rustici dominis suis seu regib⁹ ꝛ humiliabuntur eis: et sublimabitur imperium siue regnum seu dominium regionis in qua reuolueris annum: ꝛ augmentabitur eius fama ꝛ nomen. Et si fuerit saturnus mali esse fueritq₃ minatus malum siue impedimentum in reuolutione illa: et aspexerit eum iupiter a trino vel sextili aspectu ꝛ ipse liber fortunatus sc₃ atq₃ fortis frangit maliciam saturni ꝛ tollit eam nec sinit eam nocere vel impedire. ¶ Si aūt aspexerit eū sol a trino vel sextili aspectu nec fuerit cadens ab ascēdēte vel ab angulo preterq̄₃ a decima: nec fuerit aliter infortunatus frangit tres partes malicie saturni. Si autem aspexerit eum alia fortuna ꝛ ipsa fortunata ꝛ fortis a dictis aspectib⁹: vel iupiter a quarto aspectu frangit ꝛ tollit medietatem malicie saturni. Ab alijs autem aspectibus minuit fortuna maliciam saturni s̄m q̄ fuerit eius esse. Si autē non aspexerit fortuna que tollat vel minuat maliciam saturni significat mortem diuitum ꝛ magnatum ꝛ eorum inuidiam ad inuicem inter se atq₃ accusationes ꝛ negligentias eorum ꝛ odium popularium aduersus eos ꝛ eorum subditoꝝ: significat etiam mortem causa aquarum ꝛ impedimentum atq₃ timorem ꝛ mortē in terra seu regione que significat̄ per signū in quo ipse tunc fuerit. Et si fuerit orientalis in suo lumine directus velox cursu vel in aliqua suarum dignitatū vel in dignitate alicuius planete qui amicetur ei sicut sunt iupiter ꝛ ambo luminaria ꝛ iungatur ei ꝛ recipiat eum: fueritq₃ in bono loco ab ascendēte ꝛ in suo ay₃ significat q̄ homines studebunt in anno seu reuolutione illa in dispositione grauium operum ꝛ laboriosorum vt sunt labores aquarum: plantationes arborum: aggregationes ꝛ eleuationes nemorum: ꝛ populationes terrarum ꝛ earum cultus: edificationes ciuitatum atq₃ castrorum ꝛ domorum seu palaciorum ꝛ his similium.

¶ Capitulum quinquagesimum septimū de corporali coniunctione saturni et iouis.



Quod si fuerit ei iupiter corporaliter iunctus erūt opa que faciunt homines cū silencio et operabuntur per modum religionis et cum apparitione fidei et obseruatione preceptorum iusticie ¶ Si aūt aspexerit eum a trino vel sextili aspectu: et eo melius si fuerit cum receptione significat q̄ superuenient dominatiões regibus et magnatibus qui fuerint in regionibus quibus p̄est signū in quo fuerit tūc iupiter et res de quib⁹ gaudebunt ¶ Si aūt aspexerit eum ex oppositione significat q̄ accidet ei contrarium de hoc quod dixi: quoniā significat q̄ eueniēt ad reges vel diuites siue magnates qui sunt in diuisiõe signi in quo fuerit saturnus contentiones bellorum ex ipsius regionibus que sunt in diuisione signi in quo fuerit iupiter a regibus siue magnatibus seu diuitibus earum regionum. ¶ Et dixit albumasar et erit hoc s̄m quantitatem graduū qui fuerint inter saturnum et iouem et locum coniunctionis vsq; in hora qua fuerit belluz et contrarietas ¶ Et dixit et si fuerit aspect⁹ iouis ad saturnum ex q̄rto aspectu erit in loco bellorum diuersitas inter eos in rebus que fuerint in diuisione saturni. Et si fuerit saturn⁹ in tauro vel leone vel sagittario aut piscib⁹ aut etiam in ariete et aspexerit eum iupiter significat augmentationez bonorum diuitum et magnatum atq; nobiliū in eo anno. ¶ Et si fuerit aspectus trinus vel sextilis et fuerit in bono loco ab ascendente significat q̄ euenient rusticis seu popularibus a nobilibus seu magnatibus bonum et gaudium et quod eis placebit.

¶ Capitulum quinquagesimū octauum quando mars fuerit iunctus saturno in reuolutione et ipse boni esse quid significet.



ET si fuerit saturnus dominꝰ āni seu reuolutōis: fueritq̃ boni esse similiter ⁊ mars ⁊ aspexerit eum a trino vel sextili aspectu ⁊ vterq̃ receperit alium de domo vel de exaltatione vel de duabus alijs dignitatibꝰ: vel fuerit ambo recepti ab vno planeta significat ꝙ in eodem anno augebitur substantia popularium seu vulgi siue rusticorum ⁊ corū honor ⁊ fama cōmiscebunt magnatibus ⁊ diuitibus. Si autē aspexerit eum mars vel corporaliter fuerit ei iunctus ⁊ ipse mali esse significat diminutionē statꝰ diuitum ac magnatum in reuolutione illa q̄ fuerint in diuisione arietis seu leonis vel sagittarij in breui absq̃ dilatione magna: ⁊ qui fuerint in diuisione signi in quo fuerit vterq̃ eorum inuicem male se habebunt ciues illarū regionū: ⁊ pauca erit inter eos pietas ⁊ nulla misericordia ¶ Sed si fuerit aspectꝰ eoꝝ trinus vel sextilis significat ꝙ euenient ad nobiles siue diuites seu magnates qui sunt in diuisione arietis leonis atq̃ sagittarij donatōes ⁊ siĺr de quibꝰ gaudebūt ⁊ letabunt a ciuibꝰ qui fuerint in diuisiōe signi in quo fuerit mars. Erunt etiam ⁊ alij hītatores illarū regionū boni esse ⁊ euenient eis placibilia ex ipsis regionibꝰ qui fuerit in diuisiōe signi in quo fuerit mars. Si aūt fuerit ex oppōne vel q̄rto aspectu sine receptione sig̃t eius ɔ̄rium eius qđ dictū est. Nam loco donationum et alioꝝ placibilium venient mala iniurie rixe cōtentiones atq̃ ɔ̄rietates inter diuites seu nobiles atq̃ magnates regionū q̄ sunt in diuisiōe signi in quo fuerit mars: ⁊ diuites atq̃ magnates regionū predictaꝝ. Insurgēt enī in eos ex guerris ⁊ nitent contra eos vt expellant eos de suis ciuitatibꝰ atq̃ regionibꝰ nec remanebit hoc per eos: ⁊ abscindentur vie inter eos nec permittentur res portari de regionibus illis ad illas: etiā vniuersitas ciuium in regionibus q̄ fuerint in diuisione signi in quo fuerit mars nitet in lesione ⁊ offensiōe ciuiū aliarū regionū predictarū. Et si fuerit mars corporaliter iunctꝰ cum saturno significat bellū ⁊ effusionē sanguinū ac multitudinē febrium: sig̃t etiā febres quartanas ⁊ pestilētias in partibꝰ orientalibꝰ: ⁊ sig̃bit iuuenes: ⁊ cadet inter diuites ac magnates guerra atq̃ mutua interfectio ex ferro. ¶ Et dixit albumasar grauabitur ānona ⁊ vinū ⁊ multiplicabitur butirū. Et dixit ꝙ si fuerit mars prope ascendens anni erunt guerre multe: ⁊ erunt dolores oculorum: infirmitatesq̃ inseparabiles: ⁊ multiplicabuntur tonitrua: ⁊ erit detrimentū in terra ex omni specie nisi contra operentur iupiter ⁊ venus qui si aspexerit eos fragent maliciam eoꝝ: ⁊ solus iupiter potest frangere maliciam vtriusq̃ ⁊ reducere rem ad bonum.

¶ Capitulum quinquagesimũnonum quando sol fuerit iunctus saturno in reuolutione ⁊ ipsi ambo fuerint boni esse.



Si autē fuerit saturnus dñs anni seu reuolutionis: iuncta sq; fuerit ei sol ⁊ ambo fuerit boni esse significat q̄ erunt diuites seu magnates illius regionis exercentes opera sua in petitiōe regni atq; sublimis ⁊ speciosi magisterij spectantis ad nobiles seu magnates: ⁊ hoc etiam in parte declinante ad latus honestatis ⁊ placibilitatis altissimi. Si vero fuerit aspect⁹ trinus aut sextilis venient donationes illis qui fuerint in diuisione signi in quo fuerit sol. ¶ Et dixit albumasar ⁊ afferetur ex his partibus bonuz ⁊ res venales: ⁊ erunt res delate de illis que significantur per solem: augmentabuntur hylaritates hominum ⁊ eorum dignitates. Si autem fuerit aspectus per oppositionem venient in loco donationum rixe ⁊ bellum ⁊ contrarietas: nec deferētur res venales ab vna ex illis regionibus ad aliam: eritq; contrarium eius quod dictum est: venientq; rumores praui ⁊ terribiles loco priorum letificantium. Si quidem fuerit aspectus quartus dixit albumasar non erunt bella nec multiplicabunt guerre: sed erunt rixe atq; discordie inter diuites ac magnates.

¶ Caplm. 60. cum venus fuerit iuncta saturno in reuolutiōe ⁊ ipsi boni esse



Cumq; saturnus fuerit dñs āni seu reuolutiōis fueritq; sibi iuncta venus sigt petitionez rerum venerearū vt sunt ludi delectationes cantilene quietudies res cult⁹ venerei ⁊ silia in quib⁹ hoīes delectantur: ⁊ q̄ rustici cō miscebunt cum diuitibus a principio reuolutionis sed non pseuerabit eorum domesticitas. Si aūt aspexerit euz venus ex trino vel sextili aspectu venient diuitibus qui fuerint in diuisiōe signi in quo fuerit saturnus donatōes atq; domesticitates ex ciuib⁹ qui sunt in ciuitatibus q̄ sunt in diuisione signi in quo fuerit venus ⁊

venient eis placibilia ⁊ erit quod afferetur eis de natura veneris. ¶ Et dixit albumasar si autem aspexerit eum ex oppositione erunt in loco donationū ⁊ rerum placibilium bella ⁊ cōtrarietates ⁊ pgent ipsi diuites ad bellum horū diuitum: ⁊ abscindetur quod afferebatur ex ipsis ciuitatibus: ⁊ minuent̄ substantie ex ipsis partibus Et dixit frangentur census ⁊ venient rumores mali ⁊ conuertetur esse bonū in malum ⁊ rixam atq̧ merorē ⁊ tristiciam. Et radix omnium istorum erit ex mulierib⁹ ⁊ causa mulierum ⁊ rebus venereis ⁊ erūt homies honestiores solito: ⁊ eo magis si saturnus receperit eam ⁊ reuolutio fuerit in nocte. ¶ Si autē aspexerit eum ex quarto aspectu dixit albumasar ꝙ non erunt guerre apparentes: sed erit diuersitas in rebus inter diuites ⁊ populares: ⁊ erunt dissentiones ⁊ discordie ferocissime inter ciues illarum ciuitatum seu regionū tales ꝙ si pater esset ciuis vnius illarum ciuitatū que sunt in diuisione signi in quo fuerit saturnus ⁊ filius fuerit ciuis vnius illarū que sunt in diuisione signi in quo fuerit venus non concordabunt in his que habuerint facere: similiter etiam in proprijs negocijs rixantur et contendant et narrant sua negocia coram alijs ⁊ inter se.

¶ Capitulum sexagesimumprimum de mercurio cum fuerit iunctus saturno in reuolutione ⁊ ipsi boni esse.



Si autē fuerit saturnus dn̄s anni seu reuolutōis fueritq̧ sibi iunctus mercurius significat ꝙ erunt hoies ⁊ maxime diuites ⁊ magnates voluntarij in acquisitione simulatiōis ⁊ facunditatis locutiōis atq̧ philosophie ⁊ astronomie ⁊ medicine atq̧ dyaletice. Similiter ⁊ qui fuerit sub tali figura natus studebit in his ⁊ secundabitur ⁊ proficiet in eis. ¶ Et dixit albumasar ⁊ erit apparitio horum in hoc tēpore in diuitibus ⁊ ciuibus regionum q̄ sunt in diuisione eius. Et si aspexerit eum mercurius ex trino vel sextili aspectu veniet sup̄ diuites ex eis omne bonum: ⁊ afferentur merces venales eis: ⁊ multiplicabunt̄ substantie ⁊ census ex eis: ⁊ laudabitur hoc in ciuitatibus que sunt in diuisione

saturni atq3 signi in quo ipse fuerit: ⁊ erunt vt plurimum merces predicte mercuriales: ⁊ erunt firmi ⁊ stabiles in suis consilijs. ¶ Si aūt aspexerit cum ex oppositione erunt in loco donationum et domesticitatum contrarietates et bellum: ⁊ pergent hi diuites in contrarium illorū vt expugnent eos ⁊ debellent ⁊ expellant eos de proprijs habitaculis: ⁊ abscindetur quicquid afferebatur ab eis ad eos ex bono: ⁊ minuetur substantia ex eisde3 partibus: ⁊ frangetur census: ⁊ audientur rumores mali: ⁊ occultabitur bonum: ⁊ apparebit malum ex illis ciuitatibus: ⁊ eo fortius si mercurius fuerit impeditus ab infortunis vel habuerit aliquam cōmixtionem cum eis. Si autem fuerit fortunatus a fortunis tunc impediet minus sed non tollet impedimentum oppositionis ¶ Si vero fuerit aspectus q̈rtus erit infra hoc nec apparebit bellū: erit tamē diuersitas inter hos diuites seu magnates ⁊ inter diuites ⁊ rusticos ¶ Et dixit albumasar causa hui⁹ rei erit res mercurialis prout ipse exposuit hoc in libro maiori ꝑm q̄ ipse idē testat̃. Intellige hoc ⁊ serua in mente tua.

¶ Capitulum sexagesimum secundum de coniunctione lune cum saturno in reuolutione ⁊ ipsi ambo boni esse.



SI quidem saturnus fuerit dominus anni seu reuolutionis: fueritq3 luna iūcta sibi erit apparitio legatorum ⁊ rumoru3 ⁊ exploratorū ⁊ constitutio rerū gloriantiū: ⁊ erit hoc in diuitib⁹ ⁊ magnatibus ⁊ etiam in popularibus: ⁊ volent equiparari magnatibus in reuolutōe illa ¶ Et si aspexerit tunc luna saturnum a trino vel sextili aspectu significat q̄ aduenīēt ad magnates seu nobiles qui sunt in diuisiōe signi in quo est luna donationes ⁊ res de quibus gaudebunt: ⁊ afferent̃ ex ipsis ciuitatibus res venales atq3 substātie: ⁊ multiplicabitur eorum census ex eis. ¶ Et dixit albumasar ⁊ deferent̃ res ille ad diuites qui sunt in diuisione signi in quo est saturnus ⁊ erunt res lunares vt plurimum ⁊

proficient homines ex plantationibus. Et dixit ꝛ si fuerit aspectus lune ꝛ saturni ex oppositione erit contrarium eius quod dictuȝ est: erunt enim in loco donationū ꝛ bonorum contrarietas ꝛ bella: ꝛ ibunt hi diuites scȝ qui fuerint in diuisione signi in quo est luna in damnum ꝛ debilitationem illorum: ꝛ tolletur quod deferebatur ab illis partibus ad istas: ꝛ frangetur census ꝛ abscindentur vie mercationum: ꝛ surgēt et apparebūt rumores mali: ꝛ tollet̄ bonū ꝛ vertetur in malum. Et si fuerit aspectus lune ad saturnum quadratus significabit ꝙ non apparebit bellū: erit tamen inter diuites ꝛ magnates ꝛ rusticos seu populares contrarietas ꝛ etiam inter propinquos causa rerum lunarum.

¶ Capitulum sexagesimumquartum quid significet saturnus in vnoquoqꝫ signo ꝛ in vnaquaqꝫ triplicitate ꝛ in vnaquaqꝫ domo siue fuerit domin⁹ āni siue non.

CUm saturnus fuerit dominus anni fueritqꝫ in ariete vel eius triplicitate significat grauitatem rerum magnatū ꝛ nobilium qui fuerint in partib⁹ orientalibus: sed in ariete precipue.



¶ Unde cum fuerit in ariete significat multitudinem ventoꝝ ꝛ mortē mulierum depꝛecationis seu ad religiones pertinentiū ꝛ hoc in partibus thoꝛacey ꝛ aiaroc: paucitatem quoqꝫ annone atqꝫ vini ꝛ butiri ꝛ etiam vngentoꝝ atqꝫ pinguedinum. Si quidem fuerit impeditus significat multitudinem latronū ꝛ absciſoꝛum viarum ꝛ tribulationes multas in reuolutione illa. Et si fuerit solus significatoꝛ ꝛ fuerit cadens ab aſcendēte non aſpiciens illud fueritqꝫ directus significat ꝙ intrabit diſtrictio ꝛ anguſtia ſuper nobiles. ¶ Et dixit albumaſar ſi fuerit retrogradus deſtruet domos ſubſtantiarū ꝛ earum archas: ꝛ eo grauius ſi reciperet diſpoſitionem martis: quoniam tunc significat frigus graue atqꝫ moꝛtem animaliū cum hoc quod dixit ex guerris ꝛ bellis. Si autem non aſpexerit martem erit frigus hyemis graue ſm diſpoſitionem illius regionis ꝛ moꝛienť in ea animalia. Et dixit ſi non fuerit retrogradus significat ꝙ erit contentio inter negociatoꝛes ꝛ depꝛedationes ꝛ malum ꝛ eo foꝛtius, ſi aſpexerit eum mars ex angulo. Si aūt aſpexerit eum a cadenti minueť impedimentū immo quaſi penitus tolleť. ¶ Et dixit meſſala ſi fuerit direct⁹ in angulo significat multas pluuias ꝛ contentiones diuitum: ꝛ eo foꝛtius ſi receperit dominiū martis ꝛ eius foꝛtitudinem significat enim tunc ꝙ ruſtici ſeu populares contendent cum rege. Et ſi fuerit retrogradus grauabiť eſſe hominum. Et dixit ſi receperit diſpoſitionem a marte ꝛ a luna ſimul significat graue frigus ꝛ moꝛtem animaliū ꝛ bella ꝛ guerras. ¶ Attende in reuolutionibus annoꝛum mundi ſi fuerit ſaturnus in ſigno fixo: quoniā habet tunc significare moꝛtalitatem ꝛ terre naſcentium penuriam atqꝫ diminutionem. Sed in leone foꝛtius ac durius ꝛ durabilius ꝙ̄ in alijs. In ſcoꝛpione vero minus ꝙ̄ in leone. In tauro minus ꝙ̄ in ſcoꝛpione. In aquario minus ꝙ̄ in tauro. Et quantūcūqꝫ fuerit peius diſpoſitus tantū magis augmētabiť malicia ipſius. Et eo foꝛtius ſi iuuerit eum mars niſi contra opereť iupiter qui habet eius maliciā diminuere ſm ſui diſpoſitionē. ¶ Si vero fuerit eius latitudo ſeptētrionalis significat coꝛruptionē aeris ꝛ eius groſſitudinem ac tenebꝛoſitatē in tempoꝛibus debitis ac conſuetis plus ſolito. Si vero fuerit eius latitudo meridiana significat grauitatē frigoꝛis ac multitudinem gelu in tempoꝛibus ſuis. Et ſi fuerit oꝛientalis significat meroꝛes ꝛ triſticias diuitum ſeu magnatuū ꝛ eoꝛum cogitationes ꝛ videtur ꝙ accidat hoc eis cauſa gelu. Si autem fuerit occidentalis significat terremotum venturū in anno illo: ꝛ hoc percipies ex quantitate graduum qui fuerint: ꝛ significat maxime in partibus oꝛientalibus: eſt tamen vbicunqꝫ reuolueris annū ꝛ inueneris ſic aliquid timendū: ſed ſi fuerit oꝛientalis erit hoc minus: ꝛ iterum minus ſi fuerit foꝛtunatus ꝛ foꝛtis. Si autem contigerit eſſe retrogradū erit valde deterius.

❡ Capitulum .64. de leone.



S Alito si fuerit in leone fueritque latitudo eius septentrionalis significat multitudinem pluuiarum et corruptionem rerum magnatum ac popularium et destrutionem acquisitionis negociatorum. ❡ Et si fuerit orientalis significat infirmitates venturas rusticis et vilibus personis. ❡ Si autem fuerit occidentalis significat pestilentias que venient in terra et mortalitatem. ❡ Siquidem fuerit retrogradus significat grauitates venturas ex accidentibus que venient hominibus et quod prolongabuntur et erunt durabiles. Si autem fuerit directus significat leuitatem eorum.

Capitulum.65.de sagittario.



Et si fuerit in sagittario & fuerit latitudo eius septentrionalis significat multitudinem aquarum fortiũ & frigus hyemis. Et dixit albumasar & si fuerit orientalis significat proximitatem diuitum de regionibus suis. Et si fuerit occidentalis significat guerras inter homines nobiles .s. atq; magnates & cadent inter eos discordie. Et si fuerit retrogradus significat grauitatem in rebus atq; in bonis hominum & guerras atq; bella inter eos. Et si fuerit directus significat prosperitatẽ peregrinantium per terram & per aquam.

¶ Capitulum .66. de tauro ⁊ eius triplicitate.



SI autem fuerit in tauro ⁊ eius triplicitate significat impedimentum dinitum ⁊ magnatuz: ⁊ erit hoc in partibus meridianis in diuisione signi in quo fuerit saturnus sed in tauro precipue. ¶ Unde cum fuerit in tauro fueritqꝫ in angulo directus significat contentiones ⁊ bella similiter quadrupedum ⁊ specialiter boum atqꝫ vaccarum ⁊ maxime in terra deputata signo in quo ipse fuerit. ¶ Et dixit albumasar si fuerit in signo terreo significat destructionē eorū que sunt ex eius seminibus .s. penuriam arborum atqꝫ detrimentum ex vermibus qui cadent in eis atqꝫ locustas. Et dixit erunt tribulationes ⁊ iniurie ⁊ tremores ⁊ terremotꝰ: ⁊ ciuitatū destructiones ⁊ villaꝝ ac domoꝝ. ¶ Preterea cū fuerit saturnꝰ in reuolutōis hora ī tauro qualecūqꝫ ascendens fuerit vel in leone vel in scorpione vel in aquario significat guerras ⁊ famem seu terrenascentium caristiam. Et si fuerit impeditus significat cum hoc mortalitatem ⁊ timebit super magnates in reuolutione illa: ⁊ erit hoc deterius ⁊ fortius in leone qꝫ in tauro: in tauro fortius qꝫ in scorpione: in scorpione fortius qꝫ in aquario in quo accidēt ista minus qꝫ in aliquo alio

rum. Et si iunctus fuerit ei mars ⁊ luna iungat eis ⁊ maxime saturno in latitudine in quocunq̧ signo fuerit hoc vel a quocũq̧ vel qualecũq̧ fuerit ascẽdens significat famem atq̧ mortalitatez. Si vero marti iungat significat detrimentum regum ac eorum mutationes ⁊ prelia in partibus illius signi in quo ꝯiunctio fuerit deputata: multeq̧ sanguinibꝰ effusiones mutatiões ⁊ ꝑlia. Et si fuerit retrogradus significat cum hoc destructionem messium: ⁊ significat etiam bella in multis regionis seu terris ⁊ partibus maxime oriẽtis ac meridiei plus q̃ȝ in alijs partibus: ⁊ eo grauius si fuerit tũc in decima quoniam erit malum magis vniuersale: ⁊ erunt impedimenta in pueris atq̧ iuuenibus. ¶ Et dixit albumasar. Si fuerit in his signis remotus ab angulo ⁊ aspexerit ascendẽs fueritq̧ directus erit quod dixit in hoc capitulo infra qđ erat. Saturnus in tercio ab eo significat mortem regis per testimoniũ rei annorum. ¶ Et dixit messala destruet semina ⁊ pauce erunt messes. Si autem non aspexerit ascendens erit malum minus. Et si fuerit retrogradus significat destructionem seminum: ⁊ modica erit messis: ⁊ timet super iuuenes in anno illo. Et si fuerit cadens ab ascendente non aspiciens illud fueritq̧ directus nec aspexerit eum mars nec ascendens significat diminutionem predictorum malorum quoniam non poterit tunc multum nocere nisi contra operet mars. Et si fuerit retrogradus ⁊ impedierit cum mars significat destructionem messium ⁊ mortalitatem in terris quibus prefuerit signum in quo ipse fuerit tunc.

¶ Caplm. 67. cum luna fuerit passa eclipsim.

Et si luna fuerit in tempore illo passa eclipsim significat interfectionem in partibus orientis occidentis ⁊ etiam meridianis: ⁊ significat niues atq̧ pluuias in terris in quibus consuetuz est pluere. In alijs vero alteratione aeris. Significat equidem habundantiã seminũ seu messium ⁊ repentium ⁊ interitum boum ⁊ vaccarum: ⁊ paucum erit vinum atq̧ butirũ in partibus occidẽtis. ¶ Et si fuerit latitudo eius septẽtrionalis significat bonitatem aeris ⁊ eius pulchritudinẽ atq̧ bonitatem cõplexionis eius. Significabit etiam pluuias vtiles ⁊ proficuas nec ledentes semina ⁊ similia sed iuuãtes illa: eritq̧ terrenascentiũ forum mediocre ⁊ etiam aliarũ rerum licet non sit penitus. Si aũt fuerit latitudo eius meridiana significat pestilentias mortalitates tremores atq̧ cõmixtiones cum corruptione aeris ⁊ eius deterioratione atq̧ paucitate bonitatis eius. Et si fuerit orientalis significat multitudinem pluuiarum vel infirmitates illa de causa. Et si fuerit occidentalis sigt timorem diuitũ ⁊ magnatum seu nobiliũ causa rusticoꝝ seu populariuz ⁊ cõmixtionẽ rerum eorum. Si aũt fuerit retrogradus significat mortẽ ⁊ magnatum ⁊ nobilium ⁊ multitudinem tremoris ⁊ angustiaruz inter homines. Si vero fuerit directus significat infirmitates longinquas accidẽtes in superioribus partibus hominum.

¶ Capl'm.68.de virgine.




Siquidem fuerit saturnus in virginē & fuerit latitudo eius septētrionalis significat bonitatem ventoꝝ & eorum suauitatem & eoꝝ fortificationem in temporibus messium & serencium. Et si fuerit latitudo eius meridiana significat paucitatem pluuiarum & consumptionem aquarum fontium. ¶ Si autem fuerit orientalis significat ꝙ mulieres que pregnate fuerint in illo anno abortient causa ventorum: & etiam causa concubitus post pregnationem. Sed si fuerit occidentalis significat febres festinas in illo āno & terribiles atqꝫ tremores. ¶ At si fuerit retrogradus significat timorem regis illius regionis ex inimicis suis ne veniant in eius contrarium super eum. Si quidem fuerit directus significat illi regi adeptionem de inimicis suis & fortitudiuem ipsius contra eos.

¶ Capitulum.69.de capricorno.



Cum vero fuerit in capricorno fueritq; latitudo eius septētrionalis significat bonam dispositionem aeris atq; mediocritatem pluuiarum. ¶ Si autē fuerit latitudo eius meridiana significat tenebrositatem aeris in hyeme & nebulositatem & frigus. ¶ Et si fuerit orientalis significat malum esse magnatum atq; nobilium in illa reuolutione & ipsorum terrorem & q̄ nō bene se habebunt cum rusticis seu popularibus: & q̄ male participabunt insimul. ¶ Si vero fuerit occidentalis significat multitudinem locustarum in regionibus consuetis & magnum calorem ledentem & deuastantem messes. ¶ Celerum si fuerit retrogradus significat q̄ rustici seu populares cōmiscent & irascent inuicem. Si autē fuerit directus significat bonam dispositionem diuitum & magnatum seu nobilium: & q̄ bene se habebunt erga quoslibet & inter se: & q̄ diligent iusticiam & rectitudinem atq; mansuetudinem & exercebunt eam.


¶ Capitulum .70. de geminis et eius triplicitate cum fuerit in ea saturnus.



Si quidem fuerit in geminis vel eius triplicitate significat quod quicquid significauerit siue bonum sit significatum illud siue malum vt plurimum apparebit occidentalibus. Sed si fuerit in geminis fueritque in angulo directus significat grauitatem ventorum septentrionalium atque frigoris hyemis illius anni. ¶ Et dixit albumasar erit detrimentum et diminutio in auibus et accident hominibus infirmitates de frigido et sicco in qualicunque commixtione calidi et humidi: eruntque homines mendaces et contenciosi et significat etiam ex hoc effusio sanguinis. Et dixit si fuerit in signo aereo significat grauitatem frigoris et multitudinem gelu ac nebule et corruptionem complexionis aeris et tonitrua ac coruscationes et fulgora et impedimentum ex multitudine pluuiarum: et maxime si fuerit a quinto gradu signi vsque in .26. et erit impedimentum ex ipsis fulgoribus et ignitis scintillis in aere discurrentibus sub astilibus

Et si fuerit retrogradus significat contrarietates regum ⁊ nobilium atqꝫ magnatum seu diuitum: ⁊ timebitur super eo mors in anno illo siue in reuolutione illa: ea de causa significat terremotum venturum in eodem anno. Et si fuerit remotus ab angulo multiplicabuntur venti tam orientales q̃ȝ occidētales. ¶ Et dixit albumasar significat etiam grauitatem frigoris: eruntqꝫ homines in mutationibus. Et si cum hoc fuerit retrogradus erunt homines similiter in motu: erūtqꝫ infirmitates ex ventis ⁊ ymbribus rores atqꝫ pruina. Si autem fuerit cadens non respiciens ascendens: fueritqꝫ directus accident ista in regionibus que fuerint in diuisione signi in quo fuerit tunc saturnus: ⁊ multiplicabuntur venti ex diuisione meridiei. Si autem fuerit directus accident ista fortunis absqꝫ debilitate: ⁊ cadent infirmitates ⁊ dissolutiōes confractiones atqꝫ predationes in ciuibus qui fuerint in diuisione signi predicti ⁊ accident plus atqꝫ fortius ista in rusticis ⁊ popularib⁹ atqꝫ vilibus psonis. ¶ Et dixit albumasar: si autem fuerit in angulo terre saturnus ⁊ fuerit dñs anni in dicta triplicitate: vel si non fuerit dominus anni sed receperit dispositionem domini ascendentis illius reuolutionis significat q᷑ in eodem anno ⁊ in locis predictis morient̃ plures homines ex terremotu. Si vero recepit dispositionem dñi medij celi significat guerras ⁊ contrarietates in petitione regni seu dignitatis alterius vel diminutionem districtus alicuius ciuitatis vel terre magnatis q̃ volet ei auferri ab alio per vim. Et dixit significat multitudinem aquarum ⁊ inundationem fluuiorum atqꝫ submersiones: multitudinem etiam niuium: ⁊ detrimentum in annona: ⁊ erit multitudo ventorum ⁊ significat̃ mors in viris. ¶ Et si fuerit latitudo eius septentrionalis sig̃cat vehementem flatum ventorum ⁊ aeris tenebrositatem atqꝫ corruptionem ⁊ mutationem coloris ipsius ad latus nigredinis: significat etiam terremotus ⁊ maxime in partibus signi in quo ipse fuerit. Si autem fuerit latitudo eius meridiana significat calorem aeris ⁊ eius siccitatem: paucitatem quoqꝫ pluuiarum: ⁊ multitudineȝ pestilentiarum pestiferarum atqꝫ mortalium. Si aūt fuerit orientalis significat infirmitates venturas magnatib⁹ terre babilonie atqꝫ regi eorum. Si quidem fuerit occidentalis significat siccitatem aeris et paucitatem pluuiarum ⁊ hoc si fuerit directus: quoniam retrograd⁹ nocebit nimis.

¶ Capitulum septuagesimumprimum de libra cum fuerit in ea saturnus.



Dixit albumasar si fuerit saturnus in libra ⁊ fuerit latitudo eius septentrionalis significat calorem aeris ⁊ eius siccitatem: ⁊ significat paucas pluuias in illa reuolutione ⁊ consumptionem aquarum. Et si fuerit latitudo eius meridiana significat bonitatem aeris ⁊ suauitatē ipsius nec erunt venti nocibiles ¶ Et si fuerit orientalis significat appetitū turpium criminum hominum. Et si fuerit occidentalis significat infamiam casuram super fornicationes ⁊ turpi coitu abutentes. Si autem fuerit retrogradus significat infirmitates seruoꝝ ⁊ ancillarum ⁊ vilium personarū. Et si fuerit directus significat mediocritatem annone ⁊ specialiter ordei. ¶ Et dixit albumasar significat confractionem census super regem.

Capitulum septuagesimusecundum de aquario cum fuerit in eo saturnus



Si quidem fuerit saturnus in aquario ⁊ fuerit latitudo eius septentrionalis significat multitudinem pluuiarum ⁊ grauitatem frigoris ⁊ gelu. Et si fuerit latitudo eius meridiana significat paucitatem aquarum fontium ⁊ fluminum. Si fuerit orientalis significat paucitatez acquisitionis hereditatum: ⁊ paucitatem substantiarũ rusticorũ. Et si fuerit occidentalis significat multitudinem combustionis ⁊ fortitudinem. Et si fuerit retrogradus significat grauitatem eiusdem rei. Et si fuerit directus significat mortẽ animalium quibus vtuntur homines in suis vtilitatibus.


¶ Capitulum septuagesimūtercium de cancro ⁊ eius triplicitate cum fuerit saturnus dominus reuolutionis ⁊ fuerit in eo vel eius triplicitate.



SI autem fuerit saturnus dñs anni ⁊ fuerit in cancro vel in eius triplicitate dixit albumasar quicquid ipse significauerit siue bonum siue malū erit in parte septentrionis. Sed si fuerit in cancro significat multiplicationē aquarum ac pluuiarum ac piscium locustarum et repentium terre. Et si non aspexerit eum mars grauabitur frigus: ⁊ multiplicabuntur locuste: ⁊ erunt infirmitates in terris que sunt in diuisiōe signi in quo fuerit saturnus ⁊ signi qđ fuerit in eius oppositione vel quarto aspectu. Et si fuerit retrograd⁹ timebit sup regē illius regionis mors. Si aūt aspexerit eum mars sine aspectu fortunaruꝫ sigt mortalitatē in terra p̄dicta: ⁊ multiplicabit malū ⁊ impedimentū Si aūt non aspexerit ascendens multiplicabuntur pluuie atqꝫ rores ⁊ frigus


Si vero fuerit directus minuetur malum: ⁊ eo magis si aspexerit eum aliqua ex fortunis nisi fuerit tunc luna in primo: quoniaꝫ significat impedimentum casurum super reges ⁊ magnates illius regionis ⁊ mortem. Si autem fuerit retrogradus ⁊ aspexerit eum mars significat interituꝫ ⁊ malum in terra signi predicti ⁊ eius oppositionis ac quarti aspect⁹ ⁊ etiaꝫ locustas. Et si fuerit cadens non aspiciens ascendens fueritqꝫ direct⁹ ⁊ mars cadens ab eo significat securitatē hominū: ⁊ eo melius si iā transiuerit. 15. gradum signi: erunt tamen infirmitates in terra illius signi. Et si fuerit retrogradus ⁊ aspexerit eū mars fuerintqꝫ ab eo absentes fortune occurrent ignobilibus illarum regionū tribulationes ⁊ mala ⁊ grauabitur frigus: multiplicabuntur aque atqꝫ locuste. ¶ Et dixit albumasar ⁊ erit impedimentū in aqua ex naufragio ⁊ ex fractōe nauium: ⁊ periclitabuntur peregrinantes in aquis: morientur animalia aque ⁊ his similia. Dixit si vero aptus fuerit absqꝫ impedimento significat eoruꝫ que dixi bonum ⁊ conuersionem mali in bonum ⁊ aptationem in vniuersis substantijs suis ⁊ eorum significatio eius. Et dixit ⁊ aspice malum qui impedict eum qui est mars: ⁊ cauda per coniunctionem: ⁊ mars per coniunctionē ⁊ per aspectum. Et dixit ꝓprietas saturni est suꝑ diuites antiquos ⁊ iudeos ⁊ religiosos ⁊ agricolas ⁊ senes ⁊ decrepitos. Nō si fuerit impedit⁹ hora reuolutionis iudica destructionem ⁊ impedimentum. Et si fortunatus iudica fortunium. Et si fuerit latitudo eius septentrionalis signisificat paucitatem aquarum ⁊ diminutioneꝫ fluuiorum ⁊ pluuiarum. ¶ Si atū fuerit latitudo eius meridiana significat occupationem hominum in victu suo ⁊ paucitateꝫ acquisitionis eorum. Et si fuerit orientalis significat corruptionē aeris ⁊ ei⁹ tenebrositatem atqꝫ multitudinem frigoris in tempore suo. Et si fuerit occidentalis significat multitudinem pluuiarum ⁊ earum corruptionem ⁊ impedimentum rerum ex ventis. Et si fuerit retrogradus significat fortitudinem illorum que dicta sunt: ⁊ ꝙ rex illius regionis que fuerit in diuisione signi in quo fuerit saturnus cadet in opprobrium ⁊ dedecus valde magnum ꝙ non possit ei maius euenire ⁊ equiꝑabit q̄si morti. ¶ Et dixit messala erit guerra maxima ⁊ mors valida. At si fuerit directus significat beniuolam dispositionem aeris ac ipsius complexionis bonitatem.

¶ Capitulum septuagesimuquartum de scorpione cum in eo saturnus fuerit



Si vero fuerit saturnus in scorpione fueritqꝫ latitudo eius septentriona significat multitudinem pluuiarum ⁊ abundantiam aquarum fluminũ ⁊ eorum corruptionem. Et si fuerit latitudo eius meridiana significat famez venturam hominibus ⁊ grauitatem fori rerum venalium ⁊ maxime terrena scentiũ ¶ Et si fuerit orientalis significat multitudinez belloꝝ inter diuites ⁊ magnates. Et si fuerit occidentalis significat destructionẽ ⁊ impedimentũ in mari ⁊ rerum marinarũ ⁊ casum mali in eas. Et si fuerit retrogradus significat pestilentias in terra ⁊ guerras. ¶ Et dixit albumasar si fuerit direct⁹ significat saluationem climatis babilonie.

Capitulum septuagesimumquintum cum fuerit saturnus in piscibus.



Et si fuerit saturn⁹ in piscib⁹ fueritq̃ latitudo eius septentrionalis significat multitudinem flatus ventorū septentrionalium ⁊ grauitatem frigoris hyemis. Et si fuerit latitudo eius meridiana significat tempestatem in mari: ⁊ illa de causa fractionem nauium: ⁊ q̄ venient impedimenta his qui morantur in aquis ⁊ qui operant̄ in ipsis. Et si fuerit orientalis significat rixas ⁊ contrarietates diuitum ⁊ inter eos mutuas interfectiones. Sed si fuerit occidētalis significat q̄ rustici atq̃ populares ⁊ ignobiles exaltabuntur ⁊ leuabunt calcaneū contra nobiles ⁊ magnates ⁊ deijcient ⁊ deprimient eos. Et si fuerit retrogradus significat tribulationes religiosorum ⁊ guerras inter homines ⁊ deo seruientium atq̃ ipsum per modum religionis colentium et eorum merores. Et dixit albumasar si fuerit directus significat populares domorum religionum ⁊ diuine culture.

Capitulum.76. quid significet saturnus in vnaquaq3 domo in reuolutiõe anni tam mundi q̃3 natiuitatũ seu interrogationu3 siue sit dñs anni siue non.



Cum fuerit saturn⁹ in reuolutiõe vel in natiuitate seu questione. In primo si fuerit reuolutio ãni mundi significat merorem multorum hominũ causa debiti vel causa terrarum. Si fuerit natiuitas vel eius reuolutio vel questio significat illud nato vel querenti. Si autem fuerit in secundo significat conturbatiõ3 amicorum in anno illo ꝛ perdẽt homines ꝛ diminuent de bonis suis. Si vero fuerit in tercio sigt rixas ꝛ discordias vẽturas inter fratres plus solito. Et si fuerit in quarto significat destructionem edificiorum: ꝛ depopulationem terrarum: ꝛ detrimentu3 seminum ꝛ thesauroꝝ ꝛ periculum venturum causa ipsorũ ꝛ mortem. Et si fuerit in quinto significat abortiuos in anno illo plus solito: ꝛ detrimentum filiorum ꝛ merores causa ipsorum ꝛ contentiões cum nuncijs ꝛ legatis ꝛ ꝙ ipsi non bene exercebunt quod sua interest in anno illo Et si fuerit in sexto significat malam voluntate3 seruorum ꝛ ancillarum erga dños suos ꝛ eoꝝ inobedientiam ꝛ infirmitates plures ꝛ nocumentũ minoꝝ aialium. Si vero fuerit in septimo ꝛ signum sit femininũ ꝛ eius dñs planeta femininus significat malam voluntatem mulierũ erga viros ꝛ earum inobedientiam. Et si fuerit signum masculinum vel eius dñs planeta masculinus significat malam voluntatem virorum erga vxores suas: ꝛ fraudem sociorũ et lesionem inimicoꝝ aduersus inimicos absentes potius q̃3 palam: ꝛ tribulationem causa terraꝝ: ꝛ vt multum detestabilem finem rerum Idẽ dicas si fuerit sic inuentus in natiuitatibus vel interrogationib⁹. Et si fuerit in octauo significat litigia causa petitionum hereditatũ seu reliquiarũ mortuorũ ꝛ causa petitionum antiquarum rerum: ꝛ contristationẽ causa mortis: ꝛ sigt res quaru3 dolor ꝛ angustia seu tristicia diu durabit. Et si fuerit in nono sigt diminutionẽ fidei: ꝛ ablationem misc͞die atq3 pietatis: ꝛ ꝙ mutabunt quidã ex heremitis seu religiosis a religionibus suis ꝛ derelinquent eas ꝛ assumẽt sibi mala consilia etiam ꝛ alijs similiter: ꝛ studebunt quidam hoĩes in vilib⁹ ꝛ horribilib⁹ rerũ alienarũ vt sunt quidã qui euellunt mortuos de sepulcris ꝛ expoliãt eos: ꝛ sigt merores ꝛ tristicias ꝛ anxietates venturas itinerantib⁹ in peregrinationibus suis ꝛ longam moram in eis. Si vero fuerit in decimo sigt tam in natiuitatibus seu questionibus q̃3 in alijs reuolutionibus merorẽ ac tristiciam ꝛ attractiones ꝛ grauitates ex parte regis seu potestates ꝛ ꝓplexitate carcerꝭ. Et dixit albumasar ꝙ si fuerit sol dominus decime domus

interficiet eum rex in carcere suo. ¶ Et si fuerit luna dña .10. domus signifi/cat illud idem quod sol nisi ipsa sit iuncta saturno. ¶ Et si fuerit dñs .10. domus iupiter interficiet eum rex ꝛ faciet sibi iniuriã absq culpa. ¶ Et si fuerit dñs decime domus mars peribit culpa sua. ¶ Et si fuerit dñs .10. domus venus significat ꝙ sequetᷣ ex hac tribulatione prosperitatẽ atq sublimitatem ꝛ gaudium atq profectũ ꝛ penitebit regem fecisse hoc ꝛ confitebitᷣ se nõ bene fecisse ꝛ humiliabitᷣ erga euꝫ. ¶ Et si fuerit dñs .10. domus mercurius interficiet eum ex iniuria sine rõne quãdo feretᷣ falsum testimoniũ cõtra eũ. ¶ Et si aspexerit mercuriꝰ martẽ percutietᷣ flagellis. ¶ Et si fuerit mercuriꝰ cuꝫ sole sub radijs eius faciet ei rex vim ꝛ auferet ei substantiã ꝛ faciet sibi redditionem suoꝝ bonoꝝ. Et dixit ꝙ scito ꝙ hec proprietas sit saturno in .10. inter ceteras planetas. ¶ Et si fuerit in .11. sĩgcat merorẽ ꝛ tristiciaꝫ ab amicis ꝛ causa amicoꝝ ꝛ paucitatẽ profectus in his que sperauit ꝛ in quibus habuit fiduciam ex bono ꝛ inuolutionẽ in rebus ac duriciam earũ ꝛ multitudinẽ fiducie in rebus falsis que nihil proficiunt. ¶ Et si fuerit in .12. sĩgcat impedimẽta que accident ex parte regis vel alteriꝰ rectoris significat etiam ꝙ capietᷣ ab inimicis: ꝛ erit timendũ in omnibus suis rebus. Et ꝓm ꝙ tetigi tibi superius omnia ista possunt considerari in reuolutionibꝰ annoꝝ mundi: in reuolutionibus natiuitatũ: in questionibꝰ ꝛ similibus in omnibus capitulis ꝛ in quolibet per se. Et sicut in saturno ita in quolibet alio planeta tam in bono ꝙ̃ in malo.

¶ Caplm .77. de cõiunctione saturni ꝛ martis in reuolutione quid significet

Aspicies etiã in reuolutione quãdo reuoluis annuꝫ siue mundi sit siue natiuitatis si coniuncti fuerint saturnus ꝛ mars in aliqua domoꝝ .12. quoniã habet significare grauitates ꝛ impedimenta ꝓm significata domꝰ in qua coniuncti fuerint. ¶ Nam si fuerit coniunctio eoꝝ in primo significat vniuersale malũ atq impedimentũ venturũ sup rusticos ꝛ populares. ¶ Si fuerit in secũdo ab ascendente reuolutionis significat destructionem substantiarũ atq domoꝝ ipsarum ꝛ cadent diuites ac magnates in obliuionẽ gentium ꝛ quasi pro nihilo reputabuntᷣ ꝛ exaltabuntᷣ familiares eorum atq seruientes: eorumq milites ꝛ superbient contra eos nec volent eis obedire nec fidem eis seruare nisi modicam imo quasi nullam. ¶ Si quideꝫ fuerit in tercio dixit albumasar significat destructionẽ domorum religionis ꝛ descensionem horribilium super religiosos ꝛ deum colentes. ¶ Et si fuerit in quarto significat destructionẽ edificioꝝ ꝛ mansionũ seu domoꝝ. ¶ Si auteꝫ fuerit in quinto significat destructionẽ atq impedimentum casurum super filios: ꝛ aborsus in anno illo plures solito: ꝛ mutationẽ voluntatũ amicoꝝ adinuicẽ ꝛ etiam personarũ seinuicẽ diligentiuꝫ ꝛ cadet inter eos loco dilectionis tedium ꝛ mala voluntas. ¶ Si vero fuerit in sexto significat impedimentum atq detrimentum casurum in quadrupedia minora ꝛ maiora ꝛ maxime qui bus vtuntᷣ homines vt sunt boues equi asini cameli ꝛ similia ꝛ in seruos ꝛ ancillas atq famulos ꝛ famulas: ꝛ significat etiam infirmitates. ¶ Si vero

fuerit in septimo significat q cadent rixe atq contentiones ⁊ discordie similiter ⁊ discensiones multaq mala inter socios ⁊ alios participes ⁊ etiā inter viros ⁊ vxores ⁊ insurgent inimicitie inuicem inter homines. ¶ Siquidez fuerit in octauo significat q plures homines dimittent suas domos ⁊ habitacula in quibus morant ⁊ ibunt errando per terras alienas atq regiones ⁊ cadet interitus super eos ⁊ erunt inter homines sollicitudines causa reliquiarum mortuorum ⁊ bonorum que hereditant ex mortuis et pecunie mulierum. ¶ Et si fuerit in nono significat detrimentū religiosorum largarum religionum vt sunt episcopi archiepiscopi cardinales et similia. Et abscisiones viarum et itinerū et maxime longoruz et peregrinationū quibus vadūt homines longe a suis habitaculis petendo magnas et nominatas domos orationis. ¶ Si fuerit in decimo significat detrimentuz regum et magnatū ⁊ destructionem esse eoꝝ ⁊ mortem magni regis. ¶ Si vero fuerit in vndecimo significat dissentionem ⁊ iram ⁊ rixam seu discordiam casuram inter amicos. ¶ Et dixit albumasar mutabit omnis qui habuerit amicuz super sociū suum: significat etiam malum esse militum atq familiariorum regum. ¶ Si quidem fuerit in duodecimo significat impedimenta que cadēt super omnia quadrupedia ⁊ maxime super predicta, s. boues equos asinos ⁊ similia: ⁊ cadet detrimentum ⁊ deterioratio super omnem venditionem bestiarum ⁊ specialiter magnaruz tam equitantiū q non equitantiū. ¶ Et dixit albumasar omnia hec accident in regionibus que sunt in diuisione signi in quo ipsi fuerint coniuncti: ⁊ planeta qui fuerit dñs termini in quo ipsi coniungunt erit particeps: ⁊ accident ista similiter in ciuitatibus seu regionibus que sunt in diuisione signi in quo ipse fuerit.

¶ Capitulum. 78. quid significet iupiter in reuolutione in vno quoq signo ⁊ in vna quaq triplicitate cum fuerit dñs anni ⁊ in vnaquaq domo siue fuerit dñs anni siue non.

Iupiter



CUm fuerit iupiter dn̄s an-
ni fueritq̧ ī ariete vel in ei⁹
triplicitate significat apparitio-
nem religionū in partib⁹ orīētis
quibus preest signuꝫ in quo ipse
fuerit: ⁊ maxime cū fuerit in arie
te sigt̄ carū apparitionē ⁊ sectaꝝ
⁊ obseruationē preceptoꝝ diui
norum ⁊ iusticie atq̧ bonorum
operū in illa reuolutione: ⁊ signi
ficat multitudinē ventoꝝ ex pte
oracen ⁊ frig⁹ hyemis ⁊ pluuias
nō tamen exterminatas ⁊ inun-
dationē fluminū ⁊ aptationē vi
nearū ⁊ arboruꝫ ⁊ q̄ horrea erūt
bona. ¶ Et si fuerit iupiter tunc
boni esse atq̧ bene disposit⁹ sigt̄



multitudinem substantiarum ciuibus regionum quibus prefuerit ⁊ bonitatem esse eorum atq; ipsorum gaudium ⁊ alacritatem ⁊ dilectionem popularium seu rusticorum erga diuites ⁊ nobiles atq; magnates. ¶ Et dixit albumasar si fuerit impeditus seu mali esse significat contrariũ eo᷒ que dicta sunt Et dixit ⁊ scito ꝙ opus in re iouis ⁊ aspectus planetarũ ad eum est sicut opꝰ in re saturni equaliter. ¶ Et dixit iupiter est significator nobiliũ ⁊ iudicum ⁊ episcoporum ac consulum ⁊ religiosorum ac ciuium sectarum. Et si fuerit impeditus detrimentũ patiet̃ omne quod est eius. Et dixit ꝙ si fuerit in humanis signis vel igneis significabit detectionẽ diuitum ⁊ paruitatẽ donationum eo᷒ ⁊ seruationem eorum ordinum ⁊ sollicitudinũ earum erga propinquos suos: destructionẽq; regni babilonie ⁊ arabum ⁊ paucitatẽ substantiarum ⁊ curiositatis: ⁊ erit hoc super ciues ciuitatũ que sunt in diuisione signi in quod descenderit iupiter: ⁊ exercitiũ mendacij in latitudine hominũ cum assensione mali vel iniuriarũ ⁊ infirmitates corporum ⁊ debilitationem acquisitionum.

¶ Capitulum. 79. de eius existentia in leone.

Et si fuerit i leone significat frigus hyemis ⁊ multitudinem aquarũ ⁊ ventos validos ⁊ furibundos eradicantes arbores ⁊ significat temperantiã aeris ⁊ eius claritatem in vltima medietate hyemis ⁊ frigus in eius fine ⁊ pluuias in vere plures solito ⁊ intemperatas ⁊ paucitatez aquarum fontium ⁊ paucitatẽ pastus animalium campestrium pascentium in hyeme: ⁊ multas tusses ⁊ significat annum fertilem.



¶ Capitulum. 80. de ipsius existentia in sagittario.

Et si fuerit i sagittario significat tempamentuz aeris in principio hyemis ⁊ in ei⁹ medietate frigus ⁊ in ipsius fine vētos graues ⁊ niues atq₃ gelu in vere ⁊ ventos meridianos ⁊ multitudinem pascuum campestrium: ⁊ impedimentum vinearū ex niue atq₃ frigore ⁊ paucitatē frugum ⁊ impedimentum arborū ¶ Si vero fuerit latitudo eius septētrionalis significat bonam complexionē aeris ⁊ paucitatez pluuiaruz. Et si fuerit latitudo eius meridiana significat corruptionem ventorum ⁊ grauitatem eorum. Et si fuerit orientalis significat gaudiū ⁊ leticiam ⁊ bonum esse diuitum ⁊ magnatum atq₃ nobiliuz ⁊ eorum gaudiū ⁊ leticiam ⁊ ꝙ erunt in ludis ⁊ tripudijs. ¶ Et dixit albumasar si fuerit occidentalis significat sublimitatem sapientum ⁊ diuitum atq₃ nobilium. Et si fuerit retrogradus significat impedimentuz in mari nec erit nauigare bene tutum. Et si fuerit directus significat multitudinem pisciuz ⁊ animaliū degentium in aquis ⁊ eoꝝ saluationē.



¶ Capitulum. 81. quid significet iupiter in vnaquaq₃ reuolutione anni tam mūdi ꝙ̄ natiuitatū seu interrogationū siue sit dn̄s anni siue non.

Et quando iupiter fuerit in reuolutione vel natiuitate seu questione i primo si fuerit reuolutio anni mundi significat in anno illo ꝙ reuerabunt vnus alteruz ſm ꝙ decebit revereri vnū quēq₃ iuxta suum esse ⁊ seruabūt honestatē ⁊ pulchritudinē ⁊ mūdiciam atq₃ fidem ⁊ religionem ⁊ exercebunt tempus in disciplina ⁊ rōne ⁊ erit finis intentionis eorū exercere in his que spectāt ad saluationē animarū nisi contra operent saturn⁹ ⁊ mars: ⁊ accidēt hominibus quos decuerit principatus ⁊ similia. Si aūt fuerit natiuitas vel questio vel eaꝝ



reuolutio significat aliud nato siue querenti. ¶ Si vero fuerit in secundo, significat studium ꝛ eorum intentionem in aggregatione pecunie in ipsiusq; accumulatione atq; adeptione ꝛ hoc cum retentione animi bona ꝛ licita ꝛ conuenienti. ¶ Et si fuerit in tercio significat fortunam bonam ex vno fratre in alium ꝛ inuicem ꝛ gaudebunt homines ex parte propinquorum ꝛ maxime minorum ꝛ sororū primarum seu maiorum. ¶ At si fuerit in quarto significat augmentationē bonorum plurium hominū ex reliquijs mortuoruꝫ ꝛ ex hereditatibus atq; predijs vel ex thesauris absconditis vel inopinatis ꝛ ex rebus antiquis: ꝛ auferent merores ab hominibus ꝛ venient eis res de quibus poterunt letari vt in pluribus ꝛ gaudere ꝛ auferent ab eis cogitationes male ꝛ tristicie: cessabunt etiam rixe atq; omne horribile. ¶ Si quidem fuerit in quinto significat incrementum filiorum ꝛ bonum esse ipsorum ꝛ q̄ non erunt aborsus in anno illo nisi forte aliqui casuales: ꝛ significat profectū causa eorum ꝛ fient res honeste que merent laudem. Et significat bonū esse diuitum ꝛ magnatum atq; nobilium ꝛ vtilitatē rerum de quibus habēt homines fiduciam in bono. ¶ At si fuerit in sexto significat bonum atq; proficuum in quadrupedibus ꝛ maxime in minoribus vt sunt oues ꝛ similia: ꝛ significat saluationē personarū ꝛ paucitatem infirmitatū preter q̄ in regionibus atq; locis naturaliter infirmis: tamen in illis minuent infirmitates ꝛ significat vtilitatē ex seruis ꝛ ex ancillis et obedientiā famulorum atq; famularum. ¶ Si aūt fuerit in septimo significat vtilitatem et bonuꝫ atq; gaudiū ex parte mulierum et coniugij seu nuptiarū et bonum ex parte socioꝝ et ipsorum fidelitatē: et significat etiam victoriā ex inimicis illis de regione illa: et etiam nato siue interroganti. ¶ Si vero fuerit in octauo significat ablationem male mortis atq; suspiciosē vniuersaliter in regione illa si fuerit reuolutio anni mundi. Si aūt fuerit reuolutio natiuitatis seu questionis significat malum esse nati seu querentis quod eueniet ei causa inimicorū: et q̄ ipse cadet in manus eoꝝ nisi bene cauerit sibi: et q̄ sequet inde grauitatem atq; impedimentū: vltimo tamen terminabit in finem sustinendū: et qui nō erit malus immo poterit quodāmodo laudari. ¶ Et si fuerit in nono significat itinera proficua et maxime longa et vtilia in anno illo et q̄ erit inter homines fides ꝛ honestas atq; bonum: ꝛ erunt somnia ꝛ multum vera: ꝛ cadet expositio somniorum ſm naturam planete qui separat tunc a ioue vel a quo ipē separet si fuerit ab aliquo separatus: ꝛ ſm naturam significatoruꝫ illius erunt somnia exponenda in illa reuolutione ꝛ etiaꝫ in alijs somnijs potest hoc habere locū ¶ Si vero fuerit in decimo significat accumulationem substantiarum ꝛ earum collectionem ꝛ affectabunt homines laudari ꝛ laudabunt quilibet laudandi ſm suum esse ꝛ vigebit inter eos honestas. ¶ Si autem fuerit in vndecimo significat laudem ꝛ bonam famam ex parte amicorum ꝛ q̄ gaudebunt homines: ꝛ erunt in alacritate ꝛ bonus effectus ꝛ profectus in rebus de quibus habebunt homines fiduciam ꝛ de quibus sperant bonum.

¶ Si quidem fuerit in duodecimo significat impedimenta que occurrent ex parte seruitutum: ⁊ significat paupertates atq; indigentias: ⁊ significat grauitatem que occurret ex parte seruorum ⁊ ex eorum occasione: ⁊ etiam ex parte seruitutis in quam cadunt homines ⁊ tristabunt ex accidentibus que venient eis occasione quadrupedum ⁊ maxime magnorum animalium vt sunt equi boues ⁊ similia.

¶ Capitulū.82. quid significet mars cum fuerit dominus anni in vnaquaq; triplicitate ⁊ in vnoquoq; signo ⁊ vnaquaq; domo siue sit dominus anni siue non.



CUm aūt fuerit mars dñs anni fueritqꝫ in ariete vel i ei⁹ triplicitate sigt vẽtos validos ⁊ multas ac varias mutatiões aeris in ptib⁹ orientalib⁹: sigt etiaꝫ dolores oculoꝶ ⁊ paucitatē pluuiarū: ⁊ sigt bellū in eisdeꝫ ptib⁹ ⁊ habundantiā ānone significat etiā in eisdem partib⁹ in ciuitatibus in quib⁹ ꝓfuerit ⁊ qui fuerit in diuisione arietis malū futurū ⁊ iram atqꝫ iniuriā ⁊ rixaꝫ: ⁊ sigt victoriā in bello ciuib⁹ illarū ciuitatū ⁊ habitatorib⁹ illarum regionū sup inimicis coꝶ qui venerint de alijs partib⁹ ad illas causa nocendi eis: ⁊ fugationē eorū ⁊ sigt exercitiū eoꝶ ⁊ eoꝶ regis in rebus marcialib⁹: ⁊ qꝛ patres ⁊ lōgeuiores docebūt ⁊ instruent filios suos ⁊ alios iuuenculos luctamina ⁊ exercitiū belloꝶ. ❡ Et si fuerit mars tūc boni esse sigt ciuib⁹ seu habitatorib⁹ predictis siue ipsoꝶ regi victoriā de suis inimicis: ⁊ qꝛ adipiscet̃ eos ⁊ oēs qui cū eis cōtenderint: ⁊ sigt magnitudinē cordis illi⁹ ⁊ cito in voluntateꝫ atqꝫ velociter mutabilē: ⁊ ad apprehēsionē rerū: sigt etiā qꝛ rustici atqꝫ subiecti sui diligēt ⁊ reuerebunt̃ eū ⁊ obediēt ei quilibet eoꝶ iuxta suū esse. ❡ Et si fuerit mars dñs anni ⁊ dñs ascendentis ⁊ fuerit boni esse nō impedit⁹ sigt qꝛ erit in eodē anno fertilitas ⁊ erit annus pluuiosus: eruntqꝫ pestilētie ac terremotus: ⁊ erit modicū hoc: eritqꝫ in eodē anno gaudiū ⁊ leticia ⁊ dimicabunt laboratores ac portatores armorū: ⁊ inueniēt bonū: eritqꝫ bellū ⁊ cōtentio ꝓpe regē illi⁹ regionis. ❡ Si aūt fuerit mali esse sigt paucitatē adeptionis inimicoꝶ suoꝶ ⁊ qꝛ satis erit eis si poterūt se tueri ab eis: imo videt̃ potius qꝛ inimici adipiscant vel superent eos: ⁊ sigt qꝛ rex ille nō erit bene stabilis super res quas debuerit exercere: ⁊ maxime sup nobiles ⁊ vtiles atqꝫ iustas: nec seruabit bene sua secreta imo patefaciet illa ⁊ suas operationes exercebit in reb⁹ marcialibus plusqꝫ in alijs. ❡ Et si fuerit latitudo eius septētrionalis sigt calorem aeris ⁊ paucitatē pluuiarū. ❡ Si aūt fuerit latitudo eius meridiana significat tonitrua coruscatiōes ⁊ fulgora. ❡ Et si fuerit oriētalis sigt bella casura inter diuites magnates ⁊ nobiles. ❡ Et si fuerit occidentalis sigt turbationes atqꝫ timores venturos hominib⁹. ❡ Et si fuerit r̃etrogr̃adus sigt infirmitates oculoꝶ ac totius corporis humani. ❡ Et si fuerit directus sigt multitudinem ypocritarū qui apparebūt in vestimentis ouium intrinsecus erūt lupi rapaces.



Capitulum octuagesimumtercium cum mars fuerit in leone.



Si autẽ fuerit in leone sig bella ⁊ contentiões ⁊ paucitatem annone in partib⁹ orientalibus: ⁊ erit mors in hominib⁹ ⁊ maxime in iuuenibus. 40. annorũ vsq₃ ad. 50. in pueris tamẽ erit hoc forti⁹ ¶ Et si fuerit latitudo eius septentrionalis significat paucitatem aquarũ. Si aũt fuerit latitudo ei⁹ meridionalis significat multitudinem aquarũ fontium ⁊ fluuiorũ. Et si fuerit oriental' significat impedimentũ animaliũ quibus vtuntur hoĩes ⁊ similia. Et si fuerit occidẽtalis significat paucitatem piscium: ⁊ mortem animalium in aquis degentium. Et si fuerit retrogradus significat impedimentũ atq₃ grauamen q̃d cadet in diuitibus ⁊ magnatibus. Et si fuerit directus significat flatum ventorum occidentalium: ⁊ saluabuntur naues in mari.

Capitulum octogesimumquartum cum mars fuerit in sagittario.

Et si fuerit ĩ sagittario mars significat bellum futurũ in partibus occidentalib⁹: ⁊ q̃ erit paucitas vini in partibus illis: ⁊ erit malum impedimentũ atq₃ mors in habitationibus illarũ regionum ⁊ in negociatoribus: ⁊ erũt infirmitates ⁊ tusses atq₃ dolores oculorũ: ⁊ erunt lũbrici pernecantes pueros ⁊ ledentes etiã alios: ⁊ significat paucitatẽ pluuiarũ: ⁊ q̃ generabitur frig⁹ in temporibus suis ita q̃ illa de causa deuastabuntur arbores et herbe atq₃ annona: ⁊ patientur apes in illa reuolutiõe detrimentum: qui si fuerit bene dispositus fortunatus sc₃ atq₃ fortis significat bonum esse auctorum bellorum ⁊ eorum consiliatorum ⁊ portatorum armorum causa guerrisandi ⁊ guerrisariorum: ⁊ eorum qui querunt iniusticiam ⁊ abscisores viarum prout hi qui vtuntur his reputant esse suum bonũ. ¶ Et dixit albumasar q̃ si fuerit mars in signis humanis vt sunt gemini virgo libra vltima medietas sagittarij ⁊ aquarius

significat multitudinez bellorum ꝛ guerrarum: ꝛ ꝙ insurgent hoīes in regem suum in eius contrarium. Significat etiam mortem subitaneam ꝛ febres tercianas ꝛ alias febres fortes ꝛ graues ꝛ multitudinē infirmitatū: multitudinē etiam abscisorum viarum: ꝛ effusionem sanguinis hominū: ꝛ combustiones ꝛ fulmīa. Si vero male dispositus fuerit significat maliciam oīm predictoꝝ grauiorem atqꝫ deteriorem ꝛ magis ledentem nisi contra operetur iupiter. ¶ Si vō fuerit latitudo eius septentrionalis significat bonitatē aeris ac ipsiꝰ pulcram dispositionem. At si fuerit latitudo eius meridiana significat lucrū negociatorum ꝛ eorum lucri pulcritudinē ¶ Et si fuerit orientalis significat pacem ꝛ quietudinem atqꝫ securitatem: ꝛ pauca vel quasi nulla erunt bella. Et si fuerit occidentalis significat saluationem arboꝝ ꝛ multitudinez frugū. At si fuerit retrogradus significat tusses venturas hominibus: ꝛ dolores in posterioribus partibus capitis. Si autem fuerit directus significat pestilentias venturas in animalia que morantur iuxta littora maris.

¶ Capitulum octogesimumquintum de alio significato martis nephario.



Attendendum est etiam in reuolutione anni mūdi vtrū mars sit in geminis an non. Naꝫ si fuerit mars in geminis in reuolutione āni fueritqꝫ gemini nona domus: fuerintqꝫ planete inferiores secuti eū significat ecclesiaꝫ romanam accepturam gladium temporalem in anno illo ꝛ ꝙ exercebit illum: ꝛ nitetꝰ effusionem sanguinis xp̄ianoꝝ tam insontiū ꝙꝫ sontium. ¶ Cum mars fuerit in reuolutione āni in primo siue sit ipse dn̄s anni siue non qualiscunqꝫ fuerit reuolutio siue mūdi siue natiuitatis vel sit natiuitas siue q̄stio significat horribilitatē venturam homininibus siue nato seu querenti in anno illo: tristiciam atqꝫ timores ꝛ contrarietates ꝛ contentionēs: ꝛ nitentꝰ homines in auferendo substantiam vnus scꝫ alteri: ꝛ res que non pertinent ad ipsos cum ingenio ꝛ calliditate absqꝫ ratione ꝛ absqꝫ modo laudabili. ¶ Et si fuerit in secundo significat similiter ablationē substantie per iniusticiam ꝛ absqꝫ ratione: ꝛ erit paupertas ꝛ indigentia causa inducens eos ad hoc faciendum: ꝛ conturbabūtur

familiares atq ministri contra dominos suos seu illos cum quibus habitãt vel morantur. Quidam voluerunt dicere q mars in secundo non sit vituperandus: dixerunt enim q significat mercationes: sed non inueni hoc expertũ q meminerim. ¶ Et si fuerit in tercio significat iraz et odium atq inimiciciã et contrarietatem atq contentionem casuram inter fratres et minores consanguineos: et q plures eorum interficient se ad inuicez ex parua occasione: et eo fortius si tercia domus fuerit capricornus vel aquarius. ¶ Et dixit albumasar si tercia domus fuerit ex domibus veneris significat gaudium ex fratrib9 et sororibus. Et si fuerit ex domibus iouis significat multitudinem substantiarum et acquisitionem negociatorum. Et si fuerit ex domibus saturni significat expoliationem mortuorum positorũ in sepulcris: et suffossionez parietũ et ablationem aliarum rerum per modum latrocinij: significat exercicium hominum in lucrando et extorquendo pecuniam vndecunq poterũt per modũ dominationis non licite atq per falsas attestationes et per verba maliciosa et fraudulenta: et patientur hoies pericula et tribulationes. Et si fuerit dom9 lune significat latrocinia et suffossiones parietum vt illa de causa furentur et per nephas surripiant: et erunt latrones securi atq audaces in furando: furabuntur enim in foro et in locis mercationum ne dum in nocte sed etiam in die Et si fuerit domus solis significat abscisores et abscisiones viarum: et depredationes in villis et interim in ciuitatibus et in alijs habitaculis: et etiam in hospicijs hospitantium forenses ac peregrinos. ¶ Et dixit albumasar scito q proprietas sit marti inter ceteros planetas. ¶ Et si fuerit in quarto significat mortem et interitum ex egritudine: et interfectionez ex gladijs: et effusionẽ sanguinis et eius suspitionẽ: et finient ista in meridie a q̃cunq parte aspiciant et in oracẽ: et ex tribulatione prolixa erit tñ inicium eoꝝ ex septentriõe magĩ. ¶ Et si fuerit in quinto sigt q erũt fornicationes in anno illo et q nascent ex eis multi filij quorũ plures reputabunt legittimi cum sint adulteri ex quib9 parũ vel nihil ꝑficient parentes eoꝝ: erit tñ vict9 hoĩm illius anni ꝯueniens ¶ Et si fuerit in sexto significat egritudines calidas vt sunt febres calide: et sicce que habebunt motũ a sanguine corrupto et ex colera venturas in hoies in reuolutione illa: significat etiã merores ac tristicias que eueniunt occasiõe seruorum et ancillarum atq famulorum et alijs de causis que significantur per sextam domum. ¶ Et si fuerit in septimo significat contentiones et contrarietates et conturbationes in omnibus rebus et damnũ illa de causa: et significat mercationes cum fraude atq deceptione: merorem quoq atq tristiciam in illud. ¶ Et si fuerit in octauo acquisitionem ex substantijs mortuorũ in aliquibus hominibus et hoc tam in reuolutionibus natiuitatum seu questionũ et tam in ipsis questionibus q̃ in reuolutionibus annorum mundi: et fiet ius

acquirentibus eas illa de causa: et perdent eas post acquisitionem earum: et cadent in paupertatem atq; indigentiam: ⁊ significat interfectionem atq; mutilationem seu perditionem membrorum manuum scz atq; pedum: ⁊ cadent in opprobrium atq; vituperium valde turpe atq; reprehensibile. ¶ Et si fuerit in nono significat diminutionem status religiosorum: significat etiam petitionem equorum ⁊ armorum causa bellandi atq; guerrisandi: ⁊ petent homines similiter bella: ⁊ affectabunt castramentari atq; ire in exercit⁹: ⁊ significat potationes ac ebrietates et incontinentiam ab inhonestis ⁊ illicitis: et erũt hoīes multũ infideles atq; mēdaces ⁊ nitētur exponere somnia ⁊ exponent ea in mendacium. ¶ Et si fuerit in decimo significat tribulationem venturam rusticis atq; popularibus ex parte regis vel diuitum ac potentum: et significat vulnera ⁊ percussiones gladiorum atq; flagella ⁊ angustiam ex eis atq; carcerem: et penuriam seu indigentiam victualium: ⁊ significat bella et contentiones de rebus que non sunt illorum qui petunt eas nec pertinent ad eos. ¶ Et si fuerit in vndecimo significat paucitatem lucri seu profectus in rebus de quibus speratur vtilitas: ⁊ q̄ cadent in inimicicias amicorũ: ⁊ significat diminutionem substantie: ⁊ desperabunt homines de rebus in quibus habebatur fiducia ⁊ de quibus sperabatur: similiter ⁊ natus seu q̄rens. ¶ Et si fuerit in duodecimo significat ingenia in latrocinijs ⁊ in his similibus: ⁊ pigriciam atq; dilationē in his que facere debuerint ⁊ poterunt: diminutionē substantiarum hominum: ⁊ significat merorem ⁊ tristiciam venturam causa magnorum animalium tam illorum que equitantur q̄z illorum que non equitantur nisi deus auerterit.

¶ Capitulum octuagesimumsextum de marte in tauro quid significet.



Et si fuerit mars ī tauro vel in eius triplicitate apparebunt ea q̄ significant in partibus meridianis ⁊ maxime si fuerit in tauro: significat enī tunc ventos validos venturos: ⁊ destructiōz frugũ q̄ fuerint in locis de quib⁹ debent recolligi: simil'r ⁊ arborꝫ ⁊ hoc ex causa caloris excedent debitum atq; naturalē modum: significat etiam multitudinē nubium atq; nubilarũ: pluuiarum quoq; ac tonitruorum ⁊ fulgurũ ¶ Et dixit albumasar significat mortez mulierum ⁊ vaccarum: ⁊ significat bella ventura int̄ ciues orientis ⁊ ciues occidentis: siḡt etiam dolorem oculorũ ⁊ magis sinistroꝫ q̄z dextroꝫ: ⁊ abundabit plus in mulieribus q̄z in viris: nec erunt cultus terrarũ multũ vtiles: eritq; paucitas annone. ¶ Et si fuerit latitudo septentrionalis siḡcat multitudinē pluuiaꝫ

& bonitatem herbarũ & vtilitatẽ ex ipsis. Et si fuerit latitudo eius meridiana significat multitudinem ventorum septentrionaliũ. ¶ Et si fuerit orientalis sigt pacem futuram in reuolutione illa in partib⁹ babilonie atq; in partibus occidentalib⁹ & illorum ciuium securitatẽ. Et si fuerit occidẽtalis sigt multitudinẽ infirmitatũ & mortem. Et si fuerit retrograd⁹ significat infirmitates puerorum. ¶ Et dixit albumasar si fuerit directus significat odium mulierum.

¶ Capitulum octuagesimumseptimum de marte cum fuerit in virgine.

Et si fuerit mars in virgine significat prelia & effusiões sanguis in partib⁹ septentrionis & significat etiã dolores oculorum & abundantiã ãnone & vini atq; butiri. ¶ Et dixit albumasar et mortalitatẽ in mulieribus. Et si fuerit latitudo ei⁹ septentrional' sigt impedimentum in corporib⁹ hominũ: & patientur detrimenta semina & messes. Et si fuerit latitudo ei⁹ meridiana tunc sigt saluationem seminũ. ¶ Et si fuerit orientalis significat mortẽ senũ. Et si occidẽtalis significat flatũ ventorum in partibus hyspanie. Et si fuerit retrograd⁹ significat guerras venturas inter homines. Et si fuerit directus significat honestatem & bonum esse diuitum & magnatum.



¶ Capitulum octoagesimumoctauum de marte in capricorno.

Et si fuerit mars ĩ capricorno significat bella & depredatiões atq; tribulatiões mortẽ in hominibus iuuenibus: simil'r & tremores venturos in partib⁹ orientis: & significat etiã in eisdẽ partib⁹ pluuias & multiplicatõẽ annone butiri atq; vnguenti: et erunt bella predicta inter ciues oriẽtis & ciues occidẽtis ¶ Et si fuerit latitudo ei⁹ septentrional' significat multitudinem niuis in temporibus debitis & consuetis. Et si fuerit latitudo eius meridiana significat calorẽ aeris in suis temporibus & eius obscuritatem. Et si fuerit orientalis significat




interfectionē; impatoris romanoꝝ. Et eo fortius si luna fuerit in octaua vel iuncta dn̄o octaue vel ipse mars fuerit in angulo cum ipsa sit naturaliter eius significatrix vbicunqꝫ fuerit ei iuncta. Et iterum fortius si fuerit iuncta cū eo in octaua vel aspexerit eam dn̄s octaue ab oppositione vel quarto aspectu Et iterum fortius ac infallibiliter si fuerit inter eos mutua receptio vel saltē receperit luna dn̄m octaue: nec poterit iupiter contra operari: solus enim deꝰ posset hoc auertere. Et si fuerit occidentalis sigt̄ pustulas antraces quoqꝫ ac similia casura in corpora hoim̄. Et si fuerit retrogradus significat paucitatē annone. Et si fuerit directus significat abundantiam vini ⁊ olei.

¶ Capitulum octogesimumnonum de geminis ⁊ eius triplicitate.



Et si fuerit mars ī geminis vel in eiꝰ triplicitate sigt̄ qꝫ quicquid ipse significauerit erit euentus illorum significatoꝝ in partibus occidentalibus. Sed si fuerit in geminis significat impedimentum casurum in homines causa tonitruorum ⁊ fulgurum: ⁊ paucitatem pluuiarum: ⁊ grauitatem caloris ⁊ eius nocibilitatem: ⁊ erūt bella ⁊ contentiōes atqꝫ latrocinia in partibus septē trionalibus: exaltabiturqꝫ rex illorum in reuolutione illa: ⁊ habebunt victoriā de inimicis suis: ⁊ erunt dolores aurium similiter ⁊ pustule antraculi ⁊ silia. ¶ Et si fuerit latitudo eius septentrionalis significat multitudinem pluuiarum. Et si fuerit latitudo eius meridiana significat paucitatem aquarum fontium et fluminū ¶ Et si fuerit orientalis significat multitudinem pustularum ⁊ similium Et si fuerit occidentalis significat impedimentum consiliatorum ⁊ scribarum ac iudicum ⁊ decurionum ⁊ eorum occultationem ac fugam. Et si fuerit retrogradus significat dissentionem religiosorum ⁊ eorum diuersitatem atqꝫ sectarum. Et si fuerit directus significat qꝫ homies aperient secreta tam sua qꝫ̄ aliena nec bene seruabunt ea.

¶ Capitulum nonagesimum cum fuerit mars in libra.



Et si fuerit mars in libra signat ventos venturos et infirmitates atque mortalitatem in civitatibus seu regionibus que sunt in divisione libre: et erit hoc potius in viris quam in mulieribus. ¶ Et dixit albumasar si fuerit mars ibi significat pluvias et ventos nubes quoque et nebulas: significat etiam quod erit in partibus meridionalibus infirmitas atque mortalitas: et erit modicum vinum atque butirum et vnguentum: et multiplicabuntur latrones et abscisores viarum: et erunt rixe atque mala inter homines: et erunt in eis timores atque tremores seu terrores. ¶ Et si fuerit latitudo eius septentrionalis significat fulgura et coruscationes que venient et apparebunt in anno illo seu in revolutione illa. Et si fuerit latitudo eius meridiana significat egritudines in hominibus ex parte sinistra. Et si fuerit orientalis significat guerras et contentiones futuras inter divites et magnates. Et si fuerit occidentalis significat salvationem divitum ac magnatum et scribarum literarum atque sapientum. Et si fuerit retrogradus significat egritudines venturas divitibus et magnatibus et scribis et iudicibus atque sapientibus. Et si fuerit directus significat voluntates divitum ac magnatum seu nobilium differentes inter se.


¶ Capitulum nonagesimumprimum cum mars fuerit in aquario.



Et si fuerit mars in aquario significat gravitates atque tribulationes venturas hominibus in revolutione illa: et abundabunt nives et pluvie atque frigus in temporibus suis: et minuetur annona et vinum atque butirum in partibus occidentis et in terra que dicitur negociatorum: et significat mortem sive mutationem regis seu dominatoris illius regionis in qua tu revolueris annum. ¶ Et dixit albumasar si aspexerit tunc venus ascendens et ipsa septentrionalis signat ver bonum: sed vinum erit modicum. ¶ Et si fuerit latitudo eius septentrionalis significat multitudinem

niuis ⁊ frigoris in temporib⁹ suis ⁊ in regionibus consuctis: ⁊ locustas in tpe suo. Et si fuerit latitudo eius meridiana significat obscuritatem aeris ⁊ eius grossiciē atq; grauitatē caloris. ¶ Et si fuerit orientalis significat bonū esse diuitum ⁊ magnatum atq; nobilium ⁊ eoꝝ gaudium atq; leticiam significat multitudinē ramorum. Et si fuerit retrogradus significat grauitatē caloris ⁊ q̄ cadet impedimentum in arbores illa de causa. Et si fuerit directus significat impedimentum arborum ⁊ casum vermium in eas: ⁊ eo fortius si fuerit ibi caput draconis vel in geminis.


¶ Capitulum nonagesimūsecundum de marte in cancro ⁊ eius triplicitate.



Et si fuerit mars in reuolutione anni in cancro vel eiꝰ triplicitate: ⁊ maxime in cancro erit apparitio eorū que siguerit in partibus septentrionalib⁹: sed in cancro sigt naufragia repente venientia ex forti atq; subito flatu ventoꝝ: ⁊ significat rixaȝ atq; contentionem ⁊ bellū in partib⁹ occidentl;: ⁊ grauabuntur hoīes causa redditus tributoꝝ: ⁊ erunt febres ⁊ alie egritudines: ⁊ crūt dolores gutturis ac pectoris: et grauabitur calor: ⁊ minuet̄ pluuia. ¶ Et dixit albumasar ⁊ erit annus periculosus eritq; modicum vnguentum atq; butirū seu pinguedo: ⁊ significat etiam morteȝ quadrupedum sed equoꝝ magis. ¶ Et si fuerit latitudo eius septentrionalis significat grauitateȝ frigoris in tēpore suo: ⁊ paucitatem aquarū fontium. Et si fuerit eius latitudo meridiana significat ventos venturos ac impedimentū casurum in arbores. Et si fuerit orientalis significat pestilentias casuras in animalia campestria. Et si fuerit occidentalis significat curaȝ atq; sollicitudinē vulgi seu rusticoꝝ ac populariū circa ꝓpria negocia. Et si fuerit retrogradus significat lasciuiaȝ: ⁊ q̄ delectabuntur homines: ⁊ studebunt in cultu venereo ⁊ fornicabuntur ⁊ similia. Et si fuerit directus significat bonam dispositionem aeris ⁊ ipsius pulcritudinē ac claritatem.

¶ Capitulum.93.de marte in scorpione.


Et si fuerit mars in scorpione significat multitudinem nubium et grauitatem frigoris hyemis et distemperantiam caloris in estate et grauitatem annone illa de causa: et etiam arborum: et erunt oculorum dolores et multiplicabuntur latrocinia et abscisores viarum: ac erunt bella et dolores et alie infirmitates in iuuenibus: et erit paucitas vini et butiri atque pinguedinis: et accident ista magis in partibus septentrionalibus. ¶ Et si fuerit in scorpione fueritque latitudo eius septentrionalis significat paucitatem aquarum. Et si fuerit latitudo eius meridiana significat multitudinem aquarum fontium



Et si fuerit orientalis significat multitudinem infirmitatum que cadunt super homines et maxime in inferioribus partibus ventris. Et si fuerit occidentalis significat paucitatem pietatis hominum adinuicem. ¶ Et dixit albumasar si fuerit retrogradus significat bonum in reuolutione illa et multitudinem negociatorum cum tremore tamen atque timore. Et dixit si fuerit directus significat multitudinem acceptionis census et populationem domorum substantiarum diuitum.

¶ Capitulum.94.cum mars fuerit in pisce.

Et si fuerit mars in pisce significat multitudinem niuis atque pluuie et erit mortalitas in partibus meridionalibus et capientur pisces in reuolutione illa plures solito: et dirimentur plura regna: et significat interfectionem regum et magnatum et diuitum ac nobilium. s. qui sunt apti regno: significat etiam paucitas annone vt vinum patietur detrimentum et diminutionem: et erit ex eo valde minus quam sperent homines et patientur animalia volantia impedientia detrimentum vt sunt musce taffani et similia ¶ Et dixit albumasar si aspexerit venus ascendens anni habundabit mors in hominibus et dolores oculorum: et multiplicabuntur tonitrua et fulgura: et franget maliciam fructuum terre et suscipient incrementum. Et si fuerit latitudo eius septentriona



lis significat bonitatē aeris ac ipsi⁹ pulchritudinē seu puritatē. Et si fuerit latitudo eius meridiana sigt habundantiā locustarū sed impedient parū. Et si fuerit orientalis sigt interfectionē diuitū ꝛ magnatū. Et si fuerit occidētalis sigt infirmitates casuras in seruos ꝛ ancillas ꝛ in famulos ꝛ in famulas ꝛ viles personas. ¶ Et dixit albumasar si fuerit retrogradus significat saluationem ꝛ lucra negociatorū. Et si fuerit directus significat custodiā atq; saluationem ouium ꝛ quadrupedum minorū ꝛ seruoꝝ ꝛ ancillarū ꝛ famulorū ac famularū ac vilium personarū. ¶ Sapientes huius magisterij ꝛ specialiter ille reuerendissimus predecessor noster albumasar nō curauit ponere latitudines nisi triū planetarū superiorū quoniam nō inuenit in alijs ita expertam veritatē sicut in illis: ideo dixit albumasar ꝙ inuenit in eis aliquando errorē sed in superioribus nullo modo vnde ipse ammonet nos esse intentos latitudinibus superioꝝ ꝛ non inferioꝝ.

¶ Capitulum .95. de sole cum fuerit dn̄s anni quid significet.



Cum aūt fuerit dñs anni sol seu reuolutionis ⁊ ipse bene disposit⁹ ac boni esse fortunatus.s.atq₃ fortis liber ab impedimētis sigt sublimitates atq₃ exaltationē regum ⁊ gloriā ⁊ honorē eiusq₃ petitionē:⁊ ꝙ exaltabit rex illius regionis:⁊ sollicitabit circa sui regni augmentationē: ⁊ nedum rex sed etiā quilibet ꝑm suum esse atq₃ ꝑm suam naturam seu nationem ad suuȝ statū augmentandū:⁊ significat vtilitatē ⁊ profectū eorū:⁊ ꝙ auertent facies suas a rebus displicibilib⁹ deo ⁊ ab iniurijs a rebus inhonestis:significat etiā bonū esse diuitū ⁊ magnatū atq₃ nobiliū ⁊ hoꝝ quibus debet honor ab hominib⁹ ¶ Et si fuerit dñs anni ac dñs ascendentis fueritq₃ liber a malis dixit albumasar gaudebūt reges ⁊ habebūt leticiam ⁊ securitatē: ⁊ augmentabunt annone ⁊ quadrupedia ⁊ aues:⁊ oīa super quibus habet sol significatū. Si aūt fuerit impeditus significat impedimentū omniū predictoꝝ ¶ Et dixit si fuerit mercurius cum saturno vel aspexerit cum fueritq₃ sibi particeps ⁊ receperit ab eo dispositionē in diuersis climatibus patient messes detrimentum ⁊ rustici:⁊ multiplicabunt latrones ⁊ intrabit super homines timor ⁊ maxime in eis qui fuerint de natura mercurij vel quibus fuerit significator: ⁊ minuent aīalia in terra occidentis vel in terra arabū si fuerit in figura signorum quadrupedū ꝑm substantiā illi⁹ signi ¶ Et dixit aspice cū hoc luminare cui⁹ fuerit aunctoritas:qm̄ si fuerit fortunatuȝ ⁊ auctum lumine ⁊ numero ⁊ non fuerit impeditū repellet impedimentū magnū ⁊ prohibebit a malo. Si autē fuerit impeditū aliquo supradictoruȝ impedimentorū in hora reuolutionis patient predicta detrimentū ⁊ impedimentū magnū:⁊ erunt infirmitates in rusticis seu popularib⁹. Et accident ista fortius ⁊ terribilius si fuerit in signis hominū que sunt gemini virgo libra prima medietas sagittarij ⁊ aquarius ⁊ auctoritas fuerit lune:vel si fuerit sua ⁊ ipse fuerit in libra. Et si fuerit in tauro vel capricorno significat grauationem equorum boum taurorum ⁊ bubalorum. Et si fuerit in cancro scorpione vel pisce grauabunt res aquatice. Et hec iudicia habent locum in reuolutionibus annorum mūdi prout ad ipsas reuolutiones pertinent. ¶ Et si aliquis maloruȝ impedierit eum aspice ipm malum ⁊ vide in quo signo ipse sit:⁊ in qua domo:quoniā scđm sigta domus ⁊ signi in quo fuerit erit impedimentū. ¶ Et si fuerit sol fortunatus ⁊ aspexerit eum aliqua ex fortunis significat bonum esse atq₃ bonam dispositioneȝ omnium predictorum. Nam vbi significat malum cum fuerit impeditus ibi significat bonum cum fuerit liberatus: ⁊ super eisdem significabit vbi falsitatem ibi veritatem:vbi iniusticiam ibi iusticiam:vbi depressionem ibi exaltationem:vbi indigentiam ibi habundantiam. Et adhibe mentem tuam vt intelligas hoc bene ne cadat super eis error. ¶ Et dixit albumasar si fuerit sol in ariete vel eius triplicitate erit in parte orientis. ¶ Et si fuerit sol boni esse in loco suo significat rectitudinem diuitum: ⁊ eorum iusticiam ⁊ aptationem eorum: ⁊ victoriam de inimicis suis ⁊ de his qui contendunt cum eo. ¶ Et dixit si vero fuerit mali esse in loco suo significat apparitionem diuitum ⁊ magnatum; ⁊ paucitatem acquisitionis eorum:

super inimicos suos ⁊ casum honoris eorum in ciuitatibus illis. Et dixit ⁊ si fuerit in tauro vel eius triplicitate erit apparitio euentuū eorum que dixi ex partibus meridiei ex ciuitatibus quibus prefuerit ipsum signuz ⁊ hoc quod est eius ex substātia terre semis ⁊ arborum. Et dixit ⁊ si fuerit i geminis vel eius triplicitate sigt apparitionē eorum que dixi ex euentibus in partibus occidentis ⁊ in omnibus que sunt eius ex rebus altis. Et dixit ⁊ si fuerit in cancro vel eius triplicitate erit apparitio eorum ex euentibus in partibus septētrionis ex animalibus que significant per ipsum. Et dixit ⁊ opus in re solis in aspectu planetarū ad ipsum erit sicut opus in re saturni in hoc ex bono vel malo equaliter

¶ Capitulum .96. quid significet sol in vnaquaqz domo in reuolutione annorū natiuitatū ⁊ annorum mundi atqz in natiuitatibus siue sit dn̄s anni siue non.

Cum sol fuerit in ariete seu i reuolutōe natitatis vel i āni mūdi in pri̇o sigt pncipatū ⁊ sublimitatē atqz magitudinē rerū nati: ⁊ idez in reuolutione: similiter ⁊ in reuolutione annoruz mundi sigt statum ⁊ augmentationē boni ciuiū reuolutionis i qua reuolutus fuerit annus nisi cōtra operet saturnus ⁊ mars vel alter eorum ⁊ ipse maliciosus existens. ¶ Et si fuerit in secūdo sigt dilectionē inter hoies ⁊ decens esse ipsoruz erūt tamen alique turpitudines oculorum. ¶ Et in tercio sigt mutationē ex vna regione in aliaz ⁊ qꝫ rex illius regionis perficiet res suas ⁊ suorum subiectorum in bono ⁊ in bona parte: similiter ⁊ natus res suas ex parte regis. ¶ In quarto aūt sigt laudē inter homines ⁊ sublimitatē eorum atqz honorē ⁊ apparebūt res que diu steterant occultate nec apparuerant: ⁊ sigt etiā inuentionē thesaurorum siue ipsorum aggregationē seu acquisitionem



¶ In quinto aūt sigt mutationē status pluriū hominū causa filiorū: ⁊ natus causa proprij filij mutabit suum statuz ⁊ qꝫ reuerebitur a populo: ⁊ reuerebunt populares maiores se ⁊ honorabunt eos: etiam erit gaudiū causa donationum. ¶ In sexto vero significat infirmitates ac detrimenta causa seruoruz ⁊ aliorum que significant per sextam domum ⁊ qꝫ inuidebunt rustici seu ignobiles maioribus se: similiter ⁊ nato. ¶ Et in septimo significat contrarietatem que accidet vlugo a nobilibus siue magnatibus seu regibus. Eadem similiter accident nato. ¶ In octauo significat depressionem diuitum ⁊ magnatum seu nobilium atqz potentum eorumqz diminutionē ⁊ mortem ac improperium. ¶ In nono significat bonam dispositionez animi hominū erga se ⁊ in cogitationibus placibilibus deo atqz in his que ad fidem spectant.

¶ In decimo significat honorē regum atq3 ipsorꝫ exaltationem ⁊ eorū gloriam atq3 profectum. ¶ In vndecimo significat gaudium ⁊ leticiam hominum causa amicorum ⁊ mutue dilectionis inter se ⁊ rerum de quibus habet fiducia boni: similiter accidet nato ex his ⁊ bonum ex magnatibus qui sunt infra reges. ¶ In duodecimo vero significat diminutionem atq3 depressionem diuitum ⁊ magnatum nobilium quoq3 ⁊ eorum mortem: eorūq3 dignitatum ablationē: ⁊ iniurias eis illaturas ab ignobilibus: ⁊ significat contrarietates que accident nato ex inimicis suis ⁊ etiam ex alijs ⁊ magis a vilibus q̄3 a magnatibus.

¶ Capl'm. 97. de venere cum fuerit dn̄a anni quid significet.



Cum venus fuerit dn̄a anni ⁊ ipsa boni esse ac bene disposita significat bonam dispositionem ac bonum esse mulierum tam adultarum q̄3 puellarum tam corruptarum q̄3 virginum similiter ⁊ eunuchorꝫ. At si fuerit dn̄a anni ⁊ dn̄a ascendentis fueritq3 libera ab impedimentis ⁊ a malis significat

annum securitatis et quietudinis et aptabunt res: erit bonū in honoribus et iusticia et largitas et rectitudo atq; pax. Si aūt fuerit recepta inuenient rustici bonum a regibus et diuitibus atq; magnatibus et diligent rustici regez suū et obedient ei: et multiplicabunt nuptie et erit in mulieribus gaudiū et alacritas. Si aūt fuerit impedita significat paucū bonum in anno illo et erunt terremotus in diuersis terris ex quibus cadent edificia: eritq; bellum licet modicum et tristabit rex illius regionis et accident ista in regione deputata et ei' climate. Si vero fuerit impedita hora reuolutionis significat impedimentum ac malum esse omniū predictorꝫ. ¶ Et dixit albumasar si fuerit in signis humanis impediet quicquid est eius ex hominib'. Si fuerit i signis terreis destruet quicquid est eius ex substātia terre. Si fuerit in signis aereis destruet quicquid est ei' ex substantia aeris. Si fuerit in signo aquatico destruet quicquid est eius ex substantia aque. Et dixit et si fuerit in loco mali fortuna, verte sniam tuam et dic in loco mali bonum et in loco iniusticie iusticiam. Et dixit aspice quoq; planetam impedientē eam in quali signo sit et cōmisce eum: et loquere super eum fm q; patefactū est tibi in re saturni.

¶ Capitulum. 98. quid significet venus in vnaquaq; domo in reuolutione anni siue ipsa sit dña anni siue non.



Cum fuerit venus in reuolutione in primo et ipsa boni esse ac bene disposita tunc significat q; erūt hoies similiter et nat' in dilectionibus et gaudijs atq; voluptatib' et delectabunt in cōmestionib' et potationibus: et studebunt in pulchro modo viuēdi tam victualiū q; indumentorum et in apparitione atq; ostensione indumentorū seu ornamentoruz corporis et vsu annulorū et monilium et similiū et rerum odoriferarū et apparitione rerum honestaruz et in omnib' in quibus delectant homines. ¶ Et si fuerit in secundo significat vtilitatē et acquisitionē causa mulieruz et ex mulieribus et profectū causa illius acquisitionis. ¶ Et si fuerit in tercio significat obliuionem religionis et q; paruz curabunt homines de ipsa similiter et natus: et incōtinentiaz venerei cultus et iram quā sequunt illa de causa: et q; ex hoc perpetrabunt multa mala opera et q; iuuabunt amici amicos ad illa facienda. ¶ Si vero fuerit in quarto dixit albumasar significat merorem et tristiciam imerito rerum ex parte matruz et finis erit laudabilis. ¶ In quinto vero significat detrimentum causa filiorum in principio reuolutionis sed in fine laudabit et vertet meror in gaudiū. ¶ In sexto autem dixit albumasar significat infirmitates et tribulationes ex parte

seruorum ⁊ ancillarū ac etiam matrum ⁊ significat viduas. Unde si domi/
nus sexti fuerit boni esse bene erit eis ⁊ econtra. Et dixit ⁊ dn̄s interrogatio
nis non adipiscet omne quod petierit ex rebus. Et dixit ⁊ si fuerit interroga
tio de infirmo liberabit ab infirmitate sua. Et dixit ⁊ ipse liberationis eius
erit causa ſm ꝙ exposui tibi in re saturni in inicio libri. Et dixit ⁊ scito ꝙ cū
fortuna fuerit in domo infirmitatis alleuiabit infirmitas sed si fuerit ibi ma
lus grauabit. ¶ Et dixit si fuerit in septimo significat cōiugium ⁊ gaudium
ex parte mulierū ⁊ ex omni re quesita ex participatione: ⁊ efficiet ei omnis
res quam voluerit. ¶ In octauo vero significat mortem sociorum maiorū
⁊ matrum atq̧ nutricum. ¶ In nono aūt significat mutationem religiosorū
de vna mansione in aliam ac veritatem somniorū: ⁊ significat peregrinatio/
nes longinquas. ¶ In decimo vero significat gaudium ex rege ⁊ ex parte re
gis. ¶ In vndecimo vero significat gaudium atq̧ leticiam ex bonis que ac
cident eis ⁊ fiduciam ⁊ spem bonam ex parte amicorum ⁊ ex eis fortunā bo
nam. ¶ At si fuerit in duodecimo significat tribulationem ⁊ inimicitatem
ex mulieribus: ⁊ vt plurimū ex mulieribus vilibus similiter accidet ex nato

¶ Capl'm. 99. quid significet venus in vnoquoq̧ signo in reuolutione anni.



SI fuerit venus in reuolutio
ne in ariete fueritq̧ dn̄a an/
ni ⁊ ipsa boni eē fortunata. s. atq̧
fortis libera ab impedimentis si
gnificat bonū esse diuitum ac ma
gnatum atq̧ nobiliū: significat
etiam temperamentum aeris ac
ipsius quietudinem in partibus
orie̅tis: ⁊ significat pluuias mol/
les ac temperatas non nocibiles
⁊ extinctiones bellorum in parti
bus ipsis ⁊ bonum esse arabum:
⁊ habundantiam victuum eorū
⁊ quietudinem inter homines ⁊
pacem atq̧ tranquillitatem ⁊ lu/
dos ac tribudia ī terris que sunt
in diuisione arietis: ⁊ exercitium
illorum ciuiū in rebus venereis. Si aūt fuerit impedita significat impedime̅
tum scilicet ꝙ non faciet bona nec poterit resistere malis.

¶ Sed si fuerit in leone significat extinctionē bellorum atq͡ꝫ cōtentionum vel saltem eorum mitigationem ac infirmitatū ⁊ mortalitates in partibus orientis ⁊ erūt alacritates ⁊ delectationes in rebus venereis ⁊ maxime in diuitibus ⁊ magnatibus atq͡ꝫ nobilibus nisi contra operet mars.



¶ At si fuerit in sagittario ⁊ ipsa bene disposita significat quietudinem atq͡ꝫ tranquillitatem ⁊ extinctionē bellorum in partibus occidentis ⁊ in terra arabum: ⁊ bonitatem ac saluationem corporum ciuium illarum regionuꝫ ⁊ lucrum negociatorum eorum: ⁊ sanitatem puerorum ipsorum nisi contra operet mars: ⁊ habū dabūt pluuie aliquātulū plus q͡ꝫ oporteat ⁊ tēperabit frigus hyemis eorum: ⁊ proficiet mel ⁊ vinum ipsorum: ⁊ significat paruū lucrū portatorū armorum illarū parciū nisi mars oppresserit venerem vel ipsa fuerit alias multum impedita seu male disposita.





¶ Et si fuerit ven⁹ in reuolutiõe ãni in tauro ⁊ ipsa boni esse significat apparitionem eorum que significauerit in partibus meridianis vniuersalr: apparebunt etiã in partibus iherusalem ⁊ in dextera orientis vel in terra thurcoꝝ ⁊ in terra romanorum: significat etiã ventos venturos in illis partibus non tamen nocibiles: ⁊ salnationem fructuum arborum: et hoc accidet ex parte sue benigne nature: ⁊ significat bonitatẽ aeris ⁊ saluationem mulierũ ⁊ vaccaꝝ in illis partibus: saluationẽ etiaȝ annone: similiter ⁊ ciues terrarũ vtiles nisi contra operetur mars vel ipsa fuerit impedita seu male disposita.




¶ Et si fuerit in virgine fueritqȝ bene disposita significat trãquillitateȝ ⁊ bonum esse in partibus septentrionalib⁹: ⁊ abundantiaȝ vini ⁊ annone ⁊ butiri atqȝ pinguedinis: nec erit mortalitas in eis nisi contra operetur mars.



¶ At si fuerit mars i capricorno significat paucitatem bellorum atq; latrociniorum ꝛ depredationum atq; viarum abscisionum ꝛ tribulationum: ꝛ saluationem iuuenum: atq; paucitatem pluuiarum in partibus orientis ꝛ meridici: ꝛ abundantiã ãnone vini atq; butiri: et erit tranquillitas inter orientales ꝛ meridionales At si fuerit ipedita vel mars contra operatus tolletur eius significatum nec poterit prodesse.




¶ At si fuerit venus in reuolutione anni in geminis et ipsa boni esse significat apparitionez euentus significatorũ eius in partib⁹ occidentl: similiter ꝛ in terra arabum ꝛ in partibus septentrionis ꝛ significat saluationez hominũ in illis partib⁹: ꝛ temperamentũ aeris atq; pluuiarum: ꝛ diminutionem bellorum atq; contrarietatum: ꝛ augmentum alacritatũ in partibus septentrionis.




¶ At si fuerit vēnꝰ in libra ⁊ ipsa boni esse ac libera ab impedimē tis significat saluationē ciuium regionum que fuerint in diuisiōe libre: ⁊ saluabūtur viri potius qꝫ mulieres: ⁊ significat saluationē hominum in partibus meridionalibus nisi contra operetur saturnus: eritqꝫ in partibus illis vinum ⁊ butirum atqꝫ pinguedo: ⁊ mitigabuntur latrocinia ⁊ abscisiones viarum ⁊ depredationes ⁊ cōtentiōes nisi contra operet̃ mars vel ipsa fuerit impedita.



¶ At si fuerit in aquario et ipsa boni esse ac bene disposita significat bonum esse hominum: ⁊ ablationē vel saltim diminutionē grauitatum atqꝫ tribulationum que sunt venture hominibꝰ in reuolutione illa: et diminutionem niuium atqꝫ pluuiarū ⁊ frigoris hyemis: ⁊ saluationem vini atqꝫ butiri in partibus occidentis: et in alexandria: ⁊ in tota terra que dicitur negociatorꝫ: ⁊ custodiam regis illius regionis in qua tu reuoluis annum. Que si aspexerit ascendens ⁊ ipsa fuerit septentrionalis significat paucitatē vini erit tamē ver bonum ⁊ vtile atqꝫ suaue nisi contra operetur mars vel ipsa fuerit alias male disposita.



¶ Et si fuerit venus in cancro in reuolutione anni significat q erit apparitio eorũ que significauerit in partibus septentrionalibus: significat saluationem nauigantiũ ⁊ quietudinem inter homines in partibus occidentalibus: ⁊ alleuiationem a redditibus ⁊ tribut plꝰ solito: ⁊ erit diminutio febriũ ac aliarum egritudinum: ⁊ diminuetur calor: ⁊ erunt pluuie: ⁊ alleuiabuntur pericula ventura in anno illo seu in reuolutione illa: similiter ⁊ mors quadrupedum ⁊ maxime equorũ nisi contra operet mars vel ipsa fuerit alias male disposita.



¶ Et si fuerit in scorpione libera ab impedimentis significat attenuationem nubium ⁊ bonã aeris dispositionem: et alleuiationem frigoris hyemis ⁊ caloris estatis ⁊ saluationem annone ⁊ arborũ: ⁊ minuentur egritudines ⁊ specialiter dolores oculoꝝ ⁊ maxime in iuuenibus: ⁊ latrocinia ⁊ abscisiones viarum ⁊ bella: ⁊ saluabit vinum atq butirum: et accident ista magis in partibus septentrionalibus q̃ in alijs.

¶ Et si fuerit in piscib⁹ significat diminutionem niuium atq; pluuiarum ⁊ mortalitates in partib⁹ meridianis: ⁊ captionem piscium ⁊ saluabūtur regna earum partiū ⁊ diuites ⁊ nobiles et magnates: ⁊ saluabitur ānona ita q; non patietur graue detrimentum: similr ⁊ vinum. Que si fuerit impedita ⁊ male disposita ⁊ aspexerit ascendens significat tonitrua ⁊ chorruscationes: ⁊ mortē in hominibus ac dolores oculorum: augmentabuntur tamen terre nascentia nisi contra operetur saturnus.

¶ Capitulum centesimum de mercurio cum fuerit dn̄s anni quid significet.

Mercurius



Cum fuerit mercurius dominus anni seu reuolutionis ⁊ ipse boni esse ac bene dispositus liber ab impedimentis significat bonum esse negociatorum sapientum atq; scriptorum ⁊ magnorum operum ⁊ arismetricorum ⁊ numero vtentium per modum docendi ⁊ geometrarum: significat etiam bonũ esse puerorum ſm q̄ ipse fuerit iunctus cum planetis. Nam si fuerit iunctus cum planeta masculino accidet hoc in masculis: si cum feminino accidet hoc in feminis: ⁊ eo melius si receperit eũ dominus domus sue. ¶ Et si ipse fuerit dominus anni ⁊ dñs ascendentis fuerit liber ab impedimentis ⁊ aspexerit eũ aliqua fortunarum inuenient hoīes a rege bonum: ⁊ quilibet inueniet bonũ a suis dominatoribus: ⁊ audictur ab eis ⁊ inueniet ab eis honorē atq; laudē ⁊ bonum statum ⁊ laudabilem: eritq; annus vtilis dictis personis. Si autem fuerit impeditus nec fuerit receptus significat contrarium eius quod dictum est: quia inuenient homines districtionem a regibus ⁊ suis dominatoribus ⁊ deprimentur ab eis: eritq; annus contrarius pueris sapientibus atq; negociatoribus ⁊ alijs predictis. ¶ Et dixit albumasar si autem cum hoc aspexerit eum malus destruet esse eius de loco quē dixi. Et dixit ⁊ si fuerit luna libera a malis multiplicabuntur pluuie ⁊ frigus: ⁊ legati gaudebunt atq; inuenient bonum: ⁊ eo melius ac dignius si fuerit recepta: quia tunc inuenient locũ dignitatis a rege ac regibus: ⁊ pluet in tempore suo cum necesse fuerit. Si autē fuerit mali esse ac male dispositus significat impedimentũ ac malum esse predictorum ⁊ eorum malam dispositionem cuiuslibet ſm suum subiectum. Si autem non fuerit iunctus masculinis ⁊ femininis simul significat q̄ accidet hoc vniuersaliter in pueris atq; puellis. ¶ Et dixit albumasar detrimentum patietur quicquid est eius ex hoc. Secundo erit narratio super ea que ad eum pertinent ⁊ super figura humana terrea aerea ⁊ aquatica ⁊ bestialia: aspectũ quoq; malorum ⁊ fortunarum ad eum ⁊ indumētum eius ex eis. Et dixit horũ oīm erit narratio quemadmodum patefeci tibi in capitulo saturni equaliter.



¶ Qui si fuerit i ariete vel eius triplicitate ⁊ maxime in ariete significat abundantiam aquarum siue multã pluuiam: ⁊ paucitatem annone in partibus occidentis ac detrimentum vini: ⁊ significat ventos validos futuros in illa reuolutione et rores ac tenues et molles nubes: ⁊ mortem puerorum vt dixi. Si autem fuerit ei iuncta luna significat multitudinem piscium. Si aũt fuerit iunctus soli significat abundantiam vini: ⁊ saluationem mulierum: ⁊ eo fortius si fuerint mars ⁊ venus tunc cum sole cum iungitur ei mercurius. Si aũt fuerit saturnus in loco veneris significat multiplicationem aquarum. Si vero fuerit cum eo solus mars significat dolores oculorum: ⁊ multitudinem guerrarum atq; bellorum.



¶ Et si fuerit in leone significat grauitatẽ est⁹ in temporibus suis ꝛ ventorum estiualiuȝ. Et si fuerit vltra decimã domũ vsqȝ septimaȝ significat impedimentũ in parte illa: ꝛ paucitatẽ annone sed non exterminatã Et si aspexerit cuȝ aliqua ex fortunis tolletur malicia illa: ꝛ significat paucitatẽ vini atqȝ pinguedis: abundabunt tamen dactili in partibus in quib⁹ creuerunt: eruntqȝ dolores oculoruȝ: ꝛ erit mors in lupis ꝛ alijs quadrupedibus de raptu viuentibus. ¶ Et dixit albumasar deteriorabitur esse nobilium in curacen. Et aspectus malorum auget malum: ꝛ aspectus fortunarum parcit atqȝ refrenat nutu dei.



¶ Si aũt fuerit in sagittario significat niues futuras in reuolutione illa in suis temporibus ꝛ consuetis: et aeris diuersitatem ac ipsius inconstantiam: ꝛ paucitatem annone atqȝ fructuum arborum et terrarum et paucitatẽ aquarum: erit tamen vinum atqȝ butirum et vnguentum atqȝ pinguedo eruntqȝ guerre atqȝ bella in partibus occidentis



¶ Dixit albumasar ꝛ si fuerit mercuri⁹ in tauro significat multitudineȝ aquarum: ac destructionẽ messium ꝛ detrimentũ vini: ꝛ posset hoc accidere causa diuersitatis aeris ac diuersa ipsius alteratione: ꝛ paucitatẽ butiri atqȝ vnguenti seu pinguedinis: ꝛ dolores oculorum ex parte orientis: ꝛ morteȝ nobilium principũ scȝ atqȝ magnatum seu diuitum nisi contra operentur iupiter ꝛ venus: quoniam si aspexerint ascendens reuolutionis tollent omnem maliciam ꝛ omne impedimentum quod significauerit mercurius. Si vero mars aspexerit ascendens reuolutionis significat grauitatem belli: et significat etiam mortem vaccarum: et accidet hoc in partibus meridiei magis.



¶ Et si fuerit in virgine dixit albumasar multiplicabuntur pluuie ꝛ messes: ꝛ abundabunt dolores oculorum: ꝛ mors in partibus animorot.



¶ Et si fuerit in capricorno significat guerras ꝛ tribulationes venturas in partibus curacen. ¶ Et dixit albumasar si autem fuerit coniunctus veneri ꝛ marti ꝛ erit in curacen bellum ex viris abagir.




¶ Et dixit albumasar si fuerit mercurius in geminis significat guerras ex parte latinorũ ex ciuib⁹ curacen ꝛ magnatibus: ꝛ multitudinem niuium: ꝛ detrimentũ in messibus atq̧ vnguentis ꝛ butiro: ꝛ erit multitudo vini: ꝛ significat pestilentiam ac mortem in mulierib⁹ ꝛ multitudinem pustularum ꝛ flegmonum: significat etiam rores atq̧ aeris humiditatẽ ¶ Et dixit al bumasar si aspexerit sol ꝛ iupiter ascendens ãni minuent pestilentie atq̧ mors: ꝛ erunt hoĩes fortiores solito in partibus orientis atq̧ ditiores ꝛ magis lucrabuntur atq̧ proficient.



¶ Et si fuerit in libra significat paucitatem vini atq̧ annone: ꝛ significat ventos validos atq̧ graues venturos in reuolutione illa. Et si aspexerit vel iunctus fuerit ei saturnus significat dolores capitis ꝛ ventris venturos hominibus. Sed si aspexerit sol tunc saturnum repellet maliciam ꝛ tollet eam nec impediet.



¶ Et si fuerit in aquario significat locustarum multitudinem in partibus in quibus consueuerunt esse: ꝛ paucitatem pluuiarũ: ꝛ significat pruritus atq̧ pustulas accidentes hominibus ex corruptione aeris ac ex ipsius diuersitate. Et si fuerit tũc corporalr iunct⁹ cum venere sigt terremotũ venturũ in reuolutõe illa: ꝛ eo fortius si cũ sole fuerint iuncti: ꝛ iterũ fortius si aspexerit eos mars vel saturnus ex oppositione vel quarto aspectu: ꝛ erunt pestilentie: ꝛ multiplicabunt latrones ꝛ ex coniunctiõe saturni sigt abundantiã pluuiarũ.



¶ Si quidẽ fuerit ĩ cancro sigt interfectionẽ venturã in partib⁹ occidentalib⁹: ꝛ etiaꝫ in aiarot: ꝛ paucitatẽ ãnone ꝛ pinguedis atq̧ butiri: ꝛ q̄ cadet ĩpedimentũ in arbores atq̧ in semina silr ꝛ in vinũ: ꝛ erunt infirmitates ꝛ maxime circa partes colli ꝛ gutturis ex causa reumatica vt sunt squinantes ꝛ silia. Et si fuerit coniunctus marti ꝛ veneri simul significat interfectioneꝫ diuitum ꝛ magnatũ seu nobilium in partib⁹ occidentis nisi contra operetur venus ꝛ luna que si aspexerint tollent maliciam ꝛ repellent eam.



¶ Et si fuerit in scorpione sigt multitudineꝫ niuis in suis tp̄ibus in regionibus consuetis ꝛ pluuiarũ: ꝛ sigt guerras ꝛ bella in partib⁹ occidentis ꝛ septentrionis licet forte remissius: quẽ si aspexerit mars erunt septẽtrionales fortiores occidentalibus: ꝛ erunt latrones atq̧ abscisores viarũ plures solito: ꝛ erunt pestilentie in partib⁹ septentrionis: ꝛ febres cum frigore forti: ꝛ erunt apostemata ꝛ dolores oculoꝝ cum lippitudine atq̧ rubore ꝛ obtalmie.

¶ Si aũt fuerit in pisce significat ventos ꝛ pluuias ꝛ accident hec vt plurimũ in ptib⁹ septẽtrionis. ¶ Et dixit albumasar erit mors in partib⁹ animarot: ꝛ multiplicabunt repencia ꝛ pisces. Omĩa ei hec euenient cũ mercurius fuerit solus significator. Sed si aspexerint eum planete erunt significata ſm dispositionẽ planetarũ ꝛ aspectus eoꝝ ad eum. Nec mireris si posui tibi existentiam eius in signis: quoniã revolutiones non fiunt ſm introitum solis in arietem tantũ: immo fiunt ſm introitum eius in quodlibet signum mobile quando .s. reuolutiones fuerint ſm medietates vł ſm quartas sicut pluries accidit: ꝛ tunc posset esse quod dixi licet nõ semper.



¶ Capitulũ .101. quid significet mercurius in vnaquaq; domo in reuolutione mundi siue in natiuitate siue in natiuitatis reuolutione siue sit ipse dñs anni siue non.

Cum mercuri⁹ fuerit dñs anni fueritq; ĩ reuolutione seu in natiuitate in primo si fuerit reuolutio anni mundi sigt exercitiũ hominũ quorũ interest in sapientia siliter ꝛ scriptura ꝛ disciplina ꝛ q erũt facundiores in disputationib⁹ ꝛ in scientijs quadruuialibus quã cõsueuerũt. Si aũt fuerit natiuitas vel reuolutio significat q natus erit sapiẽs in literatura facund⁹ in disputationibus ꝛ disciplinabilis in numeris mensuris cõsonantijs ꝛ in corporũ celestiũ motib⁹ ꝛ quid accidat ex illis. ¶ Et si fuerit in secundo significat lucrũ atq; profectum ꝛ augmentationẽ substantie ꝛ augmentũ honoris ꝛ bone fame apud regẽ ꝛ ex rege ꝛ bonũ statum atq; bonũ esse inter homĩes tam nato q̃ alijs. ¶ Et si fuerit in tercio sigt bonũ esse fratrũ ex fratribus ꝛ sororibus ꝛ amicoꝝ ex amicis nato sigt habundantiã fratrũ ꝛ sororum ſm naturalem possibilitatẽ: ꝛ multitudinẽ amicorum ꝛ natorũ ꝛ domesticorum atq; diligentium eũ. ¶ Et si fuerit in quarto significat altricationes verborum inter homines plures solito contentiones quoq; ac tristicias seu merores casuros inter homines. ¶ Et si fuerit in quinto significat fortunam ex filijs: ꝛ ex parte filiorũ ꝛ alacritatem ꝛ ex rumoribus aduenientibus aliunde: ꝛ gaudebunt homines ex tripudijs vel ludis ac rebus delectabilibus: ꝛ q recedent ab eis tristicie que iam fuerãt ꝛ superuenient eis exinde res de quibus gaudebunt ꝛ letabunt. ¶ Idem accidet nato tam in natiuitate q̃ in reuolutione si fuerit mercurius tunc sic in-



uentus. ¶ Et ſi fuerit in ſexto ſignificat cõtentiones que venient hominib⁹ ſimiliter ⁊ nato ex parte ignobiliũ ⁊ deceptiones ex parte ſeruoꝝ ⁊ ancillarũ ⁊ ſimiliter famuloꝝ atq; famularũ ⁊ animalium minorum ⁊ deterioratione͂ ⁊ diminutionem rerum ac honoris. ¶ Et ſi fuerit in ſeptimo ſignificat laſciuiam ac delectatione͂ ex parte mulieruꝫ ⁊ ex mulieribus ⁊ contentiones illa de cauſa. ¶ Et ſi fuerit in octauo ſignificat contentiones que cadũt inter homines cauſa rerum iam preteritarum que renouabunt inter illos. Et ſi fuerit natiuitas vel natiuitatis reuolutio ſignificat ꝙ accide͂t nato inimicitie ex vicinis ⁊ ex parte vicinorũ quas vix aut nũq̃ poterit euitare: ⁊ dicent mendacia contra eũ: ⁊ accident ei contentiones illa de cauſa ⁊ ex cauſa ſubſtantiarũ que fuerint ei relicte a mortuis vel propter rem diu antiquatã. ¶ Et ſi fuerit in nono ſignificat laudem mutuã inter homines ⁊ honeſtate͂: ⁊ nato ſignificat ſapientiã diſciplinã: ⁊ ſi adheſerit quadriuio bene proficiet in eo ⁊ ſpecialiter in aſtronomia ⁊ etiaꝫ in alijs ſcientijs: ⁊ ꝙ laudabit inde a ſuis notis ⁊ etiaꝫ ab alijs. ¶ Et ſi fuerit in decimo ſignificat ꝙ natus acquiret magiſtratus atq; dignitates ⁊ honores magnos cauſa litterarũ atq; ſcripture ⁊ quadruuiũ ariſmetrice muſice ac aſtronomie. Ideꝫ ſignificat in reuolutione mũdi illis qui fuerint in illis ſcientijs periti. ¶ Et ſi fuerit in vndecimo ſignificat mutuam amicitiam inter homines venturã: ⁊ in natiuitate ac in reuolutione natiuitatis ſignificat multitudine͂ amicoꝝ ⁊ gaudiuꝫ ex nobilib⁹ ⁊ a nobilibus. ¶ Siquideꝫ fuerit in duodecimo ſignificat in reuolutione anni mũdi inſulſitate͂ hominuꝫ in reuolutione illa ⁊ eorum ignorantiam. Si autem fuerit in natiuitate vel in natiuitatis reuolutione ſignificat ſtulticiã nati atq; diuerſitate͂ ſui animi atq; inſcientiã ſenſuſq; imbecillitatem atq; ebrietatem ac leuitatem ⁊ procacitate͂ ⁊ ineptitudinem in eundo ⁊ redeundo ⁊ interrogando de rebus ineptis ⁊ que carent radice. Et ſi contigerit cum aliquid ſcire vel intelligere vel diſcernere erit hoc in beſtijs magis q̃ in alijs rebus.

¶ Capl'm.102. de luna cũ fuerit dña anni quid significet.



CUm aũt fuerit luna dña anni seu reuolutionis ⁊ ipsa boni esse fortuna-
ta.s.atq; fortis libera ab impedimentis significat bonum esse vniuersi-
tatis vulgi: ⁊ etiã bonum esse nautarũ ⁊ matrũ lectatorũ quoq; atq; guliar-
dorum seu glutonũ ⁊ diurnalem quietudinem ipsoꝝ: eoꝝq; victus bonitatẽ
Si aũt fuerit impedita significat contrariũ horum que dixi: ⁊ malũ esse pre-
dictorũ ⁊ omniũ significatorũ suorũ. Et si fuerit in signis humanis erit impe
dimentũ in hominibus iuxta sexum signi in quo fuerit. Et si fuerit in signis
igneis cadet impedimentum super omne quod significauerit ex reb⁹ igneis
Si aũt fuerit in terreis cadet super omne quod significauerit ex reb⁹ terreis
Si vero fuerit in signis aereis cadet super omne quod significauerit ex rebus
aereis. Similiter si fuerit in signis aquaticis cadet super omne quod signifi
cauerit ex rebus aquaticis. Et si fuerit in signo formato ad similitudinẽ ali-
cuius alterius animalis cadet super animalibus formatis ad similitudinem
illius signi. ¶ Et dixit albumasar in quali signo aspiciunt erit narratio su-
per omne hoc quemadmodum pateferi tibi in capitulo saturni. N 2

Et dixit scito hoc ꝛ intellige bene: quia sunt oīa hec ex secretis scientie astrorum. Et dixit nihil erit in eis quod occultet tibi nutu dei. ¶ Attendere aūt potes quoddā cuius radicem non inueni nec etiam ab aliquo sapiente fore dictū ꝙ qualiscūqꝫ fuerit reuolutio anni uel qualiscūqꝫ fuerit ei⁹ dn̄s si pluerit sensibiliter vndecimo die intrante iunio ꝙ cadet malū atqꝫ detrimentum ꝛ impedimentū in fruges ꝛ terrenascentia eoꝝqꝫ sexte partis destructionem Et si fuerit impeditus dn̄s hore ascendentis reuolutionis detrimentū patietur quinta pars eoꝝ Si vero fuerit tunc impedita luna quarte parti eoꝝ eueniet. Si vero fuerit impeditus dn̄s ascendentis reuolutionis tercia pars p̄dictorum destruet. Considerabis iterum vtrum in sexto die intranti octobri pluat vel non quoniam si pluat per modum pluuie pluuias futuras nocibiles iudicabit: ꝛ eo fortius ꝛ nocibilius si coniunctio solis ꝛ lune vel eoꝝ oppositio affuerit eo die: ꝛ eo fortius si coniunctio fuerit in humida mansione.

¶ Capl̄m. 103. quid significet luna in reuolutione anni mundi in vnaquaqꝫ domo seu natiuitate vel in natiuitatis reuolutione siue sit ipsa domina anni siue non.



Cum luna fuerit in primo in reuolutione anni mundi siue ipsa sit dn̄a anni siue non significat veloces mutationes hominum in reuolutione illa de loco ad locū: de vna re ad aliā: de vno ꝓposito ad aliud: ꝛ significat effectū rerū de quibus intromiserint se homines: ꝛ significat principatus ac dignitates illis quib⁹ cōuenerint: ꝛ ꝙ etiam acquirent homines bonum a suis maioribus: ꝛ qui habuerint matres acquirēt bonuꝫ ab eis: ꝛ gaudebūt homines ex mulierib⁹. Et si fuerit natiuitas accidet bonū nato. Idez in eius reuolutione. ¶ Si aūt fuerit in secūdo significat merorē ꝛ tristiciam que accidēt nato causa substantie ꝛ ꝙ ipsi perdent de suis bonis in reuolutione illa: diminuet similiter ꝛ nato. ¶ Et si fuerit in tercio significat ꝙ amicabunt homines sibi inuicem ꝛ maxime in terris que sunt in diuisione signi in quo fuerit tunc luna: similit accidet inter fratres: augmentabit enim eoꝝ amor. Et si fuerit inter eos inimicitia diminuet: ꝛ perficient homines res quas incipiunt ꝛ quarum perfectionem affectant ꝛ acquirent etiaꝫ bonum a diuitibus et magnatibus: et dignitates a regibus et nobilibus et diuitibus ac magnatibus qui sunt apti regno: ꝛ erunt peregrinationes conuenientes ac vtiles nisi contra operet saturnus aut mars. ¶ Idem dicas de facto nati: ꝛ ꝙ affectabit esse cum nobilibus atqꝫ diuitibus qui non sunt serui pecunie. ¶ Et si fuerit in quarto fue-

ritq̃ reuolutio diurna significat eius principiũ malum atq̃ impedimentum finis tamen erit laudabilis. Si aũt fuerit nocturna nec principium nec finis laudabit᷑: ⁊ minuet᷑ res hominum: ⁊ etiam persone patient᷑ detrimentũ nisi contra operet᷑ iupiter. Et si fuerit natiuitas vel reuolutio eius idem accidet nato. Et si fuerit interrogatio tristabit᷑ interrogator illa de causa ⁊ letabitur sicut dictũ est de reuolutione diurna vel nocturna. ¶ Dixit albumasar nisi esset questio de thezauro acquisito vel de re sepulta quia in hoc optimũ est apparebit enim res illa ⁊ deteget᷑. ¶ Et si fuerit in quinto significat adeptionem filiorũ in reuolutione illa. Et si fuerit natiuitas significat multitudinẽ filiorum. Et si fuerit reuolutio natiuitatis significat adeptionem filij in ea si natura fuerit apta hoc posse facere: ⁊ significat hoc masculinitatẽ ĩ re nocturna. Si aũt fuerit diurna significat femineitatẽ: hoc idẽ dicas in natiuitatibꝰ ⁊ earũ reuolutionibꝰ ac interrogationibꝰ nec apparebũt multe res horribiles ¶ Et dixit albumasar significat aduentũ rumorum de longinquis partibus de quibus gaudebũt homines ⁊ specialiter parentes quorum filij absentes fuerint. Et dixit si volueris scire qui sint rumores illi aspice planetam a quo separat᷑ luna: quoniã rumores erunt ꝑm naturam illius. Et si volueris scire vtrum rumores illi sint scripti in carta vel proferat eos legatus ore. Aspice lunam ⁊ mercuriũ si iungat᷑ ei aut separet᷑ ab eo: ⁊ si separata fuerit a dño septimi ⁊ iuncta fuerit mercurio erunt rumores scripti in carta. Si vero separata fuerit a mercurio vel a dño eius refert legatꝰ rumores suos ¶ Et si fuerit in sexto dixit albumasar significat rixam ⁊ contentionẽ ex parte patrũ ⁊ lucrũ ex quadrupedibꝰ ⁊ sanitatẽ corporis. ¶ Et dixit si fuerit in septimo significat lucrũ ex parte mulierũ ⁊ coniugij ⁊ profectũ causa earũ ¶ Et dixit si fuerit in octauo significat interitum ⁊ cõsumationẽ ⁊ depositionẽ regis vel mortem eius ⁊ conturbationẽ in operibus ⁊ contestabunt᷑ homines falsitatem vnus.s. cõtra alium: ⁊ rixabunt᷑ inuicem ⁊ nitet᷑ vnus fugare aliũ ⁊ eicere a loco suo: ⁊ erunt tribulationes ⁊ anxietates in hominibus ⁊ infirmitates animi seu mentis: sicuti sunt ille que accidunt furiosis nõ veris qui a vulgo lunatici appellant᷑: significat enim incantatores atq̃ incantatrices fingẽtes se scire huiusmodi incantationes vt illa de causa extorqueant aliquid ab aliquibus ex quibus incantationibus quidam tunicati falso blasphemant astrologos: eruntq̃ cogitationes male in cordibus hominũ. Et si fuerit natiuitas studebit natus in his. Idem significabit in natiuitatis reuolutione. ¶ Et dixit albumasar si fuerit in nono significat participationẽ itinera ⁊ malas cogitationes ⁊ mutationẽ regis a regione in regionem ⁊ nutus mulierũ ⁊ scientiã dispensationis regni ⁊ aliarum rerum. Et dixit si fuerit ipsa domꝰ nona ex domibus mercurij significat sapientiã astrorum. Et si fuerit ex domibus veneris significat sublimitatẽ scientiarũ ac cantilenarũ. Et si fuerit ex domibus martis significat magisteriũ instrumentorũ ⁊ opus armorũ. Et si fuerit ex domibus iouis significat diuinũ cultum ⁊ scientiã in lege ⁊ principatũ iudicũ. Et si fuerit ex domibus saturni significat scientiã alchimie ⁊ exercicium in ea: studebunt enim homines in hoc in reuolutione illa. Similiter ⁊ natus in cuius natiuitate luna fuerit in nona vel in reuolutione. Et si fuerit

fortunata non impedita in secūda vel in quarta sequenł inde lucrum sin aūt non. ¶ Et si fuerit ibi malus sequeł inde damnū. Et si fuerit ille malus impeditus sequenł inde destructionem substantie ⁊ significat multa ⁊ diuersa magisteria. Et si fuerit domus solis significat scientiā ⁊ prouidentiā in omnibus quadriuialibus. Et si fuerit domus sua significat vniuersalē scientiā omniū rerum que extrahunł de aquis vel que procedunt ab eis. Et dixit ⁊ scito q̄ has proprietas habet luna inter planetas. ¶ Et dixit albumasar ⁊ si fuerit in decimo significat effectum rerū in interrogationibus sed erit in hoc mandatū regis si fuerit in die. Si vero fuerit in nocte significat effectū rerum ex parte regis ac mulierū ⁊ erit hoc cito. Et dixit sed res in vtrisq̄ temporibus. s. in die ac in nocte nō erit durabilis. Similiter si inceperit in eo regnare rex deponeł velociter: quia valens est locus hic in significatione solis: luna vero non est sufficiens nisi modicum in hac significatōe ¶ Et si fuerit in vndecimo significat q̄ sequeł vnus amicus ab alio: significat etiam adeptionē rerum quas homines sperabunt ⁊ in quibus habent fiduciam: similiter ⁊ nato tam in natiuitate q̄ȝ in reuolutōe. ¶ In duodecio vero significat impedimentū ⁊ duriciā ⁊ instabilitatē rerum ⁊ rixam ac carceres ex parte inimicoꝝ ¶ Et dixit albumasar si interrogatus fueris de aliqua re quādo erit ⁊ fuerit luna significatrix tua fueritq̄ȝ in duodecimo erit hoc hora exitus lune de eodem loco: per hoc enī pficieł res ⁊ erit ⁊ veniet absens ⁊ maxime si fuerit hoc in fine mensis lunaris. Et si luna fuerit impedita a saturno tunc iudica horribile ⁊ malum ⁊ nō dubites in hoc si deus voluerit.

¶ Capłm. 104. quid significet caput ⁊ cauda ⁊ stelle comete in reuolutione anni tam mundi q̄ȝ natiuitatum.

Dictum est superius de significationibus. 7. planetaruȝ quid vnusquisq̄ȝ ipsorum significet in vnoquoq̄ȝ signo ac in vnaquaq̄ȝ domo in reuolutionib⁹ annorum tam mundi q̄ȝ natiuitatū ac in ipsis natiuitatibus. Restat nūc dicere de capite draconis q̄d significet in ipsis reuolutionib⁹ ac de ipsius cauda ⁊ de stellis cometis quid naturaliter significēt ipse stelle comete siue caudate ⁊ quot sint sicut suo speciali capitulo diceł.



¶ Dixit albumasar scito q cum fuerit caput draconis in ariete significat sublimitatē magnorum hominum atq nobilium & deiectionem vilium seu ignobilium. ¶ Et si fuerit ibi cauda sigt malā dispositionem ac malum esse regum ac nobilium & iniurias eorū a rusticis seu popularib⁹. ¶ Et si fuerit ibi aliqua ex stellis cometis significat malum ac detrimētum diuitum ac magnatum atq nobiliū in partibus oriētis atq babilonie: & multitudinem tristicie cum rusticis. Et dixit & si fuerit apparitio eius in partib⁹ oriētis erit opus eius velociter. Si vero apparuerit ex parte occidentis erit tardius &c.



¶ Et si fuerit caput in tauro significat interfectionem diuitum ac magnatum in partibus septentrionalibus: & significat multitudinem diuersitatis inter diuites ac magnates & rusticos partiū occidentaliū. ¶ Et si fuerit ibi cauda significat paucitatem pietatis atq misericordie in cordib⁹ hominum: & erunt peregrinationes inutiles in partibus illis: & pauci lucri & mlti laboris. ¶ Et si apparuerit aliqua ex stellis cometis in directo eius significat malum esse hominum & paucitatem boni eorum & iniurias rebelliū cōtra eos qui fuerint in regionibus illis que si apparuerint in partibus orientis erit velocius opus eius. Et si apparuerit in occidente erit tardius &c.




¶ At si fuerit caput in geminis significat infirmitates venturas diuitibꝰ ⁊ magnatibꝰ ⁊ accidet hoc ex causa ventoꝝ ⁊ terremotuum ⁊ prauarũ fumositatũ terre ⁊ casu bellorum inter mediocres homines ⁊ diuites seu nobiles atqꝫ magnates: ⁊ casum vermiũ in arbores ¶ Si aũt fuerit ibi cauda sigcat ꝙ exaltabunt rustici ⁊ calcitrabũt ⁊ salient contra regem ⁊ ꝙ deludent eũ: ⁊ insurgent cõtra milites atqꝫ diuites eiꝰ siue vicarios. ¶ At si apparuerit ibi aliq̃ ex stellis indirecto eiꝰ significat apparitionem lasciuie atqꝫ fornicationis ⁊ incestus venerei cultꝰ



in hominibus ⁊ deicient religiosi ⁊ deo seruientes ⁊ vilipendent. At si apparuerit in partibus orientis erit velocius opus eius: ⁊ si apparuerit in partibus occidentis erit tardius

¶ At si fuerit caput in cancro significat bonitatem operũ regum erga rusticos ⁊ populares ⁊ largitatez eoꝝ erga eos ⁊ ꝙ colligent regis substantiam ⁊ postq̃ꝫ fuerit collecta ĩ locis suis dispergẽt eã ¶ At si fuerit ibi cauda significat multitudinẽ pestilẽtie ⁊ mortalitatꝭ atqꝫ mortes subitaneas ⁊ fornicationes ⁊ abusus cultus venerei ⁊ paucitatez iusticie: ⁊ fractionem ac perditionem census: ⁊ destructionẽ domoꝝ substantiaruz ⁊ mutationẽ diuitum ac magnatũ de loco in locũ ⁊ eoꝝ peregrinationẽ ⁊ malum esse magnaruz operationũ suis manibus ⁊ scri-



ptoꝝ ⁊ alioꝝ significatoꝝ mercurij. ¶ At si apparuerit ibi aliqua stella ex cometis significat multitudinẽ locustarũ destruentiũ messes: ⁊ casum vermium in frumentũ ⁊ in arbores ac paucitatem frugum ⁊ multitudinẽ vermiũ in eis At si apparuerit in partibus orientis erit citius opus eius. At si apparuerit in partibus occidentis erit tardius opus eius ⁊ significat bonitatem regis in rusticis ⁊ pietatem eius super eos.




¶ At si fuerit caput i leone significat multitudinem fluminũ ⁊ apparitionez ignium in aere: iniurias multas ⁊ malum atqꝫ interfectõz ¶ At si fuerit ibi cauda sigt multitudinẽ obscuritatum in aere et terremotus: ⁊ augmentũ aquarũ ⁊ detrimentum arborũ: ⁊ destructionẽ messiũ ¶ At si apparuerit ibi aliqua ex stellis cometis sigt infestationem luporũ: ⁊ impedimentum hominibꝰ ex eis: ⁊ casũ vermium in frumentum: ⁊ destructionem domoꝝ substantiarum. At si fuerit eius apparitio in partibus orient[?] erit velocius opus eius. At si fuerit in partibus occidentis erit tardius opus eius.



¶ At si fuerit caput in virgine significat destructionẽ messium et ceterarum frugum: ⁊ paucitatem omnium rerum que metuntur: et casum vermium in arbores: ⁊ detrimentum eorũ que remanserint a prima destructione; etiã postqꝫ fuerint reposite in locis in quibꝰ credẽtur saluari seu custodiri. At si fuerit ibi cauda significat odiũ casuruz in diuites atqꝫ magnates ⁊ erũt guerre ⁊ dissensiões ⁊ p̃lia inter eos: ⁊ patiẽtur ecclesie atqꝫ magne domus religionum detrimentum: ⁊ erũt diuersitates atqꝫ controuersie inter homines ⁊ altricationes ⁊ dissensiones in fide At si apparuerit ibi aliqua ex stellis cometis significat ablationez quorundã ex domesticis regum atqꝫ magnatum ⁊ mutationez eorum de loco in locum vel a regione in regionẽ: ⁊ ducentur quasi capti vel deportati seu ad confinia transmissi: ⁊ erit ablatio bonoꝝ eorum absqꝫ rehabitione nec recuperabunt ab eis vel per eos. At si fuerit apparitio eius in partibus orient[?] erit velocꝰ opus eius. Si autem fuerit in occidente erit tardius opus eius.



¶ Et si fuerit caput ī libra significat q̄ reges ac diuites ⁊ nobiles seu magnates exercebunt vires suas in rusticos contra iusticiam ⁊ maxie contra illos quib⁹ dn̄abuntur: ⁊ nitētur extorquere ab eis qd̄ non debebūt: ⁊ accusabūt ⁊ dicēt eos offendisse sibi de hoc quo non erūt culpabiles: ⁊ mentientur eos abstulisse sibi qd̄ non abstulerunt: ⁊ hac de causa inuehent contra eos: et affligent eos penis in tantū q̄ illa de causa venient in paupertatē ⁊ indigentiā ⁊ deludēt eos. ¶ Et si fuerit ibi cauda sig̃cat mortalitatē ac detrimentū quadrupedū: ⁊ erit siccitas atq̧ grauitas frigor℄ in tpib⁹ suis destruēs messes in campis et herbas atq̧ semia ⁊ arbores ita q̄ pauci fruct⁹ recolligent ex eis. Et si apparuerit ibi aliqua ex stellis cometis significat latrones ac abscisores viarū predones qui palam extendent vires suas in hoies ⁊ deprędabuntur oēs quos poterunt: ⁊ erunt cogitationes hoim in timore ne cadant in paupertatem: ⁊ expectabūt nocumenta ⁊ timebunt illa modo ex causa frigoris: modo ex causa caloris ⁊ durabit hoc diu in cordib⁹ eo℞. Et si fuerit apparitio eius in partib⁹ orient℄ erit velocius opus eius. Si autem fuerit in partibus occidentis erit tardius.



¶ Et si fuerit caput in scorpiōe dixit albumasar sig̃t bonū ⁊ gaudium in mediocribus hoibus: ⁊ malū ac tristiciam in magnatib⁹ ⁊ sig̃t bella ⁊ guerras ⁊ vulnera: multiplicationē fornicatiōis cū deceptione. Dixit ⁊ casum eorū in man⁹ regis cum hoc qd̄ eis accidet ex merore ac tristicia ¶ Et dixit ⁊ si fuerit ibi cauda sig̃t casum febrium in hoies ⁊ infirmitates accidētes in pectore: ⁊ multitudinē catarro℞ in gutture cū gaudio diuitum in eodem tpe ⁊ leticiā eo℞ per multitudinē pac℄ ⁊ multitudinem bello℞: ⁊ collectionē substantiarū ⁊ populatōꝫ domo℞ eo℞ ¶ Et si apparuerit ibi aliqua ex stellis cometis sig̃t multitudinē guerre atq̧ bellorum ⁊ rebellium regum: ⁊ mutationē militum inter eos: ⁊

inquisitionem illius ab eis cum hoc qd non est in manibus eorum nec ipsoꝝ
posse: petent enim impossibilia. Et si fuerit apparitio eius in partibꝰ orient
erit velocius opus eius. Si vero fuerit in partibus occidentis erit tardius.




¶ Et si fuerit caput in sagittario
significat afflictionez rusticorum
babilonie a rege suo: ꝛ q gubabit
eos iniurijs atq tormentis: et q
impedient omnia quadrupedia
ipsoꝝ ꝛ specialr equi ꝛ alia aialia
quibus vtuntur bellatores atq
portatores armoꝝ: ꝛ eo fortiusſi
fuerit in vltima medietate sagit-
tarij: ꝛ erunt impedimenta in in-
strumentis belloꝝ atq diminu-
tiones: sigt etiam grauitatē aeris
atq obscuritatē cum corruptiōe
multa et gubabitur calor in tpibꝰ
suis. ¶ Et si fuerit ibi cauda sigt
deiectionez nobiliū ꝛ magnatuz
atq ipsoꝝ malum esse: ꝛ exalta-
tionem viliū atq ignobiliū: ꝛ eo fortiꝰ si fuerit in prima medietate sagittarij
ꝛ contristabunt sapientes ꝛ scribe atq legū doctores ꝛ ꝯsules seu consiliarij
aut eueniēt eis impedimēta occulta quoꝝ causa tristabunt ¶ Et si appuerit
ibi aliqua ex stellis cometis depressionem sigt predictoꝝ atq tribulationez
cadentem super eos: ꝛ specialr scribarū: eorum anullationem cum amissione
substantie causa occultationis. Et si apparuerit in parte orientis erit velociꝰ
opus eius. Si autem apparuerit in occidente erit tardius opus eius.



¶ Et si fuerit caput i capricorno
significat alacritatem atq subli-
mitatem ꝛ gaudium diuitū atq
magnatū seu nobiliū atq ipsoꝝ
exaltationē ꝛ casum vilium atq
ignobiliū qui a quibusdā caude
appellant. ¶ Et si fuerit ibi cau
da sigcat terremotus nocibiles
in quibusdā ptibꝰ terre ꝛ maxie
meridianis ¶ Et si appuerit ibi
aliqua ex stellis cometis signifi-
cat fornicationem in temporibꝰ
illis in hominibꝰ. Et si fuerit ap
paritio eius in oriente erit citius
opus eius. Si autez fuerit in oc
cidente erit tardius.



¶ Et si fuerit caput in aq̃rio sig̃t detrimentũ religiosoꝝ atq; fidei sectatoꝝ: ⁊ mortem quorundam ex eis ⁊ iudicũ atq; legis doctoꝝ. ¶ Et si fuerit ibi cauda dixit albumasar significat inquisitionẽ regꝭ contra dños hereditatum in hoc qd non debent: ⁊ seductionẽ eoꝝ in cẽsu: ⁊ iniurias atq; afflictiões quas exercebit contra eos cũ captione eoꝝ ac flagellatiõe. ¶ Et si apparuerit ibi aliqua ex stellis cometis significat multitudinem guerre ⁊ interfectionẽs atq; cruciatus in eodẽ tpe. Et si fuerit eiꝰ apparitio in parte orientꝭ erit velocius opus eius. Si autẽ fuerit in occidente erit tardius.



¶ Et si fuerit caput in piscibꝰ dixit albumasar significat nobilitatem nobilium ⁊ preuentionez vniuscuiusq; hoīs in ordine plꝰ q̃z non fuerit vnusquisq; homo ſm quantitatẽ sue nature ⁊ collectionez substãtiaꝝ. ¶ Et si fuerit ibi cauda sig̃t extentionẽ militũ sup regem: ⁊ multitudinẽ diuitũ ⁊ mutationẽ q̃zplurimoꝝ diuitũ ab habitationibus eorum causa peccatoꝝ cum multitudine locutionis in secta ⁊ apparitiõis nouitatum. Et si apparuerit ibidẽ aliq̃ ex stellis cometis erit bellũ maximũ sup affines: ⁊ inficient se inuicem: et inimicicie erunt in alteris: ⁊ arreptio manus eoꝝ ad obedientiam. Si aũt fuerit apparitio eius in parte orientis erit velocius in hoc qd sig̃t. Et si fuerit in parte occidentis erit tardius opus eius in hoc qd sig̃t. ¶ Partem aũt in qua veniet illud qd stella cometa sig̃t cum volueris aspicere erit cauda illius in qua pte sit: q̃a in eadẽ parte erit qd significauerit ex tribulatione atq; pestilentia. Hora vero in operibꝰ residuis q̃ dicta sunt dixit albumasar erit qñ sol venerit ad signuz qd fuerit ex substantia eorũ q̃ dixi tibi aut planeta cuius nat̃a est in ope sicut nat̃a euentꝰ qui appuerit tibi futurꝰ in eodẽ anno. Et dixit scito hoc ⁊ considera illud quia est ex secretis scientie astrorum ⁊ eius veritatez: cuius operis preceptum est vt occultetur ⁊ non videat̃ nisi apud te ſm q̄ exposui tibi.

¶ Capitulum centesimumquintum de stellis cometis.

Stellas autem cometas dixit ptholomicus esse nouem: quarũ prima dr veru: secunda cenaculũ: tercia partica: quarta miles: quinta dñs astone sexta matutina siue aurora: septiã argentũ: octaua rosea: nona nigra. Et dixit qꝫ prime quatuor haruz assimilantur stellis: ꝛ oẽs significant bella ꝛ terrores ꝛ magnos euentus in mundo. Et dixit ꝛ ex colore earum cognoscet malum futurum ꝛ ex natura signi in quo prius apparuerit: ꝛ scietur qñ malum id erit si enim apparuerit in oriente vel septentrione ꝛ iuerit versus meridiem erit cito: ꝛ si in occidente tardabit. ¶ Illa vero que dr veru est horribilis aspectu ꝛ vadit prope solez ꝛ apparet de die: que qñ apparuerit significat mutationẽ ac diminutionem fructuum arborum ꝛ terrenascentium: ꝛ mortalitatez regũ ꝛ diuitum ꝛ eorum qui sunt apti regno. ¶ Que vero dicit cenaculũ est quasi ex colore mart. ꝛ habet sub se radium in modum fumi subcinericei que cum apparuerit significat penuriam non tamen excedentem modũ: sed non famẽ ꝛ significat guerras de quibus intromittent se religiosi vltra quantitatez eis cõpetentem. ¶ Que vero dicitur partica habet radium grossum ac si post se particã traheret ꝛ non est multũ lucida: que cũ apparuerit significat siccitatẽ atqꝫ aquarũ paucitatem: ꝛ paucitatem annone: que si fuerit iuncta cũ aliquo ex planetis sigt alia fm naturam ꝛ dispositionem cui iuncta fuerit corporalr vt si fuerit iuncta cum saturno erit mortalitas ꝛ vt multum in senib⁹ ꝛ iudeis ꝛ religiosis ꝛ induentib⁹ vestes saturninas. Si autem fuerit iuncta cum ioue apparebũt ei⁹ significata in regib⁹ ꝛ magnatibus fm bonum ꝛ malum prout ipse fuerit dispositus fortunatus ꝛ fortis: vel infortunat⁹ ꝛ debilis. Si vero fuerit iuncta cũ marte significat guerras qꝫ plures: ꝛ mortalitates per gladiũ ꝛ sanguinis effusionem ꝛ combustionem ignis: cum sole autẽ non potest apparere. Et si fuerit iuncta cum venere sigt siccitatem ꝛ aquarũ diminutionez magnam. Si quidez cum mercurio significat mortem iuuenum ꝛ sapientũ ꝛ scribarum. Si quidem cum luna significat mortalitatẽ casuram inter hoĩes populares ꝛ alias viles psonas. ¶ Illa vero que dicitur miles est de natura veneris ꝛ est magnus ad modum lune: ꝛ habet radium longũ ꝛ crines similr ꝛ fundit eos post se: que cum apparuerit pagrat duodeci signa: ꝛ habet sigre nocumentum regum atqꝫ nobilium ꝛ magnatum: ꝛ qꝫ insurgent homines in mundo qui volent mutare leges ꝛ res antiquas ꝛ ducere nouas: ꝛ eius peius significatũ apparebit ex parte versus quã extenderit caudã ꝛ crines. ¶ Dñs vero ascone dr esse de conditione mercurij: ꝛ color eius ceruleus: ꝛ apparet paruus respectu alioꝝ cometarũ: ꝛ habet caudam longam: ꝛ extendit radios in alterũ in modum ale tenentis capita inferius reducentis illa ad vnũ locuz. Qd qñ apparuerit significat mortem regum seu magnatum et nobilium qui sunt apti regno: ꝛ maxime versus partez in quã extenderit caudã siue radios ꝛ sigt guerras. Et ego vidi apparuisse era arabũ. 663. anno in quo mortuus est papa alexander: ꝛ non multũ post fuit interfect⁹ rex mãfredus per quendã fratrem regis francie noĩe karolum: ꝛ iterum non multum post fuit interfect⁹ per eundem karolum conradus in regno apulie ꝛ fuit a era arabum. 665. et multi duces ꝛ multi barones cum eo: ꝛ fuerunt multe guerre ꝛ dissensiones a

tpe apparitionis illi⁹ comete ꝛ diu durauerit. ¶ Illa vero q̄ dr̄ matutina siue aurora est rubea: ꝛ habet caudā longā minus tn̄ q̄ dn̄s ascone: ꝛ est de natura martis: habet eni eius signa: que qn̄ apparuerit ex pte orientis habens caput depressum inferi⁹ guerras atq₃ cōbustiones ignis ꝛ pestilentias ꝛ famē in tra babilonie ꝛ in tris arabū ꝛ phorꝛo: ꝛ in egipto siccitatē ꝛ paucitatē aquaꝝ ꝛ extendet hoc vsq₃ ad ptes occidentales ¶ Illa vo que dr̄ argentuȝ habet radium ad silitudinem purissimi argenti cuius claritas oīm stellarū claritatē excedit nocturnaliū: que qn̄ appuerit ioue in piscib⁹ vel cancro existente sigt abundantiaȝ frumenti ꝛ fructuū in partib⁹ in quibus appuerit. si vero fuerit iupiter in scorpione fient ista tn̄ aliquid infra hoc. ¶ Illa vo que dr̄ rosea est magna ꝛ rotunda ꝛ conspicitur in ea facies hoīs: cuius color est inter colorez aureū ꝛ argenteū: que qn̄ appuerit sigt mortez regum ꝛ magnatū ac diuitū ꝛ nobilium ꝛ eoꝝ qui apti sunt regno: ꝛ euentum magnarū rerum atq₃ ipsarum apparitionē ꝛ causarū rerum antiquarū: mutabūtur tn̄ ad meli⁹ ¶ Illa vero que dr̄ nigra est de natura saturni q̄si de simili colore cū eo: que cum appuerit sigt mortalitatē per mortē naturalē ꝛ mortē per gladium atq₃ decollationē.

¶ Capitulum centesimumsextuȝ quid significet caput draconis ct cauda in vnaquaq₃ domo tam in reuolutionibus q̄ in natiuitatib⁹ seu questionibus.

Dictum est in p̄cedenti caplo quid sigt caput draconis ꝛ eius cauda in vnoquoq₃ signo: dicendū est in istoq̄ d sigcant in vnaq̄q₃ domo. Unde considerandū est tibi in vnaquaq₃ reuolutōe in qua domo fuerit inuentū qd libet eoꝝ. ¶ Et dixit albumasar si fuerit caput draconis in reuolutōe aliqua vel natiuitate seu q̄stione. In primo sigt augmentationē ꝛ fortitudinez atq₃ sublimitatē in reuolutōe illa ꝛ hoc ſm coniunctionē suā cum planetis. Naȝ si fuerit caput iunctū cum fortunis sigt augmentū boni. Si aūt fuerit iunctuȝ cū malo sigt augmentatōȝ mali cum eius natura sit augmentare. Et si fuerit in scdo sigt fortunā bonam in substantia ꝛ ipsius augmentationez: idem sigt in natiuitate seu questione si fuerit in scdo. Et si fuerit in tercio sigt q̄ natus erit expositor somnioꝝ ꝛ erit bone fidei: ꝛ erūt itinera breuia ꝛ in reuolutiōe illa vtilia ꝛ acquisitiones atq₃ profect⁹: silr ꝛ nato. Et si fuerit in quarto fueritq₃ quarta domus aries vel leo vel sagittari⁹ vel gemī aut libra vel aquari⁹ sigt augmētū boni atq₃ ꝓfectū ex terris ꝛ vineis ꝛ ex alijs reb⁹ imobilib⁹. Si aūt fuerit q̄rta domus taur⁹ aut virgo aut capricorn⁹ vel cancer aut scorpio vel pisces sigt damnū ꝛ diminutionē proficui. Si fuerit in quinto sigt fortunam filioꝝ ꝛ ex filijs atq₃ ipsoꝝ augmentū ꝛ bonum atq₃ gaudium ꝛ libertatem a reb⁹ ꝯrijs atq₃ displicibilib⁹. Et si fuerit in sexto sigt augmentationē minoꝝ aīalium que non equitant ꝛ seruoꝝ: ꝛ erūt infirmitates fortes atq₃ nocibiles Et si fuerit in septimo sigt augmentationē socioꝝ ꝛ bonum ex mulieribus: ꝛ augmentationē coitus: ꝛ fortitudinē inimicoꝝ tam nati seu q̄rentis q̄ vniuersitatis. Et si fuerit in octauo sigt bonum esse hoīm ex eoꝝ psonis: ꝛ in natiuitate atq₃ interrogatione fortitudinē nati atq₃ interrogantis: ꝛ sigt ablationē meroris atq₃ ipsius paucitatē. Et si fuerit in nono fueritq₃ iunctū cū fortunis sigt religionē ꝛ pegrinationes bonas ꝛ longa itinera vtilia ꝛ pficua. Si aūt fuerit iunctū cum malis sigt ꝯtrarium eius qd dictū est. Et si fuerit in decio sigt q̄ studebunt hoīes inquistionē rerū diuinarū atq₃ occultaꝝ: ꝛ scrutatoȝ

veritatis dei altissimi: sigt etiā sublimitatē ⁊ reuerentiā atq₃ venerationez ⁊ fortitudinem atq₃ fortunaz in dignitatibus seu magisterijs ⁊ honorib⁹. Et si fuerit in vndecio dixit albumasar q̄ non est in eo virt⁹ capiti seu caude boni vel mali. Et si fuerit in duodecio sigt augmentationē mali ⁊ paucitatē boni

¶ Capitulum centesimum septimū quid significet cauda in domibus.

Cum fuerit cauda in primo in reuolutiōe seu natiuitate siue q̄stione sigt detrimentū hoīm ac nati ⁊ separationē boni ⁊ eradiationē ⁊ pericula ⁊ tribulatōes: ⁊ si remanserit filius diues post obitū pr̄is depaupabitur: ⁊ si remanserit paup p̄seuerabit in ea. Et si fuerit in scđo sigt diminutionē substantiarum oīm ⁊ pauptatem nati ⁊ eius indigentiā atq₃ occupationē in malis ⁊ ei⁹ casum a statu suo: ⁊ accidet ei hoc ex pte a qua non timebit nec suspicabit Et si fuerit in tercio sigt detrimentū fratrū ⁊ ex fratrib⁹ ⁊ sororib⁹ ⁊ ex causa eoꝝ ⁊ eoꝝ grauitatē. Et si fuerit tercia dom⁹ signū masculinū accidet hoc in fratrib⁹. Et si fuerit femininū accidet hoc in sororibus: ⁊ forte q̄ morient ex eis cū eius nata sit diminuere: vel accidet ei rixa ex fratribus vel cū alijs suis ꝯsanguineis minorib⁹ se vel cū amicis seu cōuicinis. Si aūt fuerit in quarto sigt pauptatē atq₃ indigentiā inimicitatē ⁊ laborē quē sustinebūt ī inq̄sitiōe rerū absq₃ vtilitate. Et si fuerit in quinto sigt diminutionē fortune ac ipsius expulsionez ⁊ casum rerū horribiliū in filios: ⁊ q̄ tristabunt illa de causa qui habuerint filios ⁊ indigebunt: ⁊ q̄ portabunt hoīes sua vestimenta vetera. Et si fuerit in sexto sigt pigriciam ac debilitatē seruoꝝ ⁊ ancillarū ac minoꝝ aīalium ipsoꝝq₃ diminutionē. Et si fuerit natiuitas non hēbit nat⁹ fortunā in eis ⁊ diminutionē infirmitatū. Et si fuerint infirmitates erunt diminuētes atq₃ extenuantes ⁊ demacrantes seu exterminantes corpora infirmoꝝ. Et si fuerit in septio sigt q̄ non gaudebunt hoīes cū vxorib⁹ suis vt sunt consueti gaudere cū eis in alijs reuolutionib⁹: ⁊ erunt rixe atq₃ contentiōes inter eos ⁊ accidet hoc magis in rusticis ⁊ popularib⁹ q̄₃ in alijs. Et si fuerit natiuitas sigt q̄ nō gaudebit nat⁹ cū vxorib⁹ nec ex vxorib⁹ nec etiā ex alijs mulierib⁹ sed hēbit rixā atq₃ contentōes cū eis nisi forte ex sibi attinentib⁹ nec ex socijs ⁊ sigt fortitudinē inimicoꝝ eius: idē dicas in reuolutionib⁹ eius: non hēbit tñ multos inimicos licet aliquos. Et si fuerit in octauo sigt perditionē rerū causa mortis: ⁊ q̄ illi qui debuerint hereditare bona mortuoꝝ perdēt ex eis multa: idē potes dicere q̄ accidet nato. Et si fuerit in nono sigt mutationem de loco ad locū non tñ exterminatā: ⁊ diminutionem fidei atq₃ religionis: ⁊ longa itinera non vtilia sed dānosa poti⁹ q̄₃ lucrosa. Et si fuerit in decio, sigt impedimētū regū atq₃ nobiliū seu magnatū ⁊ diminutionē honoris eoꝝ seu dignitatū. ¶ Et dixit albumasar sigt depositionē ⁊ p̄icula ⁊ peregrinationē siue casum: idē sigt nato. Et si fuerit in vndecio dixit albumasar q̄ nullū op⁹ est ei in eo. Et si fuerit in duodecio sigt detrimentū aīalium maioꝝ ac ipsoꝝ diminutionez ⁊ inimicoꝝ ⁊ q̄ pauci incarcerabunt in reuolutione illa. Et si fuerit incarcerati euacuabunt carceres ex eis: idē accidet ī natiuitatib⁹ vel in eaꝝ reuolutōib⁹ si fuerit cauda ī .12. ¶ Albumasar vō dixit q̄ cū fuerit cauda in .12. sigt paucitatē fortūe ⁊ paucitatē maloꝝ. Et dixit de sigtiōib⁹ plaꝝ atq₃ capit. ⁊ caude in .12. domib⁹ cū fuerit in meliori esse dic meli⁹. Cū vō fuerit ī malo esse vte substā₃ ⁊ dic eꝯrio ꝑ bono .s. malū ⁊ loq̄re audact ⁊ noli dubitare nec dimittes hec q̄ dixi tibi: nec ꝓferes aliud ⁊ īuenies si de⁹ nō restiterit

¶ Capitulum centesimũoctauum quid significẽt stelle fixe in reuolutionib⁹ annorum atq3 natiuitatibus ꝛ quid operentur in eis.

DIcto de reuolutionibus annorum ꝛ de significatis planetarũ ꝛ capitis draconis ꝛ eius caude quid significent in vnaq̃q3 domo ꝛ in vnoquoq3 signo: restat nunc dicendũ de quibusdam stellis fixis que reperiuntur in vno quoq3 signo: quarũ quedam habẽt significare graue malũ atq3 impedimentũ quedam habent significare bonum: ꝛ est res in qua oportet multũ sollicitari qm̃ in eis ꝛ ex eis pendet multum de iudicijs reuolutionũ atq3 natiuitatum ꝛ questionum ac electionũ: ipse enim reuolutiones ꝛ natiuitates ac q̃stiones ꝛ ipsarum iudicia mutantur ex eis mũtatione vehementi longe fortius q̃ ex planetis: ꝛ in hoc multociens decipiunt᷑ multi ex probis astrologis: qm̃ non considerant eas in suis iudicijs sed solum planetas ꝛ partes. Et hec est causa quare ipsi aliqñ decipiuntur ꝛ cedit in eis contrarium eius quod iudicãt tam in bono q̃ in malo ꝛ reprehendunt᷑ ꝛ vilipendunt᷑ cũ non sint reprehendẽdi ex ignorantia: verũtamen non possum eos excusare de pigricia vel negligẽtia tu aũt si bene consideraueris ipsas in iudicijs tam reuolutionũ q̃ natiuitatũ ac questionum non errabis si deus nõ restiterit. ¶ Cũ aũt equaueris ad vnã quãq3 reuolutionem seu natiuitatem vel questionem ꝛ erexeris eius figuraz considerabis omnes domos a prima vsq3 ad duodecimam ꝛ videbis vtrum inueniat᷑ aliqua ex infra scriptis stellis fixis in gradu cuspidis alicui⁹ anguli: ꝛ iudicabis bonum vel malum ſm naturaz illius quam in ea inueneris ſm q̃ tibi narrabo ꝛ eas tibi dixero sicut quasdam ex eis per dicta sapientum ꝑcepi ꝛ quasdam ab experta rõne atq3 approbata inueni. ¶ Dixit albumasar scito q̃ in capite arietis sunt due stelle: quarum vna est in .13. gradu ꝛ .45. minuto: ꝛ altera in .14. gradu ꝛ .45. minuto que sunt de natura martis ꝛ saturni: ꝛ eax proprietas est nocere: ꝛ sunt ex ꝑte septentrionis. Altera vero est in .9. gradu tauri ꝛ .55. minuto que dr̃ pleyades. Et altera in .13. gradu eiusdem et ambe sunt septentrionales. Et altera est in .14. gradu eius ꝛ .45. minuto ꝛ illa dicit᷑ dyabolus. Et altera est in .15. eiusdẽ que dicitur caput dyaboli vel gorgons Et altera est in .19. gradu eius ꝛ .15. minuto que dicitur aldebaran: ꝛ sunt oẽs de natura martis: sed mercurius ꝛ luna participant in pleyadibus. ¶ Altera vero est in gemis in .8. gradu que dicitur humer⁹ canis ꝛ est de natura martis ꝛ saturni. Et alia est in .10. gradu eius ꝛ .15. minuto que dicitur bellatrix ꝛ est de natura martis. Alia est in .17. gradu eius ꝛ .55. minuto: ꝛ eius latitudo est in meridie. Altera est in .18. gradu eius ꝛ .52. minuto que dicitur malefica: et est de natura solis ꝛ mart̃ ꝛ saturni. ¶ Altera est in cancro in .2. gradu eius ꝛ .3. minuto que dicitur camel⁹ ꝛ est de natura saturni ꝛ lune. Et altera est in .7. gradu eius ꝛ .55. minuto. Et altera est in .13. gradu eius de natura solis ꝛ lune que dicitur occidẽs camelum. Et altera que dicitur pes canis in eodẽ gradu de natura saturni. Et altera in .17. gradu ꝛ .55. minuto que sunt ambe septentrionales de natura saturni. ¶ In leone vero est vna stella in .15. gradu ꝛ .55. minuto de natura saturni. ¶ In virgine autẽ sunt due stelle quarum vna est in .7. gradu ꝛ .11. minuto eiusdẽ ꝛ est de natura mart̃. Altera est in .15. gradu de naťa saťni. ¶ In libra vero est vna stella in .26. gradu ꝛ est de naťa saťni.

¶ In scorpione aūt sunt tres stelle quaꝝ vna est in primo gradu ⁊.3.minuto ipsius. Et altera in.8.gradu ⁊.7.minuto. Et altera in.9.gradu ⁊ oēs sunt de natura martis. ¶ In sagittario sunt due stelle ꝑue quaꝝ vna est in.19.gradu ⁊.2.minuto. Altera in.21.gradu ⁊.1.minu.⁊ sunt de natura saturni. ¶ In capricorno sunt due stelle quarū vna est in.27.gradu eius ⁊.2.minuto que nominat̄ mala. Et altera est in.29.gradu eius ⁊.5.minuto: ⁊ ambe sunt de natura saturni. ¶ In aquario ē vna stella i.9.gradu ⁊.4.minuto de natura mart. ⁊ saturni. In pisce quidez est vna stella in.4.gradu eius ⁊.7.minuto ⁊ est de natura martis ⁊ mercurij.

¶ Caplm.109.de proprietate ꝑdictarū stellarū in vnaquaqꝫ domo.

Cum videris dn̄m anni seu reuolutionis vel natiuitatis aut questionis iunctū cū aliqua stellarū fixarum predictarū in eodē gradu in reuolutione anni mundi scito ꝙ malū ⁊ impedimētū cadet sup reges ⁊ diuites seu nobiles atqꝫ magnates. Idem dicas de facto nati in natiuitatibus ac questionibus ac in reuolutionibꝰ natiuitatū ⁊ cadent super eos merores ⁊ tristicie ⁊ cogitationes maligne atqꝫ infirmitates ex dolore capit. ⁊ febres ⁊ mors. Et eo fortius si fuerit hoc in ariete. Et quāto fuerit eoꝝ coniunctio minor vno gradu tanto erit eius impedimentū maius vsqꝫ dum ꝑueniet coniunctio illa ad vnū minutū. Et si fuerit eorū cōiunctio in vno ⁊ eodē minuto nō soluz significabit eoꝝ impedimentū sed etiā significabit eoꝝ destructionē atqꝫ mortem. Illud idem accidet si ceciderit aliqua predictarū stellarū in gradu ascēdente reuolutionis ⁊ natiuitatis vel questionis descēdēdo vsqꝫ ad vnū minutū cōditionibꝰ supradictis. Et si fuerit aliqua ex predictis stellis in gradu ascendētis alicuiꝰ natiuitatis erit natus ille infortunatꝰ malus tribulatꝰ atqꝫ laboriosus ⁊ multarū egritudinū: ⁊ nūqꝫ gaudebit in vita sua: ⁊ erunt infirmitates eius vt plurimū ex dolore capitis: ⁊ eo fortiꝰ si fuerit ascendēs natiuitatis eius ascendēs anni in quo fuerit aliqua ex stellis illis in ascēdnete reuolutōis. ¶ At si ceciderit aliqua ex stellis illis in secūda ab ascendēte reuolutionis: vel fuerit secūde dn̄s cū aliqua ex ħis in eodē gradu sicut dictuz est sigt̄ impedimentū casurū in substātia hoīm ⁊ carū diminutionē: ⁊ maxīe diuitū atqꝫ magnatū seu nobiliū: ⁊ cadet in eos ebetatio mētis ⁊ lamentabūt̄ de indigencia ⁊ pauptate: ⁊ credent oīa sibi deficere: ⁊ cadent illa de causa in tristiciā ⁊ vituperiū: ⁊ erūt infirmitates illiꝰ reuolutionis ex impedimēto auriū colli atqꝫ gutturis ut sunt reumata ⁊ catarrus siccus ⁊ similia: ⁊ eo fortiꝰ si fuerit hoc in tauro. Et si fuerit aliqua ex predictis stellis in natiuitate alicuiꝰ in secūda vel fuerit eius ascendēs secūda ab ascendēte reuolutionis. vel fuerit dn̄s secūde natiuitatis iūctus cū aliqua illarū stellarū sigt̄ ꝙ natus erit mali esse paup pauci lucri ⁊ perdet id quod lucrabit̄: nec poterit sua substantia accrescere ex suo lucro erit ebes piger pauci ingenij ⁊ parū reputabit̄ imo quasi pro nihilo respectu sue nationis: ⁊ si fuerit diues depauperabit̄: ⁊ egrediet̄ substantia eius de manibus suis nesciens quomodo etiaz eo volente ⁊ nitente ipsam retinere seu custodire valeat eritqꝫ plurium egritudinum: ⁊ vt multum erunt egritudines eius ex auribus ⁊ gutture ⁊ collo ⁊ humeris: ⁊ eo fortius si fuerit secunda domus taurus. ¶ At si ceciderit aliqua illarū stellaꝝ

in tercia ab ascendente reuolutionis: vel fuerit dominus tercie cum aliqua ex ipsis in eodem gradu sicut dictum est de prima ⁊ secunda significat maluz ac impedimentum domorum orationis ⁊ q itinera breuia non erunt vtilia in reuolutione illius: ⁊ q erunt rixe atq contentiones inter fratres ⁊ tristabit vnus propter alium absq causa quare id esse debeat: ⁊ erunt in hominibus infirmitates graues atq cronice: ⁊ erunt vt plurimum ex spatulis ⁊ humeris atq brachijs: ⁊ eo fortius si fuerit hoc in geminis. Et si fuerit aliqua predictarum stellarum in natiuitate alicuius in tercia vel fuerit eius ascendens tercia ab ascendente reuolutionis vel fuerit dñs tercie natiuitatis iunctus cum aliqua ex stellis illis significat q erit natus malus fratribus suis: ⁊ eis qui preposuerint eum sibi ⁊ qui reputabunt eum sibi amicum ⁊ consanguineis suis minoribus se ⁊ conuicinis: ⁊ erit affectans videre malum alienum: ⁊ gaudebit cum viderit accidere alicui aduersitatem vel impedimentū ⁊ erit intentus male facere ⁊ cogitatio eius non est in bono: nec videbit sibi bonum vel vtilitatem ex suis itineribus ⁊ maxime breuibus: ⁊ si nisus fuerit peregrinari peregrinationibus predictis perdet in eis substantiam suaz: erit tamen ei magnum perdere substantiam solum si non perdiderit personaz cū ea: ⁊ erit maxima pars egritudinū eius ex spatulis ⁊ brachijs. ¶ Et si fuerit aliqua predictarum stellarum in quarta ab ascendente reuolutionis vel fuerit dñs quarte cum aliqua ipsarū in eodem gradu sicut dictum est de alijs domibus significat malum ac impedimentum agricolarum ⁊ messium atq terrenascentium: ⁊ significat etiam guerras inter ciuitates ⁊ villas ⁊ inter alia habitacula: ⁊ q erunt inter patres ⁊ filios rixe similiter ⁊ altricationes atq inuidie ⁊ contristabunt vnus propter alium ⁊ inuicem: ⁊ finis eorum que fecerint homines vel que euenerint in anno illo erit ad malum. Et si aliquis emerit terram vel aliud predium seu hereditatem non videbit exinde quod credebat vel quod sperabat vel intendebat: ⁊ erunt plures infirmitates hominum in pectoribus vel ex pulmonibus: ⁊ ex partibus adiacentibus eis: ⁊ eo fortius si fuerit hoc in cancro. Et si fuerit aliqua ex predictis stellis in natiuitate alicuius in quarta vel fuerit eius ascendens quarta reuolutionis vel fuerit dñs quarte natiuitatis iunctus cum aliqua illarum stellarum in eodē gradu sicut dictum est de alijs malum significat pro suis parentibus: ⁊ q habebit eos odio: ⁊ finis omniū de quibus se intromiserit erit malus: nec laudabunt opera que ipse fecerit etiam si fuerint bona ⁊ laudanda: ⁊ erunt infirmitates eius vt multum ex pectore atq pulmone ⁊ ex partibus adiacentib⁹ illis. ¶ At si ceciderit aliqua predictarū stellarum in quinta ab ascendente reuolutionis vel fuerit dñs quinte in eodem gradu cum aliqua ipsarum sicut dictum est de alijs domibus significat malum ac impedimentum quod cadet in filios ⁊ odium quod habebunt parentes de ipsis ⁊ significat detrimētum ac diminutionem coitus in reuolutione illa: ⁊ q cadet discordia siue litigium ac impedimentum inter dilectos ⁊ inter eos qui se prius diligebant: ⁊ inter quos erant domesticitates causa donationum ac aliarum rerum delectabilium: ⁊ erunt vt multum infirmitates que accident hominib⁹ in illa reuolutione in ventribus ⁊ stomacis eorum ⁊ in partibus prohibentib⁹ cultū

venereum. Et si fuerit aliqua ex predictis in quinta natiuitatis alicuius: vel fuerit ascendens natiuitatis quinta illi⁹ reuolutionis: vel fuerit domin⁹ quinte natiuitatis iunct⁹ cum aliqua illarum stellarum sicut dictuz est alias sigficat q̧ parentes illi⁹ nati habebūt eū odio ꝛ hoc ſm substantiā signi qđ fuerit q̄nta natitatis vel in quo fuerit dn̄s q̄nte natitatis: hoc ei si fuerit signū masculinū odiet eū pl⁹ pater ꝛ mater min⁹. Et si fuerit signū femininū odiet eū plus mater ꝛ pater min⁹: nec ipse nat⁹ erit obediens parētib⁹ suis. nec erit perseuerans in diligendo aliquem qui diliget eum nec etiaz alios. Et si inceperit esse bon⁹ non perseuerabit in bonitate sua nec erit fortunatus in filijs si fuerit aliqua ex eis in quinta nec in his que significant per quintam domum: ꝛ forte q̧ carebit penit⁹ filijs: ꝛ erunt vt plurimum infirmitates ei⁹ ex pectore atq̧ stomacho ꝛ ipsorum de causa: ꝛ eo magis si quinta fuerit leo. ¶ Si aūt ceciderit aliqua predictarū stellarum in sexta ab ascendente reuolutionis vel fuerit domin⁹ sexte cum aliqua illarum in eodem gradu sicut dictum est de alijs domib⁹ significat impedimentum casurum in quadrupedia ꝛ maxime in minora. ¶ Et dixit albumasar significat hoc etiam in corpus regis ꝛ in eius seruos ꝛ ancillas: similiter ꝛ in alios seruos: ꝛ in famulos ꝛ famulas: ꝛ in viles pauperes ve personas in substantia illius signi: ꝛ non erit lucrum volentib⁹ vti mercatione seruorum vel animalium ꝛ specialiter minorum. ¶ Et dixit albumasar: ꝛ ei qui fugerit in eodem anno inueniet impedimentum: ꝛ quidam eorum non reuertent̄: ꝛ habundabunt infirmitates in hominib⁹: ꝛ erit maior pars eorum ex superfluitate colere habundantis in intestinis. Et si ceciderit aliqua earum in natiuitate alicuius in sexta natiuitatis vel fuerit ascendens natiuitatis sexta illius reuolutionis: vel fuerit domin⁹ sexte natiuitatis iunctus cum aliqua illarum stellarum in eodem gradu sicut dictuz est in alijs significat q̧ natus ille non gaudebit ex seruis vel ancillis ꝛ famulis vel famulabus: nec erit fortunatus in eis: nec curabit habere ex eis aliquem etiam si vsus fuerit eis: nec erit fortunatus in ipsis nec ex ipsis nec ex eis que significant̄ per sextam domum si fuerit aliqua illarum stellarum in sexta natiuitatis sue. ¶ Et dixit albumasar ꝛ diliget ex puericia sua fugere a parentibus suis nec videbit bonum ex quadrupedibus immo malum ꝛ ex minoribus peius q̄ ex alijs: morient̄ enim penes eum ac in eius damnum: ꝛ erit maior pars infirmitatum suarum in inferioribus partibus corporis eius: ꝛ eo fortius si sexta fuerit virgo. ¶ Et si fuerit aliqua illarum stellarum in septima vel fuerit domin⁹ septime cum aliqua ipsarum in eodem gradu sicut dictum est de alijs domibus significat multitudinem guerrarum ꝛ bellatoꝝ super regem illi⁹ regionis vel maiorē magnatē ei⁹ ꝛ erūt pugne atq̧ rixe similiter ꝛ cōtentiones inter reges: ꝛ erūt desidia ꝛ cōtentiones inter socios atq̧ participes expellūtq̧ plures hoies vxores ī reuolutione illa ꝛ rixabunt̄ cū eis ꝛ sigt etiā q̧ irascent̄ reges atq̧ magnates cū suis subiectis atq̧ cū suis familiarib⁹ ꝛ cōtra eos ꝛ obdurabunt̄ corda hoim: nec vigebit ī eis pietas nec miscdia nec curabūt hoies celebrare nuptias nec erūt ꝯtenti ꝯhere m̄rimonia recedētq̧ ab eis fides atq̧ legalitas. Et si accepit aliq̄s ab alio rē aliquā mutuo vel puenerit ad eū res aliena negabit vitatē nec volet eā sibi restituē

nec curabunt homines exercere suas artes nec suas scientias nec sua magiste
ria. ¶ Et dixit albumasar ⁊ erunt plures infirmitates hominũ in vesica ⁊ re
nibus ⁊ anchis atqȝ posteriorib⁹ ¶ Et si ceciderit aliqua de predictis stellis
in natiuitate alicuius in septima vel fuerit ascendens natiuitatis septima il/
lius reuolutionis vel fuerit dñs septime natiuitatis iunctus cum aliqua illa
rum stellarũ non gaudebit natus ex vxoribus vel ex alijs mulieribus: nec vi
debit ex eis bonum nec ex socijs nec de participibus nec de rebus quibus p̄
fuerit: nec de aliqua re que significat᷑ per septimam domum: ⁊ vt plurimum
perdet suas pugnas ⁊ suas guerras atqȝ suas lites seu contentiones similiter
⁊ alienas quibus prefuerit. Et si fuerit iurisperitus nõ erit fortunatus in suis
aduocationibus. ¶ Et dixit albumasar ⁊ erunt plures infirmitates eius ex
gutture ⁊ ex renibus ⁊ cruribus atqȝ posteriorib⁹: ⁊ eo plus si septima fuerit
libra. ¶ Si aũt fuerit aliqua ex predictis stellis in octaua vel fuerit dñs octa
ue reuolutionis cum aliqua predictarum in eodem gradu sicut dictum est de
alijs domibus significat impedimentũ ac malũ casurum in illos qui consue
ti sunt ire huc ⁊ illuc damnificando aliquos per modum latrocinij ⁊ reuer/
sionem eorum ad loca in quibus morari consueuerunt ex suis latrocinijs vel
ex suis furtis: ⁊ significat ablationem rerum aliquarum regionis in qua re/
uolueris annum ⁊ potestatis ciuitatis illius vel cõmunis si non prefuerit ei
alius rex vel illius qui habuerit gerere rem cõmunis seu ciuitatis: nec reinue
niet᷑ amissum: ⁊ significat casum rixe seu discordie inter eos qui hereditaue/
runt bona mortuorũ: nec cõcordabunt seinuicem: nisi forte per interpositio
nem aliorum: ⁊ significat mortem vilium personarũ ⁊ eorum qui coguntur co
medere panem doloris. s. alienum indigentia cogente ꝺm substantiam signi
quod fuerit octaua domus vel in quo fuerit dñs octaue vt si fuerit signũ ma
sculinũ erit magis in masculis: si aũt fuerit femininuȝ erit magis in feminis.
Et si fuerit octaua signũ masculinũ ⁊ dñs octaue in signo masculino erit tm̃
in masculis. Et si fuerit octaua signũ femininũ ⁊ dñs octaue in signo femini
no erit tm̃ in feminis. Et si vnum fuerit masculinũ ⁊ alterũ femininuȝ erit in
vtroqȝ magis tamen ꝺm substantiam octaue q̃ȝ illius in quo fuerit dñs octa
ue: erũtqȝ pestilentie in ipsis. Et dixit albumasar ⁊ multiplicabit᷑ impedimẽ
tum super substantias contentoruȝ regis maioris ex regibus climatis. Et di
xit ⁊ indigebunt auxilio regis maioris. s. babylonie atqȝ romanoꝝ ⁊ indoꝝ.
Et erunt plures infirmitates hominũ ac mulierũ in membris genitalibus ⁊
in verẽdis ⁊ circa partes adiacẽtes illis. ¶ Et si ceciderit aliqua illarũ stella
rum in natiuitate alicuius in octaua vel ascendens natiuitatis illi⁹ octaua re
uolutionis vel fuerit dñs octaue iunctus cum aliqua ipsarũ in eodem gradu
sicut dictum est in alijs: dixit albumasar q᷑ natus ille erit vagus profugus nõ
declinans ad mansionem nec intrabit sub tectum. Et dixit ⁊ erit de illis qui
recolligent inimicantes ⁊ petunt esse cum demonibus: ⁊ diliget singularita/
tem ⁊ nõ videbit in semetipso q᷑ diliget᷑ pro labore suo ⁊ peregrinatione sua
⁊ erit hoc plus in locis mortuorum ⁊ in loco cadauerum fetidoꝝ: nec gaude
bit de his que significant᷑ per octauam domum. Et erunt plures infirmita/
tes ex verendis ⁊ circa verenda ⁊ partes adiacentes illis. Et eo forti⁹ si octa

na fuerit scorpio. ¶ Et si fuerit aliqua predictarũ stellarum in nona aut fuerit dñs none revolutionis cum aliqua ipsarum in eodem gradu sicut dictum est de alijs domibus significat impedimentum et destructionem atq; malum casurum in episcopos ac in alios religiosos et deũ colentes: et maxime illos qui significantur per planetam peius dispositum: vt si fuerit iupiter cadet super episcopos et similes. Si fuerit saturnus cadet super induentes aspera indumenta: et quanto fuerit religio magis potens ac magis famosa tanto magis cadet impedimentũ super cultores illius et diminuent ac deprimentur secte seu religiones approbate ab ecclesia romana et etiã alie religiones hominum: et cadet in eos ebetatio atq; subuersio et obliuio seruiciorum dei et ipsius laudis et recedent ab eo et quidam eorum negabunt eum: et desistent a mandatis eius: et cadet in eis dubitatio et credent esse aliquid aliud melius quam illud quod credũt vel seruant: et cadet etiam detrimentũ ac tristicia in peregrinantes peregrinationibus longinquis: eruntq; itinera longa contraria itinerantibus: nec accidet eis exinde bonum: sed cogitationes eorum erunt vane atq; male finis: et insurgent quidam et patefacient austeritatem suam et comachinabuntur interitum regis babilonie tamen non poterunt perpetrare scelus excogitatum in anno illo: et diminuentur guerre atq; prelia. Et erunt plures infirmitates hominum iuxta femora et coxas. Et si ceciderit aliqua predictarum stellarum in natiuitate alicuius in nona vel fuerit ascendens natiuitatis nona illius reuolutionis: vel fuerit dñs none natiuitatis iunctus cum aliqua illarum stellarũ in eodem gradu sicut dictum est in alijs: dixit albumasar erit natus quasi stupefactus in rebus suis et in sua cultura: nec congruet ei peregrinatio et mutatio. Et erunt plures infirmitates eius ex femoribus et coxis. Et eo plus si nona fuerit sagittarius. ¶ Et si fuerit aliqua predictarũ stellarũ in decima vel fuerit dñs decime reuolutionis iunctus cũ aliqua earum .s. in eodem gradu sicut dictum est de alijs domibus significat deiectionẽ et malũ ac impedimentũ casurum in reges et diuites et nobiles atq; magnates seu potentes in eos qui preponuntur alijs hominibus: eritq; in eis debilitas: cadetq; inter eos discordia et contentio atq; mutua inuidia: et cadet impedimentũ in substãtias atq; res eorum: et paucus erit eorum conquestus: et pauca pecunia tribuetur eis nisi forte illa quã extorserint ab aliquibus per violentiam vel per alium reprehensibilem modum: nec reuerebuntur eos homines more solito seu debito: et deprimentur eorum dignitates atq; magisteria et regna: et eleuabuntur rustici seu populares et calcitrabunt contra eos: et blasphemabunt ac derident et vilipendent eos: et mutabunt eorum nomina cum derisione. Et nedum hec facient eis sed si transiuerint magnates per vicos seu plateas nõ erit adeo vilis de turba qui non derideat eos: et accident eis hec per totam illam reuolutionem. Et erunt plures infirmitates hominũ ex genubus et ex partibus adiacentibus illis. Et si ceciderit aliqua predictarũ stellarũ in natiuitate alicuius in decima vel fuerit ascendens natiuitatis decima reuolutionis illius: vel fuerit dñs decime natiuitatis iunctus cum aliqua earum in eodem gradu sicut est dictum in alijs significat vilitatẽ nati atq; ipsius deiectionem eritq; despectus apud eos qui

deberent ipsum exaltare si possent: ⁊ specialiter apud propinquos suos ⁊ erit
laboriosus in vita sua ⁊ parui lucri minoris q̄ expensarū: nec lucrabit̄ in his
de quibus habuerit fiduciam boni: ⁊ illud quod lucratus fuerit non conuer
tet̄ in ei⁹ vtilitatē nisi per accidens ⁊ illud erit modicū. ¶ Et dixit albuma/
sar s̄m naturā eius erit hoc quod dixi tibi. Et erunt plures infirmitates eius
ex genubus ⁊ ex adiacentibus eis. Et eo magis si decima fuerit capricornus
¶ Si vero fuerit aliqua predictarū stellarum in vndecima vel fuerit dn̄s vn
decime reuolutionis iunctus cū aliqua ipsarū in eodem gradu sicut dictum
est de alijs domib⁹ significat discordiā ⁊ anxietatē casuram inter amicos ⁊ ni
tet̄ vnus suppeditare seu vilipendere alium: ⁊ studebit in ei⁹ lesionē atq̄ no
cumentū: ⁊ annichilabit̄ fiducia hominū: nec sequent̄ quod intendēt de re/
bus in quib⁹ habuerunt spem: ⁊ diminuent̄ substantie regum ac diuitum seu
magnatū ⁊ detrimentū patient̄: similiter ⁊ milites regis illius regionis atq̄
ministri ei⁹ ⁊ ipsius auxiliatores: nec habebunt bonā fidē erga eum nec bonā
voluntatē: nec exercebūt arma in ei⁹ vtilitatē nec in eius auxiliū si indiguerit
sed infideles existent. Eruntq̄ plures infirmitates hominū ex crurib⁹ ⁊ circa
crura. ¶ Et si ceciderit aliqua predictarū stellarum in natiuitate alicuius in
vndecima vel fuerit ascendens natiuitatis vndecima illi⁹ reuolutionis vel
fuerit dn̄s vndecime natiuitatis iunctus cum aliqua earum in eodē gradu si
cut dictum est in alijs siḡt natum illum futurū modice fiducie ita q̄ non cre/
det aliquid posse proficere sibi: ⁊ vix aut nunq̄ accidet sibi aliquod bonum:
⁊ si acciderit sibi erit modicū: ⁊ significat eum odibilem atq̄ vulgo despectū
⁊ erit tante vilitatis cordis q̄ non credet se posse aliquod malum vel aliq̄d
periculum contrariū euitare: nec erunt cogitationes eius in aliquo bono: ⁊
gaudebit cum viderit alienū malum: ⁊ erit intentio sua malefacere licet non
possit illud perficere: non laudabit aliquē nec laudabit̄ ab aliquo: nec ꝓmo/
uebit̄ ad aliquā dignitatem secularem vel clericalem nisi forte ad talem que
redundabit in eius damnū siue contrarium. Eruntq̄ infirmitates ei⁹ vt mul
tum ex cruribus. Et eo fortius si vndecima fuerit aquarius. ¶ Si quidē ce
ciderit aliqua predictarū in duodecima vel fuerit dn̄s duodecime iunct⁹ cū
aliqua ipsarum in eodem gradu sicut dictum est in alijs domibus siḡt multi/
tudinem latronū atq̄ abscisorum viarum: significat etiam fraudem seruorū
atq̄ ancillarum erga dn̄os suos: ⁊ casum ac detrimentum: diminutionē de/
iectorū atq̄ vilium personarū: deicient̄ enim ⁊ male erit eis ⁊ incarceratis si
militer: ⁊ euacuabunt̄ carceres cum detrimento incarceratoꝝ: ⁊ patient̄ ma
iora quadrupedia detrimentū: ⁊ exaltabunt̄ reges ⁊ nobiles seu diuites ac
magnates ⁊ rationales ac sapientes: ⁊ eleuabunt̄ super vulgus ⁊ populares
⁊ rusticos atq̄ ignobiles ⁊ super omnes qui prius deriserant eos in detrimē
tum atq̄ deprehensionē illorum. Et erunt plures infirmitates hominū ex
pedibus. ¶ Et si ceciderit aliqua illarum stellarum in natiuitate alicuius in
duodecima vel fuerit ascendens natiuitatis duodecima reuolutionis illius
vel fuerit dn̄s duodecime natiuitatis iunctus cum aliqua ipsarum in eodem
gradu sicut dictum est in alijs significat q̄ natus ille erit malus callidus calli
ditate mala laboriosus ingeniosus ingenio fraudulēto: multarum angustia/

rum atq; erũpnarum: atq; multorum inimicorum habebunt quoq; ipsum odio multi hominum tam sine causa q̃z cum causa. ¶ Et dixit albumasar odiet enim eum omnis qui viderit eum a puericia sua vsq; ad senectutẽ suã. erũtq; plures infirmitates eius ex pedib⁹. Et eo fortius si piscis fuerit duodecima domus. ¶ Et dixit albumasar ⁊ si aspexerit iupiter ex loco imaginis ⁊ proiecerit radios suos ad ipsum gradum ⁊ fuerit fortius in loco suo sigt fortitudinem illarum stellarum. ¶ Et si fuerit venus in loco suo debilis non operabit aliquid ex operibus suis quod appareat. Et dixit ẽm quantitatẽ fortitunis vel debilitatis planete erit multitudo mali. ¶ Et si aspexerit ex loco inimicitatis ⁊ contrarietatis non repellet aliquid ex malo: maxime si fuerit debilis in loco suo: sed nitet ipsum malum repellere tamen non repellet aliqd ex eo. ¶ Et dixit si aũt aspexerit in eo malus in loco directionis erit malum ⁊ omne quod dixi tibi ex rebus planetarum ⁊ festinabit opus suum ⁊ sequet vnum aliud. ¶ Et dixit ⁊ si aspexerit ex loco inimicitie ⁊ cõtrarietatis erit omne quod dixi malum ⁊ contrarietas ab inicio euentionis mali preoccupatio vsq; in finem eius. ¶ Si uero aspexerit sol ipsum locum deteget ipm malum ⁊ apponere illud faciet. Et dixit ⁊ omnis qui nitit occultare hoc qd accidet non posset illud occultare. Et dixit ⁊ erit hoc vniuersale eidem generationi ⁊ ciuitatibus. Et dixit si aspexerit saturn⁹ descendet tribulatio vna post aliam. Et dixit si aspexerit mercurius erit hoc cõmixtum ⁊ coloratum ¶ Et dixit si aspexerit luna erit opus eius super opus solis. Et dixit sed erit minus aliquantulũ ⁊ celerius in omni quod operat ꝑpter celeritatẽ cursus ei⁹. Et dixit ⁊ scito q; vniuersa que dixi tibi erũt in ciuitate que fuerit in diuisione eiusdem signi. Et dixit considera ergo hec quia non errabis si deus voluerit.

¶ Caplm. 110. quid significent stelle fixe fortunate in natiuitatib⁹ ⁊ questionibus atq; reuolutionibus annorum.

Dicto de infortunijs que inferunt a stellis fixis ⁊ infortunatis in inferiora: dicendũ est nunc de fortunijs que conferũt stelle fixe fortunate in eadem: sicuti enim in vno quoq; signo reperiunt alique stelle infortunate ita ĩ vno quoq; ipsorum reperiunt alique stelle fixe fortunate que sunt cõtra riorũ s. fortuniorum cause. ¶ Scito igit q; .i 15. gradu arietis ⁊. 6. minu. ei⁹ est quedã stella de natura iouis ⁊ veneris: ⁊ eius latitudo est meridionalis: ⁊ eius proprietas est prodesse atq; iuuare. Alia vero est in. 26. gradu eius ⁊. 1. minuto de natura iouis. ¶ In tauro est vna stella ĩ primo gradu eiusdem ⁊. 3. minuto. Altera in. 8. gradu ei⁹ 7 m̃. Tercia ẽ in. 9. gradu eius ⁊. 1. minuto que oẽs sunt de natura veneris. ¶ In gemini vero est vna stella in. 19. gradu ei⁹ ⁊. 2. minuto. Et altera in. 21. gradu ei⁹ ⁊. 3. minuto que sunt de natura iouis ⁊ sũt de magnitudine secunda. ¶ In cancro est vna stella que vocat bona in. 27. gradu eius ⁊. 2. minuto. Altera in. 29. gradu eius ⁊. 5. minuto ⁊ sunt ambe de natura iouis ⁊ operantur bonum. ¶ In leone est vna stella de natura iouis ⁊ veneris nono gradu eius ⁊ quarto minuto ⁊ vocatur beniuola. ¶ In virgine est quedã stella in. 4. gradu eius ⁊ septimo minuto de natura veneris ⁊ lune. In libra est quedam stella de natura iouis ⁊ veneris in. 13. gradu ei⁹

⁊.45.minuto. Et altera in.14.gradu ⁊.45.minuto de natura predicta: ⁊ ambe meridionales sunt ⁊ iuuantes. Et in scorpione est vna stella in.9.gradu eius ⁊.55.minuto. Et altera est in.13.gradu eius ⁊.1.minuto. Et altera in.14 gradu eius ⁊.45.minuto. Et altera est in.19.gradu ei⁹ ⁊.15. minuto que oẽs sunt meridionales de natura iouis. In sagittario est vna stella in.10.gradu eius ⁊.15.minuto que dicit pacifica ⁊ est de natura veneris. Altera vero est in.17.gradu eius ⁊.55.minuto: ⁊ est septentrionalis de natura iouis. In capricorno est vna stella in.2.gradu eius ⁊.3.minuto que dicit bos ⁊ est de natura iouis. Et altera est in.7.gradu eius ⁊.55.minuto. Et altera est in.17.gradu eius ⁊.55.minuto que ambe sunt meridionales ⁊ sũt de natura iouis. In aquario est vna stella in.15.gradu eius ⁊.55.minuto ⁊ est de natura iouis. In piscibus est vna stella in.7.gradu eius ⁊.11.minuto ⁊ est de natura ipsius iouis.

Capitulũ.111.de proprietate istarũ stellarũ in.12.domibus

Cumq; videris dñm anni seu reuolutionis vel natiuitatis aut questionis iunctum cum aliqua predictarum stellarum in eodem gradu in reuolutione anni mundi scias q bonum atq; fortunium eueniet regibus ⁊ diuitibus seu nobilibus atq; magnatibus. Idem dicas in natiuitatibus de factis natorum: ⁊ in questionibus ac natiuitatum reuolutionibus: ⁊ euenient eis gaudia ⁊ alacritates ac sanitates atq; corporis incolumitates. Et quãto fuerit eorum coniunctio minus vno gradu vsq; ad vnum minutũ tanto erit eorum status melior atq; habilior. Et si ceciderit aliqua predictarũ stellarum in gradu ascendente natiuitatis alicuius vel fuerit dñs natiuitatis iunctus cum aliqua earum in eodẽ gradu erit natus ille fortunatus ⁊ bonus: ⁊ ducet vitã suam in quiete ⁊ gaudio atq; tranquillitate ⁊ omni bono statu: ⁊ eo fortius si fuerit ascendẽs aries. Et si ceciderit aliqua illarũ stellarũ in secũda ab ascendẽte reuolutionis vel fuerit dñs secũde reuolutionis cum aliqua ex eis in eodem gradu sicut dictum est significat augmentationem rerum atq; substantiarũ hominũ ⁊ maxime diuitũ atq; magnatũ seu nobiliũ: ⁊ eo forti⁹ si fuerit taur⁹ secũda dom⁹. Et si ceciderit aliqua ex pdictis stellis in natiuitate alicui⁹ in secũda vel fuerit ei⁹ ascendẽs secũda reuolutionis: vel fuerit dñs secũde natiuitatis iunctus cũ aliqua ipsarũ in eodẽ gradu sicut dictum est in prima domo sigt q natus erit boni esse boniq; status diues multiq; census atq; lucri: ⁊ retinebit acquisita suãq; substantiã: eritq; boni ingenij ac in suis negocijs sollicitus reputabit q; inter alios hoĩes: ⁊ audient eius verba ⁊ reputabunt: ⁊ eo magis si fuerit taur⁹ secũda dom⁹. Et si ceciderit aliqua illarum stellarũ in tercia ab ascendẽte reuolutionis vel fuerit dñs tercie cũ aliq ex ipsis in eodẽ gradu sicut dictũ est in alijs sigt bonũ esse domorum orationis ⁊ q itinera breuia sunt cõpetentia atq; vtilia itinerantib⁹: ⁊ q fratres bene inuicẽ se habebũt: ⁊ letabit vnus frater pter aliuni: eruntq; in corporib⁹ incolumitates ⁊ sani erunt: ⁊ eo magis si gemini fuerit tercia domus. Et si ceciderit aliqua predictarum stellarum in natiuitate alicuius in tercia vel fuerit ascendẽs natiuitatis tercia reuolutionis vel fuerit domin⁹ tercie natiuitatis

iunctus cũ aliqua de predictis stellis significat q̧ ille erit vtilis atq̧ beniuol⁹ fratribus suis ⁊ suis consanguineis minoribus se ⁊ cõuicinis ⁊ eis qui prepo suerint eum sibi vel qui reputabunt eũ sibi amicũ: nec affectabit videre malũ alienum eritq̧ compatiens illis quib⁹ mala euenerint: ⁊ erit intentio eius vt plurimum in benignitate ⁊ non in contrariuz: ⁊ erunt sibi itinera sua vtilia ⁊ maxime breuia ⁊ erunt sibi salua ⁊ salubria tam in rebus q̃ȝ in persona: ⁊ erit sani corporis ⁊ maxime circa spatulas ⁊ brachia: ⁊ eo magis si fuerit gemini tercia dom⁹. ¶ At si ceciderit aliqua predictarũ stellarum in quarta ab ascen dente reuolutionis vel fuerit dñs quarte cum aliqua ipsarum in eodẽ gradu sicut dictum est de alijs domib⁹ significat bonũ esse agricolarũ ⁊ messiũ atq̧ terre nascentium: significat etiam pacem atq̧ tranquillitatem in ciuitatib⁹ ⁊ inter ciuitates ⁊ alia habitacula: ⁊ patres bene se habebunt cum filijs ⁊ erga filios ⁊ gaudebit atq̧ letabitur vnus cum alio ⁊ propter alterum: ⁊ erit finis rerum inceptarum que euenerint in anno illo seu in reuolutiõe illa ad bonũ. Et si aliquis emerit terram vel aliud predium seu hereditatẽ aliquaȝ sequetᷣ exinde quod intendebat: ⁊ erunt plures hominum sani ⁊ maxime circa pect⁹ ⁊ pulmonem: ⁊ eo magis si fuerit cancer quarta domus. Et si fuerit aliqua ex predictis stellis in natiuitate alicuius in quarta vel fuerit quarta illius reuo lutionis ascendens natiuitatis alicuius vel fuerit domin⁹ quarte natiuitatis iunctus cum alqua illarum stellarum in eodem gradu significat q̧ natus ille sit futur⁹ bonus pro suis parentibus scȝ patre auo socero ⁊ alijs antiquiori bus ⁊ q̧ diliget eos ⁊ q̧ ipsis erit obediens ⁊ fauorabilis: ⁊ erit finis eorũ de quibus se intromiserit laudandus: ⁊ laudabuntur eius opera: etiam si aliqñ fecerit minus bene tamen laudabitur ab hominibus: ⁊ erit sanus corpore: ⁊ vigebit eius sanitas maxime circa pectus et pulmonem et inferiores partes pectoris. ¶ At si ceciderit aliqua dictaꝝ stellarum in quinta ab ascendente reuolutionis vel fuerit dñs quinte cum aliqua ipsarũ sicut dictuȝ est de alijs domibus significat bonum atq̧ fortunium quod accidet filijs: ⁊ dilectioneȝ quam habebunt parentes eorum in eis: ⁊ significat augmentum liciti coitus ac delectationem in eo in reuolutione illa: augmentabitur enim dilectio et bona voluntas inter diligentes se inuicem: ⁊ erunt domesticitates atq̧ dona tiones inter eos plures solito ⁊ res delectabiles: et erit sanitas in ventribus eorum ⁊ circa inferiores partes pectoris ⁊ circa spinam ⁊ dorsum plus solito ⁊ eo magis si fuerit leo quinta domus. Et si fuerit aliqua de predictis stellis in quinta natiuitatis vel ascendens natiuitatis quinta illius reuolutiõis vel fuerit dñs quinte natiuitat iunctus cum aliqua illarum stellarum significat q̧ parentes illius nati diligent eum: sed magis diliget eum ille cuius natura fuerit signum quinte domus: ⁊ erit obediens parentibus suis nec p̃termittet eorum mandata: ⁊ erit diligens eum ⁊ perseuerabit in bono: eritq̧ fortunat⁹ in filijs ⁊ in his que significantur per quintam domum: ⁊ erit sani corporis ⁊ maxime circa pectus ⁊ stomachum et dorsum et circa genitales partes: et eo magis si fuerit quinta domus leo. ¶ Si aũt ceciderit aliqua predictarum stellarum in sexta ab ascendente reuolutionis vel fuerit dñs sexte cũ aliqua ipsarum in eodeȝ gradu sicut dictũ est in alijs domibus significat augmentũ

⁊ bonum venturū in quadrupedia ⁊ maxime minora. ¶ Et dixit albumasar significat hoc etiam in regem ⁊ in eius seruos ⁊ ancillas: similiter ⁊ in alios seruos ⁊ in famulos ⁊ in famulas: ⁊ bonus erit status vilium personarum ſm substantiam illius vt si fuerit masculinum vel femininum: eritq; lucrum volentibus vti mercatione seruorum vel minorum animalium: eritq; bene volentibus aufugere ⁊ minuentur infirmitates ⁊ maxime ille que consueuerūt euenire de colera abundante in intestinis. At si ceciderit aliqua illarū stellaꝝ in natiuitate alicuius in sexta natiuitatis eius vel fuerit ascendens natiuitat[is] sexta illius reuolutionis vel fuerit dñs sexte natiuitatis iunctus cum aliqua ipsarum in eodem gradu sicut dictum est in alijs significat q; bene erit illi nato in seruis ⁊ ex seruis ⁊ ancillis ⁊ famulis ⁊ famulabus: ⁊ erit fortunatus in eis ⁊ in his que significantur per sextam domum: morabiturq; libenter cum suis parentibus: ⁊ erit sanus vt plurimum in inferioribus partibus sui corporis: ⁊ eo fortius si sexta domus fuerit virgo ¶ At si fuerit aliqua stellaꝝ in septima vel fuerit dominus septime cum aliqua ipsarum in eodem gradu sicut dictū est de alijs domibus significat tranquillitatem ⁊ bonum atq; diminutionem guerrarum ⁊ preliorum: ⁊ erit inter socios atq; participes ⁊ inter alios hoīes tranquillitas ⁊ quietudo: eritq; inter viros ⁊ vxores bona voluntas ⁊ pauca rixa minus solito: ⁊ placabuntur reges atq; magnates ⁊ humiliabuntur suis subiectis ⁊ ipsi obedient eis libentius solito: ⁊ vigebit in hominibus pietas ⁊ erunt intenti celebrare nuptias ⁊ contrahere matrimonia: ⁊ vigebit in eis fides atq; legalitas: ⁊ vtentur veritate aliquid plus solito: eruntq; contenti exercere suas artes atq; sua magisteria: vigebitq; sanitas in hoībus ⁊ maxi[m]e circa vesicam ⁊ renes ⁊ anchas atq; posteriora. Et si ceciderit aliqua de predictis stellis in natiuitate alicuius in septima vel fuerit ascendens natiuitat[is] septima illius reuolutionis: vel fuerit dominus septime natiuitatis cum aliq̄ ipsaꝝ gaudebit natus ex vxoribus ⁊ alijs mulieribus: ⁊ videbit ex eis bonū ⁊ ex socijs ⁊ participibus: ⁊ de omnibus que significantur per septimā domū ⁊ obtinebit in suis litib[us]. Et si fuerit aduocatus seu iurisperitus bene cedet ei in suis aduocationibus: ⁊ erit sanitas in eius gutture atq; renib[us] ⁊ crurib[us] ⁊ posteriorib[us]: ⁊ eo magis si septima domus fuerit libra ¶ Si aūt fuerit aliq̄ de predictis in octaua vel fuerit dominus octaue reuolutionis cum aliquā ipsarum in eodem gradu sicut dictum est in alijs domibus significat bonum esse vagantium illoꝝ scʒ qui consueti sunt ire huc ⁊ illuc damnificantes alios per modum latrocinij ⁊ mitigabitur aliquid de eorū malicia: significat etiaʒ moram in locis in quibus consueuerunt habitare plus solito: nec exercebūt quicquid mali poterunt ex suis latrocinijs: significat etiam custodiam regis illius regionis in qua reuoluis annum vel dominatoris seu potestatis illius loci vel illius qui habuerit gerere rem publicam: ⁊ si amiserit aliquid de suis rebus reinuenietur amissum: significat etiam concordiam inter illos qui hereditauerunt bona mortuorū: sīgcat etiā custodiā vite viliū personarum ſm substantiam signi: nec erunt qui nitantur defraudare substantias regum ma-

rorum scz regis romanorum et regis babilonie atque regis indorum: et erit sanitas in hominibus ac mulierib⁹ et maxime circa partes genitales et circa verenda et partes adiacentes illis. ¶ Et si ceciderit aliqua illarum stellarū in natiuitate alicuius in octaua vel fuerit ascendens natiuitatis octaua illius reuolutiōis vel fuerit dominus octaue natiuitatis iunctus cum aliqua illarum in eodez gradu sicut dictū est de alijs: significat q᷑ natus erit de illis qui libenter asso-ciantur hominibus et qui fugiunt solitudinem: et qui libenter morantur cum bonis: et videbit in psona sua quod voluerit: et gaudebit de his et in his que significantur per octauam domum: et erit sanus corpore et maxime circa ve-renda et partes adiacentes illis: et eo magis si fuerit octaua domus scorpio. ¶ Et si fuerit aliqua predictarū stellarum in nona aut fuerit dominus none re-uolutionis cum aliqua ipsarum in eodem gradu sicut dictum est de alijs do-mibus significat gaudium et leticiam et bonum statum episcoporum et aliorū religiosorum et deo seruientium prout planeta significans eos fuerit melius disposit⁹: vt si fuerit iupiter erit magis in episcopis et alijs clericis qui dicunt seculares. Si fuerit saturnus erit hoc magis in religiosis induentibus aspera indumenta et fortius in induentibus nigriora et in magis famosis: et augmen tabuntur secte seu religiones approbate ab ecclesia romana: et erunt deo ser-uientes et laudantes eum: et erunt peregrinationes seu itinera longa vtilia et proficua: et erunt ciues babilonie obedientes regi suo: et erunt homines sani et maxime circa femora et coxas: et eo magis si nona domus fuerit sagittarius Et si ceciderit aliqua predictarum in natiuitate alicuius in nona vel fuerit a-scendens natiuitatis nona illius reuolutionis: vel fuerit dominus none nati uitatis iunctus cum aliqua ipsarum in eodem gradu sicut dictum est de alijs erit natus considerans res suas et eligens meliorem partem super factis suis et etiam super alienis: et erunt ei peregrinationes atque longa itinera vtilia: et erit eius sanitas vigens circa femora et coxas: et eo magis si nona dom⁹ fuerit sagittarius ¶ Et si ceciderit aliqua predictarum stellarum in decima vel fuerit dominus decime iunctus cum aliqua ipsarum in eodem gradu sicut dictum est de alijs domibus significat bonum ac augmentuz boni venturum regib⁹ et magnatibus qui sunt apti regno: eritque in eis fortitudo ad bonum: et erit inter eos quietudo atque securitas: et bene erit eis: et reddetur eis census absque contentione et absque impedimento: et reuerebuntur eos hoies: et exaltabunt dignitates ac magisteria seu regna: et vigebit sanitas in hominib⁹ et maxime circa genua et partes adiacentes eis. Et si ceciderit aliqua predictarum in na tiuitate alicuius in decima vel fuerit ascendens natiuitatis decima illius re uolutionis vel fuerit dominus decime natiuitatis iunct⁹ cum aliqua ipsarū in eodem gradu sicut dictum est de alijs significat bonitatem nati ac magni-tudinem eius animi suique honoris augmentum: et honorabitur a suis et etiaz ab alienis: et ducet vitam suam absque magno labore et viuet quasi in quiete: et erit homo lucri seu questus: et illud quod lucratus fuerit conuertetur in suam vtilitatem: et erit etiam sanitas corporis eius et maxime circa genua

⁊ circa partes adiacentes eis: ⁊ eo magis si decima domus fuerit capricornꝰ
¶ Si vero aliqua predictarū stellaꝝ fuerit in vndecima vel fuerit dominus vndecime reuolutionis iunctus cū aliqua ipsaꝝ in eodem gradu sicut dictū est de alijs domibus significat bonum atq; fortunium venturū inter amicos ⁊ nitetur vnus subleuare alium ⁊ exaltare: ⁊ studebit vnus in auxilium ⁊ iuuamen alterius: ⁊ augmentabuntur substantie regum ac diuitū seu magnatū similiter ⁊ milites regis illius regionis atq; ministri eius ⁊ ipsiꝰ auxiliatores habebunt bonā fidez atq; bonam voluntatē erga eum: ⁊ libenter exercebūt arma in eius vtilitatem: ⁊ erunt sibi fideles: eruntq; homines sani in cruribꝰ ⁊ circa crura: ⁊ eo magis si fuerit vndecima domus aquarius. Et si ceciderit aliqua predictarum stellarum in natiuitate alicuius in vndecima vel fuerit ascendens natiuitatis vndecima illius reuolutionis vel fuerit dn̄s vndecie natiuitatis iunctus cum aliqua ipsarū in eodez gradu sicut dictum est in alijs significat q̄ natus erit magne fiducie ita q̄ de oībus de quibꝰ se intromiserit sperabit posse consequi bonum atq; vtilitatez: ⁊ vix accidet sibi contrarium de his que sperauerauerit ⁊ de quibus se intromiserit: ⁊ erit dilectus a vulgo eritq; tante fiducie atq; tante animositatis q̄ non credet aliquod malum vel aliquod contrarium sibi posse aduenire: erunt cogitationes eius in bonum ⁊ compatiet̄ quibus cesserint aduersa: ⁊ erit intentio sua in bene faciendo: laudabitur enim ab alijs ⁊ laudabit eos. Et si affectauerit habere officia seu honores promouebitur ad illos: eritq; sanitas eius vigens in cruribus et circa crura: ⁊ eo magis si vndecima domꝰ fuerit aquariꝰ. ¶ Si vero ceciderit aliq̄ predictaruz in duodecimā vel fuerit dominus duodecime iunctus cum aliq̄ predictarū in eodem gradu sicut dictum est de omnibus alijs significat diminutionem latronum ⁊ abscisorum viarum ac eorum detrimentum: significat etiam obedientiam seruorum atq; ancillarū erga dominos suos: ⁊ significat bonum esse vilium personarū: ⁊ alleuationem incarceratorum: ⁊ saluabunt̄ quadrupedia maiora. Et significat etiaz q̄ reges seu magnates atq; nobiles bene se habebunt erga rusticos seu populares. Et erit sanitas in hominibus ⁊ maxie in pedibꝰ ⁊ circa pedes: ⁊ eo magis si fuerit duodecia domus pisces Et si ceciderit aliqua illarum stellarum in natiuitate alicuius in duodecima vel fuerit ascendens natiuitatis alicuius duodecima reuolutionis vel fuerit dominus duodecie natiuitatis iunctus cum aliqua ipsarum in eodem gradu sicut dictum est in alijs significat q̄ natus ille erit bonus ingeniosus ingenio bono ⁊ licito ac laudabili: laboris modici ⁊ paucarū angustiarum ⁊ paucaꝝ cogitationum ⁊ pauce indigentie: paucorum inimicorū ⁊ maxime occultoꝝ imo diligetur ab hominibus: puer iuuenis atq; cum fuerit senex: ⁊ vigebit in eo sanitas ⁊ maxime in pedibꝰ ⁊ circa pedes: ⁊ eo fortius si duodecia domꝰ fuerit pisces. Et si iupiter ⁊ ipse boni esse aspexerit gradum in quo fuerit tūc stella vel fuerit ibi caput draconis augmentabit̄ eorum fortunium. Si vero aspexerit saturnus minuetur vel si fuerit ibi cauda. Si vero aspexerit venus parum augebit quasi insensibiliter: ceteri vero nihil operabuntur qd̄ sentiat̄ tamen sol si aspexerit ipsum locum faciet citius peruenire in actū illud quod significauerit stella fixa. Et si aspexerit luna festinabit iterum illud magis.

¶ Capitulum centesimumduodecimū de varietatibus consuetudinum.

Albumasar posuit in suo libro reuolutionum hoc caplm qd non videt omittendū cum sim in hoc eius vestigia secutus licet sim vsus longiore sermone q̄ fuerit ipse. Et dixit q in circulo sunt cōsuetudines que non assimilantur alijs consuetudinibus. Dixit eni in rege est consuetudo q̄ non assilatur consuetudini domesticorū: et in domesticis est consuetudo que non assimilat consuetudini regum. Et in regno est consuetudo que non assimilatur consuetudini natiuitatum. Et in natiuitatibus est consuetudo que non assimilatur consuedini interrogationum.

¶ Capitulum .113. de impedimentis que īmittit dominus signi ascendentis reuolutionis cum fuerit impeditus siue sit dominus anni siue non.

Cum dn̄s ascendentis reuolutionis anni mundi fuerit impedit⁹ in hora reuolutionis siue sit ipse dominus anni siue non: qm̄ si alius fuerit dn̄s anni ipse in his est eius particeps: et magis naturaliter accipiuntur ab eis ista significata licet accipiant a dn̄o anni: fueritqȝ impedimentuȝ illud in aliquo angulorum īmittet tribulationem super hoīes. Nam si fuerit combustus in decima erit impedimentū causa regni vel causa eq̄pollenti regno. Et si fuerit in medio celi vel fuerit sol alias dn̄s decime sign̄ q occurret tristicia hoībus seu districtio a rege vel eius de causa. Sit autem fuerit combustio in quarta et hoc magis prope cuspidem q̄ prope finem quarte timet in reuolutōe eadeȝ mortalitas et hoc s̄m substantiam signi ascendentis et planete qui fuerit eius dn̄s: vt si fuerit signum femininuȝ erit magis in femininis et si cum hoc fuerit eius dn̄s planeta femininus erit ex toto in femininis. Si autem fuerit signum masculinū et cū hoc fuerit eius dn̄s planeta masculinus erit ex toto in mascul. Et si fuerit dn̄s ascendentis mercurius erit magis in pueris vsqȝ ad inicium adolescentie. Et si fuerit dn̄s ascendent. saturnus erit magis in senibus et decrepitis et in his qui significantur per saturnum. Et si fuerit dn̄s ascendentis iupiter erit magis in sapientib⁹ et iurisperitis et in hoībus cōplete iuuentutis. Et si fuerit dn̄s ascendentis mars erit magis in iuuenibus a .21. anno vsqȝ ad 45. Et si fuerit dn̄a ascendentis venus aut luna erit magis in mulieribus. Si quideȝ fuerit significatum veneris et ipsa euasa a combustione: fueritqȝ extra radios solis et fuerit orietalis significat q accidet hoc in mulierib⁹ iuuencul. Et si fuerit occidētalis accidet in longeuiorib⁹. ¶ Et si fuerit significatū lune et ipsa fuerit a nouilunio vsqȝ ad primam dicotomitatem significat mulieres iuuenes vsqȝ ad .30. Et si fuerit a prima dicotomitate vsqȝ ad complementū sui lumīs erit in illis que fuerint a .30. anno vsqȝ ad .45. Et si fuerit a complemento sui luminis vsq̄ȝ ad terciam dicotomitatem erit in illis que ab inde in antea iam inceperūt senescere. Et si fuerit in quarta dicotomitate erit hoc in senibus seu vetulis. Et si contigerit hoc in hominib⁹ significaret illas etates per illum eundem modum.

¶ De significatione dn̄i ascendentis qn̄ fuerit combust⁹ in septīa vel ascn̄te.

Et si fuerit dn̄s ascendentis combustus in septīa significat guerras et depredationes atqȝ contentiones casuras inter homīes. Si autem fuerit combustus in prima erit eius impedimentū minus nocibile. Videbis etiam

cuius nature sit signum ascendentis: qm̄ cadet impedimentum in substantiaꝫ que significat per illud signū: vt si fuerit aries vel capricornus erit in aīalib⁹ minoribus. Si autē fuerit taurus vel vltima pars sagittarij erit in aīalibus maioribus ⁊ maxime in bobus et in similibus. Et si fuerit gemini libra vel aquarius vel prima pars sagittarij erit in hominibus. Et si fuerit cancer vel pisces erit in animalibus aquarum quibus vtuntur hoīes in suam vtilitatē. Si aūt fuerit scorpio erit in animalibus venenosis tam terrestribus ꝙ aquaticis. Et si fuerit leo erit in aīalibus siluestribus de raptu viuentibus vt sunt leones lupi ⁊ similia. Et si fuerit in virgine erit in seminib⁹ ⁊ terrenascentib⁹ ⁊ in puellis non corruptis. Et scito ꝙ si planeta impeditus fuerit receptus a planeta forti non impedito ꝙ receptio tollit de malicia illa ⁊ eam diminuit Si autē aspexerint eum mali absqꝫ receptione perfecta augent eam: ⁊ eo fortius si aspectus fuerit quadratus vel oppositus.

¶ Capitulum .114. de impedimentꝭ que imittet domin⁹ medij celi cum fuerit impeditus in reuolutione.

POstqꝫ aspexeris dominū ascendentis reuolutionis ⁊ videris eius sig̃ta restat tibi aspicere significata domini medij celi. Nā si ipse fuerit combustus in aliquo angulorū significat destructionem que occurret regi in reuolutione illa: vt si fuerit combustus in primo fueritqꝫ sol dn̄s primi significat ꝙ rustici seu populares siue subiecti sunt interfecturi regem in reuolutiōe illa ⁊ ad minus comachinabunt̄ in interituꝫ eius ⁊ tradent illum. Unde ad hoc vt iudicium tuum prosit illi ⁊ discretio valeat ⁊ vt liberum arbitriuꝫ credat̄ esse: ⁊ ꝙ tu posses auertere malum quod f̄m stellas venturum sit: consule ipsi vt non credat popularibus nec confidat de ipsis. ¶ Et dixit albumasar cum volueris scire quali modo erit timendū super eum vide quis ex planetis aspiciat solem hora reuolutiōis. Et si aspexerit eum mars vel fuerit ei corporalr̄ iunctus significat interfectionem regis que occurret ei suasione vulgi seu popularium a latronibus diurnis ⁊ homicidis ⁊ abscisoribus viarum qui occidunt homines precio. Si autem aspexerit eum saturnus vel fuerit ei corporaliter iunctus timebitur sup regem infirmitas dubia vel forte ꝙ venenabit̄ Et dixit si combusserit sol dominū ascendentis anni timebitur sup eum etiaꝫ quod dixi eodem modo quo narraui. Et dixit sed quod fuerit ex hoc erit in regione sua in qua est nec veniet ex alia terra ad eum ¶ At si fuerit cōbustus dominus decime in quarta vel in septima euenient ista ex causis venientib⁹ ex alia terra ad illaꝫ in qua ipse est: ⁊ significat ꝙ venient predicta f̄m ꝙ dictū est superius. Et dixit iteꝝ ⁊ dic mala f̄m ꝙ dixi in capitulo solis regi ⁊ rusticꝭ eius preter quod in capitulo malorum aspicies in hoc ad reuolutionem ān̄i. Et dixit ꝙ si coniunctus fuerit dn̄s medij celi malo in angulo quemadmodū dixit in primo capitulo ⁊ aspectus fuerit ex opposito vel quarto aspectu malorum in hoc loco est grauius coniunctiōe. Et dixit ⁊ si sol fuerit significator regis ⁊ aspexerit ex oppositione iouem in reuolutione inimicabitur rex substantie eiusdem planete ⁊ destruet eum sicut iouem.

¶ De significatis martis in reuolutione.

Dixit albumasar scito quod cum mars fuerit in gemini hora reuolutionis: fueritque in medio celi significat quod in illa reuolutione crucifigentur plures homines. Et si fuerit in prima vel in septima abscindentur manus multorum et mutilabuntur multi. Et si fuerit in quarta scilicet in angulo terre significat abscisionem manuum et pedum multorum. Et dixit et similiter dic in introitu duorum magnatum regum in regimen suum. Idem dic in introitu alicuius potestarie seu cuiuslibet alterius regiminis: potest dici quod cadent multi malefactores quos oportebit sic tractari: scito hec et non tradas obliuioni.

¶ Capitulum. 115. qualiter sciantur accidentia mala vel horribilia hora reuolutionis que ventura sunt in anno illo.

Cum volueris scire accidentia grauia et horribilia que ventura sunt in anno quem reuoluis: scito quod accidentia erunt secundum dispositionem duarum infortunarum saturni scilicet et martis: qui si inuenti fuerint in circulo superiori hoc est in medietate septentrionali et illa existente super terram: et eo fortius si ipsi fuerint septentrionales significant grauitatem et horribilia ventura in anno illo: et quanto ipsi magis fuerint eleuati super terram et specialiter saturnus: tanto magis extendetur eorum significatum ad longinquas et diuersas regiones. ¶ Et dixit albumasar scito quod esse anni grauabitur cum fuerint duo mali in circulo alto vbi est polus in ipsis imaginibus qui cum exierint ad finem circuli redibunt et significant destructiones. Cum ergo videris illos duos malos in hora reuolutionis in illa parte circuli superiori: scias tunc quod esse anni seu reuolutionis grauabitur: et erunt accidentia grauia et horribilia. Et si fuerit vnus in quarto aspectu alterius erit deterius esse ipsorum: significabunt enim tunc infectionem in omni animato: et apparebunt tribulationes in omni subiecto quod fuerit in terra: et prolongabitur hoc et tardabit: et eo fortius si fuerit tunc saturnus in virgine et mars in gemini fueritque reuolutio nocturna et mars commiserit dispositionem suam saturno et ipse receperit eum: fueritque vterque retrogradus vel saltim vnus eorum: sed saturnus maioris est nocumenti: quia tunc significabit res excedentes modum in malicia tam in combustionibus quam in interfectionibus nec poterit iupiter frangere maliciam eorum nisi forte aliquis eorum esset in cancro in trino vel sextili aspectu iouis et ipse boni esse ac bene dispositus: tunc enim posset frangere maliciam ipsius quem aspiceret vel saltim diminueret diminutione sensibili: et significabitur debilitatio esse regis illius regionis in qua reuoluis annum et aliorum magnatum atque diuitum seu nobilium: et petent reges ac magnates auxilium a popularibus: et minuetur religio: et auferetur ab hominibus pietas: nec inuenietur in eis misericordia: et prolongabitur hoc donec vnus eorum scilicet saturnus vel mars perueniat ad gradum qui erat cuspis decime domus hora reuolutionis: vel incipiet tunc et durabit etiam postea multum ad minus per vnum transitum martis per zodiacum.

Si autez fuerit tunc saturnus in virgine ⁊ cõmiserit ei mars dispositionez de gemīs sicut dictū est: ⁊ luna cōmiserit dispositiōz saturno: ⁊ ipsa in sagittario significabit tunc horribilia horribilium: pestilentias pestilentiaruz: ⁊ sigͣbit destructionem regnoꝝ atq₃ regum: ⁊ transmutationem quorundam regnorū a quibusdam regibus ad quosdaz alios reges. ¶ Preterea cum luna cōmiserit dispositionem suam saturno si fuerit ei iuncta vel in eius quarto aspectu vel oppositione: ⁊ dn̄s signi in quo ipsa fuerit qn̄ perfecta fuerit eius coniunctio cum saturno gradu per gradum ⁊ minuto per minutuz fuerit impeditus sigͣt multas diuersitates impedimentoꝝ venturas in illa reuolutione. Et si fuerit luna passa eclipsim in ꝑuentione ꝑxīe preterita vel debuerit pati in ꝑuentōe ꝑxīe futura prolongabitur significatio mali tot mensibꝰ quot horis durauit eclipsis lune. Et si fuerit impedita pars fortune: ⁊ fuerit impeditus dn̄s signi in quo ipsa fuerit qn̄ perficit͛ coniunctio lune cum sat͛no siue per coniunctiōz siue per aspectum perficiat͛: illa perfectio coniunctionis sigͣt tunc augmentuz impedimenti atq₃ destructionis. ¶ Et dixit albumasar aspice solē ⁊ esse eius ⁊ aspectum eius ad malum impedientez ⁊ dn̄m mali quemadmodū dixi tibi de luna ⁊ perfectionē ac dn̄m perfectionis: ⁊ fac eis participem partē fortune ac dn̄m eius: ⁊ auxiliare per dignitates septem planetarum qui auxiliantur ⁊ significant tempus. Et dixit cum significator fuerit in angulo prolongabitur malum ⁊ in ceteris abbreuiabitur. Aspice etiam similr͛ solem si fuerit passus eclipsim in precedenti coniunctione vel patiet͛ in sequenti: qm̄ prolongabit͛ significatum mali tot annis quot horis durauerit eclipsis eiꝰ. Et dixit ⁊ dn̄s cursus ⁊ perfectionis significat ꝫm q̄ significauerit sigͣtor ex bono vel malo: ⁊ similiter dn̄s ascendentis ⁊ dn̄s domus diuisionis cum receperit lunam ex saturno in loco optīo ex circulo in loco forti significat repulsionez mali nutu dei ⁊ prohibitionem destructionis mali per fortunaz suam. Et dixit ⁊ similr͛ in natiuitatibꝰ cum fuerit luna ita in loco testificatiōis ascendētis ⁊ auxiliās ⁊ fuerit dn̄o ascendentis fortunata ⁊ bona complexio significat prolixitatez vite ⁊ regni. Et dixit ⁊ erit natus sapiens ⁊ erit fortunatꝰ. Et dixit ⁊ fortune soluunt malum pulsati cum fuerit fortis ⁊ in loco oportuno fueritq₃ eius testimonium directe. Cum vero fuerit econtrario debilitabunt͛ ⁊ non ꝑficient

¶ De zamini solis ꝫm albumasar.

Dixit albumasar stella cum fuerit sub radijs solis vnita ⁊ mercuriꝰ ꝑprie erit ei fortitudo ⁊ regnum nisi cum fuerit cum saturno cuius natura contraria est nature solis. Et cum fuerit inter mercurium ⁊ solem. 15. gradus erit in loco laudabili cum fuerit receptus.

¶ Quando planete exeunt de sub radijs solis ꝫm albumasar.

Dixit albumasar caue vt significator sit egressus de cōbustione aut aliq̄s planeta ⁊ ne aspiciat eum malus q̄a tunc erit vt puer subtilis. Si asperit eum infortuna perdet eum ⁊ finiet. Et similiter cū intrauerit in combustionem aut iunctus ei fuerit erit senex decrepitus qui aliquem morbū patit͛

¶ De esse planetarum altioꝝ in reuolutione anni mundi ⁊ proprie de sat͛no

Prospicies esse planetarũ altiorẽ in reuolutione anni mũdi cũ eũ reuolueris: et vide vbi ceciderint ex circulo incipiens a saturno: qui si ceciderit in gradu exaltationis sue receperitq; dispositionẽ veneris erit ipse dispositor ac significator rei magne: significabit enim rem magnam futuram in reuolutione illa et principaliter in imperio romano. Secundario vero in regno babilonie: et erit in detrimentũ hoim et in eorũ vtilitatẽ. Et si sic fuerit licz rarissime: tamen cum fuerit erit significatũ maximũ quasi excedens modum in exaltatione atq; augmento regni seu imperij et erit res longius duratura et illud poterit percipi ex substantia signi in quo fuerit venus: et ex termino loci eius: quia si fuerit occidẽtalis a sole directa fortunata.s. atq; fortis in termino fortune libera ab impedimentis nuper egressa de sub radijs solis significat tunc sic debere euenire: vel si aspexerit eum aliquis planeta qui recipiat eũ de duabus dignitatib⁹ et cõmittat sibi fortitudinẽ suaz et ille liber fortunatus et fortis ac bene disposit⁹ de quo nihil mali dicat erit ipse particeps si vero aliter fuerit aliud erit significatũ tale.s. q; deus auertat illud. ¶ Videbis etiã si iupiter ceciderit in gradu exaltationis sue fueritq; fortunat⁹ atq; fortis liber ab impedimentis: quoniã significabit mutationes maximas vẽturas in reuolutione illa in illo regno atq; imperio et ad bonum et eo fortius et cõpletius si aspexerit eum luna. et ipsa libera fortunata.s. atq; fortis et ali⁹ planeta qui recipiat eum et qui cõmittat ei fortitudinẽ suã: et ipse liber ab impedimentis et erit ipse particeps. Si vero aliter fuerit non seruabit promissum nisi ſm q; ipse fuerit dispositus.

¶ De marte.

Deinde aspice martem qui si ceciderit in gradu exaltationis sue significat mutationes magnas sed erunt infra predictas que erunt de natura ipsius sicut sunt guerre cõbustiones ignes: abscisiones viarũ effusiones sanguinis et similia nisi aspexerit eũ saturn⁹ a trino vel sextili aspectu et ipse fortunatus et fortis liber ab impedimẽtis ita q; nullum malũ dicat de ipso: vel aspexerit alius qui recipiat eum et cõmittat sibi dispositionẽ suã et ipse liber ab impedimentis fortunatus atq; fortis. q; si aliter fuerit augebitur malicia martis et deterius accidet.

¶ De alijs planetis.

De sole nihil dicendũ est: quoniam impossibile est ipsuz esse in gradu exaltationis sue in aliqua reuolutõe ¶ De inferiorib⁹ nõ inueni aliquid dictũ per sapientes antiquos nisi quod albumasar dixit de mercurio dicens mercuriũ aspicies in reuolutione: si fuerit in exaltatione sua aliquis planeta qui eũ recipiat et recipiat ab eo dispositionẽ suã erit dñs esse significationis sue quod dixi nutu dei quia ipse cõuenit in reuolutione annorũ et quartarum exaltationi sue. Cum vero fuerit in exaltatione sua planeta qui eum recipiat erit similis ei. Et dixit de esse malorũ in cõiunctione illi⁹ qui est in exaltatiõe sua in cõiunctione malorũ et eorũ aspectib⁹ quis planeta sit in gradu exaltationis sue ſm q; patefactũ est. Et dixit cũ luna fuerit pacificata soli et fortis fuerit in loco suo in reuolutione noctis cõmittit sol dñationem ac regimen suũ lune.

¶ Capitulum .116. quid significent planete in reuolutione anni in qua debet fieri eclipsis solis vel lune.

Quando tu reuoluis annuz mundi vide vtrū futura sit eclipsis solis vel lune in anno illo: qm̄ si non fuerit ventura eclipsis nō mutabit᷑ iudiciū reuolutionis sed remanebit in suo esse: si autē fuerit ventura vide in quo signo sit aduentus eius: equabis tunc planetas ⁊ domos ad horaz medie eclipsis: ⁊ aspice tunc signū ⁊ dn̄m eius ⁊ vide qualiter se habeat cū dn̄o ascēdētis eclipsis: ⁊ qualiter se habeat cum dn̄o anni siue cū eius significatore ⁊ q̄liter se habeat cū sig̃catore regis ⁊ q̄liter aspiciat se cū eis et cū alijs planetis. ¶ Dixit albumasar q̧ si aspexerit eum obscuratū tp̄e eclipsis aliquis planeta qui fuerit impeditus: postea aspexerint eum mali grauabit᷑ illud quod sig̃t atq̧ multiplicabit᷑ impedimētū: ⁊ eo grauius si fuerit significator regis dn̄s signi in quo facta fuerit eclipsis: qm̄ si sic fuerit ⁊ aspexerit eum aliquis malorum ⁊ fuerit ille malus mars dubitabit᷑ de morte regis in reuolutione illa. Et si fuerit saturnus timebit᷑ super eum grauis infirmitas vel aliud accidens valde graue: ⁊ erit hoc cum perueneuerit sol ad gradū qui erat cuspis medij celi hora medie eclipsis. Et si fuerit dn̄s anni dn̄s signi in quo fuerit ventura eclipsis timebit᷑ de interitu popularū ⁊ de ipsoꝝ magno impedimento p̄ter mortem: ⁊ erit hoc cum peruenerit sol ad gradū ascendentē medie eclipsis: ⁊ hoc si fuerit ascendens eclipsis gemini aut virgo vel libra seu prima medietas sagittarij vel aquarius s̄m genus personaruz que significant᷑ per signum ascendentis: ⁊ s̄m alia significata signoꝝ sicut exposui tibi supra in capitulo de impedimentis que imittit dn̄s signi ascendentis reuolutionis cum fuerit impeditus. Et durabūt hec significata s̄m numerū quē diximus superius .s. si fuerit eclipsis lune pro vnaquaq̧ hora significat᷑ vnus mensis. ¶ Si vero fuerit eclipsis solis significat᷑ pro vnaquaq̧ hora vnus annus. ¶ Et dixit albumasar post hec aspice parti' super quam metueris ex loco eclipsis ⁊ loco dn̄i eius s̄m substantiam vtrorūq̧ signorū. Et dixit ⁊ aspice stellas volantes que sunt stelle iouis ⁊ apparent semper in loco mercurij: si fuerit mercurius in oriente videbunt᷑ in oriente: ⁊ si fuerit in occidēte videbunt᷑ in occidente: ⁊ erit recessus earū combustio mercurij.

¶ De partibus planetarum in eclipsi.

Dixit albumasar de partib' planetarū in eclipsi si fuerint in itinere inferiori erit malū in parte martis ⁊ veneris que sunt meridies atq̧ septentrio ⁊ si fuerint in itinere superiori erit maluz in parte saturni ⁊ lune ac solis. Et dixit post hoc aspice in quali signo apparent: ⁊ quale sit esse dn̄i eiusdem signi in loco eius: ⁊ qualis sit aspectus maloꝝ ⁊ fortunarum ad dn̄m signi ⁊ mansionis: si fuerit in signo regum ⁊ dn̄s signi aspexerit ex loco forti significat q̧ egredict᷑ ex eadez parte qui cōtendat in regno ex domesticis reg͂ ⁊ erit nominatus. Et dixit ⁊ si fuerit in signo regni quēadmodū dixi ⁊ dominus signi non aspexerit erit ex filijs nobiliū ⁊ erit aptus regno. Et dixit ⁊ similiter indica de omnibus signis. Et dixit ⁊ scito q̧ signa solis ac iouis ⁊ martis significant filios regum: ⁊ signa saturni significant nominatos in antiquis: ⁊ domus lune infra domū solis: ⁊ domus mercurij infra domuz iouis: ⁊ dom'

iouis infra domum saturni: ꝛ ꝙ circuli eoꝝ sunt infra circulos quos dixi. Et dixit saturnus eni in aquario est nominatus ꝛ refert ad sapientes in capricorno est malus. Et dixit ꝛ mansiones in ortu suo non significant nisi esse vulgi ꝛ vniuersaliter regum ꝛ magnatum. Unde tu debes cõsiderare signũ ascendẽs seu mansionem ꝛ fm illud ascendens ꝛ fm eius planetam iudicare de psonis supradictis.

Qualiter dinoscat hora.

Item dixit albumasar cognitio vero hore in qua apparebit hoc est vt numeres ex ascendente eclipsis aut ex loco eclipsis ad ascendens medie eclipsis ad vnũquodqꝫ signum mensem. Et dixit cũqꝫ iueris ad ipsum signũ in quo fuerit aut ascendẽs medie eclipsis erit hoc absqꝫ dubio siue bonũ fuerit siue malum: aut fortassis apparebit ipsa res cum fuerit velocior ad introitum lune ad ascendens maxime in eclipsi que fuerit in diebus guerre corruptio vel mutatio in tempore ꝛ aduersitas.

Caplm. 117. qualiter sit procedendum super significatores regis ꝛ rusticorum fm albumasar.

Dixit albumasar cum solis significatio est super esse rusticoꝝ ꝛ cognoueris eum manifestabit tibi significator regis ꝛ patescet tibi quid accidat in regno eius in eodem anno. Et dixit ꝛ scito ex receptione planetaruꝫ ad inuicem per lumina eoꝝ ꝛ casus ipsorum radioꝝ in. 12. domibus ex circulo: ꝛ quid sit in ipsis signis ex climatibus atqꝫ ciuitatibus vt patescat tibi eorum destructio atqꝫ aptatio per radios malorum inimicantium: atqꝫ per radios contrariorum et per radios malorum amicantium: ꝛ similiter per radios fortunarum amicantiũ atqꝫ inimicantiũ: ꝛ dic fm amicitatem eorum atqꝫ inimicitatem erga domos. Nam fortune cuꝫ pacificate fuerint domibus significant multitudinem bonorum hoc est cum aspexerint loca a trino vel sextili aspectu: ꝛ cum fuerint inimicitates significant paucitatem boni hoc est cum aspexerint a quarto vel ab oppositione. Et similiter cum mali inimicati fuerint domibus hoc est cum aspexerint a quarto aspectu vel ab oppositione significant multitudinẽ mali. Si aũt pacificati fuerint domibus hoc est aspexerint eas a trino vel sextili aspectu significãt paucitatẽ mali. Et dixit deinde aspice quid sit in vnoquoqꝫ signo ex terris in oriente ꝛ occidente. Nũqꝫ fuerit signũ impeditum in occidente significat impedimentũ ex terris que sunt in parte orientis ꝛ occidentis. Et si fuerit impeditum in medio celi significat impedimentum in terris que sunt in oriente ꝛ occidente ꝛ proprie versus partes septẽtrionis ꝛ meridiei i parte. s. martis ꝛ veneris ꝛ in terra ethiopum. Et dixit ꝛ hoc est exemplar admirabile per quod contemplas reuolutionem anni. s. 12. diebus remanentibus de mense ramadã qui est mensis lunaris. 9. anno arabum. 35. ꝛ peruenit annus ad scorpionem ꝛ fuit ascendens libra. 15. gradꝰ terminꝰ iouis ꝛ planete ꝛ radij eoꝝ fm ꝙ sunt in hac figura.



¶ Et dixit ꝙ si fuerit reuolutio ſm beneſaphar ſm vnã horam equalẽ ⁊.12. minuta ex inicio noctis ſabbati que luceſſit in.18.ꝓdicti menſis. ¶ Et ſi fuerit aſcẽdẽs ꝑ aſcẽſiones toleti libra.15.grad⁹ planete ſm ꝙ narrabo tibi. Nã ſaturn⁹ erat in virgine.27.grad⁹.29.minuta. Jupiter in capricorno.8.grad⁹ 16.minuta. Mars in leone.13.grad⁹. Sol in ariete prim⁹ gradus. Venus in ariete.28.grad⁹ fere. Mercuri⁹ in ariete.19.grad⁹.35.mi. Luna in ſcorpione 18.grad⁹ ⁊.7.mi. Caput in libra.15.grad⁹.33.mi. Et cauda in ariete.15.gradus ⁊.33.mi. ꝑuenitq́ꝫ annus ad ſcorpionẽ ⁊ anguli erecti.i.eadẽ ſigna erant per diuiſionẽ ⁊ ꝑ numerũ in reuolutione anni arabũ.35.remanentib⁹.12.diebus de menſe ramadã: eratq́ꝫ ſol in oppoſitione aſcendẽtis recedẽs ⁊ erat reuolutio in nocte: ⁊ luna erat in ſua deſcenſione in ſecũdo ſigno: erãtq́ꝫ fortune abſentes ab ea ⁊ iungebat̃ malis ⁊ ipſa erat dña medij celi: ⁊ ven⁹ ⁊ mercuri⁹ erãt in oppoſitione aſcendẽtis: ⁊ mars in.11.ſ.in leone receptus ⁊ iupit̃ erat in quarta in deſcenſione ſua abſcindẽs lumen ſolis a marte: ⁊ ſaturn⁹ cadens in virgine nõ receptus in.12.domo: ⁊ erat mars dñs dom⁹ dñi aſcendẽ

tis.s.arietis in qua erat venus que fuit dña ascendentis ⁊ dñs dom⁹ solis ⁊ lune: ⁊ dña anni significatrix plebis ven⁹ que erat plus testimonio: ⁊ erat in angulo in oppositione dom⁹ sue venieñs ab oriente ad angulū occidentis nō recepta: ⁊ significator regis erat luna quia reuolutio erat in nocte ⁊ illi⁹ erat auctoritas: ipsaq; erat dña medij celi ⁊ iungebat saturno qui erat cadens in 12. domo: deinde iuncta est marti ⁊ ipse erat retrogradus in .11. significauit igit̄ cōiunctio lune cū saturno qui erat cadens deinde cum marte ⁊ ipse retrogradus ꝙ rex eiusdē climatis interficiet a rusticis suis: eo ꝙ mars retrogradus significauit ei⁹ interfectionē ⁊ ipē erat dñs domoꝝ luminariū: ⁊ dñs domus dñi ascendētis: ⁊ ꝓpter casuz lune ab angulis significauit ꝙ interficeret absq; cōtentione ⁊ nō expugnaret predictos suos ciues. Et dixit ⁊ ꝓpter locū veneris ⁊ eius depositionē a suo ordine ⁊ oppositionē ⁊ ipsa dña anni ⁊ significatrix rusticoꝝ significat ꝙ rustici post hoc tradent guerris ⁊ inuolutioni belli atq; contētioni in regno. Et dixit ⁊ ꝓpter locū lune a saturno ⁊ radijs sui sextilis aspectus significat ꝙ hec fient in prima quarta anni. Et a loco solis qui est dñs .11. in quarto aspectu iouis cōmittens sibi dispositionem significat ꝙ ille qui succedet ei erit iustus ⁊ meliorabunt rustici tempore suo Et dixit ⁊ ꝓpter lumen martis in .11. ab ascendēte retrogradi sigt ꝙ disperget domus thesauroꝝ regis post interfectionē eiusdē p interfectionē validā ⁊ effusionē sanguinū. Et dixit ⁊ ꝓpter presentiaz martis in domo solis sigt contētionē nobiliū hominū ac regū eoꝝ. Et dixit erat igit̄ in ascendente lumen oppositionis solis ⁊ mercurij ac veneris ⁊ radij quarti aspectus iouis secūdi ⁊ radij sextilis aspectus martis primi significat hoc contētionē futuram in climate illoꝝ signoꝝ ⁊ effusionē sanguinuz: ⁊ erit in parte marmon ⁊ sagesten ⁊ aason guerra ⁊ proficient pecora eoꝝ ⁊ fertilis erit terra infirmitates in pueris: ⁊ meliorabit̄ esse eoꝝ negociatoꝝ. ¶ Secundū ab ascendente erat scorpio ⁊ erat in eo luna impedita ⁊ radij trini aspectus solis secūdi ⁊ radij sextilis aspectus iouis secūdi: ⁊ radij quarti aspectus martis primi: ac sextilis aspectus saturni primi: ⁊ hoc significat effusionez sanguinis ⁊ guerras Et initiū hoꝝ erit in climate arabū: post hoc mutabit̄ hoc: quia luna est impedita extra signum in quo est: ⁊ post hoc magnificabit̄ hoc: ⁊ erit in eo effusio multi sanguinis: ⁊ grauabit̄ esse climatis arabum: ⁊ mors pecorū eorum ⁊ grauabit̄ frigus hyemis eoꝝ: ⁊ hoc erit propter locum veneris ab ascendēte: ⁊ propter presentiā eius in angulo significat ꝙ nō intrabit super eos inimicus peregrinus: ⁊ erit in oriente ⁊ eius parte mors: ⁊ erit maxima pars in mulieribus. ¶ Terciū erat sagittarius: ⁊ in eo erant radij trini aspectus mercurij secūdi: ⁊ radij trini aspectus martis primi: ⁊ radij quarti aspectus saturni primi: ⁊ dñs eius iupiter erat in sua descensione: significat hoc infirmitates ⁊ grauitates que inuenient ciues primi climatis ⁊ ciues hispanie: ⁊ multitudinem latronum ⁊ mortem bestiarum: ⁊ multiplicabit̄ in terra vt in armenia superiori ⁊ plus morient̄ in hoc anno pueri. ¶ Quartum erat capricornus ⁊ erat in eo iupiter ⁊ radij quarti aspectus solis secundi: ⁊ radij quarti aspect⁹ veneris secundi: ⁊ lumen trini aspectus saturni primi: ⁊ lumen sextilis aspectus lune primi: significāt hec saluationem climatis in die ⁊ bonitatem siue

pulchritudinem esse eorum: aptationem quoq; esse regis eorum: ⁊ felicitatē terre eorum: ⁊ q̄ adipiscent̄ eos qui contendent cū eis: ⁊ multitudinē lucri eorum ⁊ fertilitatem terre ciuium asamiher ⁊ almedehai ⁊ securitatem ciuium eorum vna cum largitate eorum atq; habundantia victus atq; aptationem regis eorum. ¶ Quintū erat aquarius ⁊ nullus planetarum erat in eo sed erat ibi lumen sextilis aspectus solis secundi: ⁊ lumen sextilis aspectus mercurij secundi: ⁊ lumen quarti aspectus lune primi: ⁊ lumen oppositionis martis: ⁊ lumen sextilis aspectus veneris secundi quod habet significare contentionē ⁊ bellum in parte alcuphus ⁊ in eius rusticis ⁊ guerram ac rebelliones ⁊ comestiones. Et dixit ⁊ fortassis erit hoc in egypto ⁊ in vigen ⁊ erit propter hanc occasionē effusio multi sanguinis. Et dixit ⁊ cōgregabunt̄ ad ipsas regiones peregrini multi. ¶ Sexta erat piscis ⁊ nullus planetarum erat in eo sed erat ibi lumen oppositionis saturni: ⁊ lumen sextilis aspectus iouis primi: ⁊ lumen trini aspectus lune primi. Et dixit significat locus oppositionis saturni grauitatē frigoris tabaribem ⁊ in parte eius ⁊ grauitatem que occurret regi eius in ea: ⁊ hoc propter locum iouis ⁊ debilitatem eius in qua est: ⁊ malum esse ciuium earum ⁊ preualebūt in rege suo ⁊ resoluent̄ inter se ⁊ erūt dissensiones: ⁊ multiplicabunt̄ eorum pluuie eorumq; profectus: ⁊ aptabuntur eorum pecora: ⁊ similiter occurret partibus indie ⁊ terre armenie de his que succedunt ad romaniam. ¶ Septimum erat aries ⁊ sol in eo remot⁹ ab angulo: mercurius quoq; ac venus erāt in eo ⁊ lumen quarti aspectus iouis primi: ⁊ lumen trini aspectus martis secundi qui est dn̄s secundi: ⁊ propter locum veneris qui est in angulo ⁊ trinum aspectum martis qui est dn̄s secunde domus ⁊ est in leone retrogradus significauit sol de interitu regis babilonie ⁊ q̄ erit in climate babilonie contentio ⁊ bellum atq; multorum sanguinis effusiones ⁊ destructio regni eorum: Et erit inicium horum in alio climate: ⁊ hoc propter locum martis ⁊ propter locum mercurij qui est domin⁹ none ⁊ lumen iouis qui est dominus domus tercie significat q̄ erit cum hoc perditio multorum hominum propter occasionem horum bellorum. Et dixit ⁊ erit religio ⁊ proficient pueri atq; cameli ⁊ omne pilosum ⁊ grauabit̄ eis calor. Et erit etiā quod dixi in montibus ⁊ in arabigem. ¶ Et octauū erat taurus ⁊ nullus planetarum erat in eo: ⁊ dn̄s eius venus erat cadens ab eo: lumen autem aspectus solis sextilis primi: ⁊ lumen trini aspectus iouis primi: ⁊ lumen quarti aspectus martis secūdi: qui est inimicus huius domus ⁊ lumen oppositionis lune que est dn̄a exaltationis huius domus significat q̄ rex antihe ⁊ ciuitas oratone que dicunt̄ fore continue nuerie ⁊ segesten ⁊ cabrus proprie quia est in partibus occidentis exient super omnes inimicos qui sunt prope eos ⁊ inuenient ex eis grauitatem ⁊ multiplicabuntur latrones atq; superbi ⁊ contradictiones ibidem ⁊ destruent̄ eorū messes ⁊ dimittent rustici regem suum: ⁊ peribunt eorū pecora: ⁊ erit securitas eorum a rege ⁊ inuenient ex peregrinatione bonum. ¶ Et nonum erat gemini ⁊ nullus planetarum erat in eo sed erat ibi lumen sextilis aspectus mercurij primi: ⁊ lumen quarti aspectus saturni secundi: ⁊ lumen sextilis aspectus martis secū

di: cõmixtio luminis mercurij qui est dominus none significat q illi de adalia3 et exanos et partes eorum thebut confortent super eos qui inimicantur eis et qui fuerint ex oppositione eorum et inimici sunt: et erit propter fortitudinem loci mercurij ac receptionem eius: et propter cõmixtionem martis cũ saturno significat multas infirmitates ac dolores in his regionibus et morientur plures homines: et hoc erit specialiter in iuuenibus. Et quia secundus quartus aspectus saturni est plus gradibus significat q acquiescent regi suo et obedient ei. Et dixit et erit quod diximus in iurgen et acebirutaba inferiori et alem superiori atq3 amacil. ¶ Et decimum erat cancer et nullus planetarum erat in eo sed erat ibi lumen trini aspectus lune que est domina domus. 10. et est impedita in sua descensione: et lumen sextilis aspectus saturni secundi et lumen quarti aspectus solis primi: et lumen quarti aspectus mercurij primi: et lumen sextilis aspectus veneris primi. Et dixit et significat quod dixi ex malignitate domini domus et domini exaltationis cum hoc quod significat quartus solis q rex climatis alirat peribit et destruetur regnum eorum et commiscebitur: et erit inter eos contentio in principibus eorum: et erit infirmitas in hominibus vniuersaliter de frigore atq3 humiditate: et destruentur fructus eorum et grauabitur esse hominum et minuetur acquisitio: et similiter terra balab et allaharara. i. duorum marium et egypti emarij et addul. ¶ Et vndecimum erat leo et est in eo mars retrogradus: et lumen trini aspectus solis primi: et lumen trini aspectus mercurij primi: et lumen sextilis aspectus saturni secundi: et lumen quarti aspectus lune secundi: et lumen quarti aspectus veneris primi. Et dixit et significat locus martis: et lumen quarti aspectus lune secundi que est luminare noctis et significatrix regis q in climate altoio et in acerati erit bellum et effusiones sanguinis et detrimentum ex latronibus: et erit hũc in albasrah: et peribunt in eodem anno multi homines: et erit in regno contentio. Et erit propter lumen quarti aspectus lune secundi intellige hoc. ¶ Et duodecimum erat virgo et erat in eo saturnus retrogradus: et lumen trini aspectus veneris primi: et lumen trini aspectus iouis secundi ac sextilis aspectus lune secundi: quod habet significare infirmitates ex frigore et siccitate fm naturam huius signi. Et dixit propter locũ mercurij liberabuntur nutu dei et non destruentur: et non erit calori estatis eorũ fortitudo intellige hoc.

¶ Qualiter aspiciatur esse regis in anno illo.

Fuit. 10. huius figure cancer et luna que est eius dña fuit significatrix regis et erat cadens in loco secundo. Et dixit aspeximus igitur vtrum esset eius lumen in medio celi qui est locus eius aut in ascendẽte: et fuit lumẽ trini aspectus eius in. 18. gradu et. 7. minuto cancri: aspeximus ergo cui cõmitteret dispositionem suam in hoc loco eratq3 ei propius pre ceteris luminibus lumen quarti aspectus mercurij primi et erat in. 19. gradu et fractione minuimus ex hoc lumen lune et remansit vnus gradus et fractio: diuisimusq3 hoc p quinquagintanouẽ minuta et. 18. secũda: et exiuit vnus dies et fractio

disposuit luna per lumen suum ex medio celi vnum diem ⁊ fractionē: ⁊ quia
cōmissa est dispositio mercurio qui erat dn̄s domus inimicorum: ⁊ dn̄s pere
grinationis ⁊ fidei significat hoc tristiciaȝ regis in hac dispositione per accu
sationē religiosoꝝ ⁊ fidei ⁊ ex dictis eorum atq̧ inimicis. Post hoc recipiet
mercurius dispositionem a luna per quartū aspectum eius primum ⁊ ipse est
dn̄s domus none ⁊ duodecime eius radij sunt ex eo in nona domo: significat
hoc omne opus quod sperat᷑ mensure bone accusationis ex penitētijs ⁊ ora/
tione ⁊ ieiunio ⁊ inuenient nuptias in illa dispositione. Deinde recipiet sa/
turnus dispositioneȝ per lumen sui aspectus sextilis secūdi de lumine quarti
aspectus mercurij primi: disponetq̧ residuū signi in quo fuerit lumen eius in
signo secundo ab eodem loco: ⁊ ipse est dn̄s quarti ac quinti quod est octauū
a loco dispositionis: significauit igit᷑ in dispositione hac i hoc loco eo quod
receperit lumen ex quarto aspectu mercurij: ꝙ euenient ei in his diebus ex
parte occidentis cartule ⁊ rumores qui eum contristent᷑: ⁊ conturbabit᷑ sup
eis: ⁊ erit ei mali animi ⁊ inuidebit in ciuibus operi sui ⁊ in filijs suis qđ euȝ
cōtristet. ¶ Post hoc recipiet sol dispositionē a saturno per lumē sui trini
aspectus primi ⁊ ipse dn̄s secunde dom⁹ ab ascendente: est quoq̧ secunduȝ a
domo regis quod habet significare extractionē sumptus causa mulierum: ⁊
hoc fit propter locum solis: ⁊ quia cōmittit dispositionē veneri ⁊ venus re/
cipit lumen sui quarti aspectus primi ⁊ lumen trini aspectus solis primi ⁊ ve
nus est dn̄a ascendentis ⁊ est in eius oppositione: recipit igit᷑ dispōnem a sole
⁊ remisit eam ad lunam: significauitq̧ hoc introitū siue inuolutiones in hac
dispositione ⁊ cōtentionē cum rusticis causa regni ⁊ nuptias filij sui ex parte
mulierum ⁊ allocutionem earuȝ ꝑ lumen quarti aspectus secundi de quarto
aspectu veneris ⁊ ipsa est dn̄a medij celi ⁊ est in secūda ab ascendente qđ ha/
bet significare introitū regis in eodem anno ⁊ in eodē anno ⁊ in eadē disposi
tione ⁊ vniuersaliter in dispositione planetarū a medio celi vsq̧ ad locū ab/
scisionis per radios suos vsq̧. 73. dies ⁊ dimidiā ⁊ sextaȝ diei. Considera er
go per hoc ⁊ vtere in eo quod necesse tibi fuerit in reuolutione annorū mun
di cū operatus fueris eum in dispositione dierū per proiectionē radiorū ſm
ꝙ narraui ex domibus ⁊ dn̄is earū ⁊ receptione luminis ac missione eius ad
receptionē ex trino siue quarto aspectu aut ex oppositione. Post hoc scito
lumen receptionis ⁊ impulsionis ⁊ operare in luminibus maloꝝ cōtrariorū
atq̧ inimicantiū ⁊ in luminib⁹ maloꝝ cōcordātiū vel pacificantiū. Et dixit
⁊ similiter dic fortunis inimicātib⁹ cū inimicate fuerint domib⁹ paucitatem
boni ⁊ in luminib⁹ maloꝝ cum inimicati fuerint domib⁹ multitudineȝ mali
⁊ cum pacificati fuerint paucitatem boni.

¶ Item de duabus partibus in reuolutione annoꝝ mundi.

Dixit albumasar cū inueneris duas partes in vno loco aut in signo ꝑua
lebunt illi quorū significator fuerit melius dispositus. Et ille dicet᷑ me
lius dispositus ꝙtū est in hoc qui meli⁹ aspexerit suam partē vel fuerit ei cor
poralit᷑ iunct⁹. ¶ Et dixit albumasar hoc est vt iungat᷑ ps dn̄o suo in triplici
tate aq̄tica cōgruetq̧ pn̄tia coꝝ aut cōiunctio i aliquo signoꝝ triplicitatis a
qua mutata est coniunctio vt gemini: mutatur ab eo coniunctio conuenietq̧

eius presentiam aut coniunctionem in circulo coniunctionis aut in duabus alijs extra ipsam triplicitatez in aquario: cum hoc igitur confortantur ciues huius triplicitatis. Et dixit ꝛ cũ fuerit saturnus ꝛ fuerit ꝯiunctio in scorpiõe confortabunt. Si autem receperit dispositionẽ martis in scorpione fueritqꝫ in medio celi ꝛ prefuerit anno: ꝛ mars fuerit in ascendente ꝛ prefuerit cum cõmissione dispositionis sue ad saturnũ in medio celi in scorpione significabit ꝙ peribit rex in parte orientis ꝛ abibit regnũ eius. Et si euenerit cum hoc vt sit venus in exaltatione sua fortis ꝛ coniũctio fuerit in scorpione significat fortitudinem arabum ꝛ eorum petitionem in regno.

¶ Aliud capitulum in reuolutione annorum mundi ſm albumasar.

CUm erexeris figuram reuolutionis alicuius annoꝝ mundi aspice significatorem seu dñm anni qui significator rusticorum dicitur: ꝛ aspice solẽ atqꝫ significatorem regis: etiam vide si vnus eorum ceciderit in oppositionẽ martis nisi forte mars sit valde fortunatus ita ꝙ non dicitur de ipso aliquid mali qđ rarissime consueuit euenire: quoniam significat bella ꝛ terrores atqꝫ sanguinis effusiones. Et si duo ex predictis significatoribus ceciderint in oppositione martis significabũt maius malum. ¶ Et dixit albumasar remotio malorum ab angulo in tercium vel nonum significat guerram ꝛ paucitatem religionis tam regis ꝙ̃ rusticorum. Debes considerare solem ꝛ eius esse qui si fuerit bene dispositus fortunatꝰ scꝫ atqꝫ fortis significat bonam dispositionẽ atqꝫ aptationem terre babilonie ac ipsius ciuium. Si autem fuerit impeditꝰ significat malum esse ipsorũ ac ipsorum detrimentũ ꝛ eorum regis: significat etiam sol si fuerit solus impeditus in secunda vel in sexta aut in duodecia vel fuerit impeditus alicubi ex coniunctione vel aspectu siue oppositiõe alicuiꝰ maloꝝ malum esse regis predicti scꝫ babilonie. Uidebis etiam dispositionẽ lune ꝙ si fuerit libera fortunata scꝫ atqꝫ fortis significat fortitudinẽ romanoꝝ ac ipsoꝝ regis: coꝝũqꝫ inimicoꝝ debilitatem. Si autem sola fuerit impedita in quocunqꝫ loco fuerit sed magis in domibꝰ ꝑdictis significat impedimentũ ac eorum malum ꝛ ipsorum regis ꝛ fortitudinez inimicorum eorum. ¶ Sed diceret aliquis quare sol significat regem babilonie: luna quoqꝫ regem romanorum: quoniam est maius regnum illud romanorum ꝙ̃ aliquod aliud: ꝛ sol est maius luminare. Ad quod dicendum est ꝙ sol est luminare magis altum: nec est vniuersaliter particeps rerum sicut luna: ꝛ regnuz babilonie fuit ante regnum romanorum nec est regnum vniuersale: ob hoc fuit sibi attributus ꝓ suo significatore sol: luna vero quoniã est luminare vniuersale particeps oĩs rei fuit attributa pro significatore regni ac regis romanorum: quoniam illud regnum est vniuersale pre omnibus alijs regnis cui omnes reges ꝛ oĩa regna tunc subiacebant ꝛ subijciebantur. Uidebis etiam dispositionez saturni qui si fuerit bene dispositus ꝛ in coniunctione fortunarũ ꝛ maxime ab ascendẽte fueritqꝫ dñs anni liber ab impedimentis non impediet nec erit tunc maleficꝰ ꝛ remouebitur per accidens impedimentũ quod inferret in subiecta ista inferiora per naturam si fuerit impeditꝰ: ꝛ fortius si fuerit in scorpione ꝛ scorpio fuerit medium celi: quia erit tunc ascendẽs aquarius ꝛ ipse erit dominꝰ anni: significat eñi effusionez sanguinis ꝛ alias pestilentias venturas in reuolutõe

illa ꝛ videtur ꝙ debeat incipere illud malum quando saturnus perueniet ad suum terminū. Si autem aspexerit eum mars ab oppositione vel quarto aspectu augebit malum: sed si fuerit aspect⁹ trinus vel sextilis cum receptiōe non tantum inferet ꝛ minuetur malum ¶ Prospicies etiā martē ꝛ videbis si ipse ceciderit in cancrum qui est eius detrimentum atq; descensio: quoniā si sic fuerit dixit albumasar quia signū ꝙ ciues climatis aliral cadēt i grauitatē ex actore: ꝛ similiter in sagittario. Et dixit quia hec signa sunt climat eorum ꝛ ꝙ mars est significator ex actore: ꝛ dixit ꝙ mars in ascendente significat minutionē ptis orientis in eodem anno. Et dixit ꝙ aptatio veneris in piscib⁹ vel in aliqua suarum domoꝝ significat fertilitatem regionum arabum ꝛ eoꝝ securitatem. Et dixit ꝛ si ipsa cōmiserit dispositionem ex simili loco planete qui eā recipiat in medio celi ꝛ ipsa in angulo non remota ꝛ recipiens ꝛ fuerit luminaria in signo profectionis a scorpione contendent arabes in regno et petent illud a ciuibus suis eo ꝙ iuncta sit planete in medio celi ꝛ ceciderat in bono loco: ꝛ eo melius si congrueret signum medij celi nature eius. Et dixit aptatio veneris significat aptationē arabum in suis corporib⁹ ꝛ aptationē eorum victus. Dixit si autem ceciderit in inimicitatē ascendentis significat bella ꝛ mutationes in medio anno ꝛ in ignobilibus ꝛ latronib⁹. Et dixit impedimentum dn̄i ascendentis in loco maligno in medio celi significat grauitatem que occurret rusticis a suis dominatoribus. Et dixit casus planete in septima ab ascendente que est locus inimicitatis eius significat ꝙ rex contendet si fuerit significatio planete in loco eius super regnum aut super annum. Et dixit ꝛ si fuerit pars prima in medio celi in sua dignitate ꝛ secūda pars in quarto significat ꝙ abundabit bellum vniuersale in terra ¶ Uidebis itidē si ceciderit aliquis malorum planetarum in secundo ab ascendente reuolutōis quoniam si sic fuerit ꝛ impedierit ille dominum secundi ex oppositione vel quarto aspectu significat diminutionem substantiarū ꝛ ipsarum dispersionē seu expensiones ꝛ vt multū in rebus non vtilibus. Considerabis etiā malos planetas ꝛ videbis si vnus eoꝝ fuerit oppositus alteri: quoniā si hoc fuerit significat euentum rei magne in mundo in non longo tempore. Uidebis silr vtrum mars reperitur combustus nisi forte fuerit in zamini solis ꝛ ipse dn̄s signi decime domus atq; remot⁹ ab angulo: quia si fuerit ita significat ꝙ egredietur vnus de regno qui puniet illud ꝛ erit finis huius rei per gladium. Et si cōmiserit tunc sol dispositionem saturno fueritq; saturnus significator rusticorum fueritq; ascendens capricornus vel aquarius ꝛ ipse aspexerit ascendens aspectu amicicie ꝛ fuerit in bono loco ab eo ꝛ fuerit auctoritas lune: et ipsa cōmiserit dispositionem sibi ab ascendente significat ꝙ rustici comachinabuntur in interitum regis sui ꝛ timebitur super eum ab eis mors in reuolutione illa ¶ Et si fuerit saturnus domin⁹ anni fueritq; almutē medij celi impeditus ab eo non recipiens ipsum sed nō fuerit testimonium in esse rusticoꝝ veneri atq; lune ꝛ fuerit saturnus in vndecimo domio decimi atq; luna cui⁹ est auctoritas in ascendēte efficit ꝙ saturnus plus testimonij in esse rusticorū ¶ Et dixit albumasar ꝛ mars si non aspicit locum suum nec est receptus nec

luna similiter significat saturnus a loco lune que est luminare noctis qd signi ficauit res solis: ⁊ per cōmissionem dispositiōis atq; fortitudinis ad saturnū peribit in eo anno rex ⁊ interficient eum rustici. Et dixit ⁊ erit in hominibus paupertas ac tribulatio ⁊ grauitas similiter ⁊ guerra: eritq; grauitas annone ⁊ erit in sexto mense propterea q sint inter eos sex grad⁹. Et dixit ⁊ proficiēt pecora in eodem anno: ⁊ modicum erit frigus hyemis eorum. Uidebis etiā in hora reuolutionis si saturn⁹ fuerit significator vulgi seu domin⁹ anni siue almutez super ascendens anni nec impedierit eum mars: fuerintq; fortune in ascendente ⁊ mars cadens ab eis atq; ab ascendente: quoniā significat aptationem rerum vulgi: ⁊ eo fortius si fuerit in angulo vel in alio bono loco ab ascendente receperitq; fortunas illas. ¶ Et dixit albumasar planete humidi ⁊ aquatici in ascendente significant frigus anni in eadem ciuitate seu regione ⁊ locustas pecorūq; aptationem: ⁊ similiter cum descenderint fortune in ascēdente cum sole. Et dixit presentia casus domini medij celi in tercium cū ioue significat leuitatē regis ⁊ eius missionem apud dominationem


¶ Incipit pars scda huius tractatus que est de proiectiōe partium ⁊ earum significatis. ¶ Capitulum primum que sunt nobis primo consideranda in reuolutionibus particularibus ⁊ est capitulum comparatum ad totum op⁹.

Quoniam annuente deo sit in his que precesserunt de reuolutionibus vniuersalibus sufficienter tractatū licet longo sermōe non tamen tedioso conueniens est ne tractatui reuolutionum aliquid deesse videatur de particularibus fore vlterius explicandum: suntq; videnda opera nostrorum antiquorū in reuolutionibus particularib⁹ sicut cōsiderata sunt in vniuersalib⁹ ipsi enim ꝯsiderauerunt rem vtilem ⁊ conuenientē atq; oportunam valde ⁊ illud fuit extractio partium super rebus quibus vtimur in reuolutionibus annorū ⁊ que perueniunt ad nos: ⁊ cadunt frequenter in opus astronomie: ⁊ ex quibus possunt volentes in reuolutionibus sequi vtilitatē valde magnam. ¶ Et dixit albumasar q hoc fit duobus modis vnus scz cū vnus planeta iungitur alteri vel cum separatur ab eo per quantitatem sensibilem: quia tunc acquirit aliquam significationem boni vel mali: quoniam aliud significat planeta quādo vadit q̄ significet cum est cum eo: ⁊ aliud qū recedit ⁊ fuerit separatus ab eo: significant enim planete quedam per naturā quedam per accidens: quedam ſm magis: ⁊ quedam ſm minus: quedam ſm equaliter; quoniam si duo planete habent equaliter significationem sup vna ⁊ eadem re fortior pmittitur ille qui scz fuerit fortior natura seu potentia seu dignitate: vel fuerit vnus diurnus ⁊ alter nocturnus: vel fuerit almutez sup parte illa: vel fuerit vnus significans principium: alter vero finem: vel quocunq; alio modo fuerit fortior vel dignior prefertur: sicut vides in extractōe partis patris quam significat sol ⁊ saturnus equaliter: qm̄ vterq; eorū habet significare patres: tn̄ incipit a sole in die quoniā est fortior q̄ saturnus in die

ipse enim significat claritatem atq splendorē et gaudet in eis: saturnus vero significat obscuritatem atq tenebrositatē et gaudet in eis que sunt contraria pdictis. Et ita intelligas de alijs sicut suo tpe et loco dicetur. ¶ Alio modo scz secundo fit extractio partium vt si fuerint duo significatores vel tres qui significant rem vnam et fuerit virtus vnius equalis virtuti alteri⁹: vel fuerit vn⁹ dignior altero vel fortior: dixit albumasar erit similitudo in significatōe et istis de causis fuit necessaria extractio partium. ¶ Est enī extractio partiū scientia longitudinis que sit inter duos significatores qui naturalr significāt vnam rem: nec sciretur bene per duos sigtores effectus partis nisi adduceret tercius scz ille qui naturaliter significat rem propter quaz pars extrahitur: ex duobus enim sigtoribus significantibus rem naturaliter dependet spacium longitudinis que est inter eos et ille a quo incipitur dicit primus significator illius rei: secundus vero dicitur alter: et isti duo dicuntur imobiles. Tercius significator dicitur ille a quo incipit proiectio gradus distantie que est inter significatores primos naturales et est ille tercius dn̄s ascendentis vel domin⁹ alterius domus a qua incipit proiectio graduuz distantie que est mobilis sic habebitur inferius in loco cōuenienti. Et ob hoc dictum est accipe quod est inter planetam illum et illum et adde desuper gradū ascendentis et proijce ab ascendente: vel a tali loco in talem locū: vel a tali planeta ad talem dans vni cuiq signo .30. gradus per grad⁹ equales: et vbi desierit numer⁹ ibi erit pars illa. Et fuit hoc factum duobus modis: et tribus de causis: quarū vna fuit vt sciretur quid iudicandum esset super bono vel malo qđ significaret per dn̄m signi in quo caderet pars illa ab ascendente vel ab alio loco a quo proijceret pars Secūda vero causa fuit quoniam ascendens habet significare corpora et inicia omnium rerum: proiectio autem ab aliquib⁹ planetis vel alijs locis fuit: qm̄ illa eadem domus vel ille idem planeta poterit esse eiusdem generis seu complexionis cum loco partis. ¶ Et dixit albumasar et quia ascendēs et domus circuli a quib⁹ proijcitur longitudo que est inter duos significatores naturales mutat in omni hora noiatur significator tercius mobilis sigtione Vtuntur quoq in partibus gradibus equalibus ideo quia planete mouent super axem circuli signorū et ascendens considerat fm̄ gradum circuli signorū gradus vero circuli signorū sunt equales. ¶ Et dixit albumasar dicitur igit aliquis planeta est in signo illo et gradu illo: et ascendens est ille vel ille grad⁹ ex signo illo. Et dixit q totum dicitur per gradus equales circuli signorum. Et dixit gradus autem ascensionū sunt ex gradib⁹ circuli circūdantis circulū signorum et ipse mouet circulum signorū et ceteros circulos. ¶ Et dixit albumasar antiqui babilonie et egiptij et ceteri alij vsi sunt .97. partibus prout in eorum libris repertum est. Et sunt tres modi proiectionum partium: quorū primus est proiectio septem partium et septem planetarū: scđs vero continet partes duodecim domorū: tercius continet partes ceterarum rerum de quib⁹ non fit mētio siue cōmemoratio in duodeci domib⁹ que sunt ptes necessarie in quibusdam locis tam in reuolutionib⁹ q̄ in natiuitatibus. Partes primi modi sunt septem: secundi .12. tercij .10. sed primo de partibus septem planetarum est dicendum.

¶ Capitulum secundū in partibus septem planetarū ⁊ earū significationib⁹ particularibus ⁊ primo de parte lune que dicitur pars fortune.

Dixit albumasar scito q̄ vna pars non extrahitur nisi ex duob⁹ significatoribus significantibus naturaliter rem propter quam extrahitur pars. Nā cū duo planete sīgcauerint naturaliter rē vnā ↄcordauerintq̄ȝ in diuturnitate vel in alijs qualitatib⁹ incipienda est extractio partis a fortiori fm̄ q̄ dictum est alias de sole ⁊ saturno qui sunt equales in significatione patris ac in diuturnitate: tamen incipitur extractio partis patris a sole: qm̄ est fortior propter rationem superius assignatam. Et si fuerint equales in significatiōe prout dictuȝ est fueritq̄ȝ vnus diurnus ⁊ alter nocturnus incipitur extractio partis in die a diurno propter diem preualentem nocti ac preponendam ei. In nocte vero incipitur a nocturno propter equalitatē eius in significatione cū diurno sicut fit in extractione partis fortune que extrahitur a luminarib⁹ ⁊ luminaria prout dixerunt antiqui sunt equalis fortitudīs in fortuna. Sed quia sol est fortuna diurna incipit a sole in die: ⁊ q̄a luna est nocturna incipit ab ea in nocte. Et premittitur ac preponitur hec pars omnib⁹ partib⁹ sicuti preponuntur luminaria omnibus alijs stellis: ⁊ ita obtenebrat hec pars oēs alias partes quemadmodū luminaria obtenebrant omnes alias stellas: ⁊ est similiter sol splendidior ceteris alijs stellis: ⁊ dicitur luminare diei quoniam per eius ortū fit dies ⁊ per eius occasum remouet̄ ⁊ fit nox: ⁊ significat vitaȝ naturalem ⁊ cetera que sunt dicta in capitulo de significatis eius: et luna est luminare noctis ⁊ fortuna significatrix corporum ⁊ omniū rerum prout alias dictum est in capitulo suo.



¶ Et ponam tibi exemplū de extractione partis fortune: ponatur enim q̄ sit sol in .12. gradu tauri ⁊ 5. minuto ⁊ luna sit in .12. ḡdu virginis ⁊ .5. minuto ⁊ sit res ꝑpter quaȝ vis extrahere partē fortune in die: modo debes minuere locū solis a loco lune ⁊ remanebūt ibi 4. signa ⁊ .5. gradus ⁊ .5. minuta signi ascendentis ⁊ incipe ꝓijcere ab inicio eiusdem signi per grad⁹ equales dando vnicuiq̄ȝ signo .30 gradus ⁊ vbi finierit numer⁹ erit ibi hec pars. Et ī nocte ecōuerso scȝ minues locuȝ lune de loco sol̄ ⁊ adde desuper grad⁹ signi ascendentis ⁊ proijcies ab ascendente ⁊ vbi finiuerit numerus ibi erit pars fortune. Si aūt fuerint ambo luminaria in vno gradu erit pars fortune in gradu ascendēte ⁊ in simili minuto. Et hec pars habet significare vitaȝ corpus quoq̄ȝ ⁊ aīam eius fortitudinē ⁊ fortunā atq̄ȝ substantiam ⁊ profectum: diuitias quoq̄ȝ atq̄ȝ paupertates: aurum etiaȝ ⁊

argentum grauitatē seu leuitatem fori rerum venalium: laudēz etiam ⁊ bonā famam ⁊ honores ⁊ sublimitates: bonum atq; malum: presens atq; futurum occultum seu manifestum: habetq; significatū super omni re: facit tamē plus pro diuitibus ⁊ magnatibus q̄ȝ pro alijs: facit tamen pro vno quoq; homīe iuxta esse vniuscuiusq; ipsorum. Et si fuerit hec pars ⁊ lumiaria bene disposita in natiuitatibus vel reuolutionibus erit bonum notabiliter. Et ipsa dicitur pars lune ⁊ est ascendens lune: ⁊ significat fortuniū bonū. ¶ Et dixit albumasar q̄ qn̄ multiplicatur id quod abierit ex horis diei in partibus horaruȝ eius id est diei ⁊ q̄ exinde fuerit proiectū fuerit a loco lune per gradus eq̄les cadet in locum fortune vel prope locum ipsum. Et si fuerit vnus significator fortior alio in loco partis incipiet pars a fortiori tam in die q̄ȝ in nocte. Si autem fuerit significatio ex signo ⁊ eius dn̄o incipiet hoc magis a dn̄o signi vsq; in gradus signi quoniam significatio signi confortat̄ per significationeȝ planete. Et si contigerit q̄ signū fortius fuerit in significatōe incipiet a signo ⁊ ascendens erit ei particeps vel alter locus circuli ad quem proferet̄. Et hoc dicetur infra in relatione tractatus de partibus duodecim domorum ⁊ terrena scentium latius ⁊ manifestius ⁊ apertius ſm̄ q̄ acciderit vnicuiq; ex illis partibus cum de ipsis tractabitur si deus permiserit.

¶ De parte futurorum que dicitur pars solis.

Post partem fortune que excedit omnes alias partes in fortitudine atq; fortuna: dicendum est subsequenter de parte futurorum que pars solis dicitur: ⁊ ipsa imediate post partem fortune oēs alias partes excedit ⁊ oībus preualet: licet quidam astrologi parum videantur curare de ipsa qd̄ mihi nō videtur congruum cum ipsa pro re valde vtili a sapientibus reputet̄ ⁊ extrahitur: hec pars in contrarium eius quod extrahitur pars fortune: sicut enim pars fortune extrahitur in die a sole in lunā: ⁊ in nocte a luna in solem: ita ps futurorum extrahitur in die a luna in solem: ⁊ in nocte a sole in lunaȝ ⁊ addit̄ desuper quod ascēderat de signo ascendente ⁊ proijcitur ab inicio signi ascendentis dando scȝ vnicuiq; signo. 30. gradus per grad⁹ equales: ⁊ vbi finierit numerus ibi erit hec pars. Premittant̄ enim partes luminarium partibus aliorum planetarum: quoniam licet generentur per corruptioneȝ generanda ⁊ corrumpantur corrumpenda ⁊ corruptio fiat per motus planetarum non apparent operationes que fiunt per alios planetas ita manifeste: nec ita fiūt sicuti apparent que fiunt per lumīaria ¶ Et sciaſ q̄ proprietas partis futurorum est significare animam ⁊ corpus post partem fortune ac ipsorum esse ⁊ fideȝ ⁊ prophetiam religionē ⁊ dei culturam ⁊ secreta ⁊ cogitationes ⁊ intentiones ⁊ res occultas ⁊ omne quod est absens ⁊ curalitatem ⁊ largitateȝ ⁊ laudem ⁊ bonam famam ⁊ calorem ⁊ frigus. ¶ Et dixit albumasar q̄ significata partis fortune ac partis futurorum magis apparent super rem omnem tam absentē ⁊ supra futuram q̄ȝ supra presentem: patet etiaȝ magis super inicia operum ⁊ super reuolutiones annorum tam mundi q̄ȝ natiuitatum. Et dixit q̄ significata partis fortune apparent magis in die q̄ȝ significata partis futurorum; ⁊ significata partis futurorum apparent magis in nocte q̄ȝ significata partis fortune Et q̄ȝuis mutationes et alterationes accidant temporibus per mutationem

planetarum a signo in signum ⁊ fiant generationes ⁊ corruptiones ⁊ vita fiat animalibus ⁊ ceteris vegetabilibus ⁊ ex eadem ratione deficiant ⁊ corrumpantur generata: luminaria tamen pre ceteris planetis manifestius atq; sensibilius operantur in eis. Et ille due partes tam in bono q̃ in malo pre ceteris partibus operantur: et significationes earum sunt similes significationibus luminarium.

¶ De parte ponderosa que dicitur pars saturni.

Pars saturni quam sapientes partem ponderosam appellabant propter res graues ac ponderosas que per ipsam significantur accipitur in die a saturno in partem fortune: et in nocte econuerso et proijcitur ab ascendente dando vnicuiq; signo .30. gradus fm gradus equales: ⁊ vbi ceciderit numerus suus atq; minuta ibi erit hec pars: Cuius significata sunt hec: significat enim memoriam atq; profunditatem ingenij ⁊ consilij ⁊ fidem atq; religionem et continentiam in eis atq; constantiam ⁊ durabilitatem. Et habet significare rem que perierat vel que errauerat aut q̃ furata fuerat vel fugerat vel fuerat submersa in mare vel in flumen vel ceciderat in puteum vel in similem locū: aut fuerat mortua: ⁊ significat esse mortuorum scȝ qua morte moriatur natus vel sit moriturus: ⁊ significat esse terrarum ⁊ messium alioꝝ ⁊ terrenascentiū ⁊ habet hereditates maxime que emuntur: ⁊ significat edificia grauia ⁊ maxime que non multum eleuantur a terra: ⁊ fossiones ⁊ terrarū accumulatões ⁊ portationes earum in altum: ⁊ productiones aquarum ⁊ similia: significat etiam auariciam et districtionem miserorum misere viuentium: et significat laudem atq; vituperium: ⁊ significat senectutem ⁊ etatem senescere facientē ⁊ omnem rem vinctam atq; incarceratam vel in carcere positā: ⁊ liberationē a carcere seu vinctione.

¶ De parte iouis que dicitur pars beatitudinis.

Pars iouis quam philosophi partem beatitudis atq; auxilij vocauerūt accipitur in die a parte futuroꝝ que habet significare fortunam in iouē qui habet significare beatitudinem atq; auxilium: ⁊ in nocte econtra ⁊ proijcitur ab ascendente. Et eius significatum est super honorē ⁊ adeptiones rerū victoriam ⁊ auxilium ⁊ beatitudinem atq; benignitatem: finem quoq; rerū laudabilem ⁊ petitionem fidei ac eius aptationem ⁊ quicquid est de esse ipsius atq; credulitatem in deo ⁊ studium in omni opere bono ⁊ dilectionē eius ac ipsius iusticie iustiq; iudicij inter homines: et edificationes oratoriorum: et significat sapientiam ac sapientes ⁊ sublimitateȝ sapientum: fiduciam quoq; ac spem ⁊ omnes res bonas quibus fruunt̃ homines: ⁊ participationeȝ boni ad inuicem.

¶ De parte martis que dicitur pars audacie.

Pars martis que ab antiqͥs dicitur pars audacie accipitur in die a marte in partem fortune ⁊ in nocte econtra ⁊ proiicitur ab ascendente. Cuius significata sunt hec: qm̄ habet significare dispositionem exercituum guerraꝝ ac preliorum ⁊ probitatem ac animi acuitatem ⁊ audaciā fortitudinē quoq; anticipationē ⁊ magnitudinē cordis cum impetu ⁊ festinatione: habet etiaȝ significare lasciuias incestas ex calliditate atq; seductiones.

¶ De parte veneris que dicitur pars amoris et concordie.

Pars veneris que dicitur pars amoris atque concordie accipitur in die a parte fortune in partem futurorum: et in nocte econtra et proijcitur ab ascendēte. Cuius significata sunt hec quoniam habet significare voluptates cupiditates ac desideriuz in rebus venereis ac in earum cultum tam licitum quam illicitum et in his que venerei amant et in quib⁹ delectantur et que animus desiderat et coniugia et res vniuersas que spectant ad coitus voluntatem et leticiam ex ludis et alacritates ac delectationes.

¶ De parte mercurij que dicitur pars paupertatis et modici intellectus.

Pars mercurij que dicit̃ pars paupertatis et modici intellect⁹ accipit̃ in die a parte futurorum in partem fortune: et in nocte econtra et proijcitur ab ascendente. Et habet hec significare paupertatem et paruitatem ingenij atque intellectus: et significat etiam bellum et timorem atque odium et contentiones et iniurias et iram in hora iniuriarū et inimicos: et significat etiā negociationē et emptionem atque venditionem: cogitationes quoque ac ingenia siue calliditates et scripturas ac numerū et petitionez astronomie ac diuersarū scientiarū

¶ Hic est modus extrahendi partes septez planetarum et hec que dicta sunt in eis sunt earum significata. Unde si tu aliquā extraxeris partez aliquam super aliquo predictorum significatorum et proieceris eam in aliqua figura iudica de ipsa s̃m quod videris de ipsius ꝯiunctione vel eius dn̄i cum planetis vel eorum aspectib⁹ de bono seu malo. Nec volo tibi inducere diuersitates opinionū antiquorum: quoniam hec est rectior via quam seruauerunt reuerendissimi predecessores nostri hermes guellius albumasar qui flos latinorum licet studuerit athenis vbi studium tunc vigebat et similiter eorum sequaces. Alia vero sig̃ta partium dicentur infra post hoc in proprijs locis et in proprijs capitulis si deus permiserit.

¶ Capitulum tercium de significationibus partium duodecim domorum.

Dicto de significationibus partium septem planetarum ac de ipsarum extractione: dicendum est deinceps de significatis partium duodecim domorum similiter et de ipsarum extractione. Et sunt superius extracte ptes que in se sunt vtiliores et magis necessarie. Et cum notatū fuit in loco cuiuslibet partis accipe a tali planeta in talem vel a tali loco in talem et proijce ab ascendente: dico quod addas semper id quod residuū fuerit inter vtraque loca ad illud qd̄ est ab inicio signi a quo proijcis sicut dictū est in opere partis fortune extrahende s̃m quod et ipsi alias extraxerunt. Nec videtur mihi quod diuersitates opinionum sint hic recitande sed solum maiori vtilitati mentem applicare: non enim sunt fines omnium singularitatuz que significant̃ per vnamquāque domum eidem sed diuersi: licet aliqui habeant ab eadem domo principium siue originez: et quidam alij ab alia prout super significata mortis quorum finis non erit idem: tamen omnia significant mortem: moriuntur enim quidaz ex infirmitatibus in lectis suis vel alibi: alij ex infirmitatibus breuibus: alij ex longis: alij moriuntur ex aduentu subitaneo: alij ferro: alij igne: alij suffocant̃ alij submerguntur: alij suspendunt̃ et quasi innumerabilibus modis moriunt̃ homines. Et licet non sint eidem modi quilibet tamen eorum est mors: sic et

de magisterijs que significant p decimã domum: qm̃ aliud est magistratus: aliud regnuz: aliud regimen: aliud ducatus: aliud comitatus: aliud aliquod sabrile et silia. Et licet non sint omnes eidem modi tamen omnes habēt ori ginem a re significãte honorē ac dignitatē. Et sic quelibet significata cuiusli bet domus vnũquodqꝫ ẜm esse suũ et ẜm naturã dom⁹ cui⁹ significatũ scire necesse fuit. Et inuenient plures alie partes quas eēt longũ enarrare. tu aũt cõsiderabis eas prout tibi venerint ad manus ex industria tua: nec grauet te hoc quod tibi dico: et si non possint omnia patefieri simul et semel que signi ficant per domos: exponent tibi alias tot et tanta que poterũt tibi sufficere ad extractionem partiũ omniuz domoꝝ: qm̃ ex quo aliquis probus viderit partem significatoꝝ alicuius rei significari p aliquam ex domibus circuli po terit ex industria sua satis patent comprehendere que nondũ fuerint sibi ex posita.

¶ Capitm̃. 4. de partibus prime domus. i. ascendentis et de ipsarum extra ctione et earum significatis.

Nunc de partib⁹. 12. domoꝝ extrahendis: et primuz de prima domo. s. de ascendente ac de ipsi⁹ partiũ significatis et de ipsarum extractione.

¶ Prima domus prout supra in capitulo. 12. domoꝝ dictuz est habet signi ficare vitã naturalē. Et ob hoc dico naturalē qm̃ propter casuz vel aliquod accidens sepe imo pluries fit vis nature ꝓut superius dictum est in alio capi tulo. Et ideo ab ipsa est consideranda pars vite ac ipsi⁹ extractio: per ipsam enim dignoscit qualitas vite nati et quale sit eius esse futurũ. Et extrahit a ioue ⁊ saturno ꝓpter eorum altitudinē atqꝫ longinquã remotionē a terra: ⁊ propter eoꝝ motum ceteris alijs planetis tardiorē ⁊ ob hoc data est eis vir tus super rebus quarũ longitudinē atqꝫ durabilitatē affectam⁹. Et ex causa superius dicta participat cũ eis ascendens. Et accipit hec pars in die a ioue in saturnũ: ⁊ in nocte econtra ⁊ proijcit ab ascendēte. Et est hec pars signifi catrix vite naturalis ⁊ significat esse corporis ⁊ ei⁹ victus que si fuerit bñ dis posita sigt lōgitudinē vite ac ipsi⁹ cōtinuitatē ⁊ incolumitatē corporis: aīeqꝫ alacritatē. Si aũt fuerit impedita sigt paucitatē vite ac ipsi⁹ breuitatē ⁊ illi⁹ malũ esse cũ multitudine diuersarũ infirmitatũ ⁊ cũ merore aīe atqꝫ ipsi⁹ tri sticia. Hoc idem significabit sup esse hoim in reuolutionib⁹ annorũ tam an norũ natiuitatũ qꝫ annoꝝ mundi ¶ Dicto de pria parte ascēdētis que est ps vite dicendũ est subseqūter de secũda pte ipsi⁹ que est ps durabilitatis atqꝫ stabilitatis. Et est ps fiducie ascēdētis. Cũ eni sic ita nobili⁹ atqꝫ digni⁹ acci dens qꝫ sit in hoc mundo necesse fuit q̄ p nobili⁹ durabilitate atqꝫ stabilitate ꝓficeret: ⁊ illud oportebat esse a corpis ⁊ aīe cōpactiōe seu cōplexione: ⁊ hoc nō poterat fieri nisi p fortiora ex corporib⁹ sup celestib⁹: ⁊ illa sunt luminaria quoꝝ ptes fortiores atqꝫ fortunatiores ceteris inueniunt sicut ⁊ luminaria sunt fortiores fortune ceteris fortunis ẜm q̄ coꝝ effectus forti⁹ ac manifesti⁹ ceteris effectib⁹ sentiunt ⁊ signt ptes eoꝝ corp⁹ ⁊ aīam sicuti signt ipsa lumīa ria. Nec pōt durabilitas sine corpis ⁊ aīe cōpactione in aīatis fieri vel dura re ⁊ sicuti p coꝝ cōplexionē siue copulationē fiunt ⁊ durant sic p eoꝝ dissolu tionē siue sepationē corrũpunt. Et hec fuit causa que mouit sapientes anti

quorũ ad extrahendũ hãc partẽ: ⁊ numerauerũt eã a pte fortune tãq̃ a digui orũ hoc modo: ps durabilitatis que est pars fiducie ascendẽtis accipit in die a pte fortune in ptem futurorũ: ⁊ in nocte ⁊ ecõtra ⁊ pĳcit ab ascendẽte. ¶ Et dixit albumasar hec pars cõgruit pti veneris: ⁊ sumit p hanc partẽ quedam alia que p alias partes nõ sumit. Et hec pars sigt decorẽ nati ac ipsi⁹ deformitatẽ: similiter ⁊ similitudinẽ ei⁹ ad parẽtes suos. ¶ Cũq̃ fuerit hec ps vel ei⁹ dñs bene dispositus in natiuitate alicui⁹ erit natus pulcher corpis pulchre faciei atq̃ in oib⁹ partib⁹ sui corpis vndiq̃ pulchritudine atq̃ sanitate circũuent⁹ ⁊ extendet ad successores suos: ⁊ durabit hoc vsq̃ dum aliqd infortuniũ restiterit eis ⁊ impedierit eos: ⁊ habũdabit bonis: ⁊ eo magis si pars fortune ⁊ ps futurorũ fuerint bene disposite: ⁊ iterũ magis si earũ dñi fuerint fortunati: tũc enim habebit ex omni eo qd optabit: erit tã in itinerib⁹ seu pegrinationib⁹ q̃ in alĳs locis multi ⁊ maximi quest⁹. Si aũt fuerit hec ps impedita sigt deformitatẽ atq̃ turpem formã nati: eiusq̃ corpus male cõplexionatũ infirmitaib⁹ circũuentũ: eritq̃ infortunat⁹ ⁊ oĩa cedent in cõtrariũ eorũ ꝑm sitũ ⁊ dispõnem partis p̃dicte atq̃ significatorũ p̃dictorũ. Et fortassis extendent hec in descendentes suos vsq̃ dum aliqua fortuna inueniet eorũ significatores in aliqua natiuitate alicui⁹ eorũ. ¶ Et dixit albumasar si declinauerit ad significatorẽ patris erit similis atq̃ domesticus patri: ⁊ si declinauerit ad significatorẽ matris erit similis atq̃ domesticus matri. Et dixit si volueris scire durabilitatẽ alicuius rei siue sit natiuitas siue interrogatio siue reuolutio: vel quocũq̃ alio modo volueris scire durabilitatẽ eius siue ipsi⁹ defectũ siue res sit nota siue ignota: siue manifesta siue occulta. Aspice hanc ptẽ si aspexerit eam dñs dom⁹ vel exaltationis vel duarũ dignitatũ aliarum signi in quo ipsa fuerit: vel fuerit cũ dño ascendentis illius anni vel cum aliquo ex dñis angulorũ: ⁊ fuerit in angulo significat stabilitatẽ ⁊ durabilitatẽ rei: ⁊ eo maior ⁊ firmior cũ est in prima vel in decima. Si aũt fuerit in cadenti significat ei⁹ remotionẽ atq̃ destructionẽ. Si aũt fuerit in succedẽti: ⁊ eo fortius si fuerit in secũda vel octaua sigt durabilitatẽ rei semp dubiã ⁊ timorosam. Si aũt fuerit in angelo impedita sigt durabilitatẽ cũ tristicia ⁊ horribilitatem. Sed si fuerit cum ea fortuna vel aspexerit eam a trino vel sextili aspectu vel etiã a quarto cum receptione: nec illa fortuna fuerit impedita erit durabilitas in domo ⁊ licet cum timore seu suspectione. ¶ Et dixit albumasar si fuerit i recessione sua fortunata fruet fortuna ꝑm recessionẽ eius. Si aũt fuerit impedita erit malum ⁊ horribile ꝑm quantitatẽ recessionis eius. Et si fuerit in reuolutione aliqua sicut dictũ est de pte illa erit hoc in hominib⁹ vltra quam esse consueuerit ⁊ erunt stabiliores ⁊ constantiores ⁊ firmiores solito. ¶ Dicto de prima ⁊ secunda parte ascendentis dicendum est nunc de tercia parte ipsius que dicit ps rationis ⁊ sensus. Et cum non possit vere homo esse absq̃ ratione ⁊ sensu considerauerunt sapientes vnde possent extrahere partem rationis ⁊ sensus. Cũq̃ viderunt q mercurius esset naturalit significator vtriusq̃: cogitationis quoq̃ ⁊ locutionis ⁊ cognitionis ⁊ mars esset significator caloris atq̃ motionis extraxerunt ab illis duobus partem quam vocauerũt

partem rationis et sensus: potest etiam hec ps dici cogitationis et locutionis que accipit in die a mercurio in martem et in nocte econtrario: et proicit ab ascendente. Et dixerunt q hec pars habet significare sensum et rationem: et significat etiam scientiā et cogitationē atq3 cognitionem et locutionez. Quod si fuerit hec pars in natiuitate alicuius bene disposita fueritq3 cū dño ascendentis ipsa vel dñs domus in qua ipsa fuerit vel aspexerit eum dñs ascendētis in sua dignitate: et aspexerit tunc mercurius ptem et dñm ascendentis vel dñm partis a trino vel sextili aspectu vel saltim a quarto cum receptione: et ipse fortunatus et fortis nec impeditus erit natus rōnalis sciens loquens cogitans atq3 cognoscens: et si aspexerit tunc mars ascendens vel eius dñm vel dñm ptis erit natus sapiens vt dixi et erit acuti ingenij leuiter adiscens et ea que didicerit bene retinēs nec erit obliuiosus. ¶ Et si fuerit in reuolutione aliqua sicut dictū est in natiuitatibus erunt homines in reuolutione illa melioris ingenij ac melioris intellectus et melioris memorie q̄ consueuerint.

¶ Dicto de prima et secūda et tercia parte domus prime restat de quarta pte ipsius dicendū que dicit pars ylech: de qua non curauerunt multū antiquiores facere mentionē quoniā ipsa est ita complexa cum alijs q nulla ex eis potest esse sine ipsa: ipsa vero sine alijs bene potest esse. Habet enim se ad ipsas tanq̄ materia ad formā: et potuissent eam sapientes premittere si voluissent sed dimiserunt propter causam p̄dictaz: ipsa enim est radix aliaruz et accipit in die ac nocte a gradu coniunctionis vel preuentionis que fuerit ante natiuitatē vel questionem seu reuolutionē in gradū lune et proicit ab ascendente. Et dicit hec pars radix vite quia ipsa comprehendit vniuersalit totū esse vite nati vel querentis: vel etiam reuolutionis: que si fuerit bene disposita signigficat vniuersaliter bonum esse vite nati et aliox suorum subiectox: si autē fuerit male disposita significat cōtrarium predictox.

¶ Caplm. 5. de partibus secunde domus et de ipsarum extractione et de eax significatis.

Postq3 dictum est superius de partibus prime domus dicendum est imediate de ptibus secūde dom⁹ que dom⁹ substantie dicit quoniā primū quo indiget homo post natiuitatē est substantia et primo vita: et ob hoc fuit data significatio substantie secūde domui. Prima pars ei⁹ dicit ps substantie que accipit in die ac nocte a domino domus substancie vsq3 in gradum domus substantie: et proicit ab ascendente. Et significat hec pars sustentationem vite hominum ac ipsorum questuz et cetera quibus vtunt homines ad suum victum. Que si fuerit bene disposita et bene locata significat bonū esse nati ac querentis tam in victu q̄ in lucro et similibus. Si aūt fuerit impedita significat contrarium eorum que dicta sunt. ¶ Et dixit albumasar ceteras aūt fortune species apparentes ex substantia scilicet que thesaurizant et seruant signt ceteri significatores substātie et fortune Idē accidet i reuolutionibus. Et ps pauptatis est de partibus mercurij. ¶ Pars feneratox accipit i die ac nocte a saturno in mercuriū et picit ab ascēdēte: q̄ si fuerit fortunata et bn̄ disposita sigt lucrū atq3 augmētū substātie causa feneris atq3 feneratorū.

Si aūt fuerit impedita ꝛ dñs substātie fuerit impeditus sigt ꝙ natus perdet maximā partē sue substantie causa feneris atqꝫ feneratoꝝ ꝛ filiꝰ: similiter ꝛ querēs. Illud idē accidet in reuolutionibꝰ: disponent enī substātie hominū ſm disponēz ꝓdicte ptis. ¶ Pars beatitudinis q̄ alibi dicit ps iouis ꝛ dicit ps triūphi atqꝫ victorie accipit in die a saturno in iouē ꝛ in nocte ecōtra ꝛ ꝓicit ab ascendēte. ¶ Quarta ps secūde domꝰ q̄ dicit ps collectōis accipit in die a mercurio in venerē ꝛ in nocte ecōtra ꝛ ꝓicit ab ascēdēte.. Et hec ps habet significare res ꝑditas siue semi dispsas quas aliqñ inuenit aliquis in itineribꝰ in vijs campis littore maris vel ripis mōtibꝰ vel fodiēdo vel alio modo non excogitato: vel fuerit res que ceciderat vel fugerat ab aliquo vel fuerat oblitꝰ eā vel alio simili modo recesserat a dño suo vel exierat a manibꝰ eius. Que ps si fuerit in angulo ꝛ aliqs dñoꝝ alicuiꝰ dignitatum signi in quo ipsa fuerit vel aliqd ex luminaribꝰ fuerit ei iunctꝰ nisi sit cōbusta vel aspexerit eaꝫ a trino vel sextili aspectu ꝑueniet ad manꝰ nati seu querentis de ꝓdictis rebꝰ ꝛ erit fortunatꝰ in eis: ꝛ inueniet res suas si ceciderint ei vel fuerit eis oblitus vel fugerit ab eo vt dictū est de alienis. Et si fuerint significatores ptis boni esse in locis in quibꝰ fuerint ꝛ in radice ntitatis habebit ille inuētor seu reinuentor bonū ꝛ ꝑfectū ꝛ vtilitatē atqꝫ fortuniū de rebꝰ quas sic inuenerit. Si aūt fuerint ꝓdicti significatores male dispositi nō cōgruet ei suū inuenire nec lucrabit inde sed potiꝰ cedet in eiꝰ cōtrariū atqꝫ damnū. Idē accidet hoībus in reuolutionibꝰ cū fuerit disposita sic ps ꝓdicta aut ꝓdicti significatores.

¶ Caplm. 6. de partibꝰ tercie domꝰ ꝛ de ipsarum extractione ac de earum significatis.

Tercia domꝰ partes habet tres. ¶ Prima est fratrum ꝛ accipit in die ac nocte a saturno in iouem ꝛ ꝓicit ab ascendēte. Et dñs domꝰ huiꝰ partis significat rem fratrū ꝛ cōcordiā eoꝝ. Et si cadit hec pars in signū multoꝝ filioꝝ fratres erunt multi: ꝛ scit numerus fratrū per numerū qui est inter partē istam ꝛ dñm eius de signis dando vnicuiqꝫ signo vnū fratrē. ¶ Secunda ps de numero fratrū accipit a mercurio in saturnū ꝛ iungit ꝛc̄. ꝛ ꝓicit ab ascendente: ꝛ si cadit in signū multoꝝ filioꝝ erunt fratres ꝛ sorores plures ſm numerū signoꝝ ꝛ planetarū ꝛ forte peruenit numerus ad quantitatē annorum planetaruꝫ vel medioꝝ vel maioꝝ: ꝛ planete aspicientes augent annos suos Et si hec pars cadit in signum paucoꝝ filioꝝ erunt pauci. ¶ Tercia pars est mortis fratrū ꝛ soroꝝ: hec accipit in die a sole in gradū medij celi ꝛ augent: ꝛ ꝓicit ab ascēdēte: ꝛ significat causam mortis fratrū ꝛ sororū: ꝛ cum ꝑuenit hec pars ad significatores fratrū ꝛ soroꝝ vel ecōuerso ſm profectionem pro signo: ꝛ ſm directionē pro gradu fratres ꝛ sorores habebūt malū.

¶ Caplm. 7. de partibus quarte domus ꝛ de ipsarū extractione ac de earum significatis.

Nunc est de partibꝰ quarte domꝰ dicendū: ꝛ primū de parte patris q̄ accipit in die a sole in saturnū ꝛ in nocte ecōtrario ꝛ ꝓicit ab ascendente Et ob hoc accipit hec pars ab illis duobꝰ planetis: qm̄ saturnꝰ habet significare antiquitatē ꝛ masculinitatē ꝛ sol habet significare calorem naturalem qui est causa vite aīaliū: ꝛ patres sunt antiquiores filijs ꝛ sunt causa filioruꝫ

Si aūt contigerit saturnū esse sub radijs solis tūc pars patris accipit in die a sole in iouem: ⁊ in nocte ecōtrario ⁊ proicit ab ascendēte. Et dixit albumasar q̄ dn̄s domus patris significat patris fortunam ⁊ eius substantiā ac labores. Q̄d si fuerit pars boni esse erit pater nobilis. Et si dn̄s eius fuerit boni esse erit fortunatus ac longe vite. Si aūt fuerit impedit⁹ aut male locat⁹ erit laboriosus infortunatus ac pauce vite. Et dixit dn̄s eius sigt regnū nati ei⁹ honores atq̧ fortitudines. ¶ Secunda pars quarte dom⁹ que dicit ps mortis patris accipit in die a saturno in iouem ⁊ in nocte econtrario ⁊ ꝓicit ab ascendēte. Et sigt hec pars causam mortis patrū ⁊ quocienscūq̧ ꝓfectio anni ꝑuenerit ad hanc partem vel ad dn̄m eius sigt periculū ⁊ horribile patri: similiter cum venerit aliquis eorū ad significatores patris. ¶ Tercia pars quarte domus que pars auorū dicit accipit in die a dn̄o domus solis in saturnū ⁊ in nocte econtrario ⁊ proicit ab ascendente. Q̄d si fuerit sol in leone accipit in die a primo gradu leonis in saturnū ⁊ in nocte econtra ⁊ proicitur ab ascendēte. Et si fuerit in capricorno vel in aquario accipit in die a sole in saturnū ⁊ in nocte econtra ⁊ proicit ab ascendēte. Nec cures tūc vtrū saturnus sit sub radijs solis aut non. Hec pars significat res auorum. Unde quādocūq̧ fuerit iuncta cum fortunis inuenient bonū aui. Et quociēscūq̧ iūcta fuerit malis inuenient pericula aui. ¶ Quarta pars quarte dom⁹ que dicitur pars parentele vel cognationis seu generositatis accipit in die a saturno in martem ⁊ in nocte econtrario ⁊ proicit ab ascendente ⁊ addunt desuper gradus quos perambulauerit saturnus de signo in quo ipse fuerit ⁊ ꝓicitur ab inicio eiusdem signi: ⁊ vbi ceciderit ibi erit hec pars. ¶ Et dixit albumasar post hoc aspice si fuerit hec pars in angulo ⁊ aspexerit eam aliquis dn̄orū dignitatū signi in quo ipsa fuerit: aut sol aut dn̄s decime aut aliquis dn̄oꝝ angulorꝝ aspectu amicitie erit natus nobilis progeniei vel honeste parentele. ¶ Si aūt fuerit pars cadens ab angulis ⁊ iuncta malis aut nullus dn̄orū dignitatū signi in quo ipsa fuerit vel dn̄oꝝ anguloꝝ aspexexerit eam erit vilipendendus in parentela vel cognatione seu generositate sua. ¶ Quinta ps quarte domus que dicit pars hereditatū vel possessionū accipit in die ac nocte a saturno in lunam ⁊ proicit ab ascendente. ¶ Et dixit albumasar q̄ hec pars congruit parti regis vel regni vel quale opus operabit natus: que cum fuerit boni esse ac bene locata similiter ⁊ dn̄s eius fortunabit natus causa hereditatū ⁊ causa cultus terre ⁊ sementis ⁊ acquiret substantiā. Si fuerit vero mali esse ac male locata significat merores ac tristicias ⁊ deiectiones seu malum ⁊ horribile causa predictorum. ¶ Item habet alia pars hereditatū s̄m sapiētes persarū ⁊ est sexta pars quarte dom⁹: ⁊ hec pars accipit in die a mercurio in iouem ⁊ in nocte econtrario ⁊ proicit ab ascendente. Hec pars nec considerat in regno nec in magisterio nec in cultu terre nec in seminibus sed solum in rebus que appellant hereditarie. ¶ Septima pars quarte domus que dicit pars cultus terre accipit in die ac nocte a venere in saturnū ⁊ proicit ab ascendēte: que si fuerit fortunata ⁊ dn̄s eius fuerit fortunat⁹ habebit natus seu querens bonū ⁊ vtile de cultu terre semēte atq̧ plantatione: eritq̧ fortunatus in eis: sl'iter accidet hoīb⁹ de p̄dictis vniuersalit in reuolutiōib⁹

annorū mundi ⁊ natis in reuolutōibus natiuitatū si sic fuerint disposita predicta. Si aūt fuerint impediti non accidet eis ex predictis bonū sed sequet eis cōtrariū. ¶ Octaua pars quarte dom⁹ ſm alchabiciū que dicit pars nobilitatis nati ⁊ eius de quo dubitat, vtrū sit quis fili⁹ patris cui attribuit aut alterius accipit in die a gradu solis in gradū exaltationis sue ⁊ proicitur ab ascendente. ¶ Nona pars quarte domus que dicit pars finiū rerum accipit in die a saturno in dn̄m domus cōiunctionis si fuerit coniunctionalis vel in dn̄m domus preuentionis si fuerit preuentionalis ⁊ proicit ab ascendente. ¶ Et dixit albumasar q̄ si fuerint hec pars ⁊ dn̄s eius in signis directe ascensionis vel fuerint alias fortunati erit finis rerum nati vel querentis bon⁹ vel laudabilis esse: si aūt fuerint in signis tortuosis vel fuerint impediti erunt fines earū mali. Et si fuerit vnus ex eis in signo directo ⁊ alter in signo tortuoso erūt fines impliciti nec ex toto boni nec ex toto mali. ¶ Et dixit albumasar post hoc reuertet res ad hoc quod significabit signū in quo fuerit dominus illius partis.

¶ Caplm. 8. de partibus quinte domus ⁊ de ipsarū extractione ⁊ de earum significatis.

Hic dicendū est de partib⁹. 5. domus ⁊ primū de pte filioꝝ que accipit in die a ioue in saturnū ⁊ de nocte econtra ⁊ proicit ab ascēdente. Per hanc enim ptē significat vtrū natus siue querens sit habiturus filios an non ¶ Et dixit albumasar q̄ si hec pars vel ei⁹ dn̄s fuerit in signo multoꝝ filioꝝ habebit hic multos filios. ⁊ si fuerit in signo paucoꝝ filioꝝ paucos habebit filios. Et si fuerit in signo sterili nō habebit filios. Si aūt significauerit hec pars filios fueritq̄ fortunata ⁊ boni esse viuent filij. Si aūt fuerit impedita significat q̄ non viuent. Et dixit significat etiā vniuersale esse filioꝝ ⁊ qualit se habebūt erga patrē: ⁊ qualiter vn⁹ diliget vel odiet alium. Et dixit q̄ accipit q̄d fuerit de signis inter hanc ptē ⁊ dn̄m ei⁹: ⁊ ponit vnicuiq̄ signo filius Et dixit si aūt fuerit int eos signū cōe multiplicabit numer⁹ eiusdē signi: q̄m ponent ei duo filij vbi prius ponebat vn⁹. Et dixit ⁊ si fuerit planeta inter eos numerabit ei vnus fili⁹ sicut dictū est de fratrib⁹ supra. ¶ Secūda pars quinte dom⁹ que sigt horā in qua debet esse fili⁹ ⁊ numerū filioꝝ ⁊ vtrū masculi an femine accipit in die ac nocte a marte in iouē ⁊ p̄icit ab ascendente ⁊ hoc ideo q̄m effectus filioꝝ significant p iouem p̄pter caliditatē ⁊ humiditatē nature tpatā ⁊ causā incremēti: ⁊ significationē martis sup calorē: ⁊ propter ei⁹ motū ⁊ delectationē ⁊ cōcupiscentiā coit⁹ naturalē vel qui fit magis in viris. Et quia nō pōt fieri fili⁹ nisi p coitū viroꝝ ⁊ mulierū ⁊ p calorē naturalē atq̄ humiditatē illi connexam hec fiunt causa extractionis hui⁹ ptis ab eis. ¶ Et dixit hermes si prima ps ⁊ ceteri significatores filioꝝ significauerīt nato siue querēti filios q̄ hec ps sigt numerū coꝝ: ⁊ cū hoc q̄n peruenerit iupiter ad hanc ptem siue locū eius p corp⁹ vel p aspectū trinū vel sextilē: ⁊ eo forti⁹ si fuerit cū receptione: qr si coiuerit tūc sigt q̄ gignet filiū in eadem hora si tamen etas p̄miserit. ¶ Et dixit albumasar si fuerit in signo masculino erunt plures filij eius masculi: ⁊ si fuerit in signo feminino erunt plures femine. Et dixit si aūt singificauerint significatores nato seu querēti multitudi-

n eiu filioꝝ aspice hanc ptē ⁊ dn̄m eius in quo signo sit: qm̄ hoc significat q̄ erunt ei filij fm numeꝝ annoꝝ minoꝝ dn̄i ptis aut medioꝝ vel maioꝝ. Et dixit ⁊ fortassis augebunt ei aspicientes fm numerū annoꝝ eoꝝ. ¶ Tercia ps quinte dom⁹ que significat filios masculos accipit̄ in die ac nocte a luna i iouem ⁊ proicit̄ ab ascendēte. ¶ Alchabiti⁹ dixit q̄ accipit̄ in die a dn̄o domus lune in lunā ⁊ in nocte ecōtrario ⁊ ꝓicit̄ ab ascendēte. Et extrahit̄ hec pars sic qm̄ luna significat iuuentutē ac minorē etatē que ex quo generat est fortior in generādo q̄ senilis vel etiā collecta: ⁊ opationes nature debēt esse nobiliores in etate illa seu potentiores q̄ in alijs ꝓpter ꝓximitatē natiuitatis. Preterea generare masculos est nobili⁹ q̄ generare feminas: qm̄ masculi sunt agentes: femine vero patientes: ⁊ actio est nobilior ac dignior passione: ⁊ iupiter est significator effectus filioꝝ ⁊ creationis atq̄ incremēti eorū ⁊ maxime masculinoꝝ: ideo numerauerūt sapiētes ab eis hanc ptē. ¶ Theophilus vero ⁊ quidā alij sapientes ꝑsidi visi sunt velle aliud dicere. Sed albumasar habuit dictū hermetis ꝑ autētiori. Dixerūt siqr̄ illi q̄ hec pars auxiliabat̄ fortune nati quēadmodū ⁊ ps fortune: nec hoc impugnat̄ a sapiētibus illi⁹ tpis. ¶ Quarta ps quinte dom⁹ que sig̃t esse filiarū fm alchabiciū accipit̄ in die ac nocte a luna in venerē ⁊ proicit̄ ab ascendēte. ¶ Quinta ps quinte dom⁹ ꝑ quā scit̄ vtrū cōcept⁹ sit masculus aut femina accipit̄ in die a dn̄o domus lune ⁊ in nocte ecōuerso ⁊ proicit̄ ab ascendente. Et si ceciderit in signo masculino tunc natus aut ille de quo querit̄ erit masculus. Si in signo feminino erit femina.

¶ Capl̄m. 9. de partibus sexte domus ⁊ de ipsarum extractione ⁊ earum significatis.

Narratio partiū sexte domus ⁊ primū de parte infirmitatū ⁊ accidētiū atq̄ vicioꝝ insepabiliū que accipit̄ in die a saturno in martē ⁊ in nocte ecōtrario ⁊ ꝓicit̄ ab ascendēte. ¶ Secūda ps sexte domus que dicit̄ ps infirmitatū tam sepabiliū q̄ insepabiliū accipit̄ in die ac nocte a mercurio i martem ⁊ ꝓicit̄ ab ascēdēte. ¶ Tercia pars sexte dom⁹ que dicit̄ ps seruorum fm alchabiciū ⁊ fm theophilū accipit̄ in die a mercurio in lunā ⁊ in nocte ecōtrario ⁊ proicit̄ abscēte. fm vero hermetē cui⁹ sentētia fuit habita ꝑ autencio ri a sapientibus accipit̄ in die ac nocte a mercurio in lunam ⁊ proicit̄ ab ascendente. Et hoc ideo quoniam ipse ⁊ alij sapientes illis temporibus considerauerunt seruos ⁊ ancillas ⁊ vt plurimum ministros ⁊ pedissequas ⁊ legatos esse non bene fideles ⁊ cito mutabiles ⁊ hoc ad contrariū dominorum suorum potius q̄ ad eorum vtilitatem attribuerunt omnia hec ⁊ alias res veloces ac velocis mutationis istis planetis leuioribus. Et ob hoc extraxerunt hanc partem ab eis: que si fuerit fortunata ⁊ boni esse similiter ⁊ eius dominus significat natum seu querentem habiturum bonum ex predictis partis significatis. Si autem fuerint impediti significat contrarium. Et si fuerit pars boni esse ⁊ eius dn̄s fuerit impedit⁹ vel econtra sig̃t q̄ habebit ex eis bonū deinde accidet illi cōtrariū. Et si fuerit hec pars in signo multoꝝ filiorū habebit ille multos seruos ac multas ancillas seu alios seruitores

Et si fuerit in signo paucoꝝ filioꝝ paucos habebit seruitores. Si aũt fuerit in signo sterili carebit penitus eis. Et hoc idẽ accidet in reuolutionib⁹ de ꝑdictis partib⁹ illis qui habuerint eos. ¶ Theophilus ⁊ quidã alij dixerunt ꝙ hec pars accipit a mercurio in partẽ fortune. ¶ Albumasar magis laudauit dictũ hermetis. ¶ Quarta pars sexte domus que dicit̃ pars captiuoꝝ ac vinctoꝝ accipit̃ in die a dño dom⁹ solis in solẽ ⁊ in nocte a dño dom⁹ lune in lunã ⁊ proicit̃ ab ascendẽte que si ceciderit in bonũ locũ ab ascẽdẽte ⁊ fuerit cũ aliqua fortunaꝝ liberabit̃ querens siue captus a captione illa. At si ceciderit in locũ malignũ ⁊ cũ malis sig̃t capto seu vincto malũ ⁊ horribile: ⁊ forte sig̃t mortẽ capti: maxĩe si dñs decime aspexerit. ¶ Et dixit albumasar si aũt fuerit in domo sua sol in die aut luna in nocte vn⁹ ex eis erit significator. Et dixit post hoc aspice illũ ex eis q̃ fuerit significator in quali loco fuerit ex circulo ⁊ a quo separ̃ vel cui iungat̃ ⁊ opare ꝺm hoc. Idem intelligas in reuolutionibus.

¶ Capl'm. 10. de partibus septime domus ⁊ de ipsarũ extractione ac de ipsarum significatis.

Sermo de partib⁹ septime dom⁹ ⁊ primo de pte ꝯiugij viroꝝ que accipit̃ in die ac nocte a saturno in venerẽ ⁊ ꝓicit̃ ab ascẽdẽte: ⁊ extraxerũt eaꝫ hermes ⁊ alij sapientes ab istis duob⁹ planetis: qm̃ saturn⁹ habet significare antiquitatẽ ⁊ res durabiles ⁊ cõiugiũ debet esse de reb⁹ durabilib⁹: ⁊ habet etiam saturn⁹ significacionẽ super masculinitatẽ ⁊ ven⁹ habet significationẽ sup feminitatẽ: ⁊ masculinitas debet precedere feminitatẽ ꝑ naturã masculinitatis ⁊ actionis. Que pars si fuerit boni esse ac bene disposita sig̃t cõiugiũ aptũ ac bene fortunatũ: ⁊ ꝙ ꝓficiet nat⁹ seu querẽs: ⁊ bonũ sequet̃ ex matrimonio illo: ⁊ sig̃t etiã ꝙ cõtrahet mr̃imoniũ cũ pulchra muliere atqꝫ decenti. Si aũt fuerit impedita sig̃t ꝙ cõiugiũ erit malũ atqꝫ nocibile: ⁊ ꝙ sequet̃ ex eo damnũ ⁊ ꝑiculũ atqꝫ inquietudinẽ cũ aduersitatib⁹. Videbis etiã si iupiter ꝑuenerit ad ptẽ istã vel aspexerit eã aspectu laudabili: quoniã tunc erit cõiugiũ laudabile si fuerit ea hora consumatũ. ¶ Et dixit albumasar cũ fuerit hec pars cũ dño signi in quo fuerit vel aspexerit eam sol ⁊ luna ⁊ dñm ei⁹ aspectu forti ⁊ laudabili sig̃t ꝙ iunget̃ natus siue querens cum aliqua de sua parentela. Hoc idem intelligas de coniugijs que facta fuerint in reuolutionibus quando pars predicta vel eius dñs fuerit ita dispositus sicut dictum est. ¶ Dixit albumasar secunda pars coniugij virorum quam narrauit vuellius accipit̃ in die ac nocte a sole in venerẽ ⁊ proicit̃ ab ascendente. ¶ Tercia pars septime domus est pars calliditatis ⁊ ingenij virorum erga mulieres ⁊ est similis parti coniugij viroꝝ ꝺm vuellium. ¶ Quarta pars septime domus est pars coitus virorum cum mulieribus: ⁊ est similis parti coniugij virorum vuellij. ¶ Quinta pars septime domus que dicitur pars luxurie atqꝫ fornicationis virorum accipit̃ in die ac nocte a venere in saturnũ ⁊ proicitur ab ascendente que si fuerit in bono loco erit coniugium laudabile ⁊ ꝙ viro succedet quã voluerit ex mulierib⁹. Si aũt fuerit male locata erit cõiugiũ vitupabile nec poterit ex eis vnã succedẽ. Et dixit albumasar si aũt fuerit in signo significãte coitũ impedita erit vir multi coitus lasciu⁹ ⁊ fornicator.

Si autem fuerit fortunata erit vir multi coitus: ⁊ eius coitus erit ex pte laudabili. Et dixit in significatione partis lasciuie ⁊ fornicationis virorũ si ceciderit dñs ptis nuptiarũ virorũ quã narrauit hermes cum pte vuellij aut fuerit dñs partis huius aspiciens partẽ nuptiarũ virorum fornicabitur cum muliere anteq̃ coniungatur ei per modũ matrimonij ⁊ diuulgabitur res postq̃ erit fornicator. ¶ Pars sexta septime domus que dicitur pars coniugij mulierũ dixit hermes q̃ est similis cause coniugij virorum ⁊ accipitur in die ac nocte a venere in saturnum ⁊ proijcitur ab ascendẽte. ¶ Et dixit albumasar q̃ hec pars congruit parti cult⁹ terre. Vuellius vero accipiebat eam in die ac nocte a sole in martem ⁊ proijciebat ab ascendente. hermes tamẽ fuit autentior eo Si fuerit hec pars ⁊ dñs eius bene dispositi ac boni esse significabũt fortunã mulierum per coniugium. Si vero fuerint impediti significabunt merores ⁊ tristicias ⁊ afflictiones seu tribulationes quas inueniet causa coniugij ⁊ erit mulier lasciua. Item accipiebat eam vuellius alio modo ⁊ meli⁹ accipiebat enim eum in die ac nocte a luna in martem ⁊ proijciebat ab ascendente: ⁊ iste modus magis placuit albumasar: ⁊ hec est pars septia. ¶ Octaua pars septie domus dicitur pars ingenij atq̃ calliditatis mulierũ erga viros. dixit hermes q̃ est similis parti coniugij mulierum. ¶ Nona pars septime domus que dr̃ pars voluptatis ⁊ delectationis accipitur in die ac nocte a venere in graduz ⁊ minutum septime domus ⁊ proijcitur ab ascendẽte. ¶ Decima pars septie domus que dicitur pars lasciuie mulierũ ac turpidinis earum dixit vuellius est similis parti coniugij mulierum que accipitur in die a venere in saturnum ⁊ proijcitur ab ascendente. Que cũ fuerit boni esse ac bene disposita placebit mulieri coniugium suum ⁊ laudabit illud. Si vero fuerit mali esse ac male disposita displicebit ei coniugium suũ ⁊ blasphemabit illud ⁊ tristabit̃ ⁊ affligetur causa illius ⁊ nitetur in calliditatem ⁊ ingenij deceptionem virorũ. Et si fuerit hec pars boni esse ac bene locata aut fuerit insignis calliditatis ⁊ ingenij q̃ sunt leo sagittarius capricornus ⁊ pisces seducet mulier quẽ voluerit ex viris. Si vero fuerit extra signũ calliditatis ⁊ ingenij aut fuerit alias male locata non poterit seducere aliquem ex eis. Et in significatiõe partis coniunctionis ⁊ coitus eorum. Et si fuerit in signo significante coituz impedita erit turpis fornicatrix mala lasciua. Si vero fortunata in signo significante coitũ erit multe voluptatis in coitu ex parte tamen conuenienti. Et in significatõe partis lasciuie mulierũ ⁊ turpitudinis earum. ¶ Et dixit albumasar si fuerit pars coniugij mulierũ quam narrauit hermes cum hac parte quam narrauit vuellius ⁊ dñs huius ptis si fuerit cum parte coniugij fornicabitur cum viro postea coniungetur ei. ¶ Undecima pars septime domus que dicitur pars religionis ⁊ honestatis mulieris accipitur in die ac nocte a luna in venerem ⁊ proijcit̃ ab ascendente. Et dixit hec pars est filiarũ: que si ceciderit in signo fixo vel in aspectu alicuius ex dominis dignitatũ signi in quo ipsa fuerit vel alicuius fortune mulier erit honesta ac religiosa etiam si sit ꝯcupiscens coitũ Si vero aspexerint eã mali sine receptõe fueritq̃ in signo mobili erit mulier nimie voluptatis in causa coitus dans se viris ac inuitans eos ad coitũ ⁊ pro vili precio: eritq̃ omnimode fornicatrix. ¶ Duodecima pars septie domus

SI fuerit tibi cordi velle scire vtrum in reuolutione quam q̃ris sit futura copia oliuarum an non: voluerisq; scire vtrum sit vile futurum aut carũ oleum minue locum mercurij de loco lune et residũo adde gradum et minutũ signi ascendentis et proijce ab ascñte dando vnicuiq; signo .30. grad' p grad' equales et vbi finit' fuerit numer' ibi erit hec pars. ¶ De parte nucum.

CUm volueris scire vtrũ sit abundantia nucũ in anno illo seu reuolutõe illa an non minue locum mercurij de loco martis et residuo adde grad' signi ascendentis et proijce hoc ab ascendente et vbi finiet numer' ibi erit hec pars quam iudicabis vt dictum est de alijs.

¶ De parte bambaxij et aliorum coniunctorum.

ET si volueris scire dispositionẽ bambaxij ac ipsius esse et ceterorũ minutorum vita carentium nimia siccitate et amantium tpatam humiditatẽ vt miliuz panicũ melica faseoli et similia licet bambaxiuz non affectat nimiã humiditatem tamen computatur inter ista: accipitur hoc modo minues scz locum mercurij de loco veneris et residuo adde gradus signi ascendentis et proijcies ab ascendente vt vbi finitus fuerit numerus ibi erit hec pars.

¶ De parte melonum citrullorum cucumerorum atq; cucurbitarum.

AD sciendum vtrum sit abundantia melonum citrullorum cucumeroꝝ et cucurbitarum an non minue locuz mercurij de loco saturni et residuo adde grad' signi ascendentis et vbi finitus fuerit numer' ibi erit pars: de qua sicut de ceteris alijs iudicabis. ¶ De parte venatorum.

CUm volueris scire vtrũ venatio sit in reuolutõe illa an non minue locũ capitis draconis de loco saturni et residuo adde grad' signi ascendent' et incipe proijcere ab ascendente et vbi finierit numer' ibi erit hec pars: iudicabis de ipsa vt de alijs. ¶ De parte humiditatis et siccitatis.

AD scientiam humide et sicce reuolutiõis habendam minue in die locũ lune de loco veneris et in nocte econtrario et residuo adde gradus signi ascendentis et proijce ab ascendẽte et vbi finitus fuerit numerus ibi erit pars quam queris: de ipsa vt de alijs est iudicium. ¶ De parte rerũ salitarum.

AD sciendum forum rerum salitarum per quam ipsarum et salis poteris percipe statum licet forte non ad vnguem tñ ad vtilitatem minue locũ martis de loco lune et adde residuo grad' signi ascendentis et pijce ab ascñte et vbi finit' fuerit numer' ibi erit hec pars. ¶ De parte ciborum dulcium.

AD sciendum esse ciborũ dulcium minue locum solis de loco veneris et residuo adde gradus signi ascendentis et vbi finitus fuerit numerus ibi erit hec pars.

¶ De parte ciborum amarorum.

AD sciendum esse ciborum amarorum minue locum mercurij de loco saturni ⁊ residuo adde gradus signi ascendentis ⁊ vbi finitus fuerit numerus ibi erit hec pars.

¶ De parte ciborum acrium.

AD sciendum esse ciborum acrium minue locum saturni de loco martis ⁊ adde residuo gradus signi ascendentis ⁊ proijce ab ascendente ⁊ vbi finitus fuerit numerus tuus ibi erit hec pars.

¶ De parte ciborum acutorum.

AD sciendum esse ciborum acutoꝝ atqꝫ herbarum acutum saporem habentium minue locū martis de loco saturni ⁊ adde residuo gradꝰ signi ascendentis ⁊ proijce hoc ab ascendente.

¶ De parte medicaminum dulcium.

AD sciendum esse medicaminū dulcium purgantiuꝫ minue locum solis de loco lune ⁊ residuo adde gradus signi ascendentis ⁊ vbi finitꝰ fuerit numerus ibi erit hec pars.

¶ De parte medicaminum acrium.

AD sciendum esse medicaminū acrium minue locū saturni de loco iouis ⁊ adde residuo gradus signi ascendentis ⁊ proijce ab ascendente ⁊ vbi finitus fuerit numerus ibi erit hec pars.

¶ De parte medicaminum salsorum.

AD sciendum esse medicaminum salsorum minue locum martis de loco lune ⁊ adde residuo gradꝰ signi ascendentis ⁊ proijce hoc ab ascendēte ⁊ vbi finitus fuerit numerus ibi erit pars illa.

¶ De parte dispositionis anni.

EST alia pars est que videtur comprehēdere omnes supradictas ⁊ videtur ꝙ ipsa sit ita correlatiua cum eis ⁊ ipse cum ea ꝙ ipsa generetur ex eis ⁊ ꝙ ipse generentur ex ea: ⁊ illa dicitur pars bone dispositionis siue vbertatis anni que accipitur a luna in mercuriū ⁊ proijcitur ab ascendente ⁊ vbi finitꝰ fuerit numerus ibi erit hec pars: cuius iudiciuꝫ erit sicut ⁊ aliarum. Qđ si acciderit aliqñ ꝙ planeta cuius locū vis extrahere de loco alterius sit plus in signis ⁊ gradibꝰ atqꝫ minutis illo a quo debes eum extrahere adde illi minori a quo extrahitur .12. signa: postea poteris extrahere qđ volueris ⁊ illi residuo adde gradꝰ ⁊ minuta signi ascendentis ⁊ ꝓijce ab ascendēte dando vnicuiqꝫ signo 30. gradꝰ per gradꝰ equales ⁊ vbi finitꝰ fuerit numerꝰ ibi erit locꝰ: iudicabis sicut dictum est de alijs.

¶ De regionibus vbi hec erunt.

AD sciendum in quibus regionibꝰ deuenient accidentia supradicta: considerabis ex qua parte sit dñs ascendentis vel decime vel septime vel quarte vtrū in parte orientali vel meridionali vel occidentali vel septentrionali vel in signis orientalibꝰ que sunt aries ⁊ eius triplicitas: vel meridianis que sunt taurus ⁊ eius triplicitas: vel occidentalibus que sunt gemini ⁊ eius triplicitas: vel septentrionalibus que sunt cancer ⁊ eius triplicitas.

¶ De tempore quando hec erunt.

AD sciendum vero tempus in quo debent accidere significata partium predictarum ⁊ in qua quarta illud significatum adueniat aspice partem quam volueris: que si ceciderit in ascendente vel inter ascendens ⁊ quartam accidet eius significatum in prima quarta illius reuolutionis anni siue illius temporis in quo debet accidere illud significatum. Si autē fuerit in quarta

vel inter quartam et septimam accidet in secunda quarta. Si vero fuerit in septima vel inter septimam et decimam accidet in tercia quarta. At si fuerit in decima vel inter decimam et ascendens accidet in ultima quarta illius temporis: et prout fuerit magis prope angulum accidet velocius: prout vero fuerit magis remota ab ipso accidet tardius.

Capitulum ultimum de numero significatorum quarumlibet partium.

Quelibet pars habet duos significatores ad minus naturaliter licet sint ex eis alique que sunt aliquando contente uno significatore tantum sicut est pars substantie cum ipsa ceciderit in secunda: et sicuti est pars itineris cum ipsa ceciderit in nona. Et quedam partes sunt que habent tres significatores duos a quibus extrahitur pars: et unum ex domo in quam ipsa ceciderit que non fuit alicuius illorum duorum. Et alique partes sunt que habent quatuor significatores duos a quibus extrahitur pars: et tercium ad quem pervenitur: et quartum a quo incipit proijcere. Et confortatur pars que est contenta uno significatore cum aspexerit eam significator eius. Pars vero que habet duos significatores confortatur cum aspexerint eam utrique sui significatores et maiorem spem dant perficiendi quod pars intendit: tamen dominus domus in quam ceciderit pars erit dignior. Si vero fuerint parti tres significatores et duo aspexerint eam: tercius vero non aspexerit non erit tanta fortitudo partis in perficiendo quod pars intenderit. At si unus tantum aspexerit et duo non aspexerint erit iterum eius fortitudo minor ad id. Si quidem nullus ex eis aspexerit erit iterum minor et cum gravitate atque duricia in revolutione fiet quod de re factum fuerit. Idem dicas si fuerint significatores salui secundum eorum saluationem. At si fuerint impediti dicas secundum eorum impedimentum. Nam si fuerint omnes impediti vix aut numquam apparebit significatum illius partis. Et si aspexerint significatores partem aspectu laudabili videbit ille qui speraverit id quod intendit inde. Si autem aspexerint cum inimicitate accidet ei malum et contrarietas illa de causa. Posset esse quod nullus ex planetis habentibus partem in parte aspiceret eam: et alius qui naturaliter significat id quod significat pars aspiciat eam tunc fieret inde aliquid licet non ex toto: ut si iupiter aspiceret partem substantie qui naturaliter habet significare substantiam nec alij significatores aspicerent eam: vel aspiceret venus partem coniugij: nec alij significatores aspicerent eam significaret aliqualem effectum rei: vel esset scientia de parte servorum seu famulorum et non aspiceret aliquis significator partem sed aspiceret eam mercurius qui naturaliter habet significare servos et famulos: sed erit hoc infra significatum significatoris partis: et erit illud occasione cuiusdam qui intromittet se de re illa forte irrequisitus. Et si ille aspiciens partem habuerit dignitatem aliquam in domo in qua fuerit accidet hoc ex parte qua sperabat intendens vel alicuius sui noti. Si autem fuerit peregrinus accidet hoc ei nesciens unde. Et si fuerit planeta aspiciens partem infortunatus non recipiens partem: vel fuerit impeditus erunt in eo motiones et rumores et non perficietur aliquid de hoc quod significavit pars.

Et dixit albumasar post hoc aspice infortunatum si fuerit in angulo aut in succedenti angulum et fuerit directus erit destructio siue impedimentum postquam putabitur perfectum. Quod si fuerit saturnus illud infortunans erit impedimentum alicuius sui longevioris. Si autem fuerit iupiter erit causa religiosorum vel iudicum

⁊ aliorum ingredientium inter eos. Si vero fuerit mars erit aliqua cõtentio causa eius. Si quidez fuerit sol erit causa regis vel diuitum. At si fuerit ven⁹ erit causa mulierum. Sed si fuerit mercurius ⁊ ipse impeditus erit causa alic⁹ negociatiõis. Et si fuerit luna ⁊ ipsa fuerit aucta lumine ⁊ numero erit causa q̇ res sit augmẽtata. At si fuerit minuta lumīe erit causa q̇ res sit deteriorata ⁊ diminuta. ¶ Dixit alchabicius pars que dr̄ regni atq̃ imperij que exercet in reuolutione annorum mundi accipitur a marte in lunam et proijcitur ab ascendente coniunctiõis que significauit mutationẽ regni. Idem intelligas in sectis quia quodãmodo sunt regimen ⁊ dominium: ſm vero alios accipit a gradu ascendentis coniunctionis in gradum coniunctionis et proijcitur a gradu ascendentis reuolutionis: ſm autez quosdam alios accipitur a gradu solis in gradũ medij celi reuolutõis ⁊ proijcitur a gradu iouis: ⁊ hec sentẽcia videtur mihi magis conueniens. ¶ Pars tpis eleuationis regni que habet significare ipsius durabilitatẽ accipitur hora eius eleuationis siue intronisationis in die a sole in. 15. gradũ signi leonis ⁊ proijcit a gradu lune: in nocte vero accipitur a gradu lune vsq̃ in. 15. graduz signi cancri ⁊ proijcit a gradu solis. ¶ Est ⁊ alia pars regni siue imperij que accipitur hora ipsi⁹ eleuatiõis in die a sole in saturnũ ⁊ in nocte econtrario ⁊ proijcitur ab ascendente reuolutionis anni in quo eleuatus est rex siue imperator ⁊ quiuis alius ad laycalẽ dignitatem promotus. ¶ Et dixit alchabicius q̇ si fuerit iupiter in signo cõmuni ⁊ fuerit reuolutio diurna: fueritq̃ iupiter cadẽs ab angulis accipitur a saturno in iouem ⁊ addunt. 30. gradus ⁊ proicitur ab ascendente reuolutõis anni in quo surrexit rex. Si vero fuerint inuicẽ oppositi fuerintq̃ ambo cadentes ab ascendente tunc accipitur medietas graduũ qui fuerint inter eos ⁊ proijcitur ab ascendente. Qđ si fuerit iupiter in cancro ⁊ fuerit reuolutio nocturna accipitur hec pars a ioue in saturnũ ⁊ proijcit ab ascendente. ¶ Dixit alchabicius prima ex partib⁹ quibus perpenditur durabilitas regni per eius eleuationem est vt aspicias horam eleuationis regni quo peruenit profectio anni a coniunctione triplicitat' que significauit regnũ siue sectam ex numero quo datur omnibus. 30. gradibus annus ⁊ omnibus duobus gradib⁹ ⁊. 30. minutis mensis vnus. Et cũ sciueris in quo signo vel gradu fuerit hoc serua illud quia hic erit locus a quo equabis primam partez: ⁊ cũ volueris aptare eam aptabis ascendens reuolutionis anni in quo surrexit rex siue ipse electⁿ: post hoc accipe a planeta orientali a sole ex saturno vel ioue ipso anno vsq̃ ad gradũ equationis partis prime quẽ seruasti ⁊ proijce ab ascendente reuolutionis ⁊ quo peruenerit ipse erit locus partis prime. ¶ Pars vero secũda est vt aspicias a coniunctione in qua surrexerit regnum siue imperium ad qđ signum siue ad quez gradum perueniat profectio anni ex numero quo datur omnibus. 30. gradibus annus in mense ⁊ in die in quo surrexerit rex ⁊ ipse est locus equationis partis secunde serua quoq̃ eum: post hoc accipe a planeta orientali a sole a saturno scz atq̃ ioue vsq̃ ad locum equationis partis scđe quam seruasti ⁊ proijce illud ab ascendente reuolutionis ⁊ quo p̄uenerit ipse est locus partis secunde. Hẽ sunt partes que significant fortitudinez regis ⁊ eius durabilitatem.

¶ Incipit tractatus de natiuitatibus ⁊ earum accidentibus ⁊ alijs que ad ipsas natiuitates vniuersaliter ⁊ particulariter spectare videnẗ prohemium



Um fere tota intentio astrologie pricipaliter circa duo videatur scz circa natiuitates ⁊ circa reuolutiones: primordialiter tñ circa natiuitates: circa vero alia scđario videtur mihi conueniens ac valde oportunũ intentiõe fida totoqꝫ mentis affectu id quod mihi diuina prestitit bonitas iuxta illud quod mea paruula scientia pandere poterit ad studentium vtilitatem fideliter explicare: nostrorumqꝫ predecessorum vestigia prosequi iuxta posse ptholomei scz ac albumasar hermetis abomar alboali alchindi yergis dorothij ⁊ aliorum qui ad nostram vtilitatem in hoc opere vniuersaliter atqꝫ particulariter studuerunt.

¶ Excusatio quare delatus est iste tractatus vsqꝫ nunc

NOn miret̃ aliqs ex studere volentibus nec insurgat quisqꝫ inuidus neqꝫ maledic⁹ vel detractor si tractatus natiuitatũ postponitur alijs tractatibus supradictis: licet natiuitates cuncta precedant in alijs tractatibus accidentia nominata: quoniã licet natiuitas accidentia nati cuncta precedat tñ cunctorum scibilium grauius ac fortius reperitur: ideoqꝫ cunctis alijs p̃fatis scibilibus fuit ipsius tractatus merito postponendus: non enim potest sciri a rudibus non ab introducendis vel quodãmodo introductis seu exuberãtis nec ab aliqb⁹ alijs nisi a sapiẽtib⁹ atqꝫ prouectis: ⁊ ob hoc postponit̃ aliquib⁹ tractatibus: quoniam illi possunt sciri a minus scientibus: hic autem non sic: nullum enim ens a luminari circulo contentum tractatu natiuitatum fortius reperitur: per natiuitates enim oportet ꝙ sciantur omnia accidentia nati que ab hora natiuitatis vsqꝫ in finẽ vite sue sibi debeant naturaliter euenire: similr̃ ⁊ quid de ipso post mortem suam dicatur.

¶ Capitulum secundũ ꝙ ad esse vniuscuiusqꝫ hoĩs duo principalr̃ requirunt̃

QUoniam ad esse vniuscuiusqꝫ hominis duo principaliter requiruntur: primum scz atqꝫ scđm crede fore conueniens in hoc capitulo scz primũ de primo: secundo de scđo quid vnumquodqꝫ ⁊ in quibus valeat licet alias aliqđ de his tetigeri ⁊ in quo differant facere mentionẽ vt ex his que dicent̃ rectius percipiat̃ ordo cum a deo sit: quoniã quicquid a deo est ordinatũ est.

¶ Est igitur iniciũ primi pricipij casus seminis in matricẽ ex quo non subito sed in tempore generat̃ fetus. Unde si habeatur hora illa ꝙ in paucis venire consueuit scietur per illud principium quod de illo concepto vsqꝫ ad horam ipsius exitus ab vtero materno sit futurum: ⁊ erunt accidentia illius concepti ſm̃ dispositionẽ ⁊ ſm̃ esse stellarũ circũdantium que significabunt accidẽtia corporis vsqꝫ dum animetur ⁊ corporis ⁊ anime postqꝫ anima fuerit infusa imediate vsqꝫ dum in vtero steterit: quoniã ex quo semen inicitur in matricẽ accidit ei locatio in ipsa variatio dilatatio incrementũ membrorꝫ cõpositio ipsorũqꝫ naturalis diuisio: ⁊ similibus similium nutrimentalis adaptatio de quib⁹ nõ posset haberi certitudo sicut potest de natiuitate: Natiuitas nanqꝫ

omnino est finis intra: prima vero causa est finis extra: operatio vero est finis tam intra q̄ extra. Principium enim natiuitatis est certū alia vacillant: qm̄ si casus seminis in matricē esset perfectum principium videretur iam q̄ principium natiuitatis esset superfluū: potest tamen casus seminis dici principiū imperfectum similiter ⁊ alia que sunt ante natiuitatem. Ueruntamen potest haberi de ipsis scientia per questionem per quam videtur negocium inouari sicut inouatur causa post sentenciam per appellationē. Et licet dicant quidā ficticij atq̄ detrahere nitentes q̄ casus seminis in matricem sit principium ad omnia accidentia nati vsq̄ in finem vite sue quod est manifeste contra omnē veritatem ⁊ falsitati consonum q̄ semen hoīs appellatur non est ita vt dicūt: nulla enim pars integra seu integralis potest ꝑficere aliquam rem sine alteri⁹ iuuamento: imperfectio enim non facit ad nobilitatem: vna enim forma non potest esse in diuersis materijs numero eoꝝ que habent ad inuicē ꝯnexionez vnum potest tolli sine alio anteq̄ cōnectantur: casus nanq̄ seminis est velut iter ad accidētia nascendi: infusio est velut ianua: natiuitas est tanq̄ introit⁹ ad ipsa. Est autem superfluum vt quod potest haberi per vnum vel fieri per vnum fiat per plura: non enim est de intentione nature que semper ad melius est intenta impedire vel implicare seipsam.

De secundo principio

Aliud principium scz secundum respicit accidentia nati ab hora natiuitatis illius vsq̄ in finem vite sue. Unde in hoc differunt ista duo principia: quoniam primum respicit accidentia concepti ab hora casus spermatis vsq̄ ad horam natiuitatis ⁊ in ista hora expirat dispositio ipsius. Secundū vero quod efficacius ⁊ verius ⁊ nobilius primo in toto esse nati licet causet tanq̄ forma causat a materia: ⁊ ob hoc nobilius consideratur ab hora part⁹ vsq̄ in finē vite sue. Unde necessaria est hora natiuitatis ad omnia ⁊ singula que nato ventura sunt haberi: quoniam principium dicitur esse certissimum: ⁊ natiuitas dicitur esse tale principium qd̄ cuncta nati accidentia futura comprehendit quod in aliquo aliorum non accidit. Et est principium perfectum cui quantum ad membrorum numeri compositionem nihil deest: quoniaz in natiuitate requiritur idemptitas ⁊ certitudo ⁊ vna ⁊ eadem causa: ideo non diuersitas: in alijs inuenitur diuersitas causarum: ⁊ ideo diuersitas effectuuz diuersificantur enim effectus ⁊ multiplicantur ſm q̄ diuersificantur ⁊ multiplicantur cause. Ad concepti enim in vtero complementuz aggregant̄ plura necnon ⁊ diuersa in vnū anteq̄ nascatur: sed aggregata per solam natiuitatē conseruantur quod est proprie de intentiōe nature que quantum est in se ⁊ ex sua intentione digniora semꝑ ⁊ meliora preponere intendit: ⁊ perfectio facit ad nobilitatem: quoniaz dum conceptus manet in vtero est in motu: ⁊ quod est in motu non est in termino siue in fine sed est in via scz in operatione imꝑfecti que est coniuncta motui: cum autem est in termino est in perfectione: naz terminus siue perfectio ⁊ via siue motus contrariant̄ sibi inuicem: vnde per-

fectio tollit motū. Conceptus enim dum est in vtero est in via donec abrumpantur cotilidones ordine naturali: ⁊ tunc est in termino: quoniam est iam perfectus siue completus ⁊ desinit esse in via concepti ¶ Tunc incipit aliud principium scz secundum quod est vita hominis in qua crescit augmentatur diminuitur ac deficit: nec potest dici perfectus puer anteq̄ȝ animetur anima rationli cum ipsa sit prima perfectio: ⁊ scientia ⁊ virtus sint secunda. In natiuitate vero vterqȝ potest inueniri licet forte non vndiqȝ nec oīmode beata. In casu autē seminis nulla perfectio inuenitur: casus vero seminis est res imperfecta cui plura desunt ⁊ ex imperfecto non potest vere dici perfectum: qm̄ aliquid sibi deest. Et vocat̄ hoc principium esse hominis eo q̄ natus incipit tunc vti quinqȝ sensib⁹ corporeis naturalib⁹ quibus dum esset ī vtero libere vti non poterat ⁊ sentitur illius dilatatio manifeste atqȝ incrementum ⁊ etiā quibusdam alijs accidentibus vtitur quibus non vtebat̄ vt est loqui ridere flere ⁊ similia ¶ Iuuatur etiā esse nati virtutē stellaꝝ habentium vim hora natiuitatis in qualitatibus eius licet videat̄ forte quibusdaȝ ociosis q̄ stelle non iuuent aliquid in faciendo natum quod est multum a veritate remotum Iuuant enim stelle conceptū in perficiendo ipsum: ⁊ post perfectionem educendo ipsum salutiferū ab vtero materno. Et sicut iuuerūt eum informando post casum in vtero ante ortum: ita iuuant eum in nutriendo post natiuitatē. Et cum rei veritas ita se habeat necesse est tibi hora exitus infantis ab vtero stellarum esse vt corporis ⁊ anime ipsius nati qualitateȝ percipias obseruare vt per dominos triplicitatis ascendentis nutritioneȝ: per dominos vero terminorum directionem: ⁊ per hoc vite statum ac omnia ipsius esse vsqȝ dum vixerit possis ei ſm veritatem naturalis incessus pronosticari: atqȝ ad ea de quibus fecerit mentionem de diuersitatibus natiuitatum: ⁊ faciam infra suo loco ⁊ tempore dissimilibusqȝ accidentibus naturali atqȝ veritatis calle peruenire. Qualecunqȝ fuerit esse stellarum hora natiuitatis atqȝ ipsarum dispositiones talia erunt omnia esse nati ab ipsius natiuitatē vsqȝ in finem vite sue Quoniam esse stellarum ac ipsarum dispositiones quo ad esse nati ac eius dispositiones sunt velut continens: et esse nati ac eius dispositiones sunt sicut contentum: et contentum mutatur a continente. Unde dispositio stellarum mutat dispositiones nati ⁊ trahit eas ad suum esse nisi forte liberum arbitriū contra operetur. Sunt enim ille diuersitates atqȝ dissimilitudines plurime ita q̄ videntur quodāmodo infinite que omnes ex plurium stellarum habēt ratione implicita prouenire: quarum perscrutatio ad naturaleȝ potius q̄ȝ ad astrologum videtur pertinere: ideoqȝ naturalibus relinquendum: licet astrologus non possit hoc tam sicco pede transire quin de ipsis faciat aliquā mentionem quoniam de leui sua intentio exprimi plenarie non posset: de multis quorum tibi suo loco ⁊ tempore loquar.

¶ Capitulum tercium qualiter perscrutetur esse nati.

Nunc tibi videndum est per quem modum sm vnamquamqz speciem pronosticationis esse nati possit pscrutari atqz manifeste dep̄hendi ⁊ vires stellarum super his narrari possint naturaliqz calle prout ad mathematicum pertinet accidentia nati veraciter comprehendi: ⁊ sm figurā quantitatis ad eius qđ intendimus tam particulariter q̄z vniuersaliter veritatis cognitionē puenire. Et cum pticularia in vniuersalibus pticulariter sint sm esse vtriusqz de his posterius suo loco ⁊ tpe videbitur nec videtur hic opoꝛtunum qꝫ de quibuslibet locis figure sermo distinctus habeatur: sed de dignitatum dn̄is ⁊ quis eorum in hac re preualeat ordine debito quod ad ipsos pertinet qđqz proprium est ipsoꝝ compendiose dicatur atqz iuxta circūuolutionez alachir qđ est agentis celi stellarumqꝫ significantium virtutes natiuitatū accidentia naturali ordine iunctatim ac pedetentim sm successiua significata domoruz differantur: subtiliqz inuestigatione cuncta que nato sunt ventura in toto tpe vite sue ab hora natiuitatis vsqz in eius diem nouissimuz certius sciri possit. Que autē sint prius in supradictis inuestiganda accidentibus: videtur mihi conuenientius in horum accidentium inquisitione primum inuestigationis gradus ascendent natiuitatis ponere documentū: deinde ordinatim cetera sicut decet.

¶ Capitulum quartum de inuestigatione gradus ascendentis ignoti.

Ut in releuatione cuiusdaz dubij qđ sepissime accidere consueuit mens tua quiescat de intentione incerti gradus natiuitatis alicuius prout de ipso certificari possumus ꝯueniens est vt tibi sicut supius memini me dixisse iuxta sapientum antiquoꝝ regulas necnon ⁊ quod mihi addendum videbit capitulum ponere speciale vt de gradu cuiuslibet signi ascendent cuiuscūqz natiuitatis possis veraciter certificari. Et cum natiuitas sit primuz accidens quod euenit concepto post ipsius complementuz ac cotilidonis abruptionē necesse tibi est de ipsius ascendentis gradu reddi certū vt oēm erroꝛez vitare possis: ⁊ natum etiam de oībus suis accidentibꝰ toto tpe vite sue certificare. Et nolo te scire inuentionem huius rei subtilissime fore inquisitionis etiam plusqꝫ in libris sapientum antiquoꝝ scriptum reperiatur: non qꝛ ignorassent sed reliquerunt illud industrie sapientum.

¶ Quid est gradus ascendentis natiuitatis.

Est aūt gradus ascendentis natiuitatis gradus signi qui est in linea orientali cum abrupto cotilidōe puer nascitur: nec dicitur statim natus cū incipit apparere ab vtero materno nec nasci cum est penitus egressus ab eo: sed dr̄ nasci cum iam due partes ab eo apparuerint ⁊ residua tercia remāserit in occulto naturaliter sine tractu tpis egrediendo. Et si statim cum eius pars vltima egreditur posueris ascendens non cadet in opere tuo multū sensibilis error nec sensibiliter impediens. Si autem impedimentum aliqđ supuenerit qđ impediat naturalem modū nascendi duabus partibus transactis ⁊ tercia remanente ad egrediendum qđ ex magna tui arbitrij poteris industria deprehendere habebis quesitum: nam gradus qui tunc fuerit in linea orientali dr̄ ascendens natiuitatis illius seruatis tamen predictis de infantis apparitōe.

¶ Modus inueniendi gradum predictum.

Alius rei modus inventionis put nostroꝝ pdecessoꝝ movet auctoritas talis est. Accipies enim horã exitus infantis ab vtero materno put melius ⁊ certius quiveris cum astrolabio vel quocũq alio instrumento ad hoc apto sicuti est quadrans aut horalogiũ vel quodcũq aliud instrumentũ per quod hore discernunt sed cũ astrolabio poteris meliꝰ certificari q̃ eum aliquo alioꝝ: nec tamen cum hoc toto poteris ad vnguem certificari sine scrupulo: vnde ad omnem scrupulũ dubietatis removendũ ⁊ vt certa ⁊ constructiva de hoc ratio habeat atq ad vnguem de predictis possis ex quo habueris horam nativitatis quã proximiorẽ poteris p te vel p alterius instigationem vel obstetricũ vel similiũ certificari ⁊ ratio certa ⁊ examinata tibi possit exhiberi equabis planetas ad illam horã non bene certam ⁊ eorum loca verificabis atq .12. cuspides ⁊ eriges figurã fm ascensiones regionis in qua fueris ⁊ accipies tunc gradũ coniunctionis illi nativitati proximioris: si nativitas fuerit coniunctionalis vel gradũ pventionis si nativitas fuerit preventionalis gradũ. s. luminaris illius quod hora pventionis fuerit supra terraz Deinde aspicies almutez in gradu illo per domũ vel per exaltationẽ vel terminũ seu triplicitatẽ vel affinitatẽ solis in figura quam erexeris super hoc. Qd si omnes predicti significatores fuerint impotentes impediti atq infortunati vteris tunc dño faciei.

¶ Documentũ inventionis predicti gradus.

Alius rei documentũ est hoc videbis si dñs domꝰ aspexerit gradũ quesitũ cõiunctionis. s. aut pventionis vel presentialiter in eo fuerit: qm̃ pferendus erit dñs domus omnibꝰ alijs significatoribꝰ. Qd si hoc nõ fuerit ⁊ aspexerit eũ dñs exaltationis pferet dño domꝰ ⁊ ceteris alijs significatoribus. Sed si neuter illoꝝ aspexerit nec in eo fuerit ⁊ aspexerit dñs triplicitatis vel in eo fuerit cõsiderabis illũ. Siquidẽ ipse non aspexerit dñm termini predictis cõditionibꝰ observabis: nec tñ fm hoc iudices nisi primo ipsorum omniũ videris fortitudines: qm̃ illũ qui plures habuerit fortitudines in gradu pdicto nisi cõtra opet aspectꝰ alteriꝰ observare debebis. Si aũt oẽs pdicti planete vel plures ex eis aspexerint equaliter gradũ pdictũ ille qui plures dignitates seu fortitudines in eo habuerit dicet significator: ⁊ si in diversis gradibꝰ vel minutis ac numero differentibꝰ fuerint accipies illũ cuiꝰ numerꝰ graduũ in signo in quo est magis ppinquus fuerit gradui anguli si in angulo fuerit: vel magis propinquus soli si orientalis fuerit. Qd si nõ sic fuerit vide quis illoꝝ fuerit ppinquior gradui termini in quo fuerit primo vel vltimo ipmq illis ppones. At si oẽs fuerint equales in fortitudine atq dignitate ppones illũ qui fuerit ppior aspectu vel pñtia: Deinde pspicies ipm almutẽ sup gradũ cõiũctionis vel pventionis cui ex gradibus cuspidis alicuiꝰ angulo ꝝ propior fuerit ascendẽtis. s. aut decime vel. 7. siue. 4. Qd si fuerit gradꝰ planete almutez ppior gradui cuspidis ascñtis q̃ gradui alicuiꝰ alioꝝ angulo ꝝ: ⁊ fuerit numerꝰ graduũ quos ipse pambulaverit de signo in quo ipm inveneris eq̃lis numero graduũ signi ascendẽtis inuẽti ad ntitatẽ ambiguã qd prius inveneras p cõsiderationẽ tuã vel p alteriꝰ instructionẽ ipse erit ascendẽs quesitũ. Si aũt diversi fuerit abice tũc gradũ illũ ascendentis ambiguũ

⁊ pone ascēdēs ille numero graduū planete almutez sup̄ gradū cōiunctionis vel p̄uētionis: ⁊ ꝯm illū cōstitue ceteras domos. Si aūt fuerit ꝓpior cuspidi decime dom⁹ pone illū gradū. 10. dom⁹: ⁊ ꝯm illū cōstitue angulos ⁊ ceteras domos. Itē de. 7. ⁊. 4. idē dabis iudiciū. Deinde inuenies p̄ subtilissimā tuā inquisitionē qua hora ⁊ quo minuto hore fuerit ascendēs ille grad⁹ quem sic examinasti vel fuerit grad⁹ cuspidis alicui⁹ anguloꝝ decime. s. aut eius nadir aut nadir ascēdētis: qm̄ illa erit hora illi⁹ ntīitatis examiata: ⁊ ad illā dēs eq̄re planetas ⁊ cōstituere domos ꝯm ascēsiones regionis in qua fuerit illa natiuitas: ⁊ hoc erit ipsi⁹ ascendēs naturale: hoc dico si tu incepis ab ascendente. Si vero incepis a gradu. 10. dom⁹ incipies ab inicio capricorni ⁊ ꝯm circulū directū opaberis reducendo semp̄ in grad⁹ eq̄les ascendēs: aut inuenies ꝯm circulū regionis incipiēdo ab inicio arietis vsqꝫ i gradū quesitū. Gradū aūt cōiunctionis habes ex gradu in quo fuerit cōiūctio luminariū. Gradū vero p̄uētionis nō sic leuit̄ poteris inuenire. Nā ptholomeo teste oportebit te scire gradū illi⁹ luminaris qd̄ fuerit supra terrā hora p̄uētionis: qm̄ ille erit gradus quesit⁹. Si aūt vnū luminariū fuerit in gradu orietali: ⁊ aliud in gradu occidentali grad⁹ orietalis p̄fert̄ ⁊ erit p̄uentionis grad⁹. ¶ Sapiēsis vero dixit ꝙ grad⁹ in quo erat luna hora casus seminis in matrice erit grad⁹ ascendentis natiuitatis ⁊ ecōuerso.

¶ Capl̄m. 5. in narratione partionis natiuitatū ⁊ quorūdā ip̄oꝝ accidētiuz

Reuerendissim⁹ ille p̄decessor noster ptholome⁹ volēs accidētia natiuitatū ꝯm naturalē incessuz partiri talē modū pciendi sūpsit. Dixit nāqꝫ ꝙ quicūqꝫ naturalit̄ ea partiri voluerit inueniet qd̄ ptinet ad illud op⁹ exercendū. Dixit eni ꝙ quedā accidētia sunt q̄ cōtingūt ante partū ⁊ etiā p⁹ partū. Ante partū sicut est sermocinari de fratrib⁹ eo ꝙ possibile est ꝙ quidā sint nati ante ip̄m partū ex eisdē parētib⁹ ⁊ quidā sunt nascituri post ip̄m: ⁊ q̄daz que in ipsa hora part⁹ eueniūt: ⁊ ista nō sunt vnū ⁊ idē sed diuersa. Et dixit ꝙ accidētia que cōtingūt nato in hora part⁹ q̄ astrolog⁹ scire intēdit sunt multa ⁊ diuersa vt loqui de marib⁹ ⁊ feminis: ⁊ vtrū geminos vel plures pariet mulier pturiēs an nō: ⁊ de formis monstruosis ⁊ de his qui nō creuerūt. Et dixit de accidētib⁹ vero que post partū eueniūt sunt sermocionari de vita de qua dat̄ regula duob⁹ modis: vno ꝯm quātitatē: alio ꝯm q̄litatē. Quātitas nāqꝫ nō variat̄ nisi ꝯm ꝙ ipsa dat̄ ab ylez ⁊ alcocoden: aut eni est longa vel breuis aut mediocris. Qualitas v̄o variat̄ ꝯm dispositiones atqꝫ directiones dn̄oꝝ terminoꝝ figure natiuitatis multis modis: nā quedā est bona: quedā mala: q̄dā leuis: quedā laboriosa: quedā larga: quedā parca: quedā misera: quedā auara: quedā in bono: quedā in malo: quedā casta: quedā religiosa: quedam incesta siue luxuriosa: quedā est in furando atqꝫ depredando: quedā in lucrādo ⁊ cōseruando: quedā in dissipando ⁊ deuastando: quedā in dominando: quedā in seruiēdo: quedā in laude: quedā in vituperio ⁊ multis alijs modis quasi nō numerabilib⁹ ꝯm diuersa hoim accidentia variant̄ qualitates vite natoꝝ put ex diuersitatib⁹ diuersoꝝ motuū corpoꝝ supcelestiū concidunt ⁊ vsib⁹ hoim ⁊ eoꝝ arbitrijs sicut infra suo loco ⁊ tpe sufficient̄ dicet̄. Deinde loqui de forma ⁊ figuratione nati: deinde de infirmitatib⁹ atqꝫ impedimētis

corpori cõtingentib⁹: deinde de qualitatib⁹ aĩe atq₃ de ipsi⁹ accidentib⁹: deinde de fortunis ⁊ infortunis nati silr de regno ac exaltatione ipsiusq₃ sublimitate: deinde de ipsi⁹ opationib⁹: deinde de ipsi⁹ cõiugio ⁊ de mora faciẽda cũ cõiuge: deinde quid ex filijs ei cõtingat ac de ipsi⁹ familiaritate cũ hoibus ⁊ de amicis ac de ipsi⁹ peregrinationib⁹: vltimo iudicare modũ mortis illi⁹ Et quidã ex sapiẽtib⁹ secuti sunt ei⁹ vestigia. Ego aũt nõ tãq₃ cõtrario incessu licet diuerso ad eundẽ tamẽ finem tendẽtẽ iuxta domo℞ successionẽ ⁊ ea℞ sigcata incipiens a prima vsq₃ ad duodecimã de oĩb⁹ vt plurimũ q̃ ad natiuitatis accidẽtia ptinẽt faciã tibi mentionẽ, vt natiuitatũ leui⁹ reddat opus ⁊ facili⁹ valeas cõsequi quod intendis.

¶ Caplm. 6. de causatione mora℞ nato℞ in vteris maternis.

Causant more cõcepto℞ in vteris maternis a dispositionib⁹ corpo℞ supcelestiũ ẽm earũ tres principales diuersitates que sũt maior media ⁊ minor: quibus subalternant quedã alie medie inter istas. Nã si videris lunã in supiori parte sui epicicli: euntẽ ab oriente in occidentẽ in hora casus seminis in matricẽ vel hora questionis facte post cõceptionẽ significat ꝙ mora infantis in vtero materno est maior que cõstat ex. 288. dieb⁹ ab hora. s. casus seminis vsq₃ ad horã part⁹. Si aũt inueneris ea₃ in parte inferiori epicicli euntem ab occidẽte in orientẽ sigt ꝙ erat mora media que cõstat ex. 273. dieb⁹: ⁊ hoc si luna distiterit in questione a gradu in quo ipa erat hora casus seminis vel a gradu qui erat tũc ascendẽs. 90. gradib⁹ tm̃. Si aũt plus vel min⁹ distiterit sigt ꝙ motus circulares nõ erũt pfecti ⁊ tunc erat quedã alia mora media int istas. s. inter maiorẽ ⁊ mediã. Et si luna fuerit in gradu ascendẽtis casus seminis tũc significat ꝙ erat mora minor que constat ex. 258. dieb⁹. Qđ si fuerit supra terrã distans ab oriente vel ab occidẽte plus. 5. gradibus erit quedã alia mora in vtero media inter istas inter mediã. s. ⁊ minorẽ. At si fuerit luna recte in oppositione gradus ascendentis hora casus seminis poteris tũc errare vno mẽse ¶ Uñ dixit haly ꝙ ad vitandũ illũ errorẽ debes accipe gradus qui fuerint inter gradũ occidentẽ ⁊ gradũ lune ⁊ duplicare ipsos ⁊ diuidere p. 24. ⁊ quot exierũt erunt dies ⁊ quot remãserint infra. 24. erũt hore qm̃ luna pagit vnũ gradũ in duab⁹ horis equalib⁹ ẽm mediũ cursum. Adde ergo istos dies ⁊ istas horas horis more minoris ⁊ qđ collectum fuerit erit mora quesita: tunc minues hanc mora₃ de diebus natiuitatis ⁊ habebis qđ intendis. Si vero fuerit bisextus adde tunc. 5. horas ⁊. 59. minuta: ⁊ cu₃ eo quod tibi deuenit intra tabulas ⁊ equa lunam: nam gradus in quo tunc ipa₃ inueneris erit locus in quo ipsa erat hora casus seminis. Uide ergo quis gradus erit tunc ascendens: quoniam illud fuit ascendens hora casus seminis. Quod si fuerit luna sub terra tendens ab oriente ad occidentẽ tunc accipies quod fuerit inter gradũ ascendentẽ ⁊ lunam ex gradibus ⁊ minutis ⁊ diuide per. 24. vt dictum est ⁊ adde more medie minuens quod collectum fuerit de diebus ⁊ horis natiuitatis: ⁊ cu₃ hoc quod remanserit intra tabulas ⁊ equa lunã ad horã illam: ⁊ ẽm locũ in quo ipsam tũc inueneris inuenies ascendẽs casus seminis vt dictũ est supra.

¶ De narratione quatuor dĩarũ seu diuersitatũ natiuitatũ.

Dictū est supra q͡ drē seu diuersitates natiuitatū sunt .4. nūc de vnaq̄q͡ ipsarū singulariter faciēda est mētio. Naz vt antiqui sapiētes testantur ¶ Prīa illarū erit abortiuorū qui quasi mortui vel semimortui nascunt͛ vl͛ quorū vita nō elongat͛ tm̄ q͡ assumāt aliqd nutrimentū. ¶ Secūda vero est illorū qui assumūt nutrimētū sed nō durat i eis vita tm̄ q͡ sequāt͛ inde aliquā sensibilē vtilitatē. ¶ Tercia nāq͡ illorū est qui assumunt nutrimentū et viuunt p mēsem vel annos sed non trāscendūt annos puericie: ꝛ si transcenderint eos non tamen pueniūt ad vitā longinquā. ¶ Quarta siquidē est quorūdam qui assumūt nutrimentū ꝛ durat in eis vita donec pueniāt ad iuuētutē: ꝛ aliqñ pueniūt ad senectutē. Et huic subalternat͛ alia illorū .s. qui perueniunt ad decrepitā ꝛ moriunt͛ ex senio: licet paucis hoc accidat quorū auus meus fuit vnꝰ quem ego vidi mori absq͡ occasione manifesta nisi q͡ spūs vitales recesserūt cadauere derelicto: habebat eni .120. annos de quibꝰ oibꝰ ordine cōueniēti puto fore videndū. Et lz dixerim superiꝰ me aperiturū alas in tractatu isto ꝛ ostensurū vires meas volo te tamē sane intelligere verbū meuz. Est eni natiuitatū negociū valde altū atq͡ subtilissimū egēs inquisitione: vnde non assumā stilū altissimū ne forte impediat: nec omnino humilē ne illū forte vilipendas: sed mediocrē, vt meliꝰ vateas cōsequi qd intēdis: nec extimes me non obseruasse tibi promissum.

¶ Pars secūda. ¶ Caplm primū qualiter sit videndū de quatuor differentijs natiuitatū ordinatim.



Facta superiꝰ mentione q͡ diffinitiones natiuitatū sunt .4. ƀm earū .4. diuersitates in parte prima huiꝰ tractatꝰ que precedit hāc cui subalternat͛ ista. restat nūc de ipis oibꝰ in hac scda pte dicē ordinatim: ꝛ priꝰ de illis quorū vita nō durat in eis tm̄ q͡ assumāt aliqd nutrimētū. Cuiꝰ rei scia est vt aspicias gradum ascēdētis cuiusuis ntitatis ac eiꝰ dn̄m: dn̄os quoq͡ triplicitatis gradus ascendentis ꝛ ceteros angulos ꝛ eorum dominos. gradum etiam cuiusq͡ luminaris ꝛ eorum dominos. Et dixit aboali q͡ aspicias dn̄os triplicitatis solis similiter ꝛ iouez atq͡ venerē ꝛ planetas diurnos ac nocturnos ƀm q͡ ntitas fuerit diurna vel nocturna. Aspicias etiā partem fortune ac ipsiꝰ dn̄m: silr ꝛ dn̄m cōiunctionis seu pūentionis que fuerit ante ipam ntitatē: deinde aspicies planetā qui fuerit pre ceteris fortior in locis p̄dictis vel in aliquibꝰ eorū: ꝛ videbis vtrū ipse sit vnꝰ tm̄ vel fuerint duo siue tres: qui si fuerit tm̄ vnꝰ fueritq͡ cadens ab ascendēte vel ab angulis tm̄ ꝛ fuerit secū aliquis malorū in eodez gradu impediens eū vel fuerit impeditꝰ gradus ascēdēs ita .s. vt sit in eo aliquis malorū nō hn̄s ibi dignitatē. vel aspexerit eū .4. aspectu vel ab oppōne sigt q͡ moriet͛ natꝰ anteq͡ assumat aliqd nutrimentū. Illud idem dicas si gradꝰ in quibꝰ fuerint luminaria fuerit impediti. ¶ Ptholomeꝰ vero visus est sensisse aliqd diuersum ab eo qd alij sapientes senserunt licet nō ꝯrīū. Visuz eni est ei q͡ cū fuerit impeditū luminare cuiꝰ est auctoritas ꝛ gradꝰ ascēdētis: recesserūtq͡ dn̄i graduū in quibꝰ luminaria fuerint ab angulis nō gustabit natꝰ aliquid donec moriat͛. Et dixit q͡ erit hora huiusmoi cū luminaria puenerint ad malū. ¶ Alij aūt antiqui dixerunt q͡

cum oēs tres dñi triplicitatis recesserint ab angulis: et recesserintq luminaria et eorū dñi: et recesserit cōiunctio vel preuentio et ei⁹ dñs tunc natus non gustabit aliquid donec moriat: aut ipse natus non erit homo aut erit de illis partibus qui nascunt cum aliquibus nō naturalibus signis sicuti sunt illi qui habent plura mēbra q̄z debeant vel carent eis vel habent ea transposita prout ego vidi q̄plures quorum quidam carebunt brachijs: quidam etiam manibus: quidam pedibus: quidā crurib⁹: quidā habebant genua retro: quidam carebāt oculis: et vidi quendā qui habebat tria brachia: et aliū qui habebat coxam et crus loco brachij: et aliū qui nō habebat anū: et fuit quidā fatuus cyrurgicus laicus qui voluit facere ipm ei: et ita fatuus fuit q perforauit eū inferius cū quodā ferro et ita occidit eum. Et fuit similiter tpe meo quoddā mōstrum q ab vmbilico superi⁹ erat duo hoies et exinde tm̄ vn⁹: et quidaz habebat vnū caput et abinde infra erant duo corpora. Vel erit ille natus de illis qui nascunt cū aliquo bruto sicut aliqñ fit vt cū symia vel musipula vel silibus vel pariat mulier rem monstruosam: vel sit ipse natus aial brutum. Qd si fuerit sic et fuerint p̄dicti significatores cadentes oēs sicut dictuz est et aliqs maloꝝ impedierit dñm ascendētis aut lunam vel almutez sup locis p̄dictis vel fuerit ipse malus almutez erit ipm aial siluestre rigiduz nolens associari alijs et maxime hoibus sicuti est lupus et silia. Si vero p̄fuerint boni et mali et maxime si fuerit mercurio in his locis aliqua dignitas erit de illis que associantur hominibus vt ait aomar sicuti sunt canes et similia. Et dixit mihi mater mea que videbat mulier satis veridica q tpe suo quedā mulier peperit gattum.

¶ De secūda differentia seu diffinitione.

Secūda dr̃a seu diffinitio est vt aspicias gradū ascendentē et ceteros angulos et eoꝝ dños: gradus etiā luminariū et eoꝝ dños: et dños triplicitatis eoꝝ s̄m q natiuitas fuerit diurna vel nocturna. dños etiā triplicitatis gradus ascendētis: et partē fortune atq cōiunctionē vel preuētionē que fuerit ante ipsam natiuitatē: et dños triplicitatis in quib⁹ ipse ceciderint iouem quoq ac venerē: et videas planetā qui fuerit fortior in his locis pre multitudine dignitatū qui dicit almudebit si fuerit cadens ab angulis et aliquis maloꝝ prefuerit eis: et fuerit inter almutez et malū aliqua longitudo sigt q nat⁹ assumat sibi aliqd nutriēs et viuat donec ille almutaz perueniat ad malū vel ipse ad eū p corpus suū vel p aspectū q primo sibi acciderit gradu p gradum tunc enī sigt q peribit natus post tot dies vel tot menses vel tot annos. Si fuerit malus impedit⁹ in angulo et in signo fixo erunt anni s̄m quātitatē graduū distantie que fuerit inter almutez et malū. Si aūt fuerit in succedenti et i signo cōi erūt menses. Si vero in cadenti et in signo mobili erunt dies. At si fuerit in angulo et in signo cōi minuet sextaz ptem illoꝝ annoꝝ. Si vero fuerit in succedenti et signo mobili minuet quartā partē illoꝝ mensiū. Et si fuerit in cadenti in signo mobili minuet terciā partē illoꝝ dierum. Qd si fuerit fortuna in loco mali et fuerit in cadenti in signo cōi plongat dies illos pro sexta pte. Si aūt fuerit in cadēti et in signo fixo prolongat eos p quarta parte At si fuerit in cadenti in signo mobili prolongat eos pro tercia parte. Idem

dicas de gradu ascen dete filii & de gradu in quo fuerit tūc luna si iungat cum malo. Et si oīa ista vel plura eoꝝ ceciderint ab angulis gustabit etiā cibū sed nō nutriet. Si aūt fuerit aliquis dñoꝫ triplicitatis ascēdētis in cuspide anguli ascēdētis vel decime vel. 11. vel. 5. vel fuerit ibi iupiter aut ven⁹ & fuerit liber ab impedimētis & a malis sigt nutritionē sed nō determinatā vtrū .s. sit futura longa aut breuis nisi ꝑm alia testimonia que significant nutritionem ¶ Et si fuerint ꝓdicti significatores ipediti aspice dños triplicitatis ptis fortune: & iudica ꝑm esse ipsoꝫ & ꝑm ꝙ sol aspexerit partē. Idē dicas de dñis triplicitatis coniunctionis vel preuentionis. Poteris etiā dicere simile si luna fuerit obsessa a duobus malis quoꝝ vnus sit in primo & alius in septimo qnoniam erit eius vita breuis.

¶ Quando fient ista.

Ad sciendū vero tēpus & horā quādo ista fieri debeant dirigendus est gradus ascendentis ad corpus mali impedientis vel ad eius quartum aspectum vel ad eius oppositionem dando scilicet vni gradui diem vel mensem vel annum scdm ꝙ significaverint dies vel menses vel annos. Et si tunc transierit natus vnum annum considerabis postea ꝑm profectiones dando scilicꝫ omibus. 30. gradibus vnū annū ꝑm gradus equales duobus gradib⁹ & 30. minutis mensem & omnib⁹. 5. minutis diem: & omnibus fere. 12. secundis horaꝫ: & cū finitus fuerit numerus tunc peribit natus. ¶ Et dixit aomar aspice etiaꝫ in hora illa ad quasdaꝫ fortunas si sint in angulis vel in optimis locis a dignitatibus suis vel planetā qui fuerit dignior in gradu ascendentis ac partis fortune: quia hoc significat ꝑm quantitatē sue fortitudis atqꝫ debilitatis ꝙ perueniet vita nati ad annos vel menses vel dies ꝑm quantitatem donationis illius planete ex annis suis minoribus. Et dixit fortassis erunt dies ꝑm ꝙ putat dorothius. Cum ceciderint dñi triplicitatis ascendētis primus. s. & secundus atqꝫ tercius significat ꝙ natus non nutriet. Et maxime si fuerit saturnus in natiuitatibus nocturnis in angulo & mars in diurnis. Et erit hora mortis illius qn̄ profectio alicui⁹ alteri⁹ āni peruenerit ad angulos quia malus cum fuerit in angulo quando veniet annus ad aliquē angulorū ꝙ sit ibi lumen quarti aspectus mali & si non fuerit natus ille mortuus in primo anno tunc agit quod suum est. Et dixit & putat in libro similitudinū: qn̄ almutez si fuerit. 2. & vnus eoꝝ fuerit impedit⁹ morietur natus & non poterit alter sufficere. Similiter si fuerint. 3. & vnus eorum fuerit impeditus licet alij duo sint fortes ꝙ durabit natus sed non ꝓlongabit ei⁹ vita. Etiam si fuerint 4. & vnus fuerit impeditus vel duo & alij fuerint vtiles remanebit iterū puer plus sed non prolongabit eius vita. Si aūt fuerint impediti. 3. licet alius sit fortis non viuet natus nisi fortuna fortis aspexerit significatorē illius natiuitatis: & eo fortius si luna fuerit impedita & non recepta: si aūt fuerit libera & recepta significat prolongationem vite respectu sue breuitatis.

¶ De differentia tercia seu diffinitione.

Tercia vero differentia seu diffinitio est vt nato non sit ylez neqꝫ alcocoden ex natiuitate sua sed sint dñs ascendentis & luminaria & dñi domo

rum in quibus ipsi fuerint liberi ab impedimentis predictis.s.retrogradatio ne:combustione corporali malorū coniunctione ꝛ eoꝝ quarto aspectu atqꝫ oppositione:ꝛ dominis domorum in quibus fuerint mali etiam si fuerint cadentes ab angulis vel ab ascendente:vel fuerint in angulis impediti significat moram nati in mundo ꝛ eius nutritionem sed non prolongabitur vita ipsius:ꝛ vix aut nunqꝫ fiet ꝙ prolonget vltra.12.annos sed morieẗ pri⁹ ꝟm quantitatem graduum qui fuerint inter dn̄m ascendentis ꝛ angulu ꝫ a quo ceciderint.Et dixit tiberiadis cum fuerit natiuitas ꝟm ꝙ diximus differem⁹ loqui de tali natiuitate donec perueniat ascendens ad vnum orbem.s.12.annorum ad vnūquodqꝫ.s.signum annum vnum:ꝛ hoc propter casum significatorum.Et dixit nam quotiens peruenerit orbis ascendentis ad corpora malorum vel quartum aspectum vel oppositionē alicuius eoꝝ timebiẗ de ipso donec ascendens ꝑcurrat vnum orbem.Et dixit cūqꝫ transierit vnū orbem dirigemus ei ab ascendente ad vnūquēqꝫ gradum annu ꝫ vnum per ascensiones regionis in qua fuerit natiuitas illa quousqꝫ ꝑueniaẗ ad malos vt dictū est in alia differentia.

De quarta differentia seu diffinitione.

Quarta quidem differentia seu diffinitio est vt sit nato ylez ꝛ alcocoden ꝛ predicti significatores.s.gradus ascendens ꝛ eius dn̄s ꝛ dn̄s triplicitatis gradus ascendentis ꝛ ceteroꝝ angulorum ꝛ eorum dn̄i ꝛ gradus luminarium ꝛ eorum dn̄i:ꝛ iupiter ac venus ꝛ dn̄i domorum in quibus ipsi fuerint:ꝛ planete diurni atqꝫ nocturni ꝟm ꝙ natiuitas fuerit diurna vel nocturna ꝛ pars fortune ac ipsius dn̄s:similiter ꝛ dn̄s coniunctionis vel preuentionis que fuerit ante natiuitatem ꝛ planeta qui fuerit almutez in his locis sint liberi.

De inuentione ylez.

Cuius rei inuentio est vt queras ea ꝫ in natiuitatibus diurnis a sole:quā si inueneris in primo vel.11.vel.10.erit apt⁹ accipere ylez ab eo siue sit in signo masculino siue feminino.Si vero fuerit extra hec loca in.7.aut.8.aut.9.ꝛ in signo masculino ponendus est pro ylez.Et dixit aomar ꝛ scito ꝙ sol vel cetera loca que exerceñ pro ylez non poterunt esse ylez nisi aspexerint eam dn̄i domoꝝ aut exaltationum siue triplicitatū vel terminorum aut facierū ꝟm ꝙ visum est aboali de dn̄is facierū.Si aūt non aspexerint dn̄i alicuius illarum dignitatu ꝫ non erit sol aptus ylez neqꝫ dn̄s illius dignitatis. Similiter de luna in die ac nocte:ꝛ de parte fortune ꝛ de gradu ascendente ꝛ de gradu etiam coniunctionis seu preuentionis pronunciabis.Iterū si sol non fuerit aptus esse ylez accipies ylez a luna:quā si inueneris in angulo aut in succedenti ꝛ in signo feminino ꝛ aliquis dn̄orū ꝫ alicuius.4.dignitatū predictarū aspexerit eam apta est ad hoc vt sit ylez.Et si natiuitas fuerit preuentionalis tunc est ylez a parte fortune perquirendum.Si autem fuerit coniunctionalis quere ipsam a gradu ascendente qui significabit eam si aspexerint eū vel lunā aliquis ꝑdictoꝝ significatoꝝ.ꝛ preponeẗ parti fortune cum sic fuerit.Si autem non aspexerit eum aliquis eorum non significabit ylez.

Quod si nō fuerit tunc gradus ascendens cū ylez: ptem fortune respicies: que si fuerit cū ylez vel cū gradu ascendētis natiuitatis erit ylez si naūt non. Quod si neuter illoꝝ poterit esse ylez quere tūc ipsam a gradu cōiunctionis si natiuitas fuerit cōiūctionalis vel a gradu ꝑuētionis si fuerit ꝑuentionalis. Zomar tñ visus est velle ꝙ queraẗ a gradu in quo fuerit luna hora ꝑuentionis in isto casu. Quod si iterū nō aspexerit aliqs predictoꝝ significatoꝝ grad⁹ ꝑdictoꝝ: frustrabiẗ tunc ylez eritqꝫ nat⁹ parue vite. Et si aspexerit aliquis eoꝝ gradū illū ipse alcocoden ac dator annoꝝ diceẗ. At si oēs ꝑdicti significatores aspexerint gradū ꝑdictū .s. dñs dom⁹ ⁊ dñs exaltationis ⁊ dñs termini ac dñs triplicitatis ille qui fuerit ꝓpior gradui p aspectū vel p cōiunctionā erit alcocoden siue dator annoꝝ siue ante fuerit ille aspect⁹ siue retro. Si aūt oēs aspexerint equaliẗ ille diceẗ alcocoden qui fuerit fortior in loco suo ⁊ habuerit equalez dignitatē .s. vnā tm̄. Si aūt habuerit aliquis eoꝝ plures dignitates ꝙ̄ alij diceẗ fortior ceteris: eritqꝫ omnib⁹ ꝑponend⁹: dūmodo gradū ꝑdictū aspiciat: etiā si fuerit minor distātia inter gradū ylez ⁊ aliū ex predictis significatorib⁹ qui nō habuerit nisi vnā dignitatē in gradu ylez.

¶ De certificatione annoꝝ nati ⁊ eius vita.

Postqꝫ vero sic feceris ⁊ certificat⁹ fueris de ylez ⁊ alcocoden poteris de annis nati ac de ipsi⁹ vita certificari: ⁊ de ipsi⁹ vita vtrū .s. sit futura longa vel breuis salubris vel piculosa ⁊ de ipsi⁹ accidentib⁹ bonis seu malis: ac de ipsi⁹ prosperitatib⁹: necnō ⁊ de aduersitatib⁹ suis poteris certificari. Ylez enim sigt̄ radicē vite: alcocoden vero numerum annoꝝ eius: qm̄ status vite accipiẗ ab ylez: datio vero annoꝝ accipiẗ ab alcocoden: sed tamen neuter illoꝝ sufficit ad danduz vitā nato sine altero sicut enim vir solus nō sufficit ad generandū sic nec mulier sola sufficit ad cōcipiendū seu gignendū: vn⁹ enim sine alio gignere non potest: ylez enim dat vitam formaliẗ: alcocoden dat eā effectiue.

¶ Iterum de certificatione annorū nati.

Cum aūt perceperis annos nati ⁊ eoꝝ numerū cōsiderabis dispositionē ylez ⁊ alcocoden: ⁊ videbis quot anni sint attributi nato. Uidebis etiā si denẗ ei anni per alcocoden an per aliū sicut accidit aliqñ: quia si danẗ per alcocodē erit planū quid facere debeas. Si vero denẗ ei per alium videbis vtrū sint eq̄les anni alcocoden minorib⁹ aut medijs seu maiorib⁹ siue maximis ꝙ paucissimis deuenit ad hoc aut parū minores. Et videbis in quo illorū annoꝝ ylez perueniat ad corpora maloꝝ uel ad loca in quib⁹ erant in natiuitate vel ad eoꝝ quartū aspectū vel oppositionem: vel ad caudā draconis vel ad gradū in quo ipsa erat in natiuitate vel ad aspectū quartū loci in quo erat luna in natiuitate vel ad eius oppositionē dando .s. vnicuiqꝫ gradui fm gradum illius regionis annū vnū: ⁊ aliqua ex fortunis nō proiecerit radios suos ad terminū in quo ꝑuenerit ylez ad malū ipedientē sigt̄ ꝙ morieẗ nat⁹ eo anno vel mēse vel die ea .s. hora q̄ pficieẗ aduētus ylez ad loca ꝑdicta seu ad aliquez eoꝝ. At si nō fuerint anni ꝑdicti equales annis alcocoden nec eis cōsiles ⁊ ꝑuenerit ylez ad malū impedientē vt dictū est: vel ad loca predicta

sine aspectu alicuius fortunarum grauabit nat⁹ fortissimo impedimēto ita q̄ q̄si desperabitur de ipso ne periclitetur: ⁊ ipse idez timebit ne pereat: ultimo tamen euadet nisi periclitet̄ forte per errorē: sed si fortuna proiecerit radios ad ipsam ylez grauabitur natus tunc: sed non erit de ipso tunc ita dubitandū

¶ Capitulum secundum de diuersitate opinionum que est de ylez.

Fuit autem inter sapientes diuersitas in ylez licet non contrarietas: qm̄ ptholomeo visum est q̄ ylez non querat̄ in octaua eo q̄ ascendens non habet in eo aliquod iuuamentuz ⁊ est locus tenebrosus nec aspicit illud. In nona aūt secus est quoniaz est de triplicitate ascendentis ac de ipsius genere: ⁊ quia sol gaudet in ea ⁊ est ipsius fundamentū. Nō si fuerit sol in natiuitate alicuius in nona ⁊ ipse alias bene dispositus erit natus bone vite similiter et honeste ac bone durabilitatis. ¶ Dorothio vero visum est q̄ non sit q̄renda ylez ab octaua nec a septima nisi sit in signis masculis. Et dixit q̄ si sol fuerit in his duabus domibus non sit aptus esse ylez in signis femininis: quoniam eius fortitudo debilitatur in eis ⁊ effeminatur. Et est sibi visum q̄ sol sit ylez in natiuitatibus nocturnis in locis oppositis istis signis masculinis. ¶ Sed ptholomeus non fecit mentionem de sexu signorū quare videtur mihi conueniens q̄ tu serues sentenciam dorothij si potes est enim securius: sin autez sentencia ptholomei non est abijcienda. Si autem non fuerit sol in natiuitatibus diurnis in signis masculinis in predictis locis non erit aptus esse ylez: tunc oportebit te querere ylez a luna: quam si inueneris in aliquo angulorum vel succedentium erit apta esse ylez: nec curabis de sexu signoꝝ vtrum scʒ sint masculina vel feminina: erit tamen in natiuitatib⁹ mulierum vtilior in signo feminino in natiuitatibus virorum in signo masculino. Et in hoc concordauerunt omnes q̄ luna sit apta esse ylez in tercia eo q̄ ipse gaudet in ea ⁊ est ei⁹ fundamentū: de nona autē fuit inter eos diuersitas. ¶ Visum est enim dorothio non esse certum lunam posse in hoc loco esse ylez eo q̄ ipsa sit tunc impedita. ¶ Ptholomeo vero visū est q̄ ipsa possit esse ylez in nona sed oportet eam esse in signo feminino. ¶ Et dixit aomar q̄ si luna non fuerit in his locis ⁊ fuerit natiuitas coniunctionalis queretur ylez ex gradu ascendentis natiuitatis. Si vero fuerit preuentionalis queretur a parte fortune q̄ ascendens lune dicitur: postponesq̄ȝ tunc gradū ascendentis. Et preposuerunt sapientes partem fortune in preuentione: quoniam luna est tunc in cōplemento tocius sui luminis ex parte quam videmus de ipsa ⁊ p̄est toti nocti. In natiuitatib⁹ autem coniunctionalibus incipienduz est ab ascendente: quoniam luna tunc est priuata toto suo lumine. Et si querat̄ ylez a parte fortune significaueritq̄ȝ illam ⁊ fuerit in angulis aut in succedentibus angulorum nō curabis vtrum sit in signo masculino seu feminino. Nō si quesieris eam ab ascendente natiuitatis nec fuerit impeditum ascendens licet non sit ibi pars fortune tamē erit ylez. ¶ Et dixit aomar non curabis vtrum sit cadens ab angulis an non: qm̄ ipsum ascendens erit angulus. Et dixit non est in eo aliquid querendum qd̄ timet̄ de esse alioꝝ locoꝝ ylez ex profectu scʒ aut in profectu. Possibile ē vt sint predicta loca in locis profectus vel improfectus: ascendēs enim non desinit esse in ꝓfectu. Et dixit si vero sol vel luna vel pars fortune vel ascendēs

non conuenerint ylez: aspice coniunctionem vel preuentionē que fuerit ante natiuitatē: & quā ea(rum) aspexerit sol aut luna vel dominus ascendētis siue alia ex fortunis & fuerit in angulo vel succedēti angulo erit ylez: nec curabis vtrū sit signum masculinum vel femininum.

¶ De scientia alcocoden.

Cum(que) scíueris ylez & volueris scire alcocoden qui dicitur diuisor considerabis dictos quatuor significatores sc(ilicet) dominū domus in qua fuerit ylez dominum exaltationis dn̄m terminij ac dominum triplicitatis: & quem eorum inueneris magis aptū pone ipsum alcocoden incipiens a dn̄o termini quem si inueneris proijcientem radios suos ad ipsum terminum pone ipsum pro alcocoden. Quod si non sic inueneris aspice tunc dominum domus et operare per ipsum sicut fecisti per dominum terminij: deinde per dn̄m exaltationis: postmodum per dominum triplicitatis. Q(uo)d si neutrum inueneris ad hoc aptum vteris vltimo domino faciei licet eius significatum sit debile. Et hoc intelligas si eorum dignitas fuerit eadem & equalis sc(ilicet) vniuscuius(que) eo(rum). Si autem omnes aspexerint equaliter & aliquis eo(rum) habuerit plures dignitates vna: ille qui habuerit duas preponetur alteri habenti tantum vnam: & qui habuerit tres preponetur habenti duas & dicetur fortior. Si autē fuerint oēs equaliter fortes ex dignitatib(us) seu testimonijs preponetur ille qui fuerit in angulo vel in succedenti. Si vero fuerint omnes in angulo vel in succedēti dicetur fortior ille qui fuerit magis propinqu(us) cuspidi anguli vel succedenti. Si vero fuerint eq̄les in fortitudine ac dignitate in loco ylez & fuerint equal(ite)r in angulo vel in succedēti preferetur ille qui fuerit in sua dignitate alteri qui fuerit p(er)egrinus vel in sua minori dignitate q(uam) ille. Et si omnes fuerint equal(ite)r equales in omnibus supradictis fortitudinibus preferetur ille qui fuerit orientalis. Et si omnes fuerint orientales preferetur ille qui fuerit magis propinquus soli dūmodo non sit combust(us) tam ortu cosmico q(uam) eliaco. Et si sol fuerit in linea orientali preponetur ceteris significatorib(us). ¶ Et si fuerit aliq(ui)s ex planetis in ascendente vel in decia non distans a linea cuspidis plus trib(us) gradibus ante: vel plus q̄n(que) retro fac ipsum participe(m) cum ylez siue habeat ibi dignitatem siue non: sed si habuerit ibi dignitatem erit fortior aliquo qui fuerit extra predicta loca licet eorum dignitas sit equalis: et ne dum si fuerit equalis: imo si absens habuerit vnam dignitatem vel etiam duas plures eo ille tamen qui fuerit presens erit fortior in locis predictis vt dixi. Si autem non habuerit ibi dignitatem erit eius participatio debilis ac parū proficiēs. Et si aliq(ui)s trium planetarū fuerit orientalis & fuerit in zamini solis vel ante stationem suam secundam vel post ipsam per spacium q(uod) ipse possit ambulare septem diebus & habuerit aliquam dignitatē in loco ylez: fuerit(que) alias bene dispositus poterit requiri ab eo ylez & alcocoden nisi dominus termini grad(us) ylez contra operetur. ¶ Et visum est ptholomeo q(uod) aspect(us) sit vna fortitudo planete in ylez & alcocoden: & q(uod) planeta qui habuerit tres dignitates licet nō aspiciat sit fortior illo qui habuerit tantum vnam & aspexerit: nec t(ame)n̄ contradicit alijs philosophis qui dixerūt q(uod) qui habuerit vnā erit fortior si affuerit in locis predictis: quoniā ipse intellexit de aspicientibus & non de presentib(us) in illis locis. Et dixit q(uod) ille planeta est dignior vt presit qui habuerit plures

dignitates in ascendente atqꝫ in locis luminarium et in parte fortune: vel in gradu coniunctionis seu preuentionis que fuerit ante natiuitatem. Et dixit ꝙ si fuerit aliquis planeta qui habuerit dignitatem in tribꝰ vel quatuor locis vel saltim in duobus constituemus eum almutez super natiuitatem.

¶ De scientia annorum nati.

Post hoc aspiciemus locum ipsius almutez ad sciendum annos nati: qui si fuerit orientalis ⁊ in angulo ⁊ cū hoc fuerit in suo ayz vt planeta masculinus in signo masculino ⁊ super terram: ⁊ femininus in signo feminino et sub terra: ⁊ fuerit in aliqua ex suis dignitatibus supradictis que sunt domus exaltatio triplicitas terminus ⁊ facies vt quibus videtur de facie: fueritqꝫ in ascendente vel in decima ⁊ in suo ayz dabit tunc annos suos maiores. ¶ Et dixit abohaly ꝙ si sol fuerit ylez ⁊ fuerit in ariete vel leone nec aspexerit eum aliquis de dominis quinqꝫ dignitatum sui ipse erit ylez ⁊ alcocoden. Similr̄ erit de luna cum ipsa fuerit in tauro vel cancro conditionibus predict. ¶ Et dixit ptholomeus si aūt fuerit orientalis ⁊ in succedenti angulum ⁊ maxime in vndecio ⁊ in aliqua ex suis dignitatibus predictis fueritqꝫ liber ab impedimentis dabit tunc annos suos medios. Qd si fuerit in cadentibus licet sit alias liber, dabit tunc ānos suos minores. Si vero fuerit cadēs ⁊ fuerit alias impeditus scꝫ retrogradꝰ aut in oppositione alicuius suarum domorum vel exaltatōis sue: vel fuerit peregrinus aut obsessus a duobus malis dabit tūc loco illoꝝ annoꝝ menses: vel forte dabit loco mensium ebdomadas. At si fuerit cum aliquo ex predictis impedimentis combustus significabit ⁊ dabit loco illorum annorum horas: vel ad plus significabit dies. ¶ Aboali equiparauit omnes angulos in dando ānos maiores: ⁊ omnia succedentia in dando annos medios: cadentia vero in dando annos minores.

¶ Quando planete augent annos.

Postqꝫ vero cognoueris alcocodē qui dator annorum dicitur vide vtrū aspiciat ab aliquo ex planet vel fuerit ei corpaliter iunctus. Videbis etiam vtrū sit fortuna ille cui ipse iungitur vel qui eum aspexerit ⁊ quo aspectu aspiciat eum: quoniam si aspexerit eum a trino vel sextili aspectu ⁊ fuerit fortuna ⁊ illa fortuna fuerit fortunata ⁊ fortis augebit ei ānos suos minores ⁊ tot menses quot fuerint eius anni medij. Si autē non receperint eum conditionibus tamen predictis augebit ei annos suos minores: ⁊ insup tot dies quot sunt anni eius maiores. Idem dicas si receperit eum a quarto aspectu vel oppositione. Si autem fuerit illa fortuna impedita augebit ei ꝺm nuerū annorum suorum minorum menses.

¶ Quando planete minuent annos.

Si vero fuerit malus ille qui eum aspexerit ⁊ aspexerit eum a q̄rto aspectu vel ab oppositione vel corporalr̄ ei iunctus fuerit minuet ei de ānis suis ꝺm numerum annorum suorum minorum. Si autez fuerit fortunatus ⁊ fortis minuet ei tantum ꝺm tres partes annorum suorum minoꝝ. Et mars est maioris nocumenti q̄ alius ex malis. Mercurius quidem conuertibilis est: quoniam si fuerit cum augentibus auget annos nati ꝺm numerum annorum suorum minorum. Si vero fuerit cum minuentibus minuet totidem.

¶ De capite draconis et eius cauda.

Caput vero draconis dixit alchindi quando fuerit cũ alcocoden per .12. gradus ante vel post q minuit quartam partem annorum: qđ tamen nõ probaui q meminerim: de cauda vero sic. Et nocet plus quando fuerit cum luna q̃z cum alio ex significatoribus. Uariantur etiaz aliter anni nati et dant ex virtute natiuitatũ alicuius proprijs filijs posterioris eorum qui vixerit sic variantur anni per reuolutiones post natiuitates: et de hoc tu inuenies dictũ infra in capitulo de patre.

¶ De directione graduum ad planetas ad sciendum accidentia nati.

Ex quo inueneris numerũ annorum vite nati qui sigcant per alcocodẽ et volueris scire de accñtib⁹ nati ac de ipsi⁹ esse dirige ylez ipsi⁹ ad radios malorum ex quarto aspectu et oppositione et ex eorum coniunctiõe corporali in vno signo: et ex trino etiam vel sextili aspectu ipsorũ et dabis vnicuiqz gradu distantie que fuerit inter eos vsqz ad complementum coniunctionis eorum minuto per minutum ßm gradus illius regionis annum vnum. Et omnibus quinqz minutũ mensem: et omni minuto sex dies: et omnibus decem secũdis vnum diem: et omnibus .25. tercijs vnam horam. Et vide quando ylez peruenerit ad radios malorũ vel ad gradus in quibus erant mali hora natiuitatis vel eorum radij: quoniam si fuerit tunc significator ylez vel alcocoden male dispositus grauabũtur accidentia nati et horribilia fient. Qđ si peruenerit ylez ad aliquem malorum siue ad aliquem ex predictis locis timendis nec proiecerit aliqua ex fortunis radios suos ad ipsum locũ: fueritqz annus ille vltim⁹ annorum nati qui dati sunt ei per alcocoden morietur natus in illo ãno et in mense et in illo die et in illa hora tali morte qualẽ significauit ei dator annorum in natiuitate sua: si vixerit vsqz dũ debuerit: hoc est q non sit p̃uentus morte accidentali sicut pluries accidit: et eo fortius et certius et infallibilius si malus ille impedierit dñm ascendentis natiuitatis et dñm ascendentis reuolutiõis illius anni ac dominũ profectionis eiusdem vel impedierit ipse et alius mal⁹ oẽs predictos significatores: nec erit ibi nisi vnum remedium hoc est si fuerit ille malus in maiore latitudine siue in minori q̃z sit ylez ita q nõ obuient sibi inuicem recto dyametro ita q sit deuiatio vnius ab altero plus vno gradu: nisi esset forte diuino miraculo: sed si deuiatio eorũ fuerit vt dixi non morietur nisi forte culpa errantium vel fiat vis nature: periclitabitur tamen periculo simili morti. Exercebis etiam stellas fixas que fuerint de natura illius mali impedientis in suis latitudinibus sicuti exercees malum impedientẽ. Et non facias directionem tuam nisi primo aspexeris latitudines planetarum atqz stellarum fixarum vt dixi. In alijs autem annis cum peruenerit ylez ad loca predicta sine protectione radiorũ alic⁹ fortune grauabitur esse nati et accidẽt ei contraria horribilia non tñ periculosa. At si fortuna proijciat radios suos ad locum illum non impedietur natus impedimento graui. Et quotienscũqz peruenerit ylez ad fortunas vel ad loca in quibus erant fortunas vel ad loca in quibus erant eorum radij hora natiuitatis alicuius absqz proiectione radiorum alicuius mali tociens accident ei prospera et etiam placibilia.

Si autem proiecerit malus radios suos ad eum minuet de bonitate illa nõ tamen multũ minuet: tñ ɜ̃m magis ⁊ minus iuxta illud ꝙ ipse fuerit disposit⁹ Similiter quotiens puenerit ylez ad malos vel ad loca in quibus erant mali vel eorum radij hora natiuitatis absq; proiectione radiorũ alicuius fortune tociens accident ei contraria ⁊ horribilia ⁊ aggrauabitur eius esse. Qd si fortuna proiecerit radios suos ad loca pdicta minuet de malicia illius mali ɜ̃m ꝙ ipsa fuerit disposita. Qd si peruenerit ylez ad malum impedientem hora natiuitatis vel ad eius quemcunq; aspectũ: nec receperit eum ipse malus receptione pfecta: fueritq; ipse malus impeditus significat mortẽ nati in anno illo prout alias dicitur.

¶ Capitulum tercium ꝙ omnes planete sunt datores annorum sed non sunt omnes conseruatores eorum simpliciter imo sunt qñq; interfectores quidaʒ naturaliter quidam per accidens similiter caput ⁊ cauda.

Planete omnes sunt datores annorum ɜ̃m tamen ordinem diuersum: ⁊ etiam caput ⁊ cauda draconis: sed non sunt omnes custodes seu conseruatores eorum simpliciter: imo sunt quidam ex eis naturaliter interfectores videlicet saturnus et mars ⁊ caput et cauda draconis. Et etiam quidam alij interfectores preter predictos licet non naturaliter sed potius per accidens: ⁊ sunt. 13. ita ꝙ interfectores omnes sunt. 17. scʒ predicti quatuor naturaliter ⁊ illi. 13. quidam per accidens: quidam per tpa: quidam per locoꝝ positionẽ Nam sol interficit per coniunctionem corporalem ⁊ per aspectum quartum ⁊ per oppositionem. Luna similiter interficit per coniunctionem corporalẽ cum sole siue ipsa fuerit ylez siue non nisi esset in ʒamini solis: ⁊ cum fuerit in eius quarto aspectu vel in eius oppositione. Interficit etiam luna cum peruenerit ad gradum ascendentis natiuitatis sine aspectu fortune si ipsa fuerit ylez in natiuitate: fueritq; ille gradus ascendentis alic⁹ reuolutionis tunc peribit natus qm̃ eius est inimicari ascendenti propter vtriusq; nature diuersitatem Ascendens enĩ amicat̃ soli ⁊ est de natura caloris atq; diei. Et luna inimicat̃ ascendenti ⁊ amicatur eius nadir scʒ septime: ⁊ est de natura frigiditatis atq; noctis: ⁊ inimicatur vnus eorum alteri ⁊ contrariantur inuiceʒ. Caput vero draconis ⁊ eius cauda interficiunt propter eorum stricturã in sectione circulorum qñ ylez iungitur alicui eorũ in natiuitate vel reuolutione nisi fortune tunc aspexerint gradũ ylez. Et illud idẽ intelligas de gradu q̃ erat duodecĩe domus scʒ hora natiuitatis vel sexte vel octaue. Similiter faciunt cor tauri ⁊ cor scorpionis propter superfluam abundantiam caloris in eis vincentis. Mercurius vero cum fuerit corporaliter iunctus alicui maloruʒ vel in q̃rto ipsius aspectu vel in eius oppositõe absq; receptione pfecta: vel sine aspectu alic⁹ fortune: fueritq; in gradu qui erat ascendens hora natiuitatis: vel fuerit iunctus ipse ylez: vel fuerit in q̃rto ipsius aspectu vel fuerit in eius oppositõe interficit: cum fortunis vero non. Interficit etiam ylez si iungat̃ cum gradu nadir ascendentis natiuitatis. Illud idem poteris dicere de luna si iungatur cum illo gradu: ⁊ qđ plus est si planeta cuius gradũ duxeris ad ylez hora natiuitatis fuerit male dispositus interficit. Interficiunt etiaʒ quidã alij grad⁹ quos ad ylez duxeris si fuerint male dispositi. ¶ Unde dixit aomar et cum

perfecta fuerit directio in fine signi cum dimidio ãnorum alcocoden minorũ vel mediorum aut maiorum interficit. Et dixit ꝛ cum mutatur dispositio ab ylez ex termino mali in terminum mali in ipso introitu ipsius mali interficit. Et dixit ꝛ scito ꝙ ptholomeo videbatur vt luna semper dirigatur ad radios malorum ꝛ fortunarum ad sciendum esse corporis in sanitate vel infirmitate ꝛ esse matris. Et pars fortune ad sciendũ acquisitiones nati scz eius diuitias vel paupertates. Et sol ad sciendum esse patris vel regni. Medium celi ad sciendũ esse regni ac magisterij eius. Et dixit ꝙ videbatꝰ sibi ꝙ directio gradꝰ medij celi esset per ascensiões circuli directi. ¶ Rursum ipsi ꝛ vniuersis alijs visum est vt dirigatꝰ ad sciendum esse eius ex gradu ascendentis ſm diuisiões terminorum ad radios fortunarũ atq̃ malorum: vt si diuisor atq̃ dispositor fuerit fortuna significabit in diuisione seu dispositione sanitatem atq̃ incolumitatem corporis ꝛ eius bonum esse cuiuscunq̃ conditionis ipse fuerit et erit maioris ac melioris esse: meliorisq̃ complexionis q̃ fuerint sui antecessores. Et accidet hoc tamen in regibus atq̃ diuitibus et magnatibus magis q̃ in paruis atq̃ pauperibus seu vilibus ac mediocribus. Et eo melius atq̃ fortius si radij alicuius fortune affuerint: ꝛ quantumcunq̃ illa fortuna fuerit melioris esse tanto erit eius esse melius. Si aũt diuisor siue dispositor fuerit infortuna fueritq̃ diuisio inuenta in radijs alicuius infortune significat malũ esse nati in illa diuisiõe seu dispositõe: significat etiã infirmitates ꝛ discrasiã complexionis sui corporis ſm naturam illius mali ꝛ ſm eius dispositionem ꝛ quantũcunq̃ fuerit deterioris esse tantũ erit eius dispositio grauior in tpe illo: ꝛ eo deterius si radij alterius mali affuerint. Qð si diuisor seu dispositor fuerit malus ꝛ radij fuerint fortune: vel fuerit diuisor fortuna ꝛ radij fuerint mali erit esse nati mediocre: hoc est erit natus quandoq̃ sanus qñq̃ infirmus quandoq̃ diues quandoq̃ pauper: quandoq̃ abundans quandoq̃ indigẽs: quandoq̃ amittens quandoq̃ acquirens: quandoq̃ aptans res suas: qñq̃ deuastans seu dilapidans eas: quandoq̃ auarus in non tenendis: quandoq̃ largus in non expendendis. Si autẽ illa fortuna fuerit impedita declinabit esse suũ ad latus aduersitatis plusq̃ ad latus prosperitatis. Si vero ille malꝰ fuerit bene dispositus declinabit esse suum plus ad latus prosperitatis q̃ ad uersitatis.

¶ Capitulum quartum in scientia directionis radiorum planetarũ ad ylez

Cum volueris dirigere gradũ alicuius planete ad ylez vt scias vitã nati ꝛ eius esse in toto tempore vite sue ac eius dispositionem cum accidentibus suis: vide vtrũ sol sit ylez aut luna vel quiuis alius ex planetis vel gradibus: quoniam oportet te intueri dispositionem radiorum planetarum ac ipsorum proiectionem ad ylez: ꝛ aspicere ad locum planete vel gradum qui fuerit ylez: ꝛ videre in quo loco seu in quo gradu fuerit ipse per gradus eq̃les ꝛ eoꝝ minuta: ꝛ cũ hoc feceris vide quis ex planetis proijciat radios suos ad

ipsum per quecunque aspectum fuerit siue per oppositionez per grad⁹ equales ac ipsorum minuta ⁊ reduc eos in gradus equales per ascensiones regionis ⁊ illi dicuntur radij illius planete: tunc debemus aspicere in quo gradu illius signi ipse fuerit ⁊ reducere ipsos in gradus ascensionum ⁊ ille dicetur gradus corporis illius planete. Inuenies etiaz ascendēs ⁊ ceteras domus per grad⁹ ascensionum illius regionis: ⁊ s̄m hunc moduz operati sunt multi antiquorum ⁊ maxime illi qui sunt secuti vestigia dorothij qui fuit vnus de paucis probi ordibus qui ad hoc opere studuerunt: nec tamen fuit hoc contrarium opiniōi ptholomei licet forte videatur aliquid diuersum ab ea: sed fuit leuior mod⁹: ⁊ ob hoc fuerūt multi ex antiquis secuti vestigia illa. Cuius rei exemplū tale est ponatur q̄ ylez sit in.17. gradu leonis ⁊ planeta cuius directionem facere intendis sit in.28. gradu pisciū: est dirigendus.17. grad⁹ leonis in quo est ylez in.28. virginis ad radios planete predicti siue fortuna fuerit siue malus: dū-modo fortuna illa sit tunc interficiēs q̄ accidit aliquādo: tūc minues ascensiones que sunt in directo gradus ylez de ascensionibus que sunt in directo.28 gradus virginis vbi est oppositio planete interficientis: ⁊ gradus qui reman serint tot erunt anni nati absolute qui sunt.41. Similiter videbis si aliquis de addentibus annos addit: vel si aliquis de minuentibus diminuit aliquid illis annis ⁊ s̄m illud iudicabis numerum annorum vite nati: de quib⁹ dicaz tibi inferius cum de directione planetaruz s̄m terminos tractabitur. ¶ Aomar vero dixit q̄ ptholomeus vtebatur alio modo sed tamen non erat contrarius huic licet videretur ab eo diuersus: videbatur forte aliquib⁹ grauior Dico enim q̄ intentio ptholomei fuit s̄m dispositionem dominorum termi norum et s̄m diuisionem dispositionis eorum in eis. Dixit enim q̄ vniuersi radij congeruntur in cuspide terre ⁊ fiunt vna res: et q̄ est nobis necesse scire diuersitatem radiorum s̄m situm loci incipiens operari radios per longitudinem planetarum ab angulis per ascensiones ciuitatis in qua fuerimus ⁊ p̄ ascensiones circuli directi. Et cum ita feceris ⁊ ordinaueris loca planetaruz diriges ylez et gradum ascendentem s̄m has longitudines vt dictum est. Et cum videris directionem peruenire ad fortunas iudica bonum. Et cum videris eam peruenire ad malos iudica contrarium s̄m q̄ videris esse ipsorum ⁊ eorum fortitudines vel debilitates ac ipsorū fortunia vel infortunia ⁊ hoc si fuerit ylez a decima vsq̄ in septimā iuxta successionem signorum. ¶ Si vero fuerit inter septimam ⁊ decimam fient ista retrorsum scz contra successionem signorum minuendo scz ascensiones gradus ylez de ascensionib⁹ gradus mali si fuerit in locis predictis ad quē direxeris: licet quidā vident velle aliud. Et de capite draconis illud idē intelligas hoc est si direxeris ylez ad caput q̄lis-cunq̄ ylez fuerit siue grad⁹ ascē̄tis vel grad⁹ lune vel ali⁹ diriges retrorsū scz ꝯtra successionē signorum minuēdo ascē̄s grad⁹ capitis de ascē̄sionib⁹ grad⁹ ylez

Ad caudam vero diriges iuxta successionem signorum sicut dixi tibi supra. & sm numerum graduū distātie dabis annos. Cumq; puenerit ylez ad gradū occidentalem vel ad gradum mali qui erat inter decimā & septimā ad quem direxisti grad⁹ ylez tunc morietur natus nisi fortuna fortis tunc aspexerit gradū illum a trino vel sextili aspectu & cum receptiōe: quia tunc non interficiet sed periclitabitur natus periculo simili morti: & si non rexerit se tunc regimīe debito morietur licet error sit modicus.

Capitulum quintum de numero malorum & fortunarum.

Antiqui sapientes dixerunt malos esse quatuor: mihi autem videtur q̄ possent dici septem: quia licet dixissent eos quatuor non tamen vident exclusisse alios. Unde dico q̄ possunt esse septem duo scz naturalr̄ vt saturn⁹ & mars: duo vero accidentaliter vt sol & mercurius: vnus per infortunium vt luna: duo iterū localiter vt caput draconis & eius cauda. Sol scz cum fuerit iunct⁹ cum marte corporalr̄ vel in eius oppositōe vel in eius quarto aspectu sine receptione perfecta. Et mercurius cum fuerit combustus vel in eo⁊ aspectibus predictis cum receptione vel sine receptione. Et luna cū fuerit infortunata, vt dictum est in capitulo de impedimētis lune. Et dixit tiberiadis cū congregati fuerint hi super venerez absq; aspectu fortune tunc natus erit spadus. Qd̄ si dominus triplicitatis veneris primus fuerit fortis proficiet ei hoc: sin autem erit cum hoc q̄ passus fuerit laboriosus indigens cibi ventris sui omnibus diebus vite sue. Caput vero draconis cum fuerit cum malis: & similiter cauda cū fuerit cū bonis. Fortune vero sunt octo scilicz quatuor naturaliter vt iupiter sol venus & luna: due accidentaliter vt mercurius cum fuerit eis vel alicui eorum corporaliter iunctus: vel in eoruz trino vel sextili aspectu cum receptione vel sine receptiōe: vel in q̄rto aspectu vel oppositiōe cum receptione pfecta & si non impedierit eum aliqua ex infortunis sine receptione. Et mars & saturnus cū ambo fuerint effecti vniti per corpus qd̄ est qn̄ fuerint ambo in eodem minuto in domo vel in exaltatione alicuius eo⁊ vel in duabus de suis minoribus dignitatib⁹: vel etiam si fuerint inter eos q̄nq; minuta vel minus: marte tamen eunte ad saturnum: in alijs tamen locis non efficiuntur fortuna nisi fuerint recepti a fortuna sed delitescit eorum malicia Et ob hoc dictum est q̄ due infortune simul iuncte faciunt vnam fortunam: duo vero localiter vt caput cum fortunis augmentando: & cauda cum malis diminuendo. Et dicuntur fortune qn̄ adiuuant opera virtutū & opationes etiam nature. Et ob hoc dicti sunt iupiter & venus fortune: quoniam semper hoc faciunt quilibet eorum iuxta suum posse. Et saturnus & mars sunt dicti infortune naturaliter: quoniaz quisq; ipsorum per suam naturam semp nititur nocere & impedire opera virtutum ac operationum nature. Alij vero se hn̄t ad vtrūq;. Et scias q̄ dr̄ ab inuidis & ignorantibus q̄ omnia bona exteriora sunt bona fortune: sed ipsi inuident: quia ignorant qd̄ alij sciunt: nec diligūt scientes nec scientiam: quoniam nihil diligitur nisi cognitum.

Capitulum sextum de scientia vite nati eiusq; esse sm dominos termino⁊

Ad sciendum vero esse vite nati et eius dispositionẽ ſm diuisionem termino℞ planetarũ oportet ꝙ primo consideres proiectiones radiorũ planetarũ: deinde diriges ylez atqꝫ gradum ipsius sicut dictũ est supra quod adhuc tibi repilogo. ¶ Cum enim volueris dirigere ylez ad aliquẽ planetarum vel ad eius radios considerabis quot gradus distantie fuerint inter eos ſm ascensiones regionis natiuitatis illius per circuluz obliquũ et dabis vnicuiqꝫ gradui vnum annũ et omnibus .5. minutis vnũ mensem et omni minuto .6. dies ſm hunc modum. Incipies enim a primo minuto arietis tam in ylez q̃ʒ in gradu planete seu radij ei⁹ ad quem direxeris et minues minorẽ de maiori et illud quod residuũ fuerit erit distantia seu longitudo que fuerit int̃ eos dabis tunc vnicuiqꝫ gradui annũ et sic de alijs sicut dixi tibi nunc. ¶ Et dixit aomar ꝙ semper dirigas gradum ascendentis in natiuitatibus vt scire possis esse vite nati quoniã ipse est diuisor qui dicit̃ algebutar. Cuius operis licet ab antiquis breuiter illud acceperim tale documentũ tibi trado: videlicet vt videas gradũ ascendentẽ ac eius minutuz cuius termini fuerit: et quot gradus de ipso termino ad ascendendũ superfuerint per circulũ obliquũ: q̃m ille planeta qui fuerit dñs illius termini disponet vitam nati a die atqꝫ hora natiuitatis sue vsqꝫ ad tot annos et tot dies et tot horas quot fuerint illi gradus et eorum minuta et secunda. Deinde minues ascensiones vltimi gradus illius termini de ascensionibus vltimi gradus termini sequẽtis et eius minuta et dabis vnicuiqꝫ gradui eius quod superfuerit vnum annum et omnibus .5. minutis vnum mensem et omni minuto sex dies: et dñs illius termini disponet vitam nati ſm ꝙ eius fuerit esse ac eius dispositio tot annis tot mensib⁹ et tot diebus. Deinde minues ascensiones vltimi gradus secundi termini de ascensionibus vltimi gradus tercij termini et dabis vnicuiqꝫ gradui residui quod superfuerit vnum annũ et c̃ vt dictum est supra. Nam dñs illius termini disponet vitam nati tot annis tot mensibus et tot dieb⁹: et ita facies de termino in terminum vsqꝫ in finem signo℞ prout vita nati durauerit: et semper considerabis esse illius planete cuius fuerit terminus: quoniam ſm ꝙ fuerit eius esse bonum aut maluz seu mediocre ita disponet̃ vita nati nisi aliud impediat. Quod si superuenerit illud opus directionis ad finez piscis incipies a principio arietis et fac sicut dixi.

¶ Cum diuisio fuerit cum aliqua fortuna.

Cum aũt inueneris diuisionem illam ad quam direxeris cũ aliqua fortunarũ vel in eius radijs absqꝫ aspectu vel presentia alicuius infortune: fueritqꝫ algebutar seu diuisor fortuna erit natus in illis annis in bono esse atqꝫ laudabili et in tranquillitate atqꝫ bonitate vite sue: rerumqꝫ similiter incremento: et durabit hoc donec perueniet gradus directionis ad infortunaz vel eius gradum. Si autem malus aspexerit diminuet de bonitate illa ſm ꝙ ei⁹ malicia fuerit nisi gradus illi fuerint eius dignitas. Si vero habuerit ibi dignitatem minus impediet.

¶ Cum diuisio fuerit cum aliqua infortuna.

Et si fuerit hoc cuz aliqua ex infortunis atq3 aspectu fortune fueritq3 di uisor illorum annorum infortuna erit natus in illis annis in malo esse atq3 detestabili: et erit in angustijs et meroribus et tribulationibus atq3 tristicijs: inuenietq3 ipsum mala: rerumq3 diminutio et penuria. Si aut aspexerit fortuna diminuet de malicia illa scdm q eius bonitas fuerit. Et si fuerint illi gradus eius dignitas magis proficiet.

¶ Quãdo fuerit dignitas pluriũ planetarũ.

Si aut plures planete habuerint ibi dignitatẽ aspexerintq3 locuz illum erit dignior in dispositione temporis illius qui habuerit ibi plures dignitates seu fortitudines. Si vero vnus habuerit vnam dignitatẽ et aspexerit et alius habuerit plures et nõ aspexerit erit vterq3 particeps et dignus dispositione: et quilibet eorum disponet vitam nati scdm esse suum bonum .s. aut malum prout supra dictũ est.

¶ Pars tercia de forma et figura corporis nati: similiter et de ipsius accidentibus vniuersaliter atq3 particulariter ac de anime qualitatibus et de adiacẽtibus ad ea.



Dictum est superius in his que precesserunt partem istã de diffinitionibus seu differentijs natiuitatũ ac ipsarum adiacentibus: et quot anni quot ve spaciũ vite vnicuiq3 natorum attribuat conuenit in ista tercia parte de accidentibus atq3 forma et figura corporis nati tam particulariter q̃ vniuersaliter ac de anime qualitatibus siue accidentibus facere mentionem.

¶ Caplm primũ de forma et figura nati.

Considerabis itaq3 cum hoc scire volueris in natiuitate alicuius ascendens ac eius dñm et videbis quis planetarum fuerit almutez in eo et scdm formam atq3 figuram quã ipse attribuit: et scdm figuram quã attribuit signum ascendẽs nati formam vniuersaliter futurã ministrabis quoniã actio naturalis est scdm necessitatẽ forme. De significato tamen planete ad signum et signi ad planetam proportionabiliter cõiecturando: addito etiã de suorum antecedentiũ essentia: quoniã ex similibus causis similes producunt effectus. Et poterit durare hoc vsq3 ad septimã suorũ descendentiũ generationẽ et quilibet descendens poterit aliquid de sua essentia suis descendentibus dare vsq3 ad suam septimã generationẽ scdm tamen magis et minus tam in vno q̃ in altero suorum indiuiduorum: quoniã psona procedit ab alia psona: ipsa enim est indiuidua rõnalis nature substãtia. Illud idẽ esse in specie hominis esse potest: nec videret dissonũ q indiuidua specierũ traherẽt similitudinẽ siue habitudinẽ vel cõplexionẽ a matribus potius q̃ ab alijs de suis parentibus cuz nutriant ex humoribus maternis in vteris earũ: licet membra organizent ex semine paterno: est enim necessariũ q sequit necessitatẽ materiei. Et quia veritas formarũ seu figurarũ omniũ mundi duorum humane speciei nõ põt simpliciter dici seu describi nisi forte sermon longissimo e legenti tediũ generanti oportet q tu ex industria similiter et discretione tua consideres admixtionem significatorum tam planetarũ q̃ signorum atq3 locorum circuli competentiũ ad formaz et figuram nato attribuendã. ¶ Omne quidẽ quod instituit ad hoc instituit

vt faciat quod est sibi ab institutore datum: non enim inuenies aliquem ita simpliciter saturninū vel iouinū vel mercurialem vel solarem aut venerē; seu marcialem vel lunarem qui sit expers significationis omniū aliorum planetarū ita q nullus habeat partem in illo. Etiā et signū interponit aliquas suas partes nec non et loci positio in circulo signorum et vt supra nūc tetigi essentia parentele. Unde ouidius sepe solet filius esse similis patri ¶ Cōsiderāda ergo planetarum almutez in hora natiuitatis illius cuius accidentia scire volueris ac ipsius natiuitatis gradum ascendentē: et ab illo qui tunc fuerit dn̄ator accipies significationē forme atq; figure corporis nati. Et videt mihi cōueniens prius de forma corporis nati propter sui spissitudinē q de anime qualitatibus facere mētionē occasione quorūdā accidentiū que in ipsius coadunitione apparēt que naturaliter anime qualitates precedūt. Qualitates aūt anime non ita manifeste apparent sicut qualitates corporis sed percipiuntur ea que post ipsius creationē ac natiuitatē paulatim ac pedetentim a stellis acquisiuit que corpus complexionauerunt que apparere videmus.

¶ Capitulum .2. de his que sunt extra corpus que non sunt de ipsius substantia nec de substantia anime.

ALia vero extra corpus existentia vt est ditari nubere gignere atq; similia longo tempore post predicta contingere consueuerunt que omnia ex hora natiuitatis ac ipsius ascendente naturaliter sciri possunt et debent sed per accidens vel per consuetudinem aliquando nature detrahi cōsueuit. Unde oportet nos ad hoc vt ea sciamus et stellas que in eo sunt aut illud aspiciunt similiter et esse lune recte considerare prout infra de vno quoq; particulariter suo loco dicet. Operationes enim nature multis modis diuersificant. nam ipse diuersificant ex planetis et stellis fixis: ex cōsuetudinibus: ex nutrimento et ex regionū sitibus: ex conuersationibus et similibus: que omnia si possibile foret esset vtile scire. Melius etiā possumus scire vnūquodq; scibiliū cum eius causam cognoscimus: actus nāq; cognitionis est in ipsa cognitione cogniti seu cognoscibilis: omni enim corpori cōmixto debet locus secundum personam et dispositionem operantis: quoniā perfectio rei assumit ab eius totalitate: quia operatio est nobilior actione que sequit agentem. Unde per actiones corporum supercelestiū fiunt eorum nobiliores effectus siue operationes. Stelle nāq; regulant cuncta inferiora corruptibilia: vnamquāq; .s. naturam: quoniam operationes stellarum secundum rationem sunt eedem: secundum operationes vero sunt diuerse: quoniam forme et figure corporum natorum comprehendunt ex natura figurarum ascendentis et ex planetis et ex eorum coniunctione cum alijs: et ex signis et ex stellis fixis in his locis existentibus.

¶ Capitulũ. 3. de forma ⁊ figura corporis nati ⁊ primum de illa quam attribuit saturnus.



Cum saturnus fuerit significator natiuitatis solus sine alterius iuuamento siue admixtione fueritq́ȝ orientalis in mundo ⁊ a sole dixit ptholomeus ꝙ erit natus temperate magnitudinis mediocrisq́ȝ grossitudinis mellini coloris: pili eius erunt nigri sed erunt in pectore eius spissi: capilli crispi super ipsius complexione vincet frigiditas ⁊ humiditas. Si aũt fuerit occidentalis in mundo ⁊ a sole erit macilentus subniger parui corporis planos ⁊ raros habẽs capillos apte coadunationis suoꝝ membroꝝ: oculi eius erũt nigri: ⁊ in ipsius complexione vincet siccitas. ¶ Et dixit dorothius significat valde pilosum hominem corpore iunctis supercilijs. ¶ Et dixit adila saturnus dat hominem esse fuscum: raros in barba faciens pilos: colorem habebit glaucum: pectus aliquãdo subtile: capillos asperos ⁊ incultos: ragadias siue fissuras habentem in calcaneis.

¶ De participatione iouis cum saturno.

ET si fuerit iupiter participatus cum saturno significat hominē habentē faciem non vere albam cuius color erit castaneolus siue oliuinius cum laudabili tamen decentia: oculi eius erunt subnigri mediocris quātitatis decentes tamen: statura ipsius erit plus ꝗ̄ mediocris: eritq̄ semicaluus: aliqui dentium ipsius non vere albi: capilli semicrispi ⁊ castaneo colore: pili eiꝰ nō prorsus nigri: eruntq̄ inter raros ⁊ spissos: ⁊ hoc si vterq̄ ipsoꝝ fuerit orientalis. Si aūt vnus fuerit orientalis ⁊ alter occidentalis erunt aliquid infra hoc. Si vero vterq̄ fuerit occidentalis erit multū infra hoc.

¶ De participatione martis cum saturno.

SI vero mars fuerit particeps cum saturno significat hominem non bene rectum semigrossum cuius color erit subniger participans quadam non decenti rubedine: habebit aliqñ aliquas indecentes palestras in facie: pili eius semirari: capilli non multum nigri immo erunt participantes quadam rubedine obscura.

¶ De participatione solis cum saturno.

QUod si sol fuerit particeps cum saturno significat hominē habentē staturam mediocrē declinantē potius ad latus maioritatis ꝗ̄ ad latꝰ minoritatis: cuiꝰ color erit quasi emulus ita ꝙ videbit̄ quasi posse participare cum omni alio colore potius tamen cum subnigro: eritq̄ decentioris stature ꝗ̄ cum aliquo aliorum planetaruȝ: eritq̄ semicarnosus habens oculos semigrossos: barbamq̄ semiplenā capillos castaneolos siue mellinos inter semicrispos ⁊ extensos. Et addet sol aliquid in pinguedine corporis nati atq̄ pulchritudine ⁊ in ipsius forma pre ceteris planetis. ¶ Preterea cū sol fuerit orientalis in mundo: ⁊ etiam alij planete cum fuerint orientales in mūdo vel a sole fuerintq̄ participantes cum saturno addunt aliquid in magnitudine corporis nati. Et si fuerint in statione sua prima iuuant corpora natorum in faciendo ea fortiora ⁊ vigorosiora ꝗ̄ in alijs temporibus. Si vero transiuerint stationem primam contēperabunt̄ predicta ⁊ minora fient ẜm ꝙ magis ipsi remoti fuerint ab ea ⁊ appropinquauerit stationi secunde faciēt corpora natorum debiliora. At cuȝ in cōbustione ceciderint detrahent pulchritudini atq̄ forme corporum natorū ⁊ facient ea grauia ⁊ impedita similiter atq̄ misera. Et loca etiam ⁊ gradus in quo fuerint significatores seu natorū dispositores ⁊ luna faciūt ad dispositionē forme atq̄ figure corporis cuiuslibet nati atq̄ ad ipsius cōplexionē ẜm naturā ⁊ cōplexionē signorum in quibus fuerint illa loca vel illi gradus ¶ Cū vero nō fuerit significatori nati latitudo in hora natiuitatis ita ꝙ ipse sit in gradu sui zenzahar vel in eius opposito significat ꝙ natus erit macilentus: Si aūt fuerit latitudo magna erit pinguis. Si vero fuerit inter magnā ⁊ paruam erit carnosus ⁊ leuis incessus ac leuiter baiulans cum illa carnositate. Et si fuerit inter latitudinem maiorem ⁊ mediā erit addens in carnositate vsq̄ ad pinguedinem ẜm appropinquationē latitudinis maiori ⁊ remotionē a media. Et si fuerit inter latitudinem mediam ⁊ minorem erit diminuens in carnositate ẜm remotionem ab ea ⁊ appropinquationem ad zenzahar donec perueniat ad macilentiam. Et

eo fortius accident ista si ascendēs fuerit in fine signi vel circa ⁊ dñs decime domus fuerit occidentalis. Et si dñs ascendentis ⁊ alij significatores fuerit in longitudine propiori facient ad pinguedinē. Et si fuerint in longitudine longiori facient ad macilentiā. Si aūt fuerit latitudo illa meridiana hoc ē ꝙ sit significator a puncto sui zenzahar vsqꝫ ad eius oppositū ex parte meridiei qui sunt. 179. gradus vel infra erit natus leuis incessus vt testat̄ haly: ⁊ erit eius leuitas ſm magis ⁊ minus prout latitudo eius fuerit maior aut minor vel media: qm̄ illa pars est calida ⁊ sicca qua causa cuncta que perficiunt̄ in ea est alleuians. Si aūt fuerit septētrionalis. s. a cauda ipsius vsqꝫ ad zenzahar ita ꝙ sit illa distantia. 179. gradus vel infra erit pōderosus atqꝫ grauis in suo incessu ⁊ grauis motus: qm̄ hec pars est plurime frigiditatis atqꝫ humiditatis qua cuncta que in ea perficient̄ habet aggrauare: ⁊ hoc ſm magis ⁊ minus prout eius latitudo fuerit maior aut minor. Et scias ꝙ statio prima ⁊ retrogradatio faciunt ad impinguandū. Statio vero secūda ⁊ directio faciunt ad demacrandū. Nec lateat te ꝙ parentela p̄cedentiū multū facit ad pinguedinē ⁊ ad macredinē nati aliqn̄ imo pluries prout ipsa precesserit: ⁊ ad carnositatē similiter.

De participatione veneris cum saturno.

Si aūt venus fuerit particeps cum saturno sig̃t natū habiturū talē corporis formā. s. ꝙ eius calor erit quasi subniger siue mellin⁹ vel oliuine⁹ decens tamē: erūtqꝫ capilli sui nec vere glauci nec vere castaneoli: facies ei⁹ quasi rotunda: maxille mediocres: oculi sui laudabunt̄ pulchritudine a maiori parte videntiū eos: nigredo ipsoꝝ maior q̄ꝫ cū saturn⁹ fuerit significator solus: competenter habens capillos: eritqꝫ semicarnosus vt plurimū.

De participatione mercurij cum saturno.

Et si mercurius fuerit particeps sig̃t ꝙ natus erit subnigri coloris hn̄s frontē semileuatā: faciē semilongam: nasumqꝫ similiter: oculos semidecentes declinātes poti⁹ ad nigredinem q̄ꝫ ad aliū colorē: barbam nigram ⁊ raram: digitos semilongos eritqꝫ cōuenientis stature.

De participatione lune cum saturno.

Siquidem luna fuerit particeps cum saturno sig̃t ꝙ natus dicet̄ habere colorē album: tamen eius albedo nō erit clara neqꝫ vera: erit quodāmodo nebula infecta cum aliquali admixtione rubedinis: eritqꝫ habēs pulchra supcilia: oculos nigros: faciē rotundā: pulchrā staturā satisqꝫ decentē: eritqꝫ apte coadunationis suoꝝ mēbroꝝ. Hoc intelligas semꝑ in vnoquoqꝫ predictoꝝ planetaꝝ si quilibet eoꝝ fuerit bene disposit⁹. Si aūt fuerint male dispositi erunt oīa ista multum infra hoc quod dictū est ſm quantitatē impedimenti vniuscuiusqꝫ ipsoꝝ. Et significabit ꝙ natus erit difformis inept⁹ fetidus horribilis ⁊ vilis apparitionis ⁊ inordinate suoꝝ mēbroꝝ cōpositionis atqꝫ coadunationis. Et quātūcūqꝫ fuerit saturn⁹ vel qui cū eo pticipauerit vel loca p̄dicta siue in posterū dicenda tanto magis augebit̄ in difformitate atqꝫ ineptitudine forme silr ⁊ figure corpis nati. Itē dixerūt sapientes ꝙ adiuuat luna formā nati ⁊ ei⁹ figurā in temperie cōplexionali ⁊ faciet eū macilentiorē q̄ꝫ faciet saturn⁹ cū ipse fuerit significator solus: ⁊ eo magis cū ipsa

sepe per cõiunctionẽ ab aliquo vel p aspectũ seu p cõiunctionẽ magis ⁊ iũgit saturno: ⁊ hoc s͠m magis ⁊ minꝰ prout de suo corpore fuerit illuminatuȝ vel eius elongatio fuerit maior ab eo vsq̧ dum transeat proiectionẽ radioꝝ eius super radios suos.

¶ Capl'm. 4. de hoc quod quarte circuli signoꝝ operant in dispositione forme ⁊ figure corporis nati: ⁊ primo de prima quarta.

Etiã ⁊ quarte circuli signoꝝ operant ⁊ faciunt ad dispositionem forme atq̧ figure corporis cuiuslibet nati. Nã prima quarta illa que est a principio arietis vsq̧ in finẽ geminoꝝ que dicit vernalis: facit ad bonitateȝ atq̧ meliorationẽ forme corpis cuiuslibet nati. Unde cũ luna ⁊ oẽs alij sig͠tores hora natiuitatis fuerint in illa quarta adiuuabunt formã ⁊ figurã illius nati augmẽtando pulchritudinẽ corporis ciꝰ atq̧ cõueniẽtiã sue stature ipsiusq̧ bonitatẽ: ⁊ decentiã suoꝝ oculoꝝ: dabũtq̧ sibi cõueniẽtẽ carnositatẽ: in cuiꝰ cõplexione teste ptholomeo vincet caliditas ⁊ humiditas. Si aũt quidã ex eis tm̃ in ea fuerint opabunt p̄dicta s͠m q̧ de ipsis in ea inueniunt. Qui vero in alijs quartis fuerint opabunt s͠m naturã illarũ quartarũ in quibus pmanserint.

¶ De quarta secũda. s. estiuali.

Secunda vero quarta illa. s. que a principio cancri est vsq̧ in finẽ virginis facit ad bonitatẽ ⁊ ad meliorationẽ forme atq̧ figure corpis cuiuslibet nati. Unde cũ luna ⁊ oẽs alij significatores hora natiuitatis fuerint in illa quarta iuuabũt formã ⁊ figurã corpis illiꝰ nati dando illi tpatã corpis q̄litatẽ atq̧ stature mediocritatẽ ⁊ q̄ntitatẽ ⁊ cõpetentẽ carnositateȝ: oculoꝝq̧ magnitudinẽ nõ tamen indecentẽ: capilloꝝ spissitudinẽ atq̧ crispitudinem. In cuiꝰ cõplexione teste ptholomeo vincet caliditas ⁊ siccitas. Si aũt quidem ex eis tm̃ fuerint in ea opabunt p̄dicta put de natura ipsoꝝ fuerit. Qui vero fuerint in alijs quartis operabunt p̄dicta s͠m naturã quartaꝝ in quibꝰ inueniunt.

¶ De tercia quarta. s. autũpnali.

Tercia vero quarta illa. s. que est a principio libre vsq̧ in fineȝ sagittarij que dicit autũpnalis facit ad bonitatẽ atq̧ meliorationẽ forme atq̧ figure corpis cuiuslibet nati. Unde cũ luna ⁊ oẽs alij significatores hora natiuitatis alicuiꝰ fuerint in illa quarta iuuabũt formã ⁊ figuraȝ corpis illiꝰ nati dãdo ei colorẽ mellinũ: staturã aliquid inter mediocrẽ ⁊ macilentã: spatulas amplas aliquid plꝰ q̄ȝ oportet: nõ tñ excedẽtes modũ: oculos sue forme decentes: capilloꝝq̧ mediocritatẽ. In cuiꝰ cõplexione frigiditas ⁊ siccitas p̄ualebũt. Si aũt quidã ex eis tm̃ in ea repiant operabunt p̄dicta put de ipsoꝝ natura pcesserit. Qui aũt ĩ alijs q̄rtis extiterint opabunt s͠m naturã q̄rtarũ in quibꝰ eos reperies.

¶ De quarta vltima. s. hyemali.

Ultima siquidẽ quarta illa. s. que est ab inicio capricorni vsq̧ in finem pisciũ q̄ dicit hyemalis facit ad bonitatẽ atq̧ meliorationẽ forme necnõ ⁊ figure corpis cuiuslibet nati. Unde cũ luna ⁊ oẽs alij significatores hora natiuitatis alicuiꝰ fuerint in illa q̄rta iuuabũt formã ⁊ figurã corpis illius nati dando illi colorem vergentem in nigredinem: ⁊ decentẽ atq̧ tempataȝ corpis q̄litatẽ ⁊ quãtitatẽ: planos atq̧ raros capillos aptamq̧ suorũ membroꝝ coadunationẽ: cuiꝰ cõplexioni frigiditas atq̧ humiditas dominabit

Si aūt quidam ex eis tm̄ in ea permanserint operabuntur predicta prout de ipso ꝛ natura processerit. Qui vero in alijs quartis inuenient operabuntur ꝫm naturam quartarū in quibus inueniunt.

¶ Capitulum. 5. de alijs iuuamentis formarū atq3 figurarū corporum natorum preter iuuamenta quartarum.

Iterum ait ptholomeus q̄ sunt quedam alia iuuamenta que habēt particulariter iuuare predicta ꝫm loca ꝛ situs in quibus fuerint inuenta: ꝛ illa sunt signa que humanis figuris assimilant: vt geminini: virgo: libra: prima medietas sagittarij ꝛ aquarius: faciūt enī3 ad corpoꝝ natoꝝ cōformationem ꝛ etiam ad aptam membroꝝ coadunationē. Unde si luna ꝛ alij significatores hora natiuitatis alicui⁹ fuerint in eis iuuabunt omnia ista ꝛ facient corpora natoꝝ ad ea exercenda magis cōuenientia magisq3 apta. Illa vero signa que non assimulant forme humane vt sunt aries taurus leo scorpio ꝛ vltima pars sagittarij capricornus ꝛ piscis faciunt ad bonitatē corpoꝝ natorum: reddunt enim membra que deputata sunt illis signis in quibus fuerint luna ꝛ significatores fortiora ꝛ tempaciora magisq3 ad actus eis deputatos procliuiora ꝛ cōuenientiora.

¶ Que adiuuant particulariter ꝫm magnitudinē.

Item in signis sunt que adiuuant particulariter formam ꝛ figurā corporis cuiuslibet nati atq3 ipsius membra in faciendo ipsa magna vt taur⁹ leo ꝛ virgo: quoniam ipsoru3 forme sunt magne in celo: sed taurus ꝛ leo adiuuant ea in faciendo ipsa fortia similiter.

¶ Que adiuuant ꝫm paruitatem.

Quedam nāq3 faciunt ad corpoꝝ atq3 membroꝝ paruitatem vt cancer capricornus ꝛ piscis: quoniam eorum forme in celo parue reperiuntur sunt tamen a posteriori parte minores q̄3 ab anteriori parte. Preterea prima pars arietis ꝛ prima pars tauri ac prima leonis adiuuant membra natorum in faciendo ipsa procliuiora magisq3 apta in pinguedine suscipiēda. Ultima tamen medietas cuiuslibet eoꝝ ad maciem suscipiendā corpora natoꝝ inclinat. Prima vero medietas geminoꝝ ꝛ prima scorpionis ac prima sagittarij ad maciem suscipiendā corpora natoꝝ abilitant. Eorum vero vltime partes ad pinguedinem suscipiendā coadaptant. Iterum virgo libra ꝛ sagittarius corpora natorū ad tempatam corporis complexionē ꝛ bonā: aptāq3 membroꝝ coadunationē proculdubio parant. Taurus vero ꝛ scorpio atq3 piscis illa impediunt ꝛ a temperie relaxant licet forte illa relaxatio non sit exterminata. Conueniens nāq3 videret q̄ tu ex industria tua cuncta p̄dicta ꝫm magis ꝛ minus ꝫm appropinquationē significatoꝝ ad loca predicta vel eoꝝ ab eis remotionē ꝫm q̄ ipsi fuerint fortes vel debiles fortunati vel infortunati vt verius ꝛ certius atq3 securius de accidentibus cuiuslibet nati ꝫm esse sue natiuitatis iudicare possis: solerterq3 cuncta in mente tua recte atq3 deliberate percipias.

¶ Capitulum sextum de forma et figura nati quam attribuit iupiter.



Cum autem iupiter fuerit significator natiuitatis solus et ipse orientalis in mundo et a sole vel altero eorum significat q natus erit albi coloris: conuenientis et moderate stature atq magnitudinis mediocris: habens capillos albos ꝯuenientes atq decentes: oculi eius erūt mediocres nec multū magni nec multum parui: in cuius complexione caliditas et humiditas preualebunt. Si quidem fuerit occidentalis non erit eius albedo sic apta sicut cum fuerit orientalis: capillos habebit planos: eritq caluus: oculos mediocres: staturam mediocrem: in cuius complexione vincet humiditas.

¶ De paticipatione martis cum ioue.

Quod si mars fuerit particeps erit in eius colore aliquantula rubedo admixta: habebitque oculos aliquantulum grossiores quam cum iupiter fuerit significator solus. Quod si fuerit mars orientalis habebit in pede dextro signum Si vero fuerit occidentalis habebit illud in sinistro raro fallit hoc.

¶ De participatione solis cum ioue.

At vero si sol fuerit particeps cum ioue significat quod detrahat aliquid albedini eius: erit tamen decentior quam cum iupiter fuerit solus significator: eritque statura ipsius aliquid minus mediocri conueniens tamen atque decens capilli eius habebunt aliquid crispitudis: eiusque oculi habebunt aliquid croccitatis.

¶ De participatione veneris cum ioue.

Si autem venus fuerit particeps cum ioue significat quod natus habebit colorem declinantem ad nigredinem: verumtamen decentem potius quam ad alium colorem declinantem: capillos pulcros quasi mellinos: non tamen erunt determinati coloris: erit enim eorum color emulus: pulcram habebit staturam faciem semirotundam: maxillas non magnas sed decentes: pulcros oculos preter hoc quod eorum nigredo erit aliquid maior debito: nec tamen erit indecens: faciem decentem atque pulcram: eritque semicaluus.

¶ De participatione mercurij cum ioue.

Si enim mercurius fuerit particeps cum ioue significat quod natus habebit colorem parum discrepantem a primo: frontem semileuatam: faciem semilongam: nasumque similiter: oculos decentes non ex toto nigros: barbam nigram et raram: digitos semilongos: corpus semigracile: staturam mediocrem labia subtilia.

¶ De participatione lune cum ioue.

Si quidem luna fuerit particeps cum ioue significat hominem non vere album cum quadam non vera rubedine: supercilia decentia: oculos non vere nigros vnum aliquando maiorem altero vel viciosum: faciem rotundam staturam mediocrem.

¶ De participatione saturni cum ioue.

Et si saturnus reperiatur esse particeps cum ioue significat natum habiturum colorem aliquid pulcriorem quam sit mellinus: mergentem oculos in terram eundo per viam: pedes recuruos et iungit eos cum vadit: oculos non magnos: iuncta quoque supcilia: cutem non decentem quasi siccam: labia grossa: venas apparentes: barbam non spissam: capillos asperos et incultos.

¶ Cum iupiter fuerit impeditus quam formam tribuit nato.

At si fuerit iupiter in natiuitate impeditus fueritque infortunatus ac male esse ac male dispositus significat contrarium eorum que dicta sunt. Quod si fuerit similiter impeditus ille qui fuerit cum eo particeps erit iterum maior defectus in forma et figura corporis nati: maiorque difformitas: et quanto impedimentum fuerit maius tanto nati difformitas augmentabitur: et multa contraria deuenient prout dictum est supra in capitulo saturni.

¶ Capitulum septimū de forma & figura corporis nati quam attribuit mars



CUm vero mars fuerit significator natiuitatis solus & ipse orientalis in mūdo scȝ q̄ sit supra terram & a sole hoc est q̄ oriatur mane ante ipsum vel altero eorum significat q̄ natus erit coloris non nitidi: eritq̄ participās quadam albedine non bene clara & quadam rubedine non vera. ¶ Et dixit ptholome⁹ q̄ erit bone quantitatis sui corporis & ydonee carnositatis: oculi eius erunt varij: capilli spissi & mediocres: in cuius complexione caliditas & siccitas preualebunt.

¶ Cum fuerit mars occidentalis.

Et si occidētalis extiterit significat q̄ nat⁹ erit rubei coloris: moderate stature: paruos habens oculos: capillos planos ⁊ raros cum quadam tamen flauedine: in cuius complexione dn̄atur siccitas. ¶ Et dixit mesala q̄ significat deformis ⁊ figuris hominem illum qui habet colorem rubeum: capillos rubeos: faciem rotundam: oculos grossos: aspectum horribilē: signū seu maculam in pede. Dorothius vero dixit de aspectu illud idem. ¶ Sacerdos autem dixit mars dat homini curuum habere corpus: ipsumq̄ semibrunum ita q̄ nec vere rubeum nec vere nigrum sicuti habent illi qui nimiū morantur ad solem vel diutius per calorē vadunt: ⁊ aliqū habet marcialis grana rubea in facie: ⁊ vt pluries raros gerens pilos in barba veluti spadus.

¶ De participatione solis cum marte.

Quod si sol cum marte fuerit particeps significat hominē habentem colorem non vere album nec vere rubeum nec vere brunum quasi quodā modo non vere rubeo colore tectum semicaluum atq̄ semigrossum: staturā declinantem ad pulcritudinem atq̄ decentiā: capillos declinantes ad glaucedinem potius q̄ ad alium colorem: oculos non vere nigros.

¶ De participatione veneris cum marte.

Si quidem venus fuerit particeps cum marte significat hoīem habentē colorem semirubeū cum quadam decenti albedine: staturam mediocrē atq̄ pulcram: capillos multos atq̄ decentes: faciem semirotundā: maxillas mediocres: oculos decentes erit nigredo eorum maior q̄ oporteat non tamē indecens: bene carnosum ita q̄ poterit dici semigrassus: facies ipsius erit alacris

¶ De participatione mercurij cum marte.

Si vero mercurius fuerit particeps cū marte insignificat hominem habentem corpus semigracile: staturam mediocrem: colorem declinantē potius ad colorem martis q̄ ad alium nisi coniunctio aliorum planetarum contra operetur: barbam pulcram licet raram atq̄ paruam: labia subtilia: similiter ⁊ nasum.

¶ De participatione lune cum marte

Cum vero luna fuerit particeps cum marte significat hominē habentē pulcrum colorem atq̄ album cum quadā mixtione semirubedinis: oculos semigrossos: pulcra supercilia: faciem quasi rotundam: staturam decentē

¶ De participatione saturni cum marte.

Porro si saturnus fuerit particeps cum marte significat hominem semigrossum non bene rectum habentem colorem indecentē participantē quadam rubedine cum nigredine admixta: habentē aliquando aliquas non decentes maculas in facie: pilos semiraros: capillos inter nigros ⁊ quadam rubedine obscura infectos.

¶ De participatione iouis cum marte.

Si autem iupiter fuerit particeps significat hominem habentem colorē aliquantulum rubentem: oculos semigrossos: habentē in aliquo pedū signum. Oīa hec dico si mars ⁊ eius particeps fuerint bene dispositi ac boni esse. Si autem fuerint mali esse ac male dispositi dic contrarium sicut dictū est supra in capitulis aliorum.



¶ Capitulum octauum forma ⁊ figura corporis nati quam attribuit sol.

CUm aũt sol fuerit significator natiuitatis solus ⁊ ipse orientalis in mõo sigt̃ hoiem hñtem colorẽ inter croceũ ⁊ q̃si nigrum tectũ quadã rubore vel emulũ. Et ſm quosdã significat colorez album: staturã mediocrẽ ⁊ aliqñ declinantẽ ad lat⁹ maioritatis potius q̃ȝ ad minoritatẽ: staturã pulcram atq̧ decentẽ: caluũ etiã. ¶ Et dixit dorothius si vis scire figurã solis ⁊ lune scito q̄ erit sicut figura planetarũ qui fuerint cũ eis. Et dixit cũ fuerit sol in ɋtitate alic⁹ in ascñte erit in facie nati signum: capillos hẽbit inter croceos ⁊ participantes quodã rubore: oculos aliquantulũ croceos. Si ṽo fuerit occidental' in mõo sigt̃ hoiem hñtem staturã plusq̃ȝ mediocrẽ: colorẽ emulũ: capillosq̧ flauos ⁊ extensos ⁊ aliqñ aliq̃ntulũ crispos ¶ De pticpatõe vener(is) cũ sole

QUod si venus fuerit particeps cũ sole ⁊ ipsa bene disposita sigt̃ hoiem hñtem staturã mediocrẽ atq̧ pulcrã: colorẽ cõmixtum ex albedine atq̧ rubedĩe semi clara ⁊ decẽti: capillos multos atq̧ ɔuenientes videbit' in anteriori parte velle pticipare quadã caluicie: non tñ erit vere calu⁹: faciem quasi rotundã ⁊ letã: maxillas nõ magnas: pulcros oculos: carnosum ita q̄ poterit dici quasi pinguis. ¶ De participatione mercurij cum sole

SI vero mercurius fuerit pticeps cũ sole ⁊ ipse bene disposit⁹ sigt hoiem hñtem colorẽ mellinũ: participabitq; color eius cũ colore qui sigbitur per planetã aspicientẽ eum vel qui fuerit corporalr cum eo iunctus: pulcram habentẽ barbam non tamen magnam nec nimis spissam: oculos seminigrossos atq; decentes.

¶ De participatione lune cum sole.

ET si luna fuerit pticeps cũ sole ipsaq; boni esse sigt hoiem hñtez colorẽ pulcrũ atq; decentẽ cum quadã albedine semiclara ⁊ cũ aliq̃li rubedinis amixtione: pulcros oculos: ⁊ pulcra supercilia: faciem rotundam.

De participatione saturni cum sole.

QUod si saturn⁹ fuerit pticeps cum sole per bonũ esse sigt hoiem hñtem staturam mediocrẽ atq; cõpetenter decentez: colorem mellinũ: oculos seminigrossos: semicarnosũ: capillos castaneolos siue mellinos ⁊ quodãmodo crispos

¶ De participatione iouis cum sole.

SI quidem iupiter fuerit particeps cum sole sigt hoiem hñtem colorem mellinũ siue oliuineũ siue castaneolũ qd q̃si idem est cũ aliq̃li albedine admixtũ satisq; decentẽ: staturã satis ɔuenientẽ: oculos aliquantulũ croceos capillos quodãmõ in crispitudie vergẽtes.

¶ De pticipatõe mart cũ sole.

SI aũt mars fuerit particeps cũ sole sigt hoiem hñtem nigredinẽ sed in rubedie vergentẽ parr distantẽ ab emulo colore: staturã iuxta mediocrẽ ipsamq; decentem: semigrossos capillos quasi glaucos: semigrossos oculos.

¶ Capitulum nonum de forma ⁊ figura corporis nati quam attribuit ven⁹.



Quod si venus fuerit significatrix nativitatis sola et ipsa orientalis in mundo et a sole significat hominem habentem colorem ut ptholomeus ait pulcrum et decentem magis quam sit color quem attribuit iupiter: eritque facies ipsius mollis et compta magis assimilans faciei muliebri quam virili: staturam habebit pulcram atque decentem: oculos subnigros similiter decentes. ¶ Et dixit messahala quod significat de figuris hominum hominem album trahentem ad aliqualem nigredinis obumbrationem: et exinde videbitur magis decens habentem pulcram staturam: pulcros oculos quorum nigredo aliquid maior quam in aliis reperiatur tamen decens: pulcros capillos: faciem rotundam non tamen magnam neque maxillas. ¶ Et dixit dorothius quod significat hominem habentem pulcram faciem: pulcros oculos quorum nigredo erit plus quam oporteat: multos capillos et pulcros: crassum album rubore confectum: in cuius complexione temperata vincit humiditas. At si occidentalis extiterit erunt significata ipsius infra predicta: in eius complexione frigiditas prevalebit. ¶ De participatione mercurii cum venere.

Quod si mercurius fuerit particeps cum venere et ipse bene dispositus significat hominem pulcrum atque decentem: pulcrum habentem colorem: habentem frontem aliquid elevatam: faciem longam: nasumque similiter: et aliquando subtilem: pulcros oculos non ex toto nigros: longosque digitos. ¶ Et dixit sacerdos gracile habentem corpus: staturam mediocrem: pulcram barbam sed raram nec tamen parvam: labia gerentem aliquando subtilia. ¶ De participatione lune cum venere.

Si quidem luna fuerit particeps cum venere et ipsa bene disposita significat hominem habentem colorem pulcrum ex albedine atque rubore permixtum: oculos seminigros: supercilia pulcra et placibilia: et pulcram staturam et mediocrem tamen faciem rotundam: habentem aliquando alterum oculorum aliquid maiorem altero vel forte viciosum. ¶ De participatione saturni cum venere.

Quod si saturnus fuerit particeps cum venere significat hominem habentem colorem mellinum vel subnigrum cum convenienti tamen decentia ipsius coloris: capillos inter glaucos et mellinos: et habebit ex eis in competenti quantitate atque decenti: faciem semirotundam: maxillas mediocres: oculos pulcros quorum nigredo erit convenientis magnitudinis: eritque semicarnosus. ¶ De participatione iovis cum venere.

Et si fuerit iupiter particeps cum venere significat hominem habentem colorem subnigrum atque decentem: capillos pulcros: erunt enim coloris emuli: staturam pulcram atque pulcritudine beatam. Est enim pulcritudo convenientia partium cum quadam coloris suavitate: faciem semirotundam: maxillas mediocres atque decentes: pulcros oculos: videbitur tamen nigredo ipsorum esse aliquid maior quam oporteat: non tamen detrahet hoc pulcritudini eorum: faciem magnam pulcram: eritque semicarnosus.

¶ De participatione martis cum venere.

Si autem mars fuerit particeps cum venere significat hominem habentem colorem convenientem ex quadam albedine atque rubedine commixtum: staturam pulcram atque mediocrem: capillos multos atque decentes: maxillas mediocres: faciem semirotundam: pulcros oculos: superabundabit aliquid eorum nigredo licet non dedeceat semigrossum: faciem habentem alacrem. ¶ De participatione solis cum venere.

Si vero sol fuerit particeps cum venere significat hominem habentem colorem pulcrum commixtum cum rubedine atque albedine non vere clara: staturam mediocrem atque pulcram: capillos pulcros atque decentes: faciem letam quasi semirotundam semipinguem: pulcros oculos.

¶ Capitulum decimū de forma et figura corporis nati quam attribuit mercurius.



Cum autem mercurius fuerit significator natiuitatis solus et ipse orientalis in mundo vel a sole et alias bene dispositus significat hominē habentem colorem mellinum seu castaneolum seu oliuineū: membra satis apta simul coadunata: oculos paruos: capillos mediocres tam in quantitate quam in colore: in complexione eius preualebit caliditas. Quod si fuerit occidentalis in mundo scz vel a sole significat hominem habentem colorem croceum cum quadam subnigredinis admixtione: macilentum: habentem vocem exilem: oculos cauos quorum pupilla erit caprina declinans ad quandam rubedinē in cuius complexione dominabitur siccitas.

¶ De participatione lune cum mercurio.

Sed si luna fuerit particeps cum mercurio & ipsa orientalis in mundo & a sole aliasqz bene disposita significat hominē habentē colorē pulchrū in quo albedo cum rubedine mixta preualebit: supercilia pulchra & beniuola: oculos non ex toto nigros: faciem rotundā atqz decentē: staturā cōuenientem & pulchrā. Si vero fuerit occidentalis erunt eius significata infra hoc: & eo magis si luna fuerit impedita.

¶ De participatione saturni cū mercurio.

Siquidem saturnus fuerit particeps cū mercurio & orientalis significat hominē habentem colorē quasi subnigrū: frontē aliquid eleuatā: faciē mediocrem: similiter & nasum: oculos semidecentes vergentes in nigredinē barbam raram atqz nigram: digitos mediocres: staturam conuenientem. Si vero fuerit occidentalis erunt eius significata infra predicta.

¶ De participatione iouis cū mercurio.

Quod si iupiter fuerit particeps cum mercurio & ipse orientalis significat hominē habentē colorē declinantē ad quandam decentem nigredinem: capillos emulos: faciem semirotundā: maxillas mediocres atqz conuenientes: pulchros oculos in quibus nigredo preualebit: faciem cōuenientez atqz pulchrā: decentē staturam: eritqz semicarnosus. Quod si fuerit occidentalis erunt significata predicta infra hoc.

¶ De participatione martis cū mercurio.

Et si mars fuerit particeps & ipse orientalis significat hominem habentem colorem determinatū potius ad quandā rubedinē non verā cū admixtione cuiusdam non vere albedinis q̄ꝫ ad alium colorem: barbam raram atqz paruam: non tamen indecentem: labia subtilia & nasum similiter: staturam mediocrem: corpus sepe gracile.

¶ De participatione solis cum mercurio.

Siquidem sol fuerit particeps cū mercurio & ipse orientalis in mundo significat hominem habentem colorem velud mellinuz: barbam mediocrem atqz pulchrā licet raram: oculos decentes atqz semigrossos. Si autem fuerit occidentalis in mundo erunt omnia eius significata infra predicta.

¶ De participatione veneris cū mercurio.

Et si venus fuerit particeps cū mercurio & ipsa orientalis in mundo vel a sole significat hominē habentē colorem pulchrum atqz decentem: faciem longam nasum similiter longum atqz subtilem: frontem eleuatam: pulchros oculos nō ex toto nigros: digitos longos: staturā pulchrā atqz decentem. ¶ Et dixit sacerdos corpus gracile staturam mediocrem: pulchraz barbam sed raram nec tamen paruam: labia gerentem aliquando subtilia. Et si venus fuerit occidentalis erunt oīa significata infra predicta.

¶ Capl'm. ii. de forma et figura quam attribuit luna nato.



SI vero luna fuerit significatrix natiuitatis sola et ipsa orientalis in mũdo vel a sole ac alias bene disposita significat hominẽ habentẽ colorẽ albũ cõmixtũ cũ roseo rubore vergentem in macilentiã: supcilia beniuola oculos nõ ex toto magnos: faciẽ rotundã: staturã ex toto pulchrã.

¶ De participatione saturni cũ luna.

QUod si fuerit saturnus particeps cũ luna ipsiq3 bene dispositi significat hoĩem habentẽ colorẽ vergentẽ in albedinẽ nõ tamẽ verã: habebitq3 albedo illa cõmixtionẽ rubedinis cuiusdã: pulchra supcilia: nigros oculos: faciem rotundã appropinquantẽ macilentie: staturã cõuenientẽ: aptã suorum membrorum coadunationẽ. Si aũt fuerint male dispositi significant cõtrariũ eorum que dicta sunt: erit nãq3 natus ille vilis apparitionis nec eius membra coadunabunt apte: et quãto plus ipsi vel alter eorũ fuerint infortunati tanto magis erit natus ineptus atq3 difformis et vilis atq3 horrendus.

De participatione iouis cũ luna.

SI aũt iupiter fuerit particeps cũ luna significat hoiem habentẽ colorẽ nõ vere albũ cũ aliqua clara rubedinis admixtione: supercilia pulchra oculos seminigros: faciem rotundã: staturam conuenientẽ: alterũ oculorum aliquando viciosum.

De participatione martis cũ luna.

SI vero mars fuerit pticeps cũ luna significat hoiem habentẽ pulchruz colorẽ: pulchra supcilia: oculos semigrossos in nigredinẽ quodãmodo vergentes: staturã cõuenientẽ: faciẽ semirotundã.

De participatione solis cũ luna.

SEd si sol fuerit particeps cum luna significat hominẽ habentẽ colorez decentẽ cum quadã cõuenienti albedine atq3 rubedine: pulchra super cilia: pulchrosq3 oculos: faciẽ rotundã.

De participatione veneris cũ luna.

POrro si venus fuerit particeps cũ luna significat hominẽ habentẽ colorem ex albedine atq3 rubedine confectũ & pulchrũ valde: supcilia decẽtia: oculos nõ vere nigros: staturã mediocrẽ atq3 pulchrã: faciem rotundam oculos competentes licet non ex toto equales.

De participatione mercurij cũ luna.

VLtimo si fuerit mercuri⁹ particeps cuz luna & ipse bene dispositus sigt hoiem habentẽ colorẽ cõmixtũ ex albedine atq3 rubedine cõuenienti pulchra supcilia: oculos seminigros: faciẽ rotundã cũ decenti cõueniẽtia: staturã decentẽ atq3 pulchritudine vallatã. Oĩa hec que dicta sunt de formis & figuris quas planete attribuũt natis intelligas in vtroq3 sexu fore coĩa. Intelligas enĩ talia debere cõtingere qualia alias dicta sunt si planete fuerint fortunati atq3 bene dispositi: si vero ɔ̃riũ fuerit ꝑm quãtitatẽ ɔ̃rietatis ɔ̃riuz iudicabis. Cõsideratis oib⁹ & singulis q̃ dicta sunt de planetis atq3 alijs sicut tibi supra tetigi: tuaq3 discretione cõiecturando suis ptib⁹ interpositis cũ auxilio redẽptoris nr̃i ihu xp̃i. Scias etiã qđdã aliud qđ impedit aliqñ cursuz ntĩtatũ naturalẽ a quo tibi multũ cauere oportet: videlicet ꝙ mutant̃ in natiuitatib⁹ filiorũ anni natorũ q̃si ꝑm ꝙ mutant̃ in reuolutionibus annorũ prout infra tanget̃ cũ tractabit̃ de re patrũ. De prima domo.

Capl̃m primũ de qualitatib⁹ seu accidentib⁹ anime nati.

FActa in p̄cedẽtib⁹ mentione de forma & figura corporis nati ac de ei⁹ accidentib⁹: dicendũ puto de ipsius nati aĩe qualitatibus siue accidẽtib⁹ subsequent̃ atq3 de ipsis scribere iuxta posse. De rõnalitate pri⁹ tãq3 de digniori atq3 nobiliori: de sensibili vero atq3 vegetabili subsequent̃. Dicẽdũ igit̃ ꝙ id qđ ꝓprie ad rõnez & intellectũ ptinet ꝑ mercuriũ pcipiet̃: qđ aũt est vegatationis atq3 sensibilitatis ꝑ luminare eiu⁹ fuerit auctoritas. Et si fuerit ntĩtas diurna ꝑ solẽ tm̃ si vo noct̃na fuerit ꝑ lunã atq3 ꝑ planetã cum quo ip̃a iungit̃ & qui secũ alithirat vel etiã cõtrarietatẽ vel alitisal siue coniunctionẽ seu applicationẽ habuerit veraciter deprehendet̃: non tamen ad ipsius cognitionẽ vno solo tramite possumus peruenire sed diuersis

¶ Sunt enim sex modi quorum primus est cõsideratio esse lune atque mercurij. ¶ Secũdus est cõsideratio signorum in quibus ipsi fuerint vno .s. aut pluribus ¶ Tercius est cõsideratio dñorum illorum signorum. ¶ Quartus est coniunctio planetarũ in figura hora ntitatis. ¶ Quintus quod sit proprium significatũ vniuscuiusque planetarũ qui fuerit particeps natiuitatis figure illius quã astrologus cõsiderare intendit. ¶ Sextus est cõsideratio angulorum ac eorũ dñorum quoniam predicti significatores similiter signa in quibus fuerint qualitates anime necnõ et accidentia multũ auxiliantur et iuuant. Unde considerandi sunt significatores et consideranda sunt signa in quibus ipsi fuerint: similiter et anguli. Nam cũ ipsi fuerint in signis fixis .s. significatores et anguli facient hec accidentia siue has qualitates in animã deuenire: quoniam faciũt eam beniuolã rectã legalẽ non fallacẽ: nõ de leui se mutantẽ: stabilẽ multa incõmoda multosque labores sustinentem ac multa studia: intelligibilẽ ac ingeniosam: verã atque rigidã et suas volũtates perficientẽ: multũ a malicijs mundã: et a voluptatibus se optime defendentem Collectricẽ rerũ quas viderit vel audiuerit atque uerborum tam viliũ quam preciosorum nihil aut parũ de ipsis relinquentẽ atque memorie cõmendantẽ in rebus vtilibus inuidam et maxime in scientijs: nollet enim in eis ab alijs superari: amatricẽ honoris atque rerũ de quibus laudes acquiruntur et in bona parte: contenciosam in rebus licitis: trãsgredientẽ aliarũ aĩarũ ingenia difficilime de proposito ad propositũ se mutantem.

¶ De tribus planetis superioribus.

Cum tres planete superiores fuerint orientales a sole vel a dño ascendẽtis: vel fuerint in ascẽdẽte vel in eius angulis: vel in almuguea solis vel lune vel dñi ascẽdẽtis faciũt aĩam liberalem atque ad libertatẽ ydoneam atrocem atque de suo proprio consilio confidentẽ largam et apertam exalatã et suas cogitationes in aperto proferentẽ: non tamẽ multũ indiscrete.

¶ De stellis significantibus.

Et cũ stelle significatrices in sua statione prima fuerint ipseque fortunate atque fortes existẽtes: et eo magis si circa decime domus cuspidẽ inueniantur aĩam nati cogitatricẽ atque bonorum dispensatricẽ: boneque memorie: boneque capacitatis: bonique intellectus: stabilẽ: quietã atque ĩmobilẽ: magnanimẽ: inconuertibilẽ: infallacẽ atque legalẽ: cognoscentẽ: operũ amatricẽ: sonniorum veracem expositricem atque in talibus et similibus valde peritam futurum esse nunciabunt.

¶ De tribus inferioribus planetis.

Tres vero inferiores cũ in locis predictis remanserint et ipsi occidentales directi et fortes et in natiuitatibus nocturnis proprie: licet in diurnis aliquid infra hoc facient aĩam nati debilem leuiter se de proposito ad propositum mutantẽ: pusillanimẽ atque infortunatã: falsam: ad cognoscendũ siue intelligendũ tardam atque lentam: timidã atque pauidã: magnã tempestatẽ falsitatis amatricẽ: libensque solitarie cõmorantẽ. ¶ Ptholomeus vero visus est dicere quod cũ tres superiores fuerint in oppositione solis .s. in medio retrogradationis tũc occultantur in principio diei. Cũ aũt fuerint vniti cum sole tunc occultantur in principio noctis: istud est verum: et tunc fiunt debiliores quam esse

possunt: faciūtqz aīam vilem atqz pauce bonitatis. Et cū sunt orientales vel in statione sua prima sunt fortes ⁊ faciūt aīam fortē. Et cum sunt retrogradi sunt debiles ⁊ faciunt eā inertem. Et cum sunt in statione sua secūda faciunt eam mediocrē. Cū aūt fuerint directi atqz orientales sunt fortiores: ⁊ faciūt aīam fortem ⁊ habilem ad fortitudines exercendas.

De venere ⁊ mercurio.

De venere ⁊ mercurio dixit q̄ cū sunt in statione sua prima ⁊ natiuitas fuerit diurna: vel fuerint in statiōe sua secūda ⁊ natiuitas fuerit nocturna tunc sunt mediocres: ⁊ faciunt aīam mediocrē nec bonam nec malā aptā tn̄ inclinari tam ad bonū q̄ȝ ad malum. Abohali visus est dicere q̄ cū sunt in statione sua prima ⁊ natiuitas fuerit nocturna vel in statione secūda ⁊ natiuitas fuerit diurna sunt fortissimi ⁊ faciūt aīam fortē. Et cū fuerint in medio directionis sunt debiles ⁊ faciunt aīam debilem agilem atqz de pposito ad ppositū leuiter se mutantē: pusillanimē atqz infortunatā ⁊ pusillanimitatem amantē ⁊ solitarie libenter morantē.

De tribus superioribus.

Cum aūt predicte tres stelle superiores fuerint in statione sua secūda fuerintqz in decima circa cuspidem ipsius. Venus vero ⁊ mercuri⁹ cum retrogradi solis radios subintrauerint vel sub eis fuerint fueritqz natiuitas diurna: vel cum directi predictos radios subintrauerint vel sub eis extiterint fueritqz natiuitas diurna facient aīam nati puram sensatā mansuetā: sed nō erit pfecte memorie: laborē vitantē atqz fugientē: eritqz inquisitrix rerū secretarū: occultorūqz subtilissima inuestigatrix: ⁊ maxie sciarum vt nigromantie magice aliarūqz profundarū sciarum atqz occultorum: valebit etiam in aliquibus mirabilibus atqz subtilibus vt sunt iudicia stellarū ⁊ somniorū expositiones ⁊ his similia.

De signis cōibus.

Cum aūt fuerint ascendens atqz predicti significatores in signis cōibus propter eorum multiformitatē atqz mutationē facient aīam multiformem: tardam atqz grauē ad actus debite vix cognoscendā: leuiter amantem leuiterqz ab amore discedentē: instabilē: dolosam: nunc hoc nunc illa uolentē: in paucis bene pseuerantē: eritqz habilis ad musice sciam habēdā: leuiter de rebus tam bonis q̄ȝ malis penitentē: eritqz tamen perspicatis intellectus.

De signis mobilibus.

Siquidē fuerint in signis mobilibus facient hoīem libenter in ciuitatibus cōmorantē ⁊ alijs se associantē ppter illorum signorum mobilitatē: faciunt eam amantē res vniuersitatū atqz collegiorum similiter laudē affectantē faciuntqz ipsam diuinorum cogitatricē: eritqz laudabilis ingenij ⁊ ad ea que debuerit apta se mouere rerū inuestigatricē: ⁊ quasi omnibus indifferenter liberalē boneqz opinionis ac in iudicijs stellarū prouidū ⁊ perspicacē.

De stellis aīam natorum disponentibus.

Considerandi sunt iterum luna ⁊ mercuri⁹ vtrū sint in locis predictis vel in suis pprijs dignitatibus: vel illi in quorum domibus vel exaltationibus vel terminis vel triplicitatibus ipsi fuerint: vel fuerint in suis aȝ: qm̄ faciunt tunc animam nati largam apertam. Cuius proprietates erunt libere

prospere ac bene valentes: nec hoc poterit frustrari nisi contra naturam aliquid hoc infringat. Et eo magis si vnus ꝛ idem significator fuerit dñs locorum in quibus luna ꝛ mercurius fuerint: vel associet̃ illis: vel saltem alter eorum habuerit alithisal cum luna. Si aũt alter fuerit ꝙ̃ sit dictuȝ: hoc est ꝙ non sint predicte stelle dñatrices locoꝝ vtriusq̃ʒ lune. s. ꝛ mercurij vł aliqua illarũ: nec sint eis associati nec alteri eorum. s. aliquis. 5. alioꝝ planetarũ prospicies cui magis appropinquet ex illis duobus aliquis aliorũ: quoniã disponet̃ anima nati ꝑm ꝙ fuerit dispositus mercuri⁹. s. aut luna vel associans eis: si aũt predicti. 5. planete fuerint extra suas dignitates vel alias male dispositis significabũt ꝛ faciunt animam nati contrariã ei quod dictũ est: quoniam eius qualitates erunt aspere atq̃ʒ occulte ꝛ imperfecte absq̃ʒ prosperitate. ¶ Baruch vero dixit ꝙ stelle dñatrices locorum in quibus fuerint luna ꝛ mercurius vel que super eos fuerint eleuate facient aĩam nati operanteȝ opera rigida ꝛ nociua hoc dico si fuerint infortune siue infortunare natumq̃ʒ iniqua operari: eritq̃ʒ anima illius nati leuiter se mouens ad alios impediendum atq̃ʒ in eorum nocumentũ voluntaria: nec erit ex sua discretione corrigibilis: nec videbit̃ ei laboriosuȝ alios ledere sed delectabit̃ in his. At si fuerint infortune ille impedientes in locis stellarum que sunt in ayȝ eis cõtrario facient aĩam nati debilem atq̃ʒ detestabilem: atq̃ʒ de vno ꝓposito in aliud se leuiter mutantem: ꝛ ad malum potius ꝙ̃ ad bonum: ꝛ ex illa occasione accident nato infortunia cum supplicijs sibi nociuis: per eundem illum modum fiet anima nati ad predicta inclinans per quem fiet gaudens in bene faciẽdo alijs atq̃ʒ ad bonuȝ inclinans cum fortune fuerint significatrices: ꝛ ipse liber ab impedimentis: nihilq̃ʒ impediens eleuatũ fuerit super ipsas: placebit tũc anime nati alijs bene facere: delectabit̃ in hoc: nec tamẽ sequet̃ ex illo bene facere incõmodum sed vtilitatẽ ꝛ bonam laudem. At si fuerint ipse fortune significatrices ꝛ infortune fuerint eleuate super ipsas non erit idem esse aĩe nati cum predicto: alterabit̃ enim: erũtq̃ʒ anime nati qualitates molles atq̃ʒ beniuole non rigide non aspere imo quiete: sed quid ex hoc accidat nato dico tibi: quoniã propter suam humilitatẽ ꝛ planiciem ꝛ mollicie ꝛ quietudinem ꝛ beniuolentiã ꝛ abstinentiã a malefaciendo: ꝛ pietatẽ ꝛ dilectioneȝ quam in hominibus habuerit vilipendet̃ ꝛ spernet̃ ab eis ꝛ culpabit̃ ꝛ accusabit̃ cum sit insons ꝛ innocens: ꝛ temere credent̃ mala que falso dicent̃ de ipso ꝛ in nullis quasi vel paucissimis in eius excusationẽ discretio inuenief̃: nec audient̃ eius verba: ꝛ in omnibus quasi pro nihilo reputabit̃ etiam cuȝ sit laudandus atq̃ʒ pro autentico reputãdus: eiusq̃ʒ cõsimilia sana reperient̃ ꝛ multe sibi false imponent̃ occasiones. Et leuiter quasi sine causa discedent ab eo amici: ꝛ quãto plus seruiet tanto minus gratificabit̃: eiusq̃ʒ seruicia ꝓ nihilo reputabunt̃: ꝛ libenter vt plurimũ nitent̃ homines ei nocere: nedum alij sed etiam illi idem quibus melius seruierit: ꝛ vt plurimum in omnibus de quibus se intromiserit cedet ei sinistre. Hic est modus per quem sciuntur ꝛ pronosticant̃ qualitates animarum natoꝝ generaliter. De qualitatib⁹ aũt particularibus que ꝑm naturam stellarum seu planetarũ habent euenire sigilatim vlterius est videndum.

¶ Capitulum .2. de qualitatibus anime nati secundum naturas et significata stellarum particulariter euenientibus.

Dicto iam de qualitatibus anime nati vniuersaliter accidentibus: facienda est modo mentio proprietatum particularium qualitatum que secundum naturas stellarum ac ipsarum qualitatum anime nati accidere consueuerunt.

¶ De significatione saturni cum solus fuerit dispositor qualitatum anime nati.



Dicas ergo quod cum saturnus solus fuerit dominator seu dispositor qualitatum anime nati fueritque almutez locorum in quibus fuerint luna et mercurius fueritque orientalis in mundo et a sole et in angulis sitque alias bene dispositus nec impeditus: teste ptholomeo faciet animam nati amatricem iustorum atque bonorum virorum: solidi atque profundi consilij in suo consilio confidentem

disputatricē: laborem sustinentem non semper veritate vtentē: nō enim erit quin sibi aliquid de sua malicia reseruet: locupletari amantē: dignitates habere desiderantē: suas ꝓmissiones non bene seruantē nec in eis firmā existentē: libent thezaurizantē: inuidā ab alijs sua secreta celantem.

℃ Cum saturnus fuerit mali esse.

Et si saturnus in hoꝝ que ṗdicta sunt cōtrario fuerit inuētus fueritqꝫ detestabilis in suo esse siue in loco in quo extiterit: faciet aīam nati vilem īmūdā in scia pusillanimē: in sui tm̄ cōsilio cōfidentē: nec tamen sciet quale sit suū cōsiliū: ⁊ de cōsilijs alioꝝ semper decipi se credentē: inuidā: timidā atqꝫ inaudacē se hominib⁹ associari abhorrentē: occultationis atqꝫ lugubrij amatricē: infortunatā: dolosam: inuerecundā: laboriosam: deceptricē: neminē diligentē: maliuolā: nūqꝫ tp̄e vite sue nec etiā sua bona vt in eis vel ex eis gaudeat adaptare scientē.

℃ Cum nec bonus nec malus fuerit saturnus.

Si quidē saturn⁹ nō ex toto bene nec ex toto male disposit⁹ inueniat̄ ꝑmcius esse qualitates aīe futuras pronunciabis. At si magis ad liberationē qꝫ ad impedimentū declinauerit minus remotū bonū: si aūt magis ad impedimentū qꝫ ad liberationē minus remotū malū iudicabis.

℃ De significatione saturni cū ei iunctus fuerit iupiter.



Quod si iupiter cū saturno iungat̄ ⁊ ip̄e boni esse ac bene dispositus oriētalis. s. in mundo ⁊ a sole fueritqꝫ in angulis faciet aīam nati iustā: senes ⁊ decrepitos libenter honorantē: eritqꝫ sani cōsilij: alijs libent̄ subueniētem atqꝫ ipsos iuuātē: bonā habentē noticiā: donatricē magnanimē patientē: quietā: intelligentē: amicorūqꝫ amatricē atqꝫ philosophiā desiderantē.

℃ Cū iupit̄ fuerit male disposit⁹

Si aūt ei⁹ dispositio fuerit contraria supradicte faciet aīam nati bene facere ignarā: insensatā in rebus: atqꝫ verbis diabolicis libent̄ studentē atqꝫ cōuersantē ⁊ delectantē: ⁊ ypocrisim amantē in locis oꝑosis libent̄ morari se fingentē cū intrinsecus cōtrariū repiat̄: futura etiā sine cognitione lrārū ṗdicētē: delectabilia nō affectātē: filios habere abhorrentē: amicos vel eos habere nullaten⁹ volentē: ī locis ab habitaculis remotis habitare desiderātē cū hoīb⁹ cōuersari nō volētē. Et cū sit insipiēs verba silia verbis sapiētis aliqn̄ habentē: honorē nō affectantē nec etiā laudari curantē: mala poti⁹ qꝫ bona eligentē ac ipsis libent̄ adherētē: debilē atqꝫ maliciosā: ⁊ si aliqn̄ aliqua bona exercuerit de ipsis velociter penitentē: laboriosam ac quietem non amantē.

¶ Cum nec bene nec male dispositus fuerit iupiter.

SI vero in dispositione q̄ nec ex toto bono nec ex toto malo iupiter repe riatur faciet animam nati talium qualitatum quale suum esse reperiat. Quod si esse ipsius magis versus bonū q̄ versus malū declinauerit: declinabūt anime qualitates magis versus bonum q̄ versus malum. At si versus malū potius q̄ versus bonum eius esse declinauerit faciet anīe qualitates potius versus malum q̄ versus bonū declinare ꝛ fm esse eius poteris sp pnosticari.

¶ De significatione saturni cum mars ei iunctus fuerit.



SI autē mars saturno iunct⁹ fuerit ꝛ ipse boni esse ac laudabilis esse in angulis scz ꝛ orientalis in mundo ꝛ a sole: nec impeditus vt ptholome⁹ ait faciet animā nati propter vtriusq̄ maliciā non cognoscentē ea q̄ cognoscere debuerit miseram imbecillem nocentem laboriosam pusillanimez: vix vnq̄ ꝛ cū pauore magno temptantem impiā grauē baratatricē ꝛ ac si cōtineret in se magnanimitatem: omnia quasi vilipendentē nullum ordinatum modum in se habentē: ꝛ quadam ypocrisi ꝯtra suā naturā bellicosam se fingentē in omnib⁹ timidā contrarium tn̄ se fingentem: ꝛ ex hoc dicetur bellicosa cum sit filia pauoris: conturbationes amantem: inuidam pessima inuidia: proditricem in sua malicia perseuerantē nec ab ea de facili se mouentem: natum laboriosum ꝛ alios laboriosos esse libenter facientem: ypocrisim amantē: reges principes rectores magnates omnesq̄ suos maiores odio habentem: ex aliorum victorijs se iactātem vel eas sibi asscribentem: nullam in bono profunditatem habentez: rusticitatē plenā ad tolerandum grauem: iniquam: hoībus libenter nocentez ipsosq̄ odientē ꝛ vilificantem atq̄ vilipendentē: nec alterabitur nec mutabitur a supradictis sed in eis semper perseuerabit: de artificijs ꝛ de multis ac diuersis alijs se intromittentem ꝛ in nullis bene perseuerantem.

¶ Cum mars fuerit in esse contrario supradicto.

SI quidem mars fuerit in contrario esse qd̄ dictum est faciet animaz nati deprędatricem facientemq̄ natum viarū obsessorez: faciet etiam mars ipsam pessimarum qualitatum deum non cognoscentem: nec etiam eum reuerentem nec timentem nec amantem: per nephas libenter lucrantem: blasphematricem perturbantem: nec aliquem vere amantē: latrocinio deditam proditricem deceptricem interfectricem impudicam incestam malam sacrilegaz nigromanticā: natum sui ipsius homicidium facientem fornicatricem: sepulcrorum violatricem ꝛ generaliter in omnibus nequam.

De significatione saturni cum ei iuncta fuerit venus.



Quod si venus fuerit iuncta satno ꝛ ipsa boni esse ac bn̄ disposita: fueritq̈ orientalis in mundo ꝛ a sole: silr et in angulis faciet aīam nati pacificam beniuolam fidelem verecundā abstinentem deliberantē: sciētie amatricē: ab imundicijs se abstinentē deum amantez ꝛ timentem ac in reuerentia ipsum habentem.

Cū fuerit ven⁹ in esse ꝯtrario.

Si autez fuerit venus in esse ꝯrio supradicto faciet aīam nati male receptiōis ac male opinionis maleq̈ legis impudicam imundam tediosam zelotipam: mulieres abhorrentem: turpem coitū ꝛ imundum affectantē vt illū horrendū atq̈ vitupabilem sodomiticū ꝛ silia: ꝛ illū cum senibus ꝛ turpib⁹ viris: de mulierib⁹ turpē atq̈ difformem eligentem: formosam non curantē: ꝛ aliqñ a mulierib⁹ se decipi ꝑmittentem se ab oībus segregantē: in sui tm̄ ꝯsilio confidentē: qualibet turpi atq̈ praua fornicatōe fornicatricē: insciam adulterā: turpē ꝛ in turpib⁹ se delectantem: incestā suūq3 incestū cum suis ꝯsanguineis potius q̈3 cū alijs perficientē: circa turpes venereos actus sollicitantē ꝛ contra naturā nedū cum rōnalibus sed cum brutis: ꝛ superbā vilem maledictā sceleratā: suas cogitationes ab alijs celantē: deū in reuerentia non hn̄tem: somnia ꝛ alia secreta vilipendentez: de nigromancia atq̈ de multis alijs diuersis se intromittentem.



De significatione saturni cum mercurius ei iunctus fuerit.

At si mercuri⁹ satno iunct⁹ fuerit ꝛ ipse boni esse ac bn̄ dispositus fueritq̈ orientalis in mundo ꝛ a sole silr ꝛ in angulis: nec alias impeditus faciet aīam nati legum atq̈ rerum legalium inquisitricem atq̈ nigromantiaȝ inuestigantez: medicinal' scientie amatricem: occultorū deliberatricem: ꝛ semetipsam ab alijs occultantem: sophistam nigromanticam coram hominibus et sine ipsorum presentia mira se facere

ostendentem:boni ingenij:exponendo℞ leuem expositricem:inuestigando℞ bonam inuestigatricem:amaritudinem tamen in se habentem acutam:intelligentie quasi omnium operum amatricem:⁊ bene inde sibi continget.

¶ Cum mercurius fuerit male dispositus.

Si autem dispositio mercurij fuerit contraria supradicte faciet animam nati turbulentam inuidam loboriosam:hominum odiosam ⁊ maxime suo℞ consanguineo℞:nec eos videre affectabit:de ipso℞ bonis dolentem:de ipsorum malis gaudentez:tristiciarum amatricem:fantasias ex quib⁹ turbet in nocte videntem:deceptricem proditricem:suorum negocio℞ occultatricē nigromantie libenter adherentem:nec inde sequetur vtilitatem sed eius contrarium.

¶ Capitulum tercium de significatione iouis cū ipse solus fuerit significator seu dispositor qualitatum anime.



Cum iupiter fuerit solus dispositor qualitatum aie nati fueritqꝫ almutez super locis in quib⁹ fuerit luna ꝛ mercurius: fueritqꝫ orientalis in mūdo ꝛ a sole: similiter fuerit in angulis ac alias bene dispositus nec impeditus faciet aiam nati iustam largam magnanimē planam verecundā: atqꝫ natū facientē famosum: beniuolam liberalem equam mansuetam egregiam piam: suorūqꝫ operum magne cogitationis: amabilem hominibus: libenter benefacientez: rerum conductricem atqꝫ regimina facere scientem ꝛ similia.

Quod si iupiter fuerit in predicti esse contrario faciet aiam nati debilem atqꝫ occultam: absqꝫ bono intellectu prodigam demoniacā ꝛ in rebus dyabolicis sua seruicia exercentem: maleqꝫ opinionis: fallacē atqꝫ cauendā: delectacōes atqꝫ concupiscentiam diligentem: contumacē: in scientia dedignantē atqꝫ incognoscentē in alijs erit volens assimilari supradictis licet multū infra

¶ De significatione iouis cum iunctus fuerit ei mars.

Et si mars iunct⁹ fuerit ioui ꝛ ipse boni esse ac bn̄ dispositus orientalis scꝫ in mundo ꝛ a sole fueritqꝫ in angulis nullaten⁹ impeditus faciet animā nati versutam placitatricem: libenter litigantem: ac in controuersijs se delectantez: bellicosaz atqꝫ bellorum dispositricez: exercituūqꝫ conductricem: ꝛ maxime illorum ex quorum parte fuerit ius: fortissimaz: nulli se miliantem: vindictas amantez aliosqꝫ superare nec alicui supponi vel subiacere volentē: seipsaz ad dignitates atqꝫ dn̄ationes promouere volentem: nec veritatē rerū ignorantem: honorē atqꝫ gratiā querentem: et exinde prosperitatem sequentem: prouidam iracundam atqꝫ mendacem: multis quoqꝫ multa mandantem

¶ Cum mars in predicti esse contrario extiterit.

Si quidem mars in predicti esse contrario extiterit faciet aiam nati blasphematricem impudicā: maliciam suorum verborum tam suorum secretorum q̄z alienorum propalatricez: apprehendendorum apprehendentez: exponendorū exponentem: aliorum vilipendentē: ypocritam superbam deceptricem inobedientem: natum mendicū facientem depredatorē: viarū abscisorem raptorē suarum rerum amissorem: hominem ex malis verbis: conturbatricem vilem infidelem instabilē: male noticie: maliqꝫ consilij: insensatā de vno proposito se in aliud leuiter mutantem: diuersarumqꝫ qualitatuz existentem: nec in eo certus modus existentie leuiter inuenietur.

¶ De significatione iouis cum iuncta fuerit ei venus.



SI aũt ven⁹ cum ioue iuncta fuerit ⁊ ipsa boni esse ac bñ disposita orientalis scz in mundo ⁊ a sole necnõ ⁊ in angulis ab impedimentis libera faciet animaȝ nati nitidã simplicem absqȝ malicia: magisteria rerumqȝ inuestigationem amantẽ: ludos cantus tripudia comestiones potatiões appetentem: eritqȝ bone capacitatꝭ boneqȝ opinionis atqȝ boni ꝯsilij piaȝ: deũ amantẽ ac illi seruientẽ: ipsiusqȝ amore laboriosaȝ esse humilem sensataȝ gratificã: lectioni librorum libẽter vacantẽ ac rerũ cognitiõi: circa venereos actus temperataȝ ⁊ ſm eius legem vtenteȝ: suorũqȝ consanguineorum amatriceȝ: honorem bonamqȝ famam desiderantem iustã atqȝ probam.

¶ Cum venus fuerit impedita.

QUod si venus fuerit in predicti esse contrario faciet aĩam nati iracundã eritqȝ ira ipsius similis ire muliebri: insataȝ ⁊ maxime in factis mulierũ prodigã libidinosam procã siue imorigeratã vel in rem stultã leuiter salientẽ seu donatricẽ: delinquentẽ: corporis ornatricẽ: amicorum insciam: semetipsam extollentẽ: inter hoĩes non bene securã: erubescet enĩ coram eis: leui de causa se impedire permittentẽ: sensum femineũ habenteȝ: competentẽ in rebus ad censurã ecclesiasticã pertinentib⁹ si eis adheserit ꝑualentẽ: ipsasqȝ diligenteȝ si delẽ: maliciarũ ignarã: in rebus alias precedentẽ ipsarũqȝ occultatricem: obnoxiaȝ in oĩbus suis actib⁹ tam in seruiẽdo alijs q̃ȝ in suis factis ꝓprijs liberalẽ in oĩb⁹ tñ suis operib⁹ poterit aliter dici cõmendabilꝭ.



¶ De sigtiõe iouis cum mercurius ei iunctus fuerit.


SI quidẽ mercuri⁹ ioui iunctus fuerit ipseqȝ boni esse ac bene dispositus fortunatus scz atqȝ fortis in mũdo orientalis ⁊ a sole: fueritqȝ in angulis nec alias impedit⁹ faciet aĩam nati aptam silogisare geometrie: librorum lectioni libenẽ vacare in ipsisqȝ studẽ atqȝ in omni parte mathematice

peritam fermocionatricē versificatricē morigeratā dispositricē ꝯgrēgatiōis amatricem: fanū consilium exhibentē: bonam qualitatē: bonāqꝫ opinationē bonamqꝫ credulitatē: dapsilem: bonūqꝫ ingenium hñtem: ac oīa que incepit libenter ac velociter ⁊ bene perficientem: ⁊ si medicine adheserit in ea valde proficientē: ac exinde honorē aptamqꝫ vtilitatē sequentē vocabiturqꝫ natus illa occasione a regib⁹ ⁊ magnatib⁹ ⁊ diuitib⁹ ac nobilib⁹ ⁊ se sue cure libent̄ submittent: deū diligentē ipmqꝫ in reuerentia ⁊ timore hñtem: ꝯsanguineos atqꝫ propinquos amantē: diuitias hñtem: rōnabilem scientiarūqꝫ amatricē.

¶ Cum mercurius fuerit in esse contrario supradicto.

SI vero mercurius fuerit in contrario esse qꝫ sit dictū fueritqꝫ impeditus faciet aiam nati stultam insciam in sensatam atqꝫ multiloquam in suis locutionib⁹ sepe atqꝫ sepius deceptā: ⁊ illud pusillū sensus qd̄ habuerit leuit̄ amittet: impetuosam diuinis adherere volentē nec tñ scientem illud facere: amaribundā superbam in sua stulticia ꝑseuerando: sapientēqꝫ se reputantē: in alterius seruicia semetipsam ponentem: in suis actibus suisqꝫ motib⁹ inordinatam: verbosaqꝫ: publiciqꝫ appetitus: nesciet enim ea que affectauerit celare erit tamen aliqualis memorie: aliqualis etiam doctrine.

¶ Capitulum quartum cum mars fuerit significator qualitatum anime nati solus.



Quod si mars solus fuerit significator seu dispositor qualitatum aīe nati ⁊ ipse boni esse atq̄ bene disposit⁹ orientalis scʒ in mundo ⁊ a sole atq̄ in angulis nec alias impeditus faciet animam nati fortissimam potentissimā iracundam animosam: armoꝝ appetitricem: omnia quideʒ armis arrogantē nulli se humiliantem: pro qualibet re in mortis periculo se ponentē: de pecuniario lucro parum vel nihil quasi curantem: omnia fere destruentem: primū in bello esse volentem: omnia vilipendentem: cuilibet violentiaʒ inferre volentem: de suis viribus potius q̄ȝ de toto alio mundo confidentem.

¶ Cum mars fuerit male dispositus.

Si vero mars fuerit in esse contrario supradicto faciet aīam nati suꝑbaʒ stultam insensatam susurratricem tediosam blasphematricem garrulaʒ impiam depredatricem deceptricem: rerum consumptricem atq̄ destructricē in sanguinis effusione delectatricem: de alioꝝ damnis atq̄ detrimentis gaudentem: consanguineos abhorrentem: suumq̄ creatorem ignoranteʒ: ipmq̄ in reuerentia non habentem.

¶ De significatione martis cum iuncta fuerit ei venus.



Si vero venus iuncta fuerit marti fueritq̄ boni esse ac bene disposita orientalis scʒ in mundo ⁊ sole fueritq̄ in angulis nec alias impedita: facietq̄ aīaʒ alacrem atq̄ iocundā: bene morigerataʒ: bonumq̄ faciens natū amabilem: gaudibilis etiam ⁊ letantis seu quiete vite ludo: suos socios amantem: iuxta corporis nati complexionem bene dispositam: aptam corporis formam: desiderantem saltationes ac tripudia diligentem eisq̄ libenter vtentē: pulcris mulierib⁹ libēter adherenteʒ atq̄ cū ipsis libenter moram facienteʒ ⁊ ratiocinantē: delicias affectantem: ipsarumq̄ bonam vitam ac laudabileʒ trahere scientē: in coitu leuem: ⁊ exinde vtilitatem sequentem: sapientē verecundam: cognoscendorum cognitricem: sibiq̄ a non licitis ⁊ non vtilibus atq̄ non debitis seu periculis precauere scientem: leuiter tamen irascentem: interdum suarum rerum deuastatricem zelotipam: abutendo viris per modum sodomiticum aliquando deuastantem suas bonitates.

¶ Cum venus fuerit male disposita.

Et si venus fuerit in contrario esse supradicto faciet animam nati delinquentem atque in supradicto et contrariis conuersantem: faciet enim eam in cultu venereo excedentem: nunc ad vnam qualitatem: nunc ad aliam se flectentem blasphematricem mendacem: tam suorum quam aliorum proditricem atque deceptatricem fastidiosam illicitorum appetricem res leuiter appetentem: et a petitis leuiter festineque recedentem: illicitorum atque prohibitorum coituum tractatricem seu corruptricem vt monacharum virginum atque nuptarum inordinatam versutam: in maliciis etiam acutam: atque in qualitatibus suorum viciorum semper nitentem: et illa occasione leuiter in multas verecundias incidentem facientem natum vilis intellectus quasi insensatum: impetuosam libenter turpia cõmittentem atque in sui corporis ornamentis studiosam.

De significatione martis cum sibi iunctus fuerit mercurius.



Quod si mercurius fuerit iunctus marti et ipse bene dispositus ac boni esse fueritque orientalis in mundo et a sole similiter et in angulis liber nec alias impeditus faciet animam nati commixtarum atque diuersarum qualitatum: faciet enim eam sapientem et potentem: amandorum amatricem: cognoscendorum cognitricem: regimina scientem: de proposito ad propositum leuiter se mutantem: ad ea que proposuerit festinanter peruenire desiderantem aliquando imo pluries mala libenter operantem versutam proditricem astutam instabilem furibundam leuem intellectum habentem: deceptricem ypocrisim amantem contumacem versipellem: in rixis atque discordiis delectantem rerum quarumlibet magnam inquisitricem: nec tamen ex omnibus istis reprehensibilibus sibi sinistre continget: sibi similes diligentem eisque libenter proficientem atque ipsos iuuantem: inimicantes sibi odio habentem eisque omnimode nocere intendentem: illudque facere bene scientem.

Cum mercurius fuerit in esse contrario supradicto.

Et si mercurius fuerit in dispositione contraria supradicta faciet animam nati apparentem aliquid scire cum ipsa quasi nihil sciat: erit enim insensata quasi fatua fingens se obedientem cum eius obedientia non sit aliquod per modum obedientie sed potius per quendam modum fatuitatis: velociter omnium que fecerit vel incepit penitentem nec bonam partem ex eis eligere scientem: volentem dici sapiens cum ipsa quasi nihil sciat deceptricem inordinatam destructricem: nullum rectum ordinem in suis motibus seruantem latronissam mendacem versutam nequam falsidicam periuram discordias atque controuersias amantem vilem: vellet tamen dici proba blasphematricem depredatricem: in viarum abusione atque in parietum fossione studentem incantatricem proditricem infectricem vel homicidam nigromanticam: deumque in reuerentia non habentem.

¶ Caplm. 5. cũ venus sola fuerit significatrix qualitatũ anime nati.



Si quidẽ venus sola fuerit significatrix qualitatũ anime nati ⁊ ipsa boni esse ac bene disposita oriẽtalis. s. in mũdo ⁊ a sole fueritq; in angulis nec alias impedita faciet aı̃am nati iustam humilem similiter ⁊ quietam: sensatam diuicias habentem eisq; bono modo vtentem: iniurias patientem in rebus sapienter deliberantem: amantem ludos saltationes atq; tripudia abhorrentem impietates: in reuerentia deum habentẽ affectantem magisteria scire: pulchram formam nato tribuentem: bonamq; qualitatem: bona somnia somniantem: amabilem: piam: beneficam: prosperantẽ: verumtamen cũ omnibus his pigram: procam: natum effeminatum facientem: ipsumq; suas qualitates muliebribus qualitatibus assimilantem: non animosam: nec etiã bene noscentem: nec facientẽ natum magnanimem immo non erit quasi eius nomen inter alia nomina: ipsumq; leuiter in maximam partem magisterioꝝ suorum precipitare facientem.

¶ De significatione veneris cū sibi iunctus fuerit mercuri⁹.



At si mercurius fuerit iunct⁹ veneri fueritq̄ boni esse ac bene dispositus orientalis in mū do ⁊ a sole fueritq̄ ī angulis nec alias impeditus faciet animam nati amatricem magisteriorum atq̄ scientiarum: ⁊ maxime qua druuialiū: boni atq̄ ingenij: versificatricē musicam affectantem: omniaq̄ cōmēdabilia diligentez erit itidē delicias appetens eisq̄ bene apta cōmēdabiliter vtetur facietq̄ eū similiter quietudinis amatricem ⁊ in eis delectantem alacrem: suosq̄ amicos diligentem: intelligentem similiter ⁊ bone legꝰ ⁊ bone estimatiōis: ecq uorum amatricem: rectoq̄ calle incedentem ac in nullo deuiantem: libenter addiscentē tam a se q̄ ab alijs ⁊ in discendo libenter studentem: bonorum ac ꝓborū hominū morum imitatricem: iustoruz animabus assimulantem: in verba proferendo alacrem atq̄ in loquendo aptam amabilem: in qualitate anime temperatam: equam magnanimem: indigentiū adiuuatricem viciabitur tamen in appetendo abuti puris ⁊ cum eis turpia cōmittentem: eos mulieribus preponere volendo: eritq̄ zelotipus.

¶ Cum mercurius fuerit male dispositus.

Si aūt mercurius fuerit mali esse ac male dispositus in contrarium .s. q̄ dictum est faciet animam nati bilinguem: maledicā: versutam: duplicē astutam: mendacem: deceptricē: fallacē: proditricē: periurā: perturbatricez malorum omniū consideratricem profunde ac radicitus: in omnibus malam neminē diligentē ⁊ a nemine dilectaz: mulierum deceptricem: ⁊ si nata fuerit mulier suorum filioruz suffocatricem atq̄ destructricem: alios culpantē atq̄ vituperantem ⁊ omnia mala que poterit exercentē: omnia facere volentem atq̄ temptantē: aliquando tamen licet raro ad bonum sed vt pluries immo plurimū ad malum: turpia libenter cōmittentē eritq̄ in multis culpanda: culpabiꝰ tamen aliquando licet culpam non tunc cōmittat: sed hoc accidet ei propter malam suam consuetudinē culpanda cōmittendi.

¶ Capl[m]m.6.cū mercurius solus fuerit significator qualitatum anime nati.



CUm aūt mercurius fuerit significator anime nati qualitatuz solus fueritq; boni esse ac bene dispositus orientalis.s. in mūdo & a sole fueritq; in angulis nec fuerit alias impeditus faciet animā nati multaruz probitatuz atq; scientiaruz: acutiq; ingenij & boni intellectus: bone memorie reruz antiquarū & experimentorū recordatricez: naturaliūq; prolocutricē ipsarumq; intellectricē & expositricē seu interpretatricez: beneficam: deliberatricē atq; scientiaruz inuestigatricem in quadruuio docibilem atq; bonorum extimatricem: occultando q bonaz & veracē atq; secretā occultatricē.

¶ Cum mercurius fuerit in esse contrario supradicto.

QUod si mercurius fuerit in esse cōtrario supradicto q.s. sit mali esse ac male dispositus faciet aīaz nati vilē: deceptricē: alios errare libenter facientē: in sui consilio cōfidentē: leuē atq; festinū motū habentē de proposito

ad propositum leuiter se mutantē: ignaram: fallacem: mendacem: stabilem: in suis qualitatibus inordinatam: infidelem: deum in reuerentia non habentem: inobedientem: iniustam: in omnibus ꝛ per omnia falsitatibus vtentem.

¶ Cum mercurius fuerit iunctus cum aliquo predictorum.

Quod si mercurius cum aliquo predictoꝝ iunctus fuerit cuiuscūqꝫ conditionis eum inueneris conuertetꝫ ad naturam illius cum quo iungetur ꝛ fm dispositionem ꝛ esse illius siue bonum siue malum fuerit qualitates aīe futuras iudicabis.

¶ Quid operetꝫ vnusquisqꝫ planetarum in qualitatibus anime cum fuerint contrarij.

Cum vero aliquis ex alijs planetis fuerit iunctus cum aliquo aliorum planetarum ꝛ vnus bene dispositus ac boni esse: alter vero male dispositus ac mali esse non significabit qualitates anime tales quales dicte sunt superius sed erunt inter vtrūqꝫ participantes siue sapientes naturam vtriusqꝫ per quoddam significatum medium inter illa extrema nec vere bonū nec penitus malum.

¶ Caplm.7. de significatis luminarium sup qualitatibus anime nati ꝛ primum de sole.



De significatis luminariū super qualitatibus aīe datꝫ regula vtrimqꝫ discrepans a regulis alioꝝ non tamen eis cōtraria Nam cū sol habeat naturalē significatū religionis ꝛ qualitates anime videantꝫ ad religionē spectare habet participationē in q̄litatibus anime nati cum dispositore illaruꝫ qualitatum. Unde si ipse fuerit hora natiuitatis boni esse ac bene dispositus in mundo s. in angulis fueritqꝫ iunctus cuꝫ dispositore qualitatū anime nati iuuabit illam in faciendo magis discretam magisqꝫ remomorem: seqꝫ a rebus iniustis atqꝫ illicitis separantē: largiorem itidem magisqꝫ potentem: melioris legis atqꝫ fideliorem.

¶ Cum sol fuerit mali esse ac male dispositus.

Quod si sol fuerit in contrario esse q̄ꝫ sit dictum adiuuabit dispositorem qualitatum anime nati si iunctus ei fuerit in faciendo ipsam miseram malarum qualitatū: infimam in sui damno: laboriosam: in suo consilio confidentem de alieno dubitantem: stultum: grauis atqꝫ praue voluntatis contra omnes nec a suis vicijs de leui recedentem.

¶ Capitulum .8. de significatis lune sup qualitatib⁹ anime nati.



Lune vero data est significatio sup qualitatibus corporis ⁊ anime, non tamen sigillatim super qualitatibus aie nati sicut ceteris: habet tamē alioꝝ significata suis amminiculis adiuuare ſm ꝙ eius dispositio fuerit: bona .s. ad bonū: mala ad malum. Unde dixit ptholomeus in alarba cum fuerit luna in locis anectatis qđ est principiū reuersionis eius ad circulum signorum cum fuerit in maiori sua elongatione ab eo ad septētrionem .s. vel ad meridiem qualitates aie iuuabit ⁊ eas subito faciet alterare. Si autem luna fuerit in aliquo duorum nodoꝝ siue in locis trāsitus circuli lune per viam solis iuuabit qualitates anime nati vt ipse festinantius operet̃ ea que operari debuerit. Preterea cū luna fuerit supra terram aucta lumine vel fuerit eius bederez siue in oppositione solis iuuabit qualitates aie in faciendo eas veraces atq; apertas ⁊ in his q̄ necessaria fuerint ydoneas. At si sub terra fuerit vel minuta lumine sub radijs solis iuuabit qualitates anime in faciendo ipsas absconsiores vel minus in actum venientes minusq; veloces futuras.

¶ De significatis lune cum iuncta fuerit planetis de dignitatibus eorum.

Ad sciendū vero significata lune cum planetis quando fuerit in eorum dignitatibus que attribuit nato aspice locū eius in natiuitatib⁹ in circulo in cuius domo vel exaltatione vel in duabus de alijs dignitatibus ipsa fuerit. ¶ Nā si fuerit in aliqua dignitatū predictarū saturni iuncta sibi ꝑ aspectum vel ꝑ coniunctionē faciet aīam nati tristem: laboriosam: insipientem in inquisitione viuendi anxiam fugidā ⁊ frigidū faciet natū nisi tunc fuerit saturnus orientalis: tunc enim meliorabit̃ esse nati. At si fuerit in dignitatib⁹ iouis iuncta vel applicans illi faciet natum magnanimē cū regibus atq; magnatibus cōmixtionē habentē: religiosū ac fortunatū: laudabit̃q; ab omnibus in suis actibus. Si aūt fuerit in dignitatibus martis coniuncta vel applicata sibi faciet aīam nati audacem: rixarū amatricem: laborē atq; peregrinationes amantem hominibusq; bellicosis libenter se cōmiscentē ⁊ bonum exinde acquirentem. Si vero fuerit in dignitatibus solis fueritq; sibi iuncta vel bono aspectu applicata faciēt aīam nati faciētē eū admiscētē se regibus magnatib⁹ atq; altis hoib⁹ vel erit ipse idē ex illis. Si aūt malo aspectu sibi fuerit applicata faciet eā facientē natū mali esse pueq; vite ac multarū infirmitatū. Si quidē fuerit in dignitatib⁹ mercurij iuncta vel applicata sibi faciet aīam nati callidā ingeniosam in cōtentionib⁹ sapientē cōsequent̃q; fortunā ex eis atq; bonū.

¶ De secũda domo. ¶ Capl'm primũ de significatione ꝓsperitatis atq̃ substantie nati ⁊ de ipsius acquisitione.



Dicto in his que precesserunt de forma ⁊ figura corporis nati ac de ipsius anime qualitatibus. Restat de ipsi⁹ nati substãtia suaq̃ prosperitate: similiter vnde acquirat eã natus ⁊ qualiter ⁊ in qua parte sue vite cũ ipsa sit post natiuitatẽ inter cetera ꝑcipuũ accidens ac magis necessariũ nato facere mentionẽ. Ait nãq̃ ptholome⁹ ꝙ qualiter ⁊ quomodo ⁊ vnde adueniet substantia nato a parte fortune deprehendere debem⁹: nec cõtrariat' dicto ipsius quod dixerũt aomar aut aboaly quoniã ptholome⁹ fuit locutus sermone vniuersali. Alij vero secuti sunt eius vestigia: sed addiderunt quedã que suis temporibus experti fuerunt dicta ipsius affirmantes non eis cõtrariantes: Cui⁹ aduent⁹ substantie cognitio est vt aspicias partẽ fortune atq̃ planetaꝫ almuteꝫ super gradũ in quo ipsa fuerit ⁊ eius fortitudineꝫ atq̃ debilitatẽ ⁊ planetas qui cũ almuteꝫ coniungunt' in hora natiuitatis vl' qui eleuati fuerint super eũ ꝗm modũ predictuꝫ siue fuerit ex ipsius ayꝫ siue non: quoniã si almuteꝫ super locũ illũ fuerit boni esse ac bene dispositus fortunatus. s. atq̃ fortis liber ab impedimẽtis poteris iudicare natũ multis diuicijs habundaturũ: ⁊ eo magis si aspectus alicuius fortune interuenit ⁊ maxime iouis tam in die q̃ȝ in nocte vel solis in die vel lune in nocte. Et si fuerit ille significator substantie saturnus vel almuteꝫ super' ea saturnus ⁊ ipse boni eẽ vt diximus significabit natũ ex grauibus laborib⁹ seu ex magnis edificationibus diuicias acquisiturũ. Si aũt fuerit iupiter natũ diuicias ex officijs ⁊ baiulationibus tam extraordinarijs vt sunt castelloruꝫ vicarie iudicat⁹ vel alia probitate q̃ȝ ordinarijs adepturũ diuicias demonstrabit. At si mars diuiciarũ nati significator extiterit ex exercituũ productione atq̃ regiminum tam ciuitatuꝫ q̃ȝ aliorũ eas aggregaturas non dubitabis. Si quidem sol substantie nati significator fuerit ex inuentione rudis auri vel nõ excogitati seu vili precio empti diuicias ei adducit. Et si sol fuerit in quarto inueniet illud subterratum. Si itidem nati substantie venus fuerit significatrix ex mulieribus vel ex donationibus ipsum faciet substantiã aggregare. Adhuc si natus pecuniam acquisierit fueritq̃ mercurius ipsius significator ex mercatoribus atq̃ mercationibus ⁊ ex industria scientiali nato diuicias adueuturas nunciabit. Porro si luna substantiã nati significauerit eam sibi ex insperato argento vel ex itineribus siue nauigationibus vel mercimoniarũ vsibus adducet ¶ Iterũ si saturnus almuteꝫ super parte substantie fuerit ⁊ iupiter sibi cõiunctus: ⁊ eo fortius si fuerit in angulo ascendentis vel in decima vel in alio bono loco in signo communi significabit hereditates que ab extraneis nato euenient que hereditabit: ⁊ maxime per mulieres: ⁊ eo magis si cum luna iupiter ytisal habuerit: ⁊ iterũ magis si planete qui fuerint ex ayꝫ significatorũ substantie fuerint in eius cõiunctione: ⁊ significabit' etiam per hoc ꝙ hereditates ille remanebunt penes natum. Si vero aliquis planetarũ qui non fue-

3+1

rit de ipsarum ayz sed de contrario super almutez eleuetur vel eum de propinquo sequatur significat quod natus res per modum predictum acquisitas amittet nec penes eum diutius remanebunt. ¶ Quando hec euenire debeant que dicta sunt de lucro siue de amissione poteris percipere per significatores predictos: accident enim ista quando ipsi ad angulos figure natiuitatis peruenerint distantia ipsorum ab angulis considerata per quaz anni vel menses significantur verbigratia. ¶ Tyberiadis vero dixit quando volueris aspicere in re substantie nati .s. aspice secunduz ab ascendente natiuitatis .s. et vide quis in eo est ex planetis et dominum secundi atque partem substantie ac dominum eius: iouem quoque ac partem fortune: similiter et dominum eius: deinde aspice almutez super hec loca: siue vnus fuerit siue plures: et post hoc aspice quale est eius almutez esse vtrum sit liber ab impedimentis fortunatus .s. atque fortis et vide qualiter se habeat cuz domino ascendentis vtrum inuicem se aspiciant vel corporaliter simul iungantur et vtrum cum receptione aut non: quoniam receptio significat effectum rei: vel iungantur ab oppositione vel quarto aspectu: quia ista significant ipsius rei detrimentum: et secundum quod de ipsius substantia videris ita iudica. ¶ Aboaly autem visus est velle quod tu aspicias in re prosperitatis atque substantie nati: vnde sibi eueniat eiusque multitudinem seu paucitatez a dominis triplicitatis signi in quo fuerit luminare cuius est auctoritas sicut inferius dicetur et hoc vt leuius expediar: qui si fuerint in angulis fortunati scilicet atque fortes significant prosperitates atque diuicias nati cunctis temporibus vite sue et maxime si fuerint in primis .15. gradibus ante cuspidem cuiuslibet anguli de illis .s. gradibus que vadunt ad cuspidem anguli non de illis qui iam transiuerunt angulum plus tamen in septimo quam in quarto: plus in decimo quam in septimo. Item plus in primo quam in decimo: quoniam tunc magis prosperabuntur eius accidentia. Etiam quanto plus fuerint prope cuspidem tanto erit status et prosperitas atque fortuna maior et laudabilior. Et si fuerint post predictos .15. gradus vsque in finem anguli quanto plus fuerint remotiores ab angulo tanto eius prosperitas atque fortuna erit infra hoc. Considerabis igitur omnia supradicta que tibi consideranda predixi .s. omnes predictos modos ac omnes predictos significatores: quos si omnes inueneris fortunatos et fortes atque ab impedimentis liberos quod vix aut nunquam deuenire consueuit iudicare poteris nato diuicias immensas atque inestimabiles esse futuras eiusque prosperitatem atque statum sublimem atque excellentissimum in tantum quod nunquam poterit ei resisti quin ipse ad totius mundi dominium promoueatur cuiuscunque generis vel conditionis fuerit: etiam si de vilissima prosapia natus reperiatur et in ipso permaneat cunctis temporibus vite sue: nisi forte aliqua de stellis fixis quas tibi superius nominaui hoc aliquid diminuat: vel etiaz cor leonis in ascendente scilicet vel in decima inueniatur vno gradu ante lineam vel per tres gradus post eam augmentabit enim sublimitates quasi immensum: vltimo tamen eas finiet in malum nisi aspexerit eam fortuna fortis a trino vel sextili aspectu: quoniam significat natum mala morte moriturum vel ad minus ab omnibus suis dignitatibus et potentijs atque sublimitatibus casurum.

Si aũt aspexerit fortuna ꝑ quarta parte maliciã cordis leonis diminuet. At si aspexerit infortuna eiꝰ infortuniũ augmentabit. Et si oẽs predicti significatores salui atqꝫ liberi nõ extiterint sed pars eorũ: iuxta illã quãtitatẽ que salua fuerit ꝓsperitatẽ atqꝫ statũ nati validũ eiusqꝫ diuicias habundaturas poteris iudicare. Reddas ergo singula singulis vt nati ꝓsperitatẽ atqꝫ ipsiꝰ diuicias atqꝫ statum recte discernas.

¶ Cum volueris intueri ꝓsperitatẽ atqꝫ substantiã nati.

Uade cũ alicuius natiuitatis figurã erexeris eiusqꝫ ꝓsperitatẽ atqꝫ substantiã volueris intueri. Aspice primo partẽ fortune: nã ipsa prefert̃ parti substantie: qm̃ pars fortune significat nati substantiam ꝓsperitatẽ atqꝫ statũ eiusqꝫ omnia esse: pars vero substantie solũ diuicijs attribuit̃: ⁊ vide in cuiꝰ domũ vel exaltationẽ vel terminũ vel triplicitatẽ ipsam cecidisse inueneris ⁊ cõsidera quis ex predictis significatoribus fuerit fortior in loco illo ꝑ multitudine dignitatũ seu fortitudinũ: quoniã ille dicet̃ almutez ⁊ erit significator prosperitatis atqꝫ substantie nati ac ipsius esse: quoniã si fuerit in ascendente aut in angulo ex angulis vel in aliqua suarum domoꝝ ⁊ maxime in illa in qua fuerit pars fortune liber ab impedimentis fortunatus .s. atqꝫ fortis significabit prosperitatẽ nati ac eius questum: similiter ⁊ magnã quantitatẽ diuiciarũ aduenturã. Et si dñs ascendentis vel ex aliqua ex fortunis aspexerit eum ⁊ ille aspiciens fuerit liber ab impedimentis fortunatus .s. atqꝫ fortis: ⁊ eo magis si fuerit ille aspectus trinus vel sextilis: ⁊ iterũ magis si fuerit cum receptione augmentabit̃ eius substantia in plus pro medietate sui totius. Si vero fuerit dominꝰ exaltationis augmentabit̃ pro tercia parte sed erit cum maiori fama. Si aũt fuerit dñs termini augmentabit̃ ꝑ quinta parte. Et si fuerit dñs triplicitatis augmentabit̃ pro septĩa parte. Si quidẽ fuerit dñs faciei augmentabit̃ pro .12. parte. Si aũt fuerit aspectus a quarto vl̃ oppositione erit multũ infra hoc: ⁊ eo magis ac deterius si fuerit aspectus sine receptione.

¶ Quãdo dñs domus non aspexerit vel fuerit impeditus.

Si aũt dñs domus non aspexerit vel fuerit impeditus aspice tunc dominum exaltationis: qui si fuerit impeditus aspice dñm termini. Si vero dominus termini fuerit impeditus aspice dñm triplicitatis: quem si videris impeditum aspice vltimo dñm faciei: ⁊ dic de quolibet eorum ac de ipsius significatis sicut dixi tibi nunc. Siquidem pars fortune ac omnes predicti significatores fuerint impediti ⁊ maxime almutez super loco partis predicte contrarium eorum que superius dicta fore inuenisti firmiter nunciabis ⁊ sm̃ illum eundem modum in mala parte sm̃ ꝙ iudicatum est superius in bona p̃ dices:

¶ Quando pars fortune non poterit esse significatrix substantie nati.

Si vero pars fortune non poterit esse significatrix substãtie seu diuiciaꝝ nati ac ipsiꝰ esse nec planeta qui fuerit dñs domꝰ in q̃ ipsa fuerit vel exaltatiõis aut termini aut triplicitat̃ nec etiã faciei nec almutez sup̃ loco illo

aspice tunc partē substantie: videbisq; in cuius domū vel aliquā de predictis dignitatibus ipsa ceciderit: et considerabis almutez super loco illo sm modū quem dixi tibi in domino domus: quoniaz talis planeta erit significator sup prosperitate atq; substantia nati.

Cum pars substantie non poterit esse significatrix substantie nati.

Quod si non poterit pars substantie nec etiaz planeta in cuius dignitate ipsa fuerit esse significator psperitatis atq; substantie nati: aspice scdm ac eius dnm vel planetam qui fuerit in eo. Qd si fuerit aliqua ex fortunis in scdo vel iuncta cum dno secundi a trino vel sextili aspectu significabit natuz multam substantiam acquisiturū: et eo magis si fuerit illa fortuna iupiter. Si autem fuerit sol in die erit significatum eius infra significatū iouis. Si vero luna in nocte erit infra significatum solis. Si quidem fuerit venus erit infra significatum lune.

Quando secundum nec eius dominus nec planeta qui fuerit in eo poterit esse significator substantie nati.

Et si secundū vel eius domin⁹ vel planeta qui fuerit in eo non poterunt significare sustantiaz nati: aspice tunc iouem qui naturaliter habet sigre substantiam: quem si tu inueneris in scdo iudica secure natum diuitijs abundaturum affluenter: sm tamen iouis dispositionem nec vnq̄ ad paupertatez in aliquo tempore deuenturum: et eo fortius si iupiter fuerit dñs ascendent. Juxta illud almansoris: nunq̄ erit pauper et inops cuius natiuitatis domin⁹ fuerit iupiter: et iterum magis atq; sublimius si fuerit ascendens sagittarius et pisces quarta domus: non enim recipit hoc contrarium. Qd si fuerit iupiter impeditus ita q̄ non possit esse significator predictorum fueritq; natiuitas diurna tunc aspice solem qui si fuerit in aliquo bono loco ab ascendēte liber ab impedimentis fortunatus scz atq; fortis significat natum pecuniam siue substantiaz adepturū: sed erit hoc infra naturale significatum iouis. Si vero fuerit natiuitas nocturna tunc aspice lunam que si fuerit in secūdo fortunata scz atq; fortis libera vel in alio bono loco ab ascendēte sigbit nato magnas diuitias affuturas: erit tamen eius significatum infra significatum solis.

Quando sol vel luna non poterit significare substantiam nati.

Quod si sol vel luna non poterit significare substantiaz nati aspice tunc planetā qui fuerit almutez sup loco in quo fuerit ille qui fuerit almutez super loco in quo fuerit aliqua predictarū partium substantie scz aut fortune et hunc constitute significatorem substantie: qui si fuerit aptus ad hoc significabit natum substantiaz multam acquisiturum: sed erit eius significatū infra significatum lune.

Quando ille planeta non poterit esse significator substantie nati.

Si quidē talis planeta non fuerit aptus significare substantiā nati aspice planetā in cuius domo fuerit luna: qui si fuerit in ascendente vel in scdo vel in angulis vel in alio bono loco ab ascendente fueritq; liber ab impedimentis fortunat⁹ atq; fortis multam pecuniaz nato adducet: erit tamen eius significatum infra significatum almutez predicti.

Cū planeta in cuius domo fuerit luna non pōt esse sigtor substantie nati.

Uerum si non poterit ille planeta esse significator substantie nati aspice planetã qui fuerit in scđa qui si fuerit liber ab impedimentis fortunat⁹ atq̃ fortis: ⁊ eo magis si fuerit ei aliq̃ dignitas in scđa: vel fuerit ipse fortuna natum in bona quantitate pecuniam adepturum signignificabit: erit tamen eius significatum infra significatum planete in cuius domo fuerit luna.

¶ Quando planeta q̃ est in scđa nõ poterit esse significator substantie nati.

Si autẽ planeta qui fuerit in scđa non poterit esse significator substantie vide tunc si dñs ascendentis ⁊ dñs quarte domus fuerit idem planeta: qm̃ ille dicetur merito significator prosperitatis atq̃ substantie nati: quem si tu inueneris liberũ fortunatum scʒ atq̃ fortem ha beas pro constanti q̄ nat⁹ ille multã pecuniam congregabit eque bene sicut cum fortuna fuerit in scđa.

¶ Quando nõ fuerit dominus ascendentis ⁊ domin⁹ quarte idem planeta.

Si autem hoc non inueneris aspice tunc dominos triplicitatis domus substantie: quos si omnes inueneris liberos fortunatos scʒ atq̃ fortes significabitur q̄ euenient diuitie nato iuxta q̄ suum esse fuerit vel vltra satis affluenter. Si autem duo ex eis tm̃ salui fuerint euenient ei diuitie in duab⁹ partibus vite sue: in tercia vero non. At si vnus tantum ex eis saluus fuerit euenient ei diuitie tantum in vna tercia parte vite sue: in alijs autem nõ. Qđ si nullus eorũ fuerit saluus nunq̃ euenient ei diuitie quantuʒ est ex hoc: alijs tamen de causis predictis scʒ ⁊ subdicendis possent ei diuitie aduenire.

¶ Quando domini triplicitatis domus substantie non poterunt esse significatores substantie nati.

At si predicti dñi triplicitatis domus substantie non poterunt esse significatores substantie nati aspice tunc dños triplicitatis signi ĩ quo fuerit sol si natiuitas fuerit diurna: vel dños triplicitatis signi in quo fuerit luna si fuerit natiuitas nocturna ⁊ iudica ꝑm q̄ dixi tibi de dñis triplicitatis domus sustantie.

¶ Quando domini triplicitatis signi in quo fuerit sol vel luna non poterunt significare substantiam nati.

Si quidẽ predicti planete non poterũt esse significatores substantie nati nec fuerint ad hoc apti aspice tunc dños triplicitatis signi ascendent ⁊ iudica de ipsis ꝑm q̄ iudicasti de dictis dñis triplicitatis solis ⁊ lune: sed erit eorum significatũ infra significatum dñorum triplicitatis solis in die: luneq̃ in nocte.

¶ Quando domini triplicitatis signi ascendentis non poterunt significare substantiam nati.

Si autem dñi triplicitatis signi ascendentis non fuerint apti significare substantiã nati aspice tunc signũ in quo fuerit pars fortune ac eius dñm qui si fuerit in scđo vel in alio bono loco ab ascendẽte liber ab impedimentis fortunat⁹ scʒ atq̃ fortis erit significator substantie nati atq̃ eius prosperitatis ⁊ competentem substantie quantitateʒ sibi adducet: erit tñ eius significatum infra significatum dominorum triplicitatis ascendentis.

¶ Quando dominus signi in quo fuerit pars fortune non poterit significare substantiam nati.

Si vero dñs signi in quo fuerit pars fortune non poterit esse significator substantie nati aspice tunc signũ in quo fuerit pars substantie ac ei⁹ dñm

quem si tu inueneris in secunda vel in alio bono loco ab ascendente liberum fortunatum scz atq; fortem pone ipsum significatorez substantie nati ac eius datorez: equiparabitur enim eius significatū significato domini signi in quo fuerit pars fortune: parum enim variabitur ab illo.

¶ Quando domin⁹ signi in quo fuerit pars substantie non poterit significare substantiam nati.

Et si dñs signi in quo fuerit pars substantie non poterit esse significator substantie nati aspice tunc si sol fuerit in linea decie domus duobus gradibus ante aut quinq; post vel minus: lunaq; ad ipsum eunte a sinistra ipsius a trino vel sextili aspectu: fueritq; dñs domus substantie in domo vel exaltatione sua vadens ad coniunctionem dñi ascendentis vel ad eius trinum vel sextilem aspectum: et eo magis atq; fortius si iupiter fuerit dominus domus substātie: qm̄ hoc significabit q natus erit magni nominis magneq; fame ac valde potens. Si aūt cum hoc fuerit alius significator substantie q̄ʒ iupiter aduenient ei substantie in imensum sed non erunt cūcta excedenti fama. Nō si fuerit .19. gradus arietis decia domus: fueritq; ascendens .25. grad⁹ cancri fueritq; liber ab infortunijs ac eorum dñi vel saltim sol et iupiter exaltabitur nomen illius nati et expandetur multum diuulgabiturq; fama ipsius per vniuersam terraz. ¶ Et dixit ptholomeus qddam verbum qd videt discrepare a consideratione istius domus: sed tn̄ non discrepat a sentencia. Dixit enim q cum planete dñatores domorum seu signorum que dant filios que dicent infra in capitulo de re filiorū fuerint in locis sibi proprijs que sunt decima et vndecima prima scz et q̄nta et ipsi orientales natus erit potens magniq; nois Si autem fuerint occidentales in loco ayz sibi contrarie natus erit miser et ignotus. Si autem predicti dñatores dictorum locorū et pars fortune fuerit in ascendente vel cum dño ascendentis natus viuet vsq; dum ducat vxorem et a parentibus diligetur et eorum heres efficietur. Si autez non sic fuerit vel ɔtrij sibi fuerint inuicem vel ex quarto aspectu vel oppositione se aspexerint natus erit litigator et sūmum odium super parentes accumulabit et eos male tractabit: nec eis in hereditate succedet.

¶ Quando predicti planete nō poterunt esse significatores substantie nati nec sol fuerit in decima.

Quod si dñs signi in quo fuerit pars substantie nec alij planete predicti poterunt esse significatores substantie nati nec fuerit sol in decima per modū quez dixi tibi aspice tunc planetas cum quibus iuncti fuerint sigtores predicti vel qui fuerint eleuati super eos hoc est qui p̄cedent alios in coniunctione almutez quem dixi: vel qui fuerint septentrionales ab eo: qm̄ ipsi erūt significatores substantie nati et maxime qui fuerit potior inter eos dignitate seu fortunio: sed erit eius significatum valde infra sigcatum planete in cuius domo fuerit pars substantie.

¶ Quando predicti planete cum quibus iuncti fuerint significatores non poterunt significare substantiam nati.

Si quidē predicti planete non poterūt esse sigtores substātie nati aspice tūc almutez super locis predictis vel aliquo ex eis: qui si fuerit liber ab impedimentis fortunat⁹ scz atq; fortis nati substantiam significabit: sed erit eius significatum infra omnia significata supradicta.

¶ Qui ex dictis significatoribus preferantur alijs.

EX dictis quidem significatoribus precipui atq; fortiores sunt pars fortune pars substantie secunda et eius dominus ac magis in re substantie vniuersales: similiter ꝛ iupiter qui licet non sit alijs semper fortior: est tamen in significatione substantie semper omnibus alijs vniuersalior.

¶ Si omnes predicti significatores fuerint impediti.

QUod si omnes domini predictarum domorum ac omnes predicti significatores fuerint taliter impediti ꝙ non posset aliquis eorum significare substantiam nati aspice tunc dominos exaltationum: nec est hec repilogatio Si autem domini exaltationum fuerint impediti aspice dominos terminoꝝ Si vero domini terminorum fuerint impediti aspice dominos triplicitatum At si domini triplicitatuz fuerint impediti quod esset mirabile atq; inauditū aspice vltimo dominos facieꝝ ꝛ iudica per ipsos sicut iudicares per aliquos aliorum sicut supra tetigi.

¶ Quando mali fuerint significatores substantie nati.

ET scias ꝙ si mali fuerint significatores substantie nati licet inueniantur bene dispositi non tamen tantū boni afferent quantū fortune. Si vero fuerint infortunati ac male dispositi contrarium intolerabile atq; paupertatez inducent. Si vero inueneris in secunda infortunaz vel infortune radios que non habuerit ibi dignitatem siue presentia vel aspectu fortune vel etiam in aliquo ex locis predictis significantibus substantiaz vel ipsos significatores substantie impeditos contrarium eorum que dicta sunt expectabis atq; iudicare debebis. ¶ Quando fortune fuerint significatores substantie nati.

FOrtune vero cum fuerint fortes multum bonum: cum autem impedite fuerint parum bonum natis presentabunt.

¶ Capitulum secundum vnde natus acquiret substantiam siue pecuniam et per quem modum ꝛ in qua parte vite sue.

VLtimo vero aspiciendi sunt planeta et locus significantes vnde natus acquirat substantiam ꝛ per quem modū ꝛ in qua parte sue vite ꝛ in qua parte temporis similiter. Postq̄ ergo nati substantie significatorē inueneris. considera in quam domū ipsum inueneris cecidisse: nam ꝭm significata illius domus: ꝛ etiā ꝭm significata planete almutez super illa domo: similiter ꝛ ꝭm significata planete in illa domo inuēti vnde nato substantie ꝛ per quē modū euenire debeat nunciabis.

¶ Capl'm tercium in quo tpe vite sue ꝛ in qua parte natus acq̄rat substantiā.

IN quo quidem tepore ꝛ in qua parte vite sue natus acquiret substantiā per triplicitatum dominos perpendere poteris: nam primus in prima: secundus in secunda: tercius in tercia vite nati parte substantiam adducet: ꝛ sic quēlibet eoꝝ ꝭm ꝙ eos inueneris ad hoc aptos pecuniā nato in sua tercia parte vite ipsius prestiturum poteris iudicare. Nā si omnes inueneris bene dispositos natus toto tempore vite sue substantie questu gaudebit. Si vero duos ex eis tantū inueneris fortunatos eum in duabus partibꝰ vite sue substantiam adepturum predices. At si vnum ex eis solum fortunatū inueneris in vna tercia parte vite sue tali significatori deputata substantiaz aduenturā poteris affirmare.

¶ Capl'm quartū quare antiqui vitauerunt quosdā ex dictis significatoribꝰ.

Sapientes antiqui non tanq̄ ignorantes sed tanq̄ vitantes laborez vsi sunt in facto significationis substantie nati solūmodo dn̄o ascendentis dn̄o secundi: parte fortune: parte substantie ac eorum dn̄is simil'r et ioue oīa quasi alia sapientum industrie contingentia relinquentes. Et ex hoc pluries deuenire cōsueuit q̄ non recte ad vnguem sup facto substantie nati per astrologos iudicatur: qm̄ ipsi non curant cōsiderare alios significatores nisi quos dixi tibi nunc. Tu tamē potes videre si recte considerare velis q̄ diuitie seu substantie natorum non recte ſm eorum significata semper deueniunt. Naz videmus quosdam ditissimos: quosdam ditiores: quosdam diuites: quosdā mediocriter diuites: quosdaz nec diuites nec pauperes: quosdā mediocriter pauperes: quosdam pauperes: quosdam pauperiores: quosdam paup'rimos quosdam mēdicos: quosdam mendiciores: quosdaz mendicissimos: quosdā semper abundare: quosdam semper indigere: quosdam aliquando abundare ⁊ ipsos eosdem aliquando indigere: quosdam qui cum magno labore fugiūt indigentiam: quosdam qui cum leuitate ipsam euadunt et similia: quod non accidit nisi ex significatoribꝰ superius nominatis ⁊ ex eorum dispositionibꝰ atq̄z ipsorum concidentibus: licet illi quibus ipsi vtuntur sint principaliores Unde ſm q̄ eos inueneris fortunatos ſm illud poteris de prosperitate atq̄z nati substantia iudicare. Et ſm q̄ eos inueneris infortunatos de ipsiꝰ aduersitate ſm successionem eorum atq̄z ordinē quē tibi ostendi pronunciare: qm̄ sicut significatores substantie supradicti cum fuerint fortunati ⁊ fortes eam adducent: ita cū fuerint infortunati atq̄z debiles maleq̄z dispositi eā auferēt ⁊ erumnā atq̄z miseriam ⁊ laborem ⁊ tristiciam atq̄z paupertatē apportabūt Esto igitur industris ⁊ sapiens vt oīa hec scias cōsiderare. ¶ Considerabis etiaz si pars fortune fuerit cum luna in natiuitatibus ⁊ aspexerit eam iupiter fueritq̄z natiuitas diurna: aut aspexerit eam venus ⁊ fuerit natiuitas noct'na qm̄ significabit bonam nutritionez nati: ⁊ eo fortius si pars fortune fuerit in bono loco ab ascendente. Uidebis similiter dispositionez cuiuslibet omniū predictorū significatorum dn̄orum scz triplicitatum ⁊ aliorum: nam si fuerit aliquis dn̄orum triplicitatis bene dispositus ⁊ dominus substantie vel pars fortune aut eius dn̄s male dispositus detrahet ille dn̄o termini ⁊ econtrario ſm suum esse. Et si fuerit significator natiuitatis in natiuitatibus diurnis in signo masculio: ⁊ in natiuitatibꝰ nocturnis in signo feminino nec fuerit alias impeditus erit eius fortitudo maior ⁊ eius testimoniū magis affirmans veritatem super nutritione bona siue sit vita nati longa siue sit breuis.

¶ Capitulum quintum vnde ⁊ ex qua causa natus acquirat substantiam.

Uiso in his que precesserunt de acquisitione substantie nati ac de ipsius quantitatis accumulatione: videndū est ab hinc vnde natus ⁊ per quē modū ⁊ ex qua causa eam acquirat ¶ Considerabis igitur dominuz domus substantie vel alium quemcūq̄z ipsius significatorem inueneris: ⁊ videbis in quam domū ipsum inueneris cecidisse. Simil'r ⁊ cum quo ex planetis inueneris eum iunctum qm̄ illud habebit significare qualiter ⁊ vnde natus pecuniam sit acquisiturus: nam si fuerit in prima sicut supra memini me in tractatu de

significatis duodeci domorũ tibi tetigisse repilogando illud idem sigcat q nat⁹ sit acquisitur⁹ substantiaz ex persona sua scz per suam industriaz cum parua solicitudine paruoq labore: vel per aliquam ex causis que significantur per primam domum. ¶ Cum significator substantie nati fuerit in secunda.

Si autez fuerit in secunda inueniet eam ex substantia sua sicut sunt fruct⁹ suarum possessionum ⁊ suorum bonorũ ⁊ mercationibus ⁊ alijs artib⁹ que cum pecunia exercentur ⁊ similibus: vel aliqua ex causis que significant per secundam domum. ¶ Cum significator substantie fuerit in tercia.

Et si fuerit in tercia inueniet eaz causa fratrum vel sororum vel vicinoꝝ non attinentium sibi: vel breuium itinerum que sunt duorum dierum vel infra: vel causa suorum propinquorum siue affinium minorum se diuitijs ⁊ potentia similiter ⁊ etate: vel qui tenent eum pro suo maiori: vel aliqua ex causis que significantur per terciam domum.

¶ Cum significator substantie fuerit in quarta.

Si quidem fuerit in quarta inueniet eam causa patrum vel auorum vel socerorum vel aliorum consanguineorum ascendentiuz maiorum atq longeuiorum se: vel ex vsu mercationis terrarum vel domorũ vel rerum que de terra fodiuntur: vel forte inueniet thesaurum subterratum licet rarissime hoc contingat: vel ex vsu fornacum ⁊ similium: vel aliqua ex causis que significantur per quartã domũ. ¶ Cum significator substantie fuerit in quinta.

Et si fuerit in quita acquiret substantiam causa filiorũ facta regum atq magnatum exercentium: vel causa itinerum mediocrium que reputo a duobus diebus in quatuor: vel causa comestionum vel potationũ que venduntur in tabernis vel similib⁹ locis: vel causa ludi ⁊ similium: vel causa alicuius eorum que significantur per quintam domum.

¶ Cum significator substantie fuerit in sexta.

Quod si fuerit in sexta acquiret eam causa seruorum vel ancillarnz seu famulorum vel animalium paruorum que non equitantur vt sunt oues capre porci canes aues ⁊ similes: vel causa alicuius eorum que significantur per sextam domum. ¶ Cum significator substantie fuerit in septima.

Sed si fuerit in septima acquiret eam causa mulierum vel sociorum vel inimicorum: vel causa alicuius eorum que significantur per septimam domum. ¶ Cum significator substantie fuerit in octaua.

Si vero fuerit in octaua inueniet eam causa dotis mulierum vel earum bonorum vel bonorum sociorum vel inimicoꝝ vel causa mortis alic⁹ vel bonorum que hereditantur a mortuis parafernalium: vel causa alicuius eorum que significantur per octauam domum.

¶ Cum significator substantie est in nona.

Sed si fuerit in nona acquiret eam causa religionis vel religiosorum: vel causa longoꝝ itinerũ sicut aliqñ mercatores ⁊ alij longe proficiscentes facere consueuerunt ⁊ similia: vel causa alicuius eorum que significantur per nonam domum. ¶ Cum significator substantie fuerit in decima.

Si autẽ inueneris cum in decima dic q acquiret eam causa regis vel magisterij seu magistrat⁹ vel officij vel alterius dignitatis laycalis vt sunt ducat⁹ seu potestarie ⁊ similia: vel causa alicuius eorum que significant per

decimam domum. ¶ Cum significator substantie fuerit in vndecima.

Porro si fuerit in vndecima inueniet eam causa amicoꝝ seu militum vel familiariorū regimine vel negociationis seu accōmodationibus atqꝫ messib⁹: vel acquiret eam ex inopinato sibi fortuna adueniente: vel etiam ex rebus de quibus habuerit spem lucrandi: vel causa alicuius eoꝝ que signtur per vndecimā domū. ¶ Cum significator substantie fuerit in duodecia.

Ultimo vero si fuerit in duodecia acquiret eam causa carceris vel incarceratorum sicut aliqñ consueuerūt facere incarceratorum custodes vel qui a carceribus incarceratos causa lucrandi relaxauit: vel causa inimicorū occultorum: vel magnorum aïalium: vel alic⁹ vilis officij ⁊ verecundabilis ⁊ ex furto: vel causa alicuius eorum que significantur per duodecimā domū Que sunt significata oīm duodecim domorum tu habuisti supra in tractatu de duodecim domibus: non oportet vt ea hic omnia tibi repilogem.

¶ Capitulum sextum per quem modum natus acquiret substantiam.

Modo per quem modum natus acquiret substantiam est videndū. Considerabis nanqꝫ significatorē substantie siue sit dñs partis fortune siue dñs partis substantie siue sol siue luna siue aliquis ex dñis triplicitatum vel quicunqꝫ predictorum alius ex dictis significatoribus ipse fuerit: quoniaꝫ si saturnus fuerit significator substātie nati fueritqꝫ boni esse ac bene disposit⁹ liber ab impedimentis fortunat⁹ scꝫ atqꝫ fortis ⁊ cū fortunis iunct⁹ fueritqꝫ in angulis vel in succedentibus angulorū ex dictis laboribus vel similibus per phas atqꝫ per modū licitū ⁊ conuenientē natus substantiaꝫ atqꝫ diuitias acquiret. Si autem ipse fuerit impeditus infortunatus scꝫ atqꝫ debilis retrogradus vel combustus aut cum malis iunctus cadens ab angulis ⁊ mali esse ac male dispositus per nephas potius q̄ꝫ aliter: per modū etiam deceptionis atqꝫ mendacij necnon ⁊ furtiuum natus substantiam aggregabit.

¶ Cum iupiter fuerit significator substantie.

Si quidē iupiter nati substātie significator fuerit ⁊ ipse boni esse ac bene dispositus fortunat⁹ scꝫ atqꝫ fortis liber ab impedimentis per phas ⁊ ꝑ modum licitum atqꝫ laudabileꝫ natus diuitias congregabit. Si vero fuerit impedit⁹ ac mali esse maleqꝫ disposit⁹ infortunat⁹ scꝫ atqꝫ debilis retrograd⁹ vel cōbustus vel iunctus cū malis ⁊ cadens ab angulis aliqñ per phas aliqñ per nephas: aliqñ per modum licitum: aliqñ per illicitum substantiam natus acquiret. ¶ Cum mars fuerit significator substantie.

Quod si mars substātie nati significator extiterit ipse quoqꝫ boni esse ac bene disposit⁹ fortunat⁹ scꝫ atqꝫ fortis liber ab impedimētis per modū licitum ⁊ non licitum in acquisitione substantie natus studebit: nec vnde sibi eueniat dūmodo eam cape possit multū curabit: dicet enim bonū est vndiqꝫ pecuniam extorquere: denarius in bursa: rusticus in fossato. Si aūt mali esse maleqꝫ disposit⁹ repериat infortunat⁹ scꝫ atqꝫ debilis dictisqꝫ impedimentis impedit⁹ vndecunqꝫ poterit per phas ⁊ nephas: per latrocinium: per viaruꝫ abscisioneꝫ: per incendia: per sanguinis illicitā effusionē: ⁊ per oēm modum per quē poterit ⁊ a quocunqꝫ non ꝯsiderando sexū vel ordinē vel dignitateꝫ pecuniam acquirendi vias inuestigabit.

¶ Cum sol fuerit significator substantie.

SI vero sol nati substantiã significauerit boni qȝ esse fuerit beneqȝ dispositus liber ab impedimentis fortunatus scȝ atqȝ fortis per modũ licituȝ atqȝ debitũ ⁊ famosum natus substantiam acquiret. Si vero fuerit impedit⁹ esseqȝ mali ac male dispositus acquiret eam modis omnibus quibus poterit non quasi curando vtrum per phas vel nephas: sciet tamen suũ nephas palliare ita qꝫ non sic manifeste vt fuerit malicia apparebit.

¶ Cum venus fuerit significatrix substantie nati.

QUod si venus nati substantie significatrix fuerit ipsaqȝ boni esse ac bene disposita fortunata scȝ atqȝ fortis natus laudabiliter atqȝ per modum licitum substantiam scȝ diuitias aggregabit. Si vero in esse contrario sit inuenta per modũ reprehensibilẽ ⁊ in quo mendacia cõmittunt eaȝ vsurpabit nec verecundabitur ex tali questu.

¶ De mercurio ⁊ luna.

DE mercurio autem ⁊ luna non sic vt de alijs est: nam quicunqȝ illoꝝ nati substantie fuerit significator ꝑm esse atqȝ significatũ illius cũ quo iunct⁹ fuerit natum substantiam acquisiturum significabit. Si vero nemini aliquis eorum iungatur ⁊ substantie significator fuerit per minutorũ mercimoniorũ baiulationem atqȝ per itinera breuiora natum substantiam acquisiturũ monstrabit ¶ Et semꝑ sit tibi cure si planeta significator substantie fuerit iunctus cum aliquo ex planetis: qm̃ ille cum quo fuerit iunctus in aliquo suas partes interponet. Nam si fuerit significator substantie bonus ⁊ iunctus fuerit cum bono augmentabitur eius bonitas. Si aũt fuerit malus ⁊ iungat̃ cum malo augmentabitur eius malicia. Si quidẽ fuerit fortuna ⁊ iungat̃ malo minuet̃ eius bonitas. Si vero fuerit malus ⁊ iungatur fortune minuet̃ eius malicia.

¶ Capitulũ septimũ in qua etate seu in qua parte vite sue natus substantiam sit acquisiturus.

VLtimo quidem est videndum in qua etate vel in qua parte vite nat⁹ sit acquisiturus substantiam. Uisum est quibusdam ex sapientibus antiq̃s qꝫ tu dominos triplicitatis solis in die: dños vero triplicitatis lune in nocte ꝯsideres: quibusdam alijs aliud visum fuit ꝑm qꝫ eoꝝ opiniones eis placuer̃t Ego autem eoꝝ dictis non contradico: verũtamen nec his nec illis absolute consentio nec absolute ab eis dissentio: videtur tamen mihi qꝫ qui potior est in alicuius rei natura potior sit in ipsius effectus iudicio. Efficacius enim ac magis naturaliter videntur dñi triplicitatꝭ domus substantie significare illã quaȝ ceteri. Et sic videt̃ conuenientius qꝫ dñi triplicitatis domus substantie preferantur alijs significatoribus in significatione temporis in quo nat⁹ siue interrogans vel in qua parte vite sue substantiaȝ sit habitur⁹ siue acquisitur⁹ Nam si primus eoꝝ fuerit boni esse ac bene dispositus acquiret eaȝ in prima tercia parte vite sue: in alijs duab⁹ indigebit. Si fuerit secundus acquiret eã in scda tercia parte vite sue: in alijs duabus indigebit. Si quidẽ fuerit terci⁹ acquiret eam in vltima tercia parte vite sue: in alijs duab⁹ indigebit. Si aũt duo ex eis tantum fuerint fortunati: tercius vero non acquiret eam in tercijs eis deputatis: in alia indigebit. Nam si fuerint fortunati primus ⁊ secundus acquiret eã in prima ⁊ scda tercia parte vite sue: in tercia indigebit. Si fuerit primus ⁊ tercius acquiret eaȝ in prima ⁊ in vltia tercia ꝑte vite sue: in media

indigebit. Si fuerit secund⁹ et tercius acquiret eam in secunda et tercia parte vite sue: in prima vero indigebit. Si aũt fuerint oẽs fortunati acquiret eam et habundabit toto tpe vite sue. Si vero fuerint omnes infortunati toto tpe vite indigebit et semper in miseria deget. Et si fuerit alter almutez super loco substantie q̃z dñs triplicitatis domus substantie vide vtrũ ipse sit orientalis an non, quoniã si fuerit orientalis significabit substantiã in iuuentute hoc est in prima medietate vite nati. Si aũt fuerit occidẽtalis significat ĩ vltima medietate vite nati. Unde facies eum participẽ in significatione temporis acq̃sitionis substãtie cũ dño triplicitatis dom⁹ substantie. Si quidẽ cõcordauerint ambo in bono augmentabit substantia tẽpore illo et efficiet plus q̃z posset significari p vnũ eorũ tm̃. Si aũt discordauerint minuet significatũ melioris nec erit tanta substantia nato quanta deberet esse in illa etate.

¶ Capl'm. 8. quãdo alij significatores augebunt vel diminuent substantiam nati cũ dñis triplicitatis dom⁹ substantie.

Considerabis itidem significatorẽ substantie nati qualiscũq ipse fuerit et cõmiscebis virtutẽ ipsius cum virtute dñi triplicitatis dom⁹ substantie qui fuerit significator tpis in quo natus sit acquisiturus substantiã: qui si cõuenerint ambo et ipsi boni esse augmentabit tunc et in parte illa vite nati et habundantior fiet. Si aũt fuerint ambo mali esse diminuet in tempore illo plus q̃z videret debere minui et indigentior fiet natus. Si vero vnus fuerit fortunatus et alter debilis minuet bonitas fortunati. Si quidẽ dignior signi ficator substantie fuerit fortunatus et alter infortunatus diminuet bonitas boni et significabit minor quantitas sustantie. Et si fuerit infortunatus et alter fortunatus diminuet malicia mali et significabit minor paucitas substantie. ¶ Et dixit aboaly de significatione temporis substantie nati q̃ si dñi triplicitatis luminaris cuius est auctoritas fuerint omnes salui ab impedimentis liberi: fuerintq in angulis significat prosperitatẽ nati cunctis diebus vite sue. Et eo magis ac fortius si fuerit significator substantie tpis illius in gradu cuspidis anguli et quãto magis elongatus fuerit ab angulo vsq ad complementũ illius dom⁹ tanto erit eius prosperitas atq fortuniũ aliquid min⁹ ſm eius elongationem ab angulo: gradatim quidã diminuendo. Si aũt primus dñs illi⁹ triplicitatis fuerit liber et secũdus et tercius fuerint impediti significat fortunã nati ac ei⁹ prosperitatẽ in prima tercia parte vite sue: in secũda et in tercia parte vite sue indigebit put dictũ est. Qd si secũdus fuerit saluus et primus et terci⁹ fuerint impediti psperabit natus in secunda parte vite sue: in prima et in tercia indigebit. Si aũt tercius fuerit fortunatus psperabit in vltima tercia parte vite sue: in prima et in secũda indigebit. Qd si primus dñs triplicitatis p̃dicte fuerit impedit⁹ et alij duo salui significat impedimentũ ac malũ esse nati eiusq detrimentũ in prima tercia parte vite sue: in alijs aũt non. Si vero secundus eiusdez triplicitatis fuerit impeditus et alij salui natus ille impediet in secuuda tercia parte vite sue: in alijs vero non. Siquidem tercius tm̃ fuerit impeditus significat impedimentuz illius in vltima tercia parte vite sue: in alijs aũt vite sue prosperabit. Et si omnes dicti significatores fuerint impediti significat maluz atq detrimentuz nati eiusqz

indigentiam toto tempore vite sue ⁊ ipsius vite diminutionē sicut dictuꝫ est supra de dñis triplicitatis domus substantie. Verūtamen si cum istis infortunijs fuerint fortune in angulis fuerintqꝫ mali cadentes ⁊ lūinaria bene disposita minuet malicia infortunarū ⁊ quasi semper prosperabit natus nec diminuet ob illud ipsius vita. Illud idem poteris dicere si dñs ascendentis ⁊ luna fuerint in angulis liberi ab impedimentis malorū vel applicuerint planetis in angulis: ⁊ eo melius ac fortius si deceptio interuenerit.

¶ Quādo dñs ascendentis applicuerit luminarib⁹ vel ipsa illi.

Si aūt dñs ascendentis applicuerit luminaribus vel ipsa illi fueritqꝫ in ariete vel in leone ⁊ luna in tauro vel in cancro cum se applicuerit dño ascendentis vel dñs ascendentis fuerit in domo ⁊ in exaltatione sua cum applicuerit se luminaribus: vel fuerit aliquis eorꝫ in duabus de suis alijs minoribus dignitatibus cum vnus alteri vt dictum est applicuerit significat fortunam atqꝫ prosperitatem nati cunctis temporibus vite sue nisi dñi triplicitatis domus substantie contra operent: nam si dñi triplicitatis illius fuerint impediti detrahent aliquid huic dispositioni: ⁊ erit prosperitas atqꝫ fortuna ipsius aliquid infra hoc.

¶ Cum pars fortune ⁊ eius dñs fuerint orientales.

Quod si pars fortune ⁊ eius dñs fuerint orientales ⁊ ab impedimentis malorū liberi fuerintqꝫ in angulis ⁊ aspexerint ascendens aspexerintqꝫ ipsos fortune significat prosperitatē nati ac eius fortunam durabilem ⁊ augmentū bonitatis vite: ipsiusqꝫ firmitatē ⁊ constantiam atqꝫ robur. Et si luna fuerit in domo vel in exaltatione ab infortunis salua non impedita fuerit significat exaltationē nati eiusqꝫ nominis magnitudinē. Si aūt dicti significatores fuerint cadentes ac impediti significat vitam nati laboriosam ⁊ pauce vtilitatis: ⁊ eo magis si non aspexerint ascendēs. Qđ si boni ⁊ mali simul partem fortune ac eius dñm aspexerint ipsiqꝫ in angulis fortune atqꝫ prosperitatis nati mediocritatē iudicabunt. Cum vero domini triplicitatis ascendentis fuerint iuncti planetis in angulis ipsiqꝫ cadentes ab eis significabūt fortnam atqꝫ prosperitatem nati sed post laborem atqꝫ fatigationem. Idem dicas de dño ascendentis si fuerit iunctus planete in angulo ⁊ in domo vel in exaltatione sua: ipseqꝫ cadens ac in descēsione sua. Hec quidem uera sunt nisi predicti significatores substantie contra operent vel aliquis eorū: quoniam quilibet interponet partes suas ſm ꝙ ipse fuerit dispositus. Si quideꝫ fuerit bene dispositus augmentabit significata bonorum in bono ⁊ minuet significata malorum. Si aūt fuerit male dispositus augebit significata malorum in malo ⁊ minuet significata bonorum. Nec obliuiscaris considerare ꝑdictos significatores qualiter fuerint dispositi omnes: quoniā si fuerint omnes bene dispositi augebit prosperitas nati ⁊ augmētabit eius fortuna. Si quidem fuerint omnes male dispositi diminuet prosperitas nati ⁊ eius fortunium. At si magis principales significatores fuerint bene dispositi: minus vero principales fuerint male dispositi diminuet eius prosperitas atqꝫ fortuniū ⁊ minus proficiet. Si vero principaliores fuerint male dispositi minusqꝫ principales fuerint bene dispositi minuet eorum infortuniū ⁊ minus

nocebit

¶ Cum natiuitas fuerit diurna vel nocturna.

Videbis etiam vtrũ natiuitas sit diurna vel nocturna nam si fuerit diurna prospicies dños triplicitatis signi in quo fuerit sol vt supra dictum est. Si aũt fuerit nocturna tunc prospicies dños triplicitatis signi in quo fuerit luna: qui si fuerint in angulis fortunati .s. atq̧ fortes: aspexerintq̧ ipsos fortune: ⁊ eo melius atq̧ fortius si fortune receperint eos significat fortunã ipsius nati prosperam atq̧ felicem. Qđ si fuerint in succedentibus angulorũ fortune mediocritatem iudicabunt. Si aũt mali fuerint in angulis ⁊ fortune fuerint in succedentibus significat indigentiã nati ac ipsius laborẽ in prima ipsius vite medietate: in vltima vero fortunã ⁊ bonum esse. Si aũt fortune fuerint in angulis: mali aũt in succedentibus predictorũ cõtrariũ iudicabũt Si vero fuerint in cadentibus nati significabunt infortuniũ eiusq̧ malũ esse vitamq̧ laboriosam nisi dicti significatores cõtra operent̃.

¶ Quando aspicit̃ domus substantie.

Item aspice domũ substantie quod est signũ secundũ ab ascendente: ⁊ signũ secundũ a domo in qua fuerit pars fortune: similiter ⁊ signũ secũdũ a domo in qua fuerit sol in natiuitatibus diurnis vel a domo in qua fuerit luna in natiuitatibus nocturnis: Et vide si aliquis malorum fuerit in aliquo p̃dictorũ locorũ: quoniã si natus habeat alia significata bona istud habet significare ipsorum diminutionẽ eiusq̧ boni esse. Si vero non habuerit alia significata bona significat ipsius prosperitatis casum atq̧ fortune detrimentum ac malũ esse nisi malus ille habuerit ibi domũ vel exaltationẽ vel duas alias dignitates minores. ¶ Et dixit aboali q̧ si non aspexerit sol partẽ fortune vel eius dñm: vel ipse solem in natiuitatibus diurnis uel lunã in natiuitatibus nocturnis significat detrimentũ ⁊ nati fortune ac ipsius prosperitatis diminutionẽ. Illud idem poteris dicere de luna si a malis obsessa fuerit tam in diurnis q̃ nocturnis. Idem similiter significabit alcocoden si fuerit cadens ab angulis vel ab ascendente atq̧ in malo loco ab ipso ⁊ in aspectu alicuius infortune. Si quidem inueneris malos in angulis: fortunas vero in succedentibus angulorũ significat laborem nati ac eius impedimentũ in vite sue principio: in fine vero prosperitatẽ atq̧ bonum. Hoc idem poteris iudicare si sol in natiuitatib⁹ diurnis: luna vero in nocturnis separet̃ ab infortunis ⁊ iungat̃ fortunis. Similiter dicas de dñis triplicitatis luminaris cui⁹ fuerit auctoritas si fuerint cadentes ab angulis vel ab ascendente: fuerintq̧ iungentes se planetis existentibus in domibus vel exaltationibus suis vel in duabus de suis dignitatibus alijs.

¶ Cum planeta qui fuerit significator substãtie fuerit orientalis.

Considerabis etiam vltra si planeta qui fuerit significator substantie sit orientalis atq̧ super terram: quoniã tunc significabit fortunam ⁊ bonũ nati ac ipsius prosperitatẽ in principio vite sue. Si vero fuerit occidentalis ⁊ sub terra tunc significabit eam in fine vite sue. Qđ si fuerit orientalis sub terra vel occidentalis supra terram tunc significabit eam in medio vite sue.

¶ Capitulum .9. de significatis locorum circuli.

LOca vero circuli significantia illa tempora sunt illa: nam ascendens et secunda significat principium vite nati usque in finem adolescentie sue. Decima vero et undecima significant iuventutem usque in finem collecte etatis. Septima quidem et octava significant a fine iuventutis usque ad medietatem senectutis. Quarta aut et quinta significant a medio senectutis usque in finem vite nati. ¶ Et dixit aboali pars fortune significat inicium vite: dominus eius finem. Et quilibet predictorum significatorum significat esse nati in tempore suo fm quod ipse fuerit dispositus hora nativitatis alicuius. Numque scieris accidentia per ea que percepisti de dispositionibus significatorum eius hora sue nativitatis quando et in quo tempore debuerint esse prospera et utilia seu fortunia vel contraria seu laboriosa sive infortunia vel sinistra: et videris directionem radiorum planetarum ad loca significantia fortunium vel infortunium ipsius: et videris distantiam que fuerit inter eos ex signis gradibus atque minutis: et videris in quibus temporibus vite sue debeant ei accidere bona vel mala per significatores illos: aspice tunc partem fortune: quam diriges ad corpora fortunarum atque malorum vel eorum radios: et quando videris eam iunctam fortune et maxime iovi aut veneri iudica tunc bonum esse nati. Quando videris eam iunctam malis et maxime saturno vel marti contrarium poteris iudicare nisi contra operentur predicti significatores: nam cum venerint fortune vel earum radii ad eam: et significatores fuerint iuncti fortunis vel earum radiis augmentabitur in duplo eius prosperitas: eiusque fortuna atque bonum. Si vero venerint ad eam mali vel eorum radii: ipsique significatores fuerint iuncti malis vel eorum radiis augmentabitur in duplo eius infortunium et malum atque labor eiusque bona diminuentur. Si autem pars fortune fuerit iuncta cum fortunis et significatores cum malis: vel ipsa cum malis et significatores cum fortunis utriusque significatum minui non dubitabis.

¶ Ex qua causa natus pecuniam sit acquisiturus.

VIso in his que precesserunt unde natus acquirat substantiam: et per quem modum: videndum est ulterius ex qua causa eam acquirat. Et licet hoc videatur velle assimulari eis que iam precesserunt non tamen est idem cum eis sed aliud.

¶ Cum fuerit pars fortune in dignitatibus saturni.

COnsiderabis igitur partem fortune in hora nativitatis alicuius: quam si inveneris in domo vel in exaltatione saturni vel in duabus de suis aliis dignitatibus minoribus: fueritque iunctus illi saturnus vel aspexerit eam significat quod acquiret natus substantiam ex causa servorum vel ancillarum et hominum etate mediocrium. s. a quinquagenariis et longevioribus usque ad medietatem senectutis et vilium personarum: eritque fortuna ipsius in eis et in eorum commixtione: et erit eius significatum fortius si fuerit pars fortune in exaltatione quam si fuerit in domo vel in aliis dignitatibus. Quod si fuerit pars fortune in angulis extolletur fortuna ipsius nati et exaltabitur valde.

¶ Cum fuerit pars fortune in dignitatibus iovis.

ET si fuerit in dignitatibus iouis ƒm modū predictum acquiret eā causa cōmixtionis atq; vsus magnorum virorum ꝛ nobilium: episcoporū etiam ꝛ similiū atq; aliorū sapientū: ꝛ erit eius fortuna in eis ꝛ cū eis.

Cum pars fortune fuerit in dignitatibus martis.

ET si fuerit in dignitatibus martis ƒm eundē modū acquiret eam ex causa ducum exercituū ꝛ hoim bellicosorū atq; guerrariorū ꝛ qui delectant in bellis ꝛ bellorū exercitijs: eritq; fortuna ipsi⁹ in eorū cōmixtione.

Cum pars fortune fuerit in dignitatibus solis.

QUod si fuerit in dignitatibus solis ƒm modū predictū acquiret eā ex causa cōmixtionis ꝛ vsus regum ac aliorū principū regibus similium: eritq; fortuna ipsius in eis ꝛ cum eis ꝛ silibus.

Cum pars fortune fuerit in dignitatibus veneris.

SI aūt fuerit in dignitatibus veneris ƒm eundē modū acquiret eā causa mulierū eunuchorū similiter ꝛ hoim effeminatorū: eritq; fortuna ipsi⁹ in eis ꝛ cū eis ꝛ similibus.

Cum pars fortune fuerit in dignitatibus mercurij.

SI aūt fuerit in dignitatibus mercurij ƒm eundē modum acq̄ret eam ex causa cōmixtionis sapientū atq; scribarū ꝛ etiā negociatorū: eritq; fortuna ipsius in eis ꝛ cū eis ꝛ similibus.

Cum pars fortune fuerit in dignitatibus lune.

SI quidē fuerit in dignitatibus lune ƒm modum predictū acquiret eam ex causa cōmixtionis iurisperitorū atq; hominū legaliū: eritq; fortuna ipsius in eis ꝛ cum eis ꝛ similibus.

Qđ predicta significabunt per predictos significatores qualitercūq; ipsi sint dispositi.

ET scito q; qualecūq; fuerit esse predictorū significatorū ꝛ vbicūq; fuerit pars fortune in eorum dignitatibus ea que dicta sunt significabunt naturaliter ꝛ ƒm eorum dispositionē ꝛ ƒm eorū loca in circulo. Nam si fuerint in angulis ꝛ boni esse ac alias bene dispositi similiter ꝛ pars fortune significabit fortune ipsius nati augmentū atq; prosperitas. Si aūt sint in succedentibus mediocritatē fortune ipsius nati significabunt. Si quidem fuerint in cadentibus vel alias male dispositi significabit ipsius nati fortune laboriositas grauamen impedimentū atq; diminutio.

Capitm. 10. de eodem ƒm aboali.

ITem aliud quasi quodāmodo simile supradictis licet non simplicit ad sciendū statum vite alicuius nati in temporibus per dños triplicitatis ascendētis significatis. Nam primus dñs triplicitatis illius significat iniciū vite nati. s. primā terciā partem eius. Secundus vero sigt medietatē. s. secūdam terciā partem illi⁹. Tercius vero sigt finem. s. vltimā terciā partē ipsi⁹. Qđ si aliquis eorū fuerit in domo vel in exaltatione sua vel in duab⁹ de suis alijs dignitatib⁹ in angulis iunctus fortunis liber ab impedimentis sigt bonum esse nati ac prosperū in temporib⁹ sui significati. Si aūt fuerit in succedentibus erit aliquid eius esse infra hoc. Qđ si fuerit in cadentib⁹ sigt ei⁹ esse multū infra hoc. At si aliquis eorū fuerit cadens ab angulis: vel in suo casu:

vel in descensione sua vel in malo loco ab ascendente: vel fuerit retrogradus seu peregrinus siue combustus vel iunctus malis significat malũ esse nati ac eius impedimentũ in temporibus eius significati: sed in cadentibus augmẽtabit magis. Iterum magis ac fortius augmentabit impedimentũ illius si dñs ascendentis fuerit impeditus cum primo dño dicte triplicitatis: vel dñs decime cũ secũdo dño eius: vel dñs septime cũ tercio dño eius. ¶ Si autẽ primus dñs triplicitatis dicte fuerit impeditus ⁊ dñs ascendentis fuerit saluus vel econuerso minuet infortuniũ impediti atq; fortunium salui. ¶ Si vero secundus dñs fuerit impeditus ⁊ dñs decime saluus ⁊ ecõuerso minuet infortuniũ impediti atq; fortuniũ salui. ¶ At si tercius dñs fuerit impedit⁹ ⁊ dñs septime saluus vel econtrario minuet infortuniũ impediti ⁊ fortuniũ salui. At si omnes fuerint salui augmentabit eorum fortuniũ ⁊ prosperabit fortuna ipsius nati. Si vero fuerint impediti augmentabit eius infortuniũ ac malũ esse. ¶ Aspicies etiã lunam quoniã habet significatũ magnum sup esse fortune cuiuslibet nati: nam si fuerit boni esse ac bene disposita iuncta fortunis significat vniuersaliter super prosperitate atq; fortuna cuiuslibet nati addendo bonitati bonorum ⁊ detrahendo malicie malorum. Si vero fuerit iuncta malis significat aduersitatẽ nati eiusq; malum esse addendo malicie malorum ⁊ detrahendo bonitati bonorum. Qđ si fuerit vacua cursu ⁊ in locis malignis in circulo significat impedimentũ nati eiusq; fortune aduersitatem atq; detrimentũ. ¶ Aspicies etiã dñm signi in quo luna fuerit: quẽ si videris bene dispositũ ac in bono loco a sole in trino. s. vel sextili aspectu ipsi⁹ fuerit q; alias fortunatus ⁊ fortis beneq; dispositus iunctus cũ fortunis vel ipse cum eo significat bonum nati ac ipsius prosperitatẽ. At si cõtrariũ videris cõtrariũ poteris iudicare.

¶ Capitulum .ii. aliud quasi quoddã extraordinariũ de habitudine ntitatis.

Habitudinẽ quidẽ natiuitatis nati percipies per dñm ascendentis natiuitatis illius ⁊ per eius locum in domib⁹ ſm q̄ cuz inueneris in aliqua ipsarum. Nam si fuerit in prima significat q̄ ille natus erit potens inter propinquos atq; domesticos ⁊ notos suos ac inter ipsos natus. Si vero fuerit i secunda fuerit q; boni esse ac bene dispositus iunctus fortunis fuerit q; receptus significat eum fortunatũ in acquisitione substancie. Qđ si fuerit in predicti esse contrario cõtrariũ iudicabis: ipsumq; substantie destructorẽ futurũ Si aũt fuerit in tercia significat eum fortunatũ inter fratres suos: imo fortunaciorẽ exiturũ: ⁊ q̄ libenter ipse breuibus itineribus peregrinabit: ⁊ aliqñ mediocribus. At si fuerit in quarta significat eum non esse maliciosum ⁊ q̄ diliget a patre atq; bonum ab ipso consequet ⁊ a suis maioribus ascendẽtib⁹. Quod si fuerit in quĩta significat q̄ letabit in filijs ⁊ causa ipsorum ⁊ diliget ab hominibus bono modo. Si itidem fuerit in sexta significat q̄ erit homo laboriosus inuoluens se in cogitationibus eritq; plurium infirmitatũ. In septima significat q̄ erit homo rixaꝝ contẽtionũ irascibilis causator ꝑmittens se huc ⁊ illuc a mulieribus trahi parens earum voluntati. At si fuerit i noctaua significat q̄ erit pusillanimus deceptor: dolosus tristis: de alijs non curãs de incõmodis alioꝝ gaudens: de ipsoꝝ prosperitatibus dolens. Si quidem

fuerit in nona significat q erit homo scientiarũ ipsarumq amator: erit etiaz multarum peregrinationũ et maxime longorum itinerum amans peregrinari. Si aũt fuerit in decima erit homo libenter habens vsum cum regibus et magnatibus et his qui apti sunt regno et vitam suam ducere volens cum eis. Si vero fuerit in vndecima significat q erit homo morigeratus: boni vsus: dilectus ab hominibus inter quos plures sibi cõnumerabit amicos paucos habens filios. Ultimo si fuerit in duodecima significat q eius vita erit grauis: laboriosa: impedita: multosq poterit cõnumerare inimicos: amicos vero nullos et si aliquos paucissimos tamen.

¶ Capitulum. 12. de acquisitione substãtie iterũ sm aboali.

Alius modus acquisitionis substãtie nati iuxta sententiã aboali quasi ad similem finem tendens: dixit enim q aspicienda est secunda domus ab ascendente ac videndum qui planete sint in ea. Nam si fuerint in ea fortune: fuerintq mali absentes similiter et eorum aspectus: fueritq dñs ei9 liber et in bono loco ab ascendente similiter et a sole significat fortunam ipsius nati cum substantia et in substantia. Si aũt fuerit ecõtrario significat infortuniũ nati cum substantia et in substantia. Post hoc videbis vtrũ dñs ascendentis iungat cum dño secunde ab ascendente: quoniã significat natum acquisituz multitudinem substantie leuiter quasi absq sua fatigatione. Aspicies etiam leuiorem ex eis illum. s. qui fuerit in angulo: quia ipse significabit illaz quantitatẽ pecunie seu substantie venturã ex rebus iam notis vt testat aboaly nõ causaliter euenientibus. Qd si fuerit in succedenti erit acquisitio ipsius infra predicta: erit tamen ex bono et equo atq licito. Si aũt fuerit in cadenti vel in alio malo vel prauo loco ab ascendẽte erit acquisitio substãtie vndecũq poterit per fas et nefas eam acquirere: et erit tenax ipsius atq auar9. ¶ Qd si non fuerit inter eos coniunctio seu applicatio aspice tunc dñm domus substantie: qui si fuerit in angulis liber ab impedimentis et luna similiter sigt natum mediocriter substantiã acquisiturũ. Si vero fuerit in succedẽtibus sigt q erit ei pauca pecunie acquisitio. At si fuerit in cadentib9 significat ei9 laborem et angustiã atq grauitatẽ in acquirẽdo vnde viuat: et vix poterit illud cõsequi: et eo deteri9 atq graui9 si dñs dom9 substãtie fuerit impedit9 a malis vl eo[rum] fuerit iunctus aspectib9 vel radijs. Aspicias iterũ dñm ascendentis similiter et iouem q si vnus eorum fuerit iunctus alteri per corpus siue per aspectũ ipsiq fortunati et fortes ac boni esse beneq dispositi sigcat prosperitatez vite nati eiusq substantie multam acquisitionẽ: et eo magis atq forti9 si applicans se alteri fuerit receptus. Si aũt non fuerit eorum esse tale sicut dixi erit eorum significatum infra hoc quod dictum est sm quãtitatẽ diminutionis fortitudinis atq bonitatis eorũ. ¶ Illud idẽ poteris dicere de parte fortune ac eius dño si fuerint in bonis locis ab ascendente liberi a malis ac ab eorum radijs. Similiter et de luna si fuerit in bono loco ab ascendente aspiciens illud: et maxime si fuerit recepta: et eo fortius ac melius si receptio fuerit a fortuna. ¶ Luna enĩ habet istã prerogatiuã: quoniã si fuerit in angulis vel in eo[rum] succedentibus aucta lumine atq numero et cõmiserit virtutẽ seu

dispositionē suam planeti recipienti eam sigt bonitatē fortune nati ac ipsius bonorū multitudinē atq3 habūdantiā affluent ei venientiū ¶ Aspice quoq3 signū vndecimū a signo in quo fuerit pars fortune: in quo si fuerit aliqua fortuna sigt honestatē acquisitionis substantie nati eiusq3 bonum modū acquirendi. Qd si fuerit in eo aliqua ex infortunis sigt contrariū inhonestū. s. modum acquirendi: nec verecūdabit natus quocūq3 modo posset eam acquirere dūmodo possit eam sibi vsurpare ⁊ vt plurimū ex iniusticia ⁊ ex rebus illicitis: ⁊ eo fortius si illud signū in quo fuerit illa infortuna fuerit eius domus vel exaltatio vel habuerit ibi duas de alijs suis dignitatib⁹. Uidebis etiam vtrū dictus dn̄s substantie vel dn̄s signi in quo fuerit pars fortune vel dn̄s signi. 11. a signo in quo erit pars fortune intret combustionē: qm̄ istud habet significare diminutionē fortune atq3 prosperitatis nati eiusq3 substantie similit ⁊ eius boni esse. Aspicies similiter vtrū pars fortune sit iuncta cum aliqua ex fortunis vel fuerit in earū oppositione vel quarto aspectu: fuerintq3 mali cadentes ab ea: qm̄ hoc habet significare fortunā atq3 prosperitatē nati bonam: eiusq3 substantie incrementū. Qd si fuerit ecōtra recte poteris contrarium iudicare. Considerabis etiā vtrum dn̄s ascendentis ⁊ dn̄s dom⁹ substantie iungant vel applicent se simul quoniā hoc sigt bonum esse nati. Si aūt non iuxerint se simul per corpus vel per aspectum fuerintq3 fortune cadentes ab ascendente atq3 a domo substantie atq3 ab eorum dominis significat detrimentū nati ac ipsius malum esse ipsiusq3 laboriosam atq3 dolentem vitam ⁊ indigentiā cunctis temporibus vite sue: ob hoc q dn̄s ascendentis ⁊ dn̄s secūde domus non iungunt nec applicant simul qui habent significare naturaliter questū nati ac eius lucrū. ¶ Hec que dicta sunt accident ita vt dixi nisi predicti nati substantie significatores contra operent qui sunt dn̄i triplicitatis domus substantie: dn̄i triplicitatis luminaris cuius fuerit auctoritas pars fortune ac eius dn̄s: iupit similiter ⁊ eius pars. Qd si tu inueneris istos significatores vel maiorē partem eorū in bonis locis ab ascendente ⁊ maxime autentiores eorū ⁊ qui plures dignitates habuerint in locis in quibus fuerint operabunt cōtra maliciā predictorū. s. planetarū qui fuerint in signo. 11. a signo partis fortune: dn̄i partis fortune ⁊ planetarū quibus iungunt vel ad quorū cōiunctionē iuerint vel in quorū oppositione vel in quarto aspectu fuerint. Si aūt inueneris eos impeditos in locis in quib⁹ fuerint operabunt cōtra eorū bonitatē detrahendo illis.

¶ Capim. 13. de eodem.

Uidebis adhuc dominū domus substantie vel planetam qui fuerit almutez super substantiā nati ⁊ vbi sit considera. Nam si fuerit in prima habet significare q natus acquiret substantiā sine labore ⁊ fatigatione atq3 sollicitudine: ⁊ eo fortius atq3 vberius si fuerit receptus a fortuna existenti in angulo vel succedenti. ¶ Et dixit aboaly si fuerit in secūda erit ex re nati ¶ Et si erit in tercia significat maliciam fratrum. ¶ Et si fuerit in quarta significat bonum esse patrum ⁊ populationem domus in qua fuerit.

Et si fuerit in quinta dixit q habebit filios cognitos in palacijs regum. Et si fu erit in sexta significat fugam seruorum & amissionem aialium suple minorum. Et si fuerit in septima significat conuersionem rerum ex iniusto & dispersionē earundem causa mulierum & contentionum. Et si fuerit in octaua significat acquisitionem rerum ex reliquijs mortuorum: nec curabit quomodo lucret vel quomodo expendet eas. Et si fuerit in nona significat acquisitionē causa peregrinationum & religionum ex sectis. Et dixit q non curabit nisi de rebus absconditis: eritqz negociatio eius ex peregrinationibus. Et si fuerit in decia consequetur substantiam a regibus & ex causis eorum. Et si fuerit in vndecia inueniet substatiam ab amicis et negociationibus & accōmodationibus et a mercibus. Et si fuerit in duodecima significat q lucrabitur pecuniam ex carceribus & inimicis supple occultis et ex omni vili opere atqz verecundabili. Et dixit q erit fur & raptor.

¶ De tercia domo. Capitulum primum de re fratrum vtriusqz sexus ac de ipsorum multitudine & paucitate.

Dicto in capitulo precedenti de substantia nati ac de ipsius prosperitate & per quem modum & vnde ipse acquirat: videndum est in isto presenti capitulo de re fratrū & ipsorū esse: ac de ipsorum multitudine seu paucitate ſm q eā scire possumus & a quo etiā rem ipsorum acquirere debeamus. Aspiciendum est igitur signū tercium ab ascendente natiuitatis illius cuius natiuitatē inuestigare intendis & partem fratrum ac eius dn̄m: aspicies etiam martem qm̄ & ipsi participatio est in significatione rei fratrum. Similiter et dn̄os triplicitatis signi in quo ipse fuerit: & planetā almutez sup locis p̄dictis siue vnus siue plures ipsi fuerint planetas etiā q̄ fuerint in eis vel q̄ aspexerit ea ex oppositione vel a q̄rto aspectu vel etiā ab alijs: qm̄ si fuerint in locis illis fortune vel aspexerint ea aspectu laudabili trino scz aut sextili: siue habeant dignitatē in eis siue non: vel a quarto & habeant in eis domū vel exaltationē vel terminum seu triplicitatem: sed terminus & triplicitas sunt infra domū & infra exaltationem significat bonum esse fratrum nati ac ipsorum prosperitatem. Si autem aspexerint a trino vel sextili aspectu & habuerint in eis dignitatem significat iterum melius esse fratrum ac ipsorum prosperitatis augmentū. Si autem fuerint in eis mali vel aspexerint a quarto aspectu vel ab oppositione predictorum contrarium iudicabunt: & eo magis ac fortius si non habuerint in eis dignitatem. ¶ Considerabis etiā signū tercium ab ascendente natiuitatis si fuerit ex significantibus plures filios eiusqz dn̄s in aliquo ex ipsis que sunt cancer scorpio & pisces: fueritqz inter dn̄m ascendentis & almutez predictum aliquis ex .14. modis significantibus effectum atqz detrimentum rerum quos enarraui tibi supra in tractatu considerationum que cadunt sup iudicijs &c. qui dicuntur .16. significat natum plures fratres atqz sorores habiturū. Idē poteris dicere si mars fuerit in signo multorum filiorum & planeta in cuius domo ipsum inueneris orientalis: nec fuerit luna in signo paucorum filiorum: quoniā tunc diminuet numerum fratrum.

¶ Capitulum secundum de masculinitate fratrum ac femineitate.

Aspicies adhuc si loca predicta fuerit signa masculina ⁊ significatores
in signis masculinis: quoniam significabunt hec maiorẽ partem fratrũ
masculini sexus futurã. Si aũt fuerint predicta loca ⁊ predicti significatores
vel maior pars eorum in signis feminis significabũt maiorez partem fratrũ
nati sexus femini futuraz. At si fuerint in signis paucos filios significantibꝰ
que sunt gemini leo virgo capricornus ⁊ aquarius paucitatẽ fratrũ ipsi nato
fore significabunt: cetera vero signa mediocritatem ostendũt. Qd̃ si fuerit do
mus fratrũ signum cõmune fueritqꝫ dominus eius in signo cõmuni ⁊ mascu-
lino significat natum habere fratres ex eodem patre tantum. Si autez fuerit
vtrũqꝫ signum masculinum significat eos esse masculos: si vtrũqꝫ fuerit femi
ninum signum significat eos esse feminas. Si vero fuerit vnum masculinum
⁊ alterum femininum significat mares ⁊ feminas eos esse. Si autem domus
fratrum fuerit signum femininum ⁊ dominꝰ eius in signo feminino significat
natum habere fratres de eadem matre tantum. Qd̃ si cum hoc venus ⁊ luna
fuerint in signis femininis significat feminas tantum. Si vero luna fuerit in
signo masculino ⁊ venus in feminino vel econtra mares ⁊ feminas natũ ha-
bere iudicabit. Et eo magis si ascendens fuerit ex signis plures filios signifi-
cantibus ⁊ luna in aliquo ex eis. ¶ Iterũ dico ꝙ si fuerit ascendens ⁊ domus
fratrum signum masculinum vel alter eorum ⁊ eorum domini vel alter eorũ
vel dominus quarte in eis ⁊ venus ⁊ luna in signis femininis vel econtra si-
gnificat ꝙ illi fratres erunt ex eodem patre cum nato ⁊ ex eadẽ matre. Aspi-
cies etiam dominum ascendentis ⁊ dñm domus fratrum si concordauerint
inuicem vel fuerint de planetis se inuicem diligentibꝰ: nam si sic fuerit vel de
trino vel sextili aspectu aspexerint se significat ꝙ erit cõcordia ⁊ dilectio atqꝫ
bona voluntas inter natum ⁊ eius fratres. Si autem inueneris contrarium
contrarium poteris iudicare ipsosqꝫ deceptores futuros ⁊ inimicos graues
dicere. Si quidem aspexerint se a quarto significat ꝙ erit inter eos amicicia
aliqualis non tamen perfecta etiam si receptio interueniat. Item aspice dñm
domus fratrum si fuerit combustus vel intrauerit in combustionem in natiui
tatibus nocturnis: quoniam significat paucitatem fratrum ipsorumqꝫ detri-
mentum ac destructionem: ⁊ eo fortius si luna separatur a saturno existente in
angulo vel a marte in natiuitatibus diurnis ipso similiter in angulo cõmo-
rante. ¶ Et dixit aboali quando mars intrat combustionem significat pauci
tatem fratrum. Et dixit ꝙ si fuerit in signo tercio ab ascendente planeta malꝰ
peregrinus paucitatem fratrum ⁊ mortem priorum fratrũ significabit. ¶ Et
dixit aomar aspice vtrum sit natus maioris dignitatis aut fratres ex fortitu-
dine almutez super ascendẽs aut almutez super domum fratrum quia fortior
eorum p̃erit. ¶ Et dixit aboali si fuerit mars ⁊ domini triplicitatis eius in
bono loco in circulo ⁊ a sole significat bonum esse fratrum: aptationẽ quoqꝫ
ac prosperitatem ⁊ multitudinem ipsorum. Et si fuerit in descensione sua vel
intrans in combustionem ⁊ domini triplicitatꝭ eius in locis malis significat
paucitatem fratrum eorumqꝫ debilitatem ac malum esse. Idem dicas si dñi
triplicitatis ascendentis fuerint cadẽtes ⁊ si fuerint in signis paucoꝝ filiorũ

paucitatē fratrū sigcabunt ⁊ in mediocriter sigcantibus eoꝝ mediocritatem iudicabūt ❡ Deinde aspice partē fratꝝ ⁊ dominū eiꝰ ⁊ vide si concordauerit cum domino domus substantie nati quoniam augmentabit virtutem illius. Si vero contrarium fuerit minuetur virtus domini domus fratrum: tamen preualebit dñio partis fratruꝫ: etiam si eorum virtutes viderētur esse vnius qualitatis ſm ꝙ faciunt domini triplicitatuꝫ. ❡ Et dixit aomar aspice dños triplicitatis martis primum scꝫ ⁊ secundum atqꝫ tercium ⁊ vide quis eorum sit fortior atqꝫ melioris esse: quoniaꝫ ille habet significare rem fratrum: nam primus significat fratres maiores: secundus medios: tercius minores. Aspicies etiam dominum partis fortune: nam si fuerit cum parte fortune significabit ꝙ fratres maiores se odient.

❡ Capitulum tercium qui prius moriatur inter fratres vel quis sit longeuioris vite.

Et dixit ad sciendum quis eorum durabit ⁊ quem eorū consumet mors ⁊ cetera q̄ accidunt eis. Aspice quis fuerit inter medium celi ⁊ ascendēs quia si ibidem fuerit planeta fortuna significat ꝙ nati sunt patri eius ante cū filij ⁊ adhuc durant. Et si fuerit ibi malus significat ꝙ iam mortui sunt. Si vero fuerint in signis cōmunibus fortune atqꝫ mali fratres qui remanserunt vel qui mortui sunt fuerunt duo. Item dixit aspice illis qui nascuntur postea qđ est inter ascendens ⁊ angulum terre: si fuerint in eo planete nascentur post eum fratres ⁊ sorores ſm quantitateꝫ stellarū quas inueneris. Qđ si aliquos illorum planetarum inueneris in signis cōmunibus duplicat numerum eorū Si autem fuerint in eo mali significat eorū mortem. Et si fuerint boni significat durabilitatem. Et dixit sol quoqꝫ ⁊ saturnus significant patrem: venus vero ⁊ luna significant matreꝫ. Item dixit separatio lune a planetis ⁊ maxime a sole vel a saturno significat eos qui nati sunt añ eū. Coiunctio vero lune cū alijs planetis eos qui nascent̄ post ipsum ⁊ eos qui sunt minores eos ❡ Et dixit aspicies quoqꝫ dominos triplicitatis martis primum scꝫ ⁊ secundum ⁊ terciū: accipiesqꝫ fortiorem eorū ⁊ qui fuerit pluris testimonij erit aut primꝰ aut quartus aut septimus seu decimus ⁊ sic intellige de ceterꝭ. Et dixit ꝙ qui fuerit in angulo erit primus vel ſm numerum angulorum sicut dictuꝫ est. Et dixit ꝙ si fuerit in ascendente erit primus vel quartus. Item dixit ⁊ si fuerit in medio celi significat ꝙ sit primus vel quartus vel plus. Dixit iterum ⁊ si fuerit in septimo significat ꝙ sit septimus vel quartus vel primus. Si vero fuerit in quarto significat ꝙ sit primus vel quartꝰ. Item dixit ⁊ similiter oīa loca significant ſm qualitatem loci: sed hoc videt̄ mihi ꝙ fuerit vicium scriptoris. ❡ Abolai vero dixit aspice dominum triplicitatis ascendentis qui si fuerit in ascendente erit primogenitus matris sue: ⁊ si fuerit in medio celi vel in angulo terre erit primus vel quartus: ⁊ si fuerit in septimo erit primus vel septimus. Et dixit ꝙ si fuerit in angulis aspice planetas q̄ fuerint inter gradū ascendentis ⁊ gradum medij celi: qui si fuerint fortune significat eum habere fratres viuos: ⁊ si fuerint mali significat eum habuisse sed mortui sunt: ⁊ si nō fuerint fortune neqꝫ mali dic ꝙ est primogenitus matris sue.

Capitulum quartum de re fratrum.

Ptholomeus quidem est opinatus q̧ res fratrum requirat a re matris. faciendo mentionē de fratribus ex eadem matre nec curauit facere mentionem de eodez patre qm̄ sumus certiores q̧ fratres sunt ex eadem matre q̄ȝ ex eodem patre: contingit aliqn̄ non ita esse verum sicut cōmuniter opinatur Uisus est velle ptholomeus q̧ vndecima domus significet matrē sicut decia ⁊ quia tercia ab ascendente est quinta ab vndecima que significat matrem sic decima ideo tercia est domus data fratribus nati ⁊ filijs eiusdem matris: qm̄ est quinta ab vndecia ¶ Unde considerande sunt decima ⁊ vndecia in quib⁹ si fortune inueniant̄ vel in altera eaꝝ multitudinez fratrum ac ipsoꝝ prosperitatem iudicabunt. Si vero mali affuerint indubitanter contrarium eius qd̄ dictū est pronunciabis. Si fuerit iupiter in eis hoc sine dubij scrupulo dicas aut venus in die vel luna in nocte que ambe causaz matrū habent significare Si quidez saturnus aspexerint a trino vel sextili aspectu ⁊ ipsi fortunati atqȝ fortes bonantitatem bonumqȝ numerum fratrum significabunt: erit tamen infra predictum nec erit ita prosperum esse ipsoꝝ. Si quidem male dispositi fuerint ⁊ in locis predictis ꝑmanserint vel a quarto aspectu vel ab oppositōe illa prospexerint paucitatem fratrum ipsorumqȝ debilitatem monstrabunt: ⁊ eo fortius si sub radijs solis extiterit. Si vero ipsi vel aliqua ex infortunis reperiantur in aliquo ex angulis sed in ascendente fortius: saturnus in primo genitis: mars vero in postgenitis paucitatem ⁊ malum esse ipsoꝝ iudicabūt. Et mars vt plurimum ipsorum numerum per mortem abbreuiabit. Et licet tetigerim tibi hoc idem superius. Iterum dico istud q̧ si planete qui fuerint significatores fratrum sint bene dispositi aspexerintqȝ locum fratruz a trino vel sextili aspectu habet significare q̧ fratres nati erūt virtuosi atqȝ potētes ⁊ inter alios homines exaltati. Si autem illi fratrum significatores fuerint in esse contrario nati fratres imbecilles ac impotentes esse reperientur. Q̄ð si plures infortune fratrum significatores impedierint breuitatem vite ipsorū significabunt.

Capitulum quintum de masculinitate natorum ⁊ fratrū ꝭm ptholomeū.

Et dixit ptholomeus masculorū datores sunt planete masculini in suis qualitatib⁹ mundi hoc est in suo esse ab impedimentis liberi largitores autem feminarū sunt feminini. Et dixit quoddam verbum quod videtur q̄si ambiguum cum non sit: q̧ si planete significatores coniungantur in figura ⁊ ⁊ associent̄ saturno scȝ a trino vel sextili aspectu q̧ fratres se inuicem diligēt ⁊ honorabunt. Si autem inuicem non coniungant̄ vel a quarto aspectu vel oppositione se aspexerint natus aduersitatis illator existet: nec expressit causam quare significatores filiorum habeant facere in re fratrum. Et dixit orientales item primos largiuntur fratres: occidentales postremos. ¶ Et dixit aboali aspice planetas qui fuerint inter ascendens ⁊ angulum terre: qui si fuerint fortune significat q̧ mater eius pariet iterum filios post illum ⁊ viuent. Si vero fuerint mali significat tūc q̧ pariet iterum: sed non viuent qui post illum nascentur: vel si conceperit mater eius abortiet: et si non fuerint fortune vel mali significat etiam q̧ nō concipiet mater eius post ipsum natū

¶ At dixit aboali aspice dñm domus fratrum qui si fuerit in ascendente vel in septimo dic natū nō hr̄e fratres: ꝛ si fuerit ī medio celi habet frēs maiores se: ꝛ si fuerit in quarto habet fratres qui nascent̄ post ipsū. Iterum dico tibi ꝙ si luna fuerit in ascendente alicuius a fortunis separata significat bonū esse fratrum nati ꝛ maxime longeuiorum ꝛ ipsorum vite bonam dispositionem. Et si a malis sepata fuerit significat eorundem detrimentum ac ipsoꝝ mort̄ appropinquationem.

¶ Capitulum sextum de prosperitate fratrum.

Aspicies in prosperitate atq̧ bonitate fratrum ƀm dños triplicitatis domus eorum: de primo sc̄ ꝛ secundo atq̧ tercio: quoniā primus sig̃t fratres seniores nati: secundus medios: tercius vero minores: nam talia erūt esse fratrum nati qualia erunt esse dñorum triplicitatis domus eorum hora natiuitatis illius cuius natiuitatem inquiris ꝛ talia debent inueniri. Naz si primus illorum fuerit boni esse ac bene dispositus significat bonū esse fratrū maiorum: si secundus mediorum: si tercius minorum. Nam si primus dñs triplicitatis domus fratrum fuerit in domo vel exaltatione sua vel in duab⁹ de suis alijs dignitatibus vel in angulo vel in succedēti ꝛ in bono loco a sole ꝛ ab ascendente liber ab impediment̄ significat bonum esse fratrum maioꝝ ipsorumq̧ bonam dispositionem exaltationem similiter atq̧ famam. Nā si fuerit iunctus cum aliquo ex planet̄ boni esse ac bene disposito in domo vel in sua exaltatiōe vel in duabus de alijs suis dignitatibus existente significat eorum prosperitatis ac exaltationis augmentum ipsorumq̧ cum principib⁹ ꝛ magnatibus ꝛ nobilibusq̧ ac regibus ꝛ diuitib⁹ aptis regno vsum ꝛ cōmemorationem. Si vero cum planeta infortuna non recipiente eum vel infortunato seu cadente vel in sua descensione siue in aliquo suo detrimento existente iungatur eorum vilitatem atq̧ imbecillitatē ꝛ cum vilissimis psonis applicationē atq̧ moram facere cum eis iudicabit. Si quidē secundus dñs illius triplicitatis sic fuerit impeditus mediorum fratrum: si tercius minorū ƀm ꝙ dictū est de maioribus detrimentum monstrabit. At si fuerit tunc luna vacua cursu significat malum esse fratrum ac ipsorum impedimentum. ¶ Et dixit aboali si fuerit caput draconis in domo fratrū significat esse nati futurū infra esse omnium fratrū suoꝝ ac debilius eo. Et si fuerit ibi cauda significat ꝙ erit esse nati preualens esse omnium fratrum suorum. Et si fuerit dominus domus fratrum fortuna fueritq̧ a malis ꝛ ab impedimentis liber: vel fuerit fortuna libera in domo fratrum fueritq̧ applicata fortune nō impedite sig̃t aptationem esse fratrum ac ipsius nati. Si quidē fuerit malus ꝛ aspexerit eū alter malus vel ambo mali: ꝛ fuerit impeditus significat malum esse fratrum ipsorumq̧ detrimentū atq̧ destructionem ꝛ ipsius nati malum atq̧ impedimentum. Ad sciendum vero vtrum natus sit maioris precij aut fratres eius aspice dominos triplicitatis domus fratrum ꝛ dños triplicitatis ascendent̄ nam quicūq̧ ipsorum fuerit melioris esse meliusq̧ dispositus ille preferetur eritq̧ melioris valitudinis ac magis exaltatus.

¶ De quarta domo.

¶ Capitulum primum de esse patrum ꝛ eorum accidentib⁹ ꝛ a quo loco circuli accipitur.



Arratione premissa in capitulo precedenti de re fratrum conueniens videtur mihi subsequenter de re patrum mentionem facere et a quo loco circuli res patrũ sit accipienda. ¶ Ait enĩ aomar q dẽs aspicere a signo q̃rto ab ascẽdẽte natiuitat nati ac eius domino: a parte quoqꝫ patrum et a sole atqꝫ saturno; a sole in die: a saturno in nocte: a parte patrum et a signo quarte domus debemus tam in die q̃ in nocte sibi aspicere. Uidebis locum nanqꝫ vniuscuiusqꝫ istorum in figura natiuitat predicte et ꝯsiderabis almutez sup loco cuiuslibet eorum: et quem ipsorum inueneris fortiorem opare per ipsum incipiendo scꝫ a domino quarte dom⁹: deinde a parte patris et ei⁹ domino sic et a sole postmodũ a saturno: vltimo vero a planeta qui fuerit in quarto. Nã per illum per quem operatus fueris poteris scire spacium vite patris nati vtrũ longa futura sit et maxime primogeniti: et eo liberius si natiuitas patris ignoratur: quoniam variat vita parentis in natiuitate predicta sicut variantur anni mundi atqꝫ natiuitatum per eorum reuolutiones prout tractatum est supra in capitulo de forma et figura corporis nati: fortior nanqꝫ illorum erit ille qui fuerit in angulo non remotus a cuspide anguli plus trib⁹ gradibus ante vel quinqꝫ retro vel qui fuerit in succedentibus similiter non remotus aut aliquis dominorũ aliarum quatuor dignitatum gradus in quo ipse fuerit ¶ Postq̃ vo videris quantitatem vite patris et volueris scire q̃le sit futurum esse vite illius aspicies gradũ pt patris et quarte dom⁹ et gradum solis aut saturni et videbis illum qui fuerit magis aptus esse ylez et illũ dirige ad loca fortunarum et malorum: et ſm q videris quantitatem annorũ ipsius qui significantur per almutez predictum dices finem vite patris illius nati q̃ vix aut nunq̃ discordabit ab eo quod significatum est in natiuitate ipsius: et diriges similiter ad sciendum veritatem esse patris omni anno ad gradũ profectionis patr ad gradus fortunarum atqꝫ malorum: et ſm q videris de esse dicti anni profectionis vel etiam reuolutionis ita poteris iudicare de ipsius patris esse atqꝫ corporis ipsius incolumitate ¶ In eius dignitatũ atqꝫ sublimitatum siue honorum cognitione. Considerabis dustoriam solis a planet diurnis si natiuitas fuerit diurna que significat per planetas qui fuerint orientales a sole. Et si fuerit nocturna considerabis ex dustoria saturni a sole ꝓprie. Nã si dustoria fuerit significat magnas dignitates magnosqꝫ honores patri euenturos. Et si contrarium inueneris contrarium poteris iudicare.

¶ Capitulum secundum de tempore supradictorum.

Ad sciendũ vero in quo tẽpore ista debeant euenire considerabis dños triplicitatis solis si fuerit natiuitas diurna: si aũt fuerit nocturna considerabis dominos triplicitatis saturni et ſm q videris de ipsorũ esse ita pronunciabis primi scꝫ aut secundi vel tercij.

¶ Capitulum tercium de genere mortis patris.

Quod si volueris aspicere in re mortis patris in ipsius grauitate siue in ipsius cõuenientia. Considerabis almutez super re patris vtrum scꝫ sit liber ab impedimẽtis: qm̃ hoc significabit q morte decenti pater in lecto suo

migrabit: et eo magis atque certius si iupiter aut venus in 8 a domo patris inveniatur. At si fuerit impeditus erit contrarium eius quod dictum est suspicandum: et eo magis si fuerit saturnus aut mars in octava a domo patris locatus. Nam si fuerit impeditus a marte in die vel a saturno in nocte ab oppositione sive quarto aspectu sine presentia sive aspectu alicuius fortunarum nec ille malus receperit eum significabit hoc malam mortem patris ac ipsius gravitatem. Si autem fuerit ille malus qui impedierit almutez dictum dominus ascendentis vel almutez super ascendens significat quod natus ille interficiet patrem vel erit causa mortis ipsius. In concordia vero ipsorum aspicies almutez super ascendens et super domum patris qui si convenerint simul fuerintque concordes significat quod erit inter eos concordia similiter et benivolentia: et eo fortius si se invicem receperint. Quod si non sic fuerit fuerintque discordes significabit quod discordia et lis atque odium facta sint inter eos. ¶ Et dixit aomar quod poteris tunc dicere non sit legittimus. Et si sol fuerit impeditus a marte in die vel a saturno in nocte pater suspicatur ne sic eveniat ei ab illo nato. Similiter si luna fuerit impedita in die a marte vel in nocte a saturno non credet se illi et semper suspicabitur de ipso malum. ¶ Et refert etiam aomar quod quidam ex sapientibus dixerunt quod cum dominus partis patrum non aspexerit domum filiorum; nec sol tunc aspexerit dominum domus in qua ipse fuerit: nec dominus partis patrum aspexerit eam non erit natus ille filius illius patris: sed si alter eorum aspexerit erit legittimus.

¶ Capitulum quartum de esse patris et matris.

Aboali vero dixit quod debes aspicere in re patris si nativitas diurna fuerit a sole: si autem fuerit nocturna debes aspicere a saturno: et tam in die quam in nocte debes aspicere patri a quarta et parte patrum ac ipsarum dominis. ¶ Et dixit iterum aboali quod debes aspicere in re matris a quarta sicut in re patris: et in die ac in nocte a parte matris et eius domino que accipitur in die a venere in lunam et in nocte econtrario et proiicitur ab ascendente. Si quidem inveneris signum patris et matris vel dominos signorum in quibus ipsi fuerint vel plures ex ipsis in angulis vel in eorum succedentibus fuerintque aliqua ex fortunis in domo significante patrem: dominique triplicitatis domus in qua fuerit luminare cuius fuerit auctoritas salvi ac bene dispositi et in bono loco in figura nativitatis significat prosperitatem ac bonum esse patris eiusque alacritatis et gaudii multitudinem. Si quidem contrarium videris contrarium de patris esse poteris iudicare eiusque infortunii atque infirmitatis durabilitatem. At si fuerit sol in bono loco figure nativitatis dicoque quod fuerit boni esse ac bene dispositus dominique triplicitatis domus in qua ipse fuerit impediti ac male dispositi significat bonum esse patris tunc scilicet tempore nativitatis filii: in futuro vero indubitanter contrarium iudicabis. Si autem sol fuerit impeditus eiusque triplicitatis domini salvi reperiantur significat malum esse patris eiusque impedimentum tempore nativitatis filii: in futuro tamen eius fortunium ac bonum esse bonamque dispositionem.

¶ Capitulum quintum de esse patris per directionem.

SI autem esse patris quale sit futurum et qualis sit eius dispositio futura
scdm directionem scire intenderis si natiuitas fuerit diurna dirige a loco
solis et a loco partis patrū Si aūt fuerit nocturna dirige a loco saturni et a lo
co partis patrū vt facis cum dirigis a loco solis ad corpora fortunarum atqʒ
infortunarum et ad ipsarum radios: qm̄ illic transumentur significata bonoꝝ
siue maloꝝ accidentium que patri ventura sunt post natiuitatem filij: que cū
peruenerit ad corpus alicuius fortune vel ad ipsius radios absqʒ p̄sentia in-
fortune vel radiorum ipsius tunc significabit accidentia bona et ꝓsperitates
et proficua et corporis ipsius incolumitatē et placentia patri ventura debere:
et eo fortius si pars p̄ris et dn̄s domus in qua ipsa fuerit in angulis vel in eoꝝ
succedentibus inueniantur. Cum vero ꝑuenerit ad corpus alicuiꝰ infortune
tunc significabit contrarium omniū eorum que dicta sunt: et ꝙ patri accident
infirmitates atqʒ impedimenta et vilitates: et eo magis atqʒ fortiꝰ si pars p̄ris
et eius dn̄s fuerint in locis cadentibꝰ ab ascendente. ¶ Et dixit aboali ꝙ idē
est aspiciendū in rebus matris scʒ a venere in die et a parte matris: et a luna in
nocte et a pte m̄ris Et dixit ꝙ debemꝰ aspicere gradꝰ ꝯiunctōis atqʒ ꝑuencōis
quē si aspexerint fortune: fuerintqʒ mali cadētes ab eo sig̃cat bonū esse p̄ris
ac ipsiꝰ exaltationē Si aūt aspexerint eū mali et fortune fuerint cadētes ab eo
significat eius vilitatē. Si aūt aspexerint eum fortune simul atqʒ infortune
significat mediocritatem esse patris. Et dixit ꝙ signum coniunctionis et eius
dn̄s significant causas patris: signum vero ꝑuentionis et eius dn̄s significant
causas matris. Et dixit aspice quartum signum qm̄ si fuerit in eo iupiter aut
sol aut venus: vel aspexerit ipsum aliquis eorum aspectu laudabili significat
exaltationem matris ac eius altitudinem et fortunam. At si fuerit in eo aliq̄s
malorum vel aspexerit ipsum malo aspectu absqʒ presentia vel aspectu alicꝰ
fortune: vel fuerit signū quartū domus vel exaltatio planete in cuius domo
fuerit dn̄s quarti significat debilitatem et casum patris ac eius seruitutē. Si
aūt fuerit idem signum quartū taurus vel cancer significat malum esse matris
eiusqʒ debilitatē et casum similiter et seruitutē. Et si fuerit sol et luna in signis
mobilibus significat ꝙ pater non erit eiusdem generositatis cum matre: sed
erit vnus vilioris parentele q̄ alter: et scdm ꝙ ipsi fuerit in viliori loco atqʒ de
biliori significabit minus generosum: nam si fuerit sol significabit patrem: si
autem fuerit luna significabit matrē. ¶ Et dixit aboali ꝙ sol in die et luna in
nocte significat causas patrum in tempore natiuitatis filij: et domui domoꝝ
in quibus ipsi fuerint significant id qd̄ erit de patre in futuro. Et qn̄ sig̃tores
patris qui sunt dn̄s domus in qua fuerit sol in natiuitatibꝰ diurnis et dominꝰ
triplicitatis ac ipsius exaltatationis: et dn̄s domus in qua fuerit saturnus in
natiuitatibꝰ nocturnis et dn̄s triplicitatis ac ipsius exaltationis: et pars patris
et dn̄s domus in qua ipsa fuerit tam in die q̄ in nocte sit in domibus vel exal
tationibꝰ suis liberi a malis et aspexerint ipsos fortune significat exaltationē
sublimemqʒ patris dignitatem atqʒ substantiarū acquisitionem. Et eo magis
atqʒ fortius si pars fortune atqʒ dn̄s domus in qua ipsa fuerit extiterint for-
tunati atqʒ fortes. Et iterum magis si cum hoc pars patris fortunata fuerit
eiusqʒ dn̄s: significabitur eni per hoc ꝙ fortuna patrisqʒ dignitas atqʒ honor

sit magne durabilitatis atq; constantie post natiuitatem illius filij. Aspicies etiã in valitudine patris similiter ac eius precio in natiuitatib⁹ diurnis si fuerit aliquis planeta diurnus in dustoria solis: quoniã significabit hoc magnitudinẽ ac exaltationẽ valitudinis patris nisi contra operet᷑ multũ natiuitas patris. q̄ si sic esset tunc diminuerent᷑ predicta. Si aũt cõcordauerit augmentabunt᷑. At si predicti significatores fuerint impediti ⁊ in malis locis vacui cursu ⁊ maxie luminaria ⁊ in suis casibus: suisq; descensionib⁹ atq; detrimẽtis significabit casum atq; impedimentũ seu detrimentũ patris eiusq; vilitatem miseramq; vitam ac suorum bonorum diminutionẽ atq; amissionẽ: ⁊ eo fortius si venus ⁊ saturnus fuerint mali esse ac male dispositi. Et iterũ magis si mars ascenderit post solem vel saturnus post lunam ⁊ fortune solem vel lunam non aspexerint. Et semper aspice in esse patris in die a sole ⁊ dño dom⁹ in qua ipse fuerit ⁊ dñis triplicitatis ipsi⁹. In nocte vero a saturno ⁊ dño domus in qua ipse fuerit ⁊ dñis triplicitatis ipsius. ¶ Et dixit aboaly scito q̄ sol ⁊ luna ⁊ dñi domorum illorum ⁊ dñi triplicitatis eorũdem cuz fuerint in angulis liberi a malis ac impedimentis significat fortunitatez patris nati ac matris ipsius. Et cuz fuerint impediti ⁊ iuncti malis fuerintq; cadentes ⁊ vacui cursu significat malum esse nati ⁊ parentum suorũ ⁊ destructionem rerum eorundem.

¶ Capl'm. 6. de morte patris.

Et dixit ptholomeus aspice cuius natiuitatis sol in die aspexerit ascendens: ⁊ dirige eum ad corpora malorum ⁊ ad ipsorum radios per grad⁹ ascensionũ dans vnicuiq; gradui annum vnum. Et si non aspexerit sol ascendens ⁊ aspexerit saturnus dirige eum sicut direxisti solem. Qd si non aspexerit saturnus ascendens dirige tunc gradum anguli terre. Deinde aspice quãtum peruenerit ei ex annis. Quod si fuerit tm̃ illud quod prouenerit quantũ fuerit illud quod significat planeta qui habet maiorem dignitatez in die a sole ⁊ a dño domus in qua ipse fuerit: in nocte vero a saturno ⁊ a dño domus ĩ qua ipse fuerit inuentus: in die aũt ⁊ nocte a quarta ⁊ dño eius ⁊ a parte patrum ac ipsius dño vel prope ipsos significat q̄ pater eius morie᷑ in eodem anno.

¶ Capl'm. 7. de morte matris.

Et dixit ptholomeus in vita quidem matris aspice si natiuitas diurna fuerit a venere que si fuerit aspiciens ascendens dirige ipsam ad corpora malorũ ⁊ ad eorum radios per gradus ascensionum dans vnicuiq; gradui annum vnum. Si aũt venus nõ aspexerit ascendẽs ⁊ aspexerit ipsum luna dirige eam sicut dictũ est de venere. Si aũt luna non aspexerit ascendens dirige tunc gradum decime domus. Et incipe in natiuitatibus nocturnis a luna postmodũ a venere: deinde a gradu decime domus. Post hoc ꝓspicies q̃tũ prouenerit ei ex annis: quod si fuerit equale ãnis quos significat planeta qui habuerit maiorẽ dignitatem in die a venere ⁊ dño domus in qua ipsa fuerit. Et in nocte a luna ⁊ dño domus in qua ipsa tunc ceciderit. In die vero ⁊ in nocte a gradu decime domus ⁊ dño eius: ⁊ a parte matris ⁊ dño eiusdem domus in qua ipsa fuerit vel ꝓpe ipsos sig͞t mortẽ matris in eodẽ anno.

¶ Capitulum .8. de scientia annorum vite patris.

Ad sciendum vero annos vite patris si natiuitas fuerit diurna videbis si sol fuerit in angulo vel in succedenti: fueritque dominus domus vel exaltationis vel termini seu triplicitatis aspiciens eum: quoniam tunc poteris accipere ylez ab eo qualiscunque fuerit aspectus: verum si nullus planetarum aspexerit tunc solem: et aspexerit cum dominus faciei a trino vel sextili aspectu: fueritque alias boni esse ac bene dispositus poteris etiam accipere ylez a sole atque dirigere patri: et ille qui fuerit almutez super gradum in quo fuerit sol dicetur alcocoden et significator annorum vite patris illius nati. At si non fuerit quod dictum est de sole aspicies tunc saturnum quem si tu inueneris in aliquo angulorum vel succedentium: fueritque aliquis dominorum dignitatum predictarum aspiciens ipsum poteris tunc accipere ylez a saturno: et planeta dominus dignitatis illius gradus erit significator annorum vite patris. Si autem non fuerit saturnus ita dispositus vt dictum est aspicies tunc partem patris: quam si tu inueneris in aliquo ex angulis vel eorum succedentibus. fueritque aliquis dominorum predictarum dignitatum aspiciens eam ipsa erit ylez. Et planeta qui fuerit dominus dignitatis illius et aspexerit eam erit significator annorum vite patris illius nati. ¶ Et dixit aboaly quod si non fuerit de parte patrum quod dictum est aspice gradum domus patrum: et si aspexerit cum aliquis dominorum dignitatem eius ille gradus erit ylez et planeta dominus dignitatis aspiciens erit alcocoden. Si vero natiuitas fuerit nocturna incipies aspicere primum a saturno: deinde a sole: postmodum a parte patrum: vltimo vero a gradu domus patrum. ¶ Et dixit ptholomeus si fortune aspicientes solem vel lunam aspexerint partem fortune in natiuitatibus quod significat substantiam parentum duraturam et quod ipsa vtiliter saluabitur. Quod si contrarium predictorum inueneris. s. quod fortune non aspiciant partem fortune neque aliquod luminarium: et eo fortius si aspexerint infortune non gaudebit natus bonis parentum nec proficient ei.

¶ Capitulum .9. de longitudine seu breuitate vite patris.

In longitudine seu breuitate vite patris aspicies si iupiter et venus fuerint iuncti soli aut saturno: vel fuerit iupiter iunctus cum venere et sol et saturnus fuerint iuncti simul tali coniunctione aspectuali. s. aut corporali quod vnus recipiatur ab altero mutua receptione: fueritque vterque ipsorum fortunatus atque fortis significabunt longam vitam patris nati. Si autem contrarium videris contrarium poteris iudicare preter quod non poteris esse certus ad vnguem de longitudine vel breuitate vite patris: erit tamen potius dubitandum de breuitate quam sperandum de ipsius longitudine. Similiter poteris dicere si mars fuerit septentrionalis a sole vel a saturno vel fuerit orientalis a saturno et occidentalis a sole vel fuerit sequens eos in figura hoc est quod vnus sit in aliqua domo alicuius figure: sitque mars in alia domo que imediate succedit illi: sitque similiter saturnus iunctus cum sole a quarto aspectu uel ab oppositione. Si autem fuerit coniunctio a trino vel sextili minuetur malicia: et eo fortius si receptio interueniat. Et si sol et saturnus fuerint cadentes ab angulis significabunt sinistrum esse patris ac eius debilitatem. ¶ Et dixit ptholomeus quod si fuerint sol et saturnus in angulis vel in locis ascendentibus ad angulos quod significabunt breuem vitam patris: nec tamen est contrarium ei quod dixit superius ptholomeus quod cum sol vel sa

turnus fuerint in angulis significant vitam patris: quoniã ibi loquit̃ in ylez hic loquit̃ in vita post ylez: vel aliquod eius detrimentuz seu nocumentũ ei simile, seu equipollens: ⁊ eo magis si fuerint in primo vel decimo vel secũdo vel .11. qm̃ isti duo anguli sunt velociores alijs. Si aũt fuerint in .7. vel in .4. vel in .8. vel in .5. minus breuem vitã patris indicabũt. At si mars solez a .4. aspectu vel ab oppositione aspexerit alterũ duoꝝ patri venturũ significabit mortem .s. citam vel subitaneam vel ipsius oculoꝝ detrimentũ propinquuz Siquidem fuerit aspectus ab octaua significabit mortẽ: ⁊ eo fortius si octaua fuerit scorpio. Si aũt fuerit a sexta significabit impedimentũ predictum ⁊ eo fortius si sexta fuerit virgo. Si vero mars a dictis aspectibus saturnum aspexerit illius nati patri mortem aut febrez cum typo valde frigido vel mutilationẽ vel combustionẽ vel damnũ per latrociniũ iudicabit. Qđ si fuerit coniunctio ab octaua mortem: si a sexta febrem. si ab alijs locis p̃terq̈ a .12. mutilationẽ. a .12. vero ꝑ latrociniũ vel per inimicos occultos. At si tunc saturnus ⁊ sol supradictis aspectibus sine receptione perfecta iuncti fuerint a quibuscũq̈ domibus illa cõiunctio fuerit causa morboꝝ ⁊ maxime frigidoꝝ mortẽ patri futurã nunciabũt.

¶ De quinta domo.

¶ Caplm̃ primũ de re filioꝝ ac ipsoꝝ esse



Licet visum fuerit quibusdã ex sapientib⁹ antiquoꝝ premittere capitulũ cõiugij capitulo filioꝝ: eo ꝙ filij subsequant̃ cõiugiũ: tamen videt̃ mihi cõueniens post narrationẽ patrũ facere de filijs mẽtionẽ nec incassuz cũ filij a parentib⁹ teneri⁹ q̈ cõiuges ac affecti⁹ diligant̃: ⁊ dom⁹ significãs filios in subsequẽtia domoꝝ precedat domũ coniugiũ significantẽ. ¶ Dixerũt annuz ⁊ baruth ĩ capitulo de filijs: nec vident̃ a sñia ptholomei discrepasse ꝙ in re filioꝝ debes aspicere decimũ in natiuitate cuiuslibet nati similiter ⁊ .11. primũ quoq̈ ⁊ .7: ⁊ videre si aliquis ex planetis vel alijs significatorib⁹ significãtib⁹ filios in aliquo ex predictis locis reperiat̃ qui sunt iupiter ⁊ ven⁹ luna etiã atq̈ mercuri⁹ ⁊ dñs quinti: ⁊ pars fortune ⁊ pars filiorũ ⁊ eoꝝ dñi: vel si fuerit in eis aliquis ex filios denegãtib⁹ qui sunt sol mars atq̈ saturnus. Nam si fuerint predicti significatores filioꝝ vel aliquis eorũ in locis predictis vel in aliquo ipsorũ vel etiã in quinto ⁊ ipsi fortunati atq̈ fortes aspexeritq̈ illos aliqua ex fortunis a trino vel sextili aspectu cum receceptione vel sine receptione vel etiam a quarto cum receptione natuz filios habiturum indubitanter significabit̃: nisi fuerit ille significator cum aliqua de stellis fixis de natura martis vel saturni in eodem minuto. Si aũt debiles fuerint ei paucos filios futuros iudicabũt. At si non fuerit ibi aliquis predictorũ significatoꝝ ⁊ fuerit ibi pars fortune aut pars filiorũ aspexeritq̈ illã aliquis maloꝝ filios penit⁹ denegabit siue debiles fuerint siue fortes: nisi forte aliq̃ ex fortunis aspexerit malũ a trino vel sextili, aspectu ⁊ cũ receptiõe vel fuerit cũ aliq̃ de stellis fixis q̃ sit de nat̃a iouis aut vener(aut lune ĩ eodẽ minuto: nec sit in leone aut v̾gine vl̃ libra vl̃ capricorno vl̃ aq̃rio siue ĩ tauro

Uariat̃ tamen hoc in significatione mercurij: quoniā si fuerit in aliquo pdictoꝝ locoꝝ inclinabit ad naturā illius cū quo iunctus fuerit. Et si fuerit vnus predictoꝝ significatorū significantiū filios in aliquo ex locis predictis ⁊ ipse vacuus cursu sigt ꝙ erit nato vnicus filius tm̄.

¶ Capl̄m. 2. in qua etate sit natus filios habiturus.

COnsiderabis etiā cū mercurius significauerit natū habere filios vtrum ipse iungat̃ planete orientali: quoniā significabit filios in iuuẽtute. Si aūt fuerit ille planeta occidẽtalis significabit eos post iuuentutẽ. Illud idez poteris dicere de dn̄is triplicitatis iouis quia si primus fuerit orientalis significabit in iuuentute: si secundus in media etate: si tercius in senectute. Si aūt omnes fuerint orientales in qualibet etate significabūt sed in primis.25 annis magis. si vero oēs occidẽtales significabūt ei filios post iuuentutẽ collectā. Similiter si almutez super domo filioꝝ aut iupiter aut planeta in cuius domo fuerit almutez fuerit orientalis vel fuerit pars filiorum in ascendente significabit ꝙ natus ille sit habiturus filios in iuuentute sua. Nō si planeta ille apparens mane ante solẽ longe ab eo tribus signis vel plus: vel fuerit ps filioꝝ in.10. sigcabit ei filios ī mediocri sua etate. Si q̄dẽ fuerit occidẽtalis vel fuerit ps filioꝝ in.7. vel in.4. sigcabit in sua senectute filios habiturū ⁊ ƀm has domos ceteras cōiecturabis. ¶ Aboaly vero dixit ꝙ si fuerit pars filioꝝ in ascendente significabit filios in iuuentute. si fuerit in medio celi significabit eos in media etate. Et si fuerit in quarta vel ī septima significabit eos in senectute: tu tamen poteris omnia eoꝝ dicta cōicare sicq̃ coniecturā do poteris rectius atq̃ securius iudicare.

¶ Capl̄m. 3. de multitudine vel paucitate filiorum.

IN multitudine aūt filiorū aspicies iouem atq̃ venerẽ ⁊ ƀm eoꝝ esse iudicabis. In paucitate vero aspicies saturnū atq̃ martẽ ⁊ dic ƀm ꝙ videris de ipsoꝝ dispositione. In mediocritate siquidẽ ⁊ lunam requires. de mercurio aūt dices sicut de ipso videris vt dictū est supra. Si aūt predicta loca fuerint signa cōia dūmodo non de sterilibus: ⁊ significator filioꝝ fuerit similiter in signo cōi significabit gemellos tm̄ filios habiturū ⁊ illius sexus quez habent significare loca predicta vel predicti significatores. Et si fuerint loca illa in signis que habent significare filios que sunt aquatica videlicet cancer scorpio ⁊ piscis que significant maiorem quantitatẽ filioꝝ q̄ȝ cetera significabit̃ natū plures filios habiturū. Nō si planeta significans filios fuerit femininus ⁊ locus significās filios fuerit signū masculinū vel econtra vtriusq̃ sexus filios habiturū nunciabis. Et si planeta ⁊ locus fuerint eiusdez sexus illius sexus cuius fuerint filios iudicabunt futuros. Et si datores filioꝝ fuerint in signis sterilibus supradictis: vel fuerint mali eleuati super eos: vl̄ sint almutez super locis significantibus filios in nō dimittendo natū filios habere conabunt̃. Nō si nō poterunt resistere quin filios habeant vix aut nūquā plus q̄ȝ vnū filiū habere pmittẽt: videbitq̃ pater mortẽ illius filij ⁊ nō viuet diutius: ⁊ si vixerit erit infortunatus atq̃ tribulatus ⁊ inuenient eum mala. Si aūt mars ⁊ saturnus siue sol fuerint in ascendẽte siue in.10. vel.7. aut etiā in.11. vel in.5. vel aspexerit illa loca sine cōiunctione siue aspectu alicuius for

tune ad loca vel ad planetas predictos vel fuerit ascendens signuz sterile: et loca significantia filios fuerint signa sterilia significabit hoc quod natus filios nõ habebit. ¶ Et dixit ptholomeus quod si dicte infortune in signis masculinis vel sterilibus existant licet fortune aspiciant eas: eũ nullũ filium habiturũ significabũt: quoniã signa masculina quasi vt sterilia filijs contradicunt. At si fuerint in signis femininis vel multorum filiorum et aspexerint eas fortune significabunt natum filiũ habiturũ cum aliquo vicio personali quod patietur: signa enim feminina veluti et aquatica filios largiuntur: aut filius ille non erit longe vite sed breuis. At vero si fuerit in aliquo predictorum locorum significantiũ filios signũ masculinũ vel sterile: in aliquo alio femininũ vel multorum filiorum significabitur natũ habiturũ aliquos filios quorũ nulli homines familiaritates affectabunt imo ipsos penitus abhorrebunt: vel erunt ipsi filij abortiui: et accidet hoc secundum quod maior pars eorum fuerit in aliqua predictarũ naturarũ: nã si maior pars fuerit in signis masculinis et sterilibus vel secundum quod illorũ planetarum vnus fuerit altro fortior vel super ipsum eleuatus: vel fuerint plures numero: vel fuerint in locis illis fortiores vel secundum quod ex eis fuerit maior pars orientalis vel magis prope angulos predictos vel ad ipsos euntes conditionibus predictis ita quãtitas illorum significatorũ erit maior. ¶ Et dixit aomar post hoc aspice signũ filiorũ et signũ almutez super res esse nati et ascendens quod si fuerint signa multorum filiorum habũdabit natus filijs. Si nulla cõcordia fuerit inter almutez ascendẽtis et almutez super domũ filiorũ fueritque iupiter cõbustus et venus impedita significat natũ futurũ sterilem absque filijs: et hoc in vtroque sexu seruabis. ¶ Et dixit ptholomeus res aũt filiorum particulares per extimationem deprehendi possunt cũ planetã datorẽ filiorũ in loco ascendentis posuerimus: tunc etenim cuncta filiorum particularia queadmodũ ex natiuitate sciuntur generaliter agnoscemus. ¶ Aomar vero dixit aspice planetas qui fuerint almutez super domũ filiorum siue vnus fuerit siue plures. Quod si aliquis vel plures eorum congruerint dño ascẽdentis erũt filij boni et iusti diligẽtes patrẽ: si vero cõtrariũ fuerit erũt impedientes. Et dixit si fuerit significator filiorum multũ impediens ascendens ac dñm eius erũt filij imittẽtes patri diuersa impedimenta. Et si impedierit lunã ingerent matri diuersa impedimenta. Et dixit si vero salui fuerint significatores filiorũ saluabuntur filij et nõ peribunt. Et si impediti fuerint significatores filiorum raro erunt cõcordantes filij. Idem poteris dicere de parte filiorum: que si fuerit in angulis vel succedẽtibus decime aut quarte significat multitudinẽ eorum ac bonitatẽ et gaudiũ cũ eis. Si aũt fuerit in alijs sex locis significabit paucitatẽ filiorum atque citã mortem ipsorum. Quod si fuerit vacua cursu significat mortem primogeniti nati illius: vel forte abortiet eum mater sua: tristabitur que super filijs vel causa filiorum. ¶ Et dixit aboaly quod si dñs ascẽdẽtis fuerit applicatus cũ dño septimi significat multitudinẽ filiorum ex cõcubinis. Si aũt fuerit applicatus cũ dño sexti significat eos ex proprijs pedissequis vel ancillis. Aspicies etiã dños triplicitatis iouis qui si fuerint in angulis vel in sucedentibus angulorum significat multitudinem filiorum. Si aũt sint in alijs locis preter. 6. 7. 12. in suis dignitatibus siue impedimentis infortunarũ significabit cõpetentẽ filiorum quãtitatẽ. At si fuerint cadẽtes ab


angulis vel alias impediti a malis: vel fuerint combusti significat filiorum paucitatē ac ipsorum ineptitudinē. ¶ Item dixit aboaly si iupiter et mercurius fuerint in domibus vel in exaltationibus suis in angulis vel eorum succedentibus et dn̄i triplicitatū eorum in bonis locis ab ascendente nō impediti fortunati .s. atq3 fortes sig̃t multitutidez filiorum et bonum atq3 gaudiū cum eis. Idē poteris dicere de parte filiorum si fuerit in bonis locis bene disposita .s. q͙ sit in angulis vel in eorum succedentibus: quoniā significabit tunc multitudinez filiorū eorum habilitatē atq3 eorū bonaz cōuersationē. Et si fuerit cadens ab ascendente et maxime in sexto vel in .12. sig̃t paucitatē filiorū et ipsorum vite breuitatē. Et si aliqua fortunarum que sit libera fortunata .s. atq3 fortis partem filiorum a trino vel sextili aspectu aspexerit: et maxime cum receptione multitudinē magnam filiorum significabit. Si aūt ex dictis aspectibus sine receptione vel a quarto cum receptione illa fortuna partē dictam aspexerit erit significatum satis infra predictum erit tamen in quantitate conuenienti. Si aūt a quarto aspectu sine receptione ipsaz aspexerit significabit filios sed erit eius significatū multū infra hoc. Si aūt illa fortuna impedita fuerit vel aspexerit infortuna partem filiorum: et eo fortius si a quarto vel ab oppositione ille aspectus fuerit erit iterum eius significatū debilius et pauciores filios indicabit. Quod si iupiter partem filiorum non aspexerit: fueritq3 venus a saturno impedita sterilitatē nati poteris vel paucissimos filios nunciare: et iterum magis si cum hoc luna fuerit impedita. ¶ Et dixit aboaly q͙ si iupiter et venus et mercurius fuerint liberi a malis et retrogradatione atq3 combustione erit natus plurū filiorum. Si aūt fuerint impediti a malis vel in detrimēto suo: vel in descensione sua vel sub radijs solis non habebit filios: vel si habebit premorient patre. Aspicies etiā quintū si fortuna fuerit in eo et dn̄s eius liber ab impedimentis predictis: aspexeritq3 decimā domū significat natuz multos filios et beniuolos habiturū. Si aūt in quinto fuerit infortuna et eius dn̄s fuerit impeditus sig̃t paucitatē filiorū ipsorūq3 mortem festinam: et maxime si fuerit eius impedimentum in tercia vel in sexta. Similiter si sol aut luna fuerint impediti a malis absq3 aspectu alicuius fortune significabit paucitatem filiorum: ipsiusq3 nati substantie diminutionem.

¶ Capitulum .4. de tempore filiorum s͂m aboaly.

Item dixit aboali repilogando predicta aspice planetā qui dignior fuerit in significationibus filiorum: qui si fuerit orientalis significat filios in iuuentute: si fuerit occidentalis significat filios in senectute. Et si fuerit in decima vel vndecima significat filios in iuuentute: et si fuerit in quinta vel in octaua vel in nona significat filios in media etate. Et si fuerit in quarta vel ī septima significat filios in fine vite. Item dixit et si fuerit pars filiorū in ascēdente significat filios in iuuentute: et si fuerit in medio celi significat filios in media etate vite. Et si fuerit in quarto vel in septimo significat filios in fine vite. Item dixit et cum peruenerit iupiter aut venus in reuolutione annoruz ad locum partis filiorum aut aspexerit eam a quarto aspectu vel oppositione significat eum habere filios in eodem tempore: sed iupiter habet maius significatum in filijs: et similiter quando peruenerit annus ad signum in quo

fuerit iupiter aut venus in natiuitatibus eius significat filios in eodem anno ¶ Et dixit aspice in conuentione filioꝝ ad patrem planetam qui fuerit digniori significationibus filiorum ⁊ dñm ascendentis: quorum si alter alterū fortunauerit significat concordiam eorum: ⁊ si alter alterum impedierit significat discordiam ⁊ inimicitiam eorum. tu autem industrialiter circa hoc intentionem tuam atqꝫ discretionē versabis coniecturando de domo in domum: de significato in significatum: non enim possunt sigillatim que in operibus cadunt oīa scribi: redigeret̄ enī studiū iam in nihilum.

¶ De sexta domo. ¶ Capl'm primū de seruis ⁊ ancillis atqꝫ famulis seu vernaculis nati ⁊ de aīalibus minoribus que non equitant̄ neqꝫ iugantur ac de ipsius infirmitatibus siliter ⁊ morbis.



Icto in capitulo quod precedit istud de re filioꝝ conueniēs videt̄ in isto subsequenter de re seruorum atqꝫ ancillarum ⁊ famulorum seu vernaculorum ⁊ minorum animalium que non equitantur nec iugantur ac de infirmitatibus nati eiusqꝫ morbis tractare atqꝫ de ipsis facere mentionem. ¶ Ait enī aboali super facto seruorum ⁊ ancillarum seu famuloꝝ atqꝫ pedissequarum debes aspice sextam eiusqꝫ dñm necnon ⁊ mercuriuꝫ similiter ⁊ lunam: ⁊ videre si mercurius fuerit orientalis ⁊ in ascendente vel in decima iunctus ioui per coniunctionē corporaleꝫ vel per aspectū in signo mobili vel cōmuni: vel fuerit aliquod luminariū vel aliqua ex alijs fortunis in sexta vel in .12. vel fuerit dñs domus seruoꝝ fortunatus: fueritqꝫ liber ab impedimētis iunctus mercurio in aliquo anguloꝝ: vel fuerit mercuri⁹ liber iunctus cū aliqua ex fortunis vel petens cōiunctioneꝫ ipsius: vel fuerit dñs dom⁹ fortune in bono loco ab ascēdente: vel fuerit ipse in ascendēte vel fuerit in sexta liber ab impedimētis fortunatus. s. atqꝫ fortis iunctus alicui fortune: qm̄ istud habet significare ꝙ nat⁹ habūdabit seruis ⁊ ancillis ⁊ famulis ⁊ familiaribus ⁊ vernaculis ⁊ ꝙ habebit ex eis ⁊ ꝑ eis ⁊ ab eis bonū ⁊ lucrū ⁊ gaudiū atqꝫ vtilitatē. At si mercuri⁹ fuerit retrograd⁹ vel cōbustus vel iūctus cū malis in signo fixo vel coꝝ cōiunctionē petēs: vel fuerit aliqua ex infortunis in domo seruoꝝ vel in .12. vel fuerit dñs dom⁹ seruoꝝ infortuna: vel fuerit retrograd⁹ vel alias impedit⁹ a malis vel fuerit cadens ab angulis vl' ab ascendēte sine aspectu alicui⁹ fortune: vel fuerit de mercurio quod dictuꝫ est dño dom⁹ seruoꝝ: vel fuerit cauda in domo seruoꝝ sigt̄ hoc seruorū penuriaꝫ: ipsorumqꝫ paucitatem ⁊ iram atqꝫ tristiciam ⁊ incōmodum ex eis ⁊ eorum occasione nato euenturum. ¶ Et dixit aboaly aspice inconuenientiam ac impedimentū ⁊ proficuum nati cum seruis ad planetam qui dignior fuerit in sexta domo ⁊ dñm sexte ⁊ partem seruorum ⁊ dñm eius ⁊ planetā qui fuerit in sexta ⁊ mercurium ⁊ dñm ascendentis: videbisqꝫ si seinuicem fortunabūt: qm̄ si sic fuerit significabit profectū ⁊ bonitatē atqꝫ cōcordiaꝫ nati cū seruis. Si aūt inuicē se impedierint cōtrariū poteris iudicare: ⁊ fm illud qd̄ videris de bonitatē vel malicia vtrorūqꝫ dñi. s. ascēdētis ⁊ alioꝝ sigtoꝝ qui dicti sunt ꝑmultitudine testioni oꝝ boni videlꝫ aut mali fm illud iudicabis

nam si dñs ascendētis bene se habuerit erga significatorē seruoꝝ ⁊ significator seruoꝝ erga dñm ascendētis bonitatē vtriusq̧ erga aliū significabit. Si aūt inuicem male se habuerint vtrorūq̧ malū iudicabunt. Q̄d si vnus erga aliū se bene habuerit ⁊ alius male se habuerit aduersus illū vnus sequet bonum ⁊ alter malū a suo cōtrario sic ꝙ vnus erit alteri beniuolus alter vero illi maliuolus iudicabit.

¶ Capl̄m.2. de pecudibus ⁊ alijs animalibus que significant ꝑ sextam.

Uiso in predentibus de seruis ⁊ ancillis ⁊ alijs in his que precesserūt videndū est nunc de pecudibꝰ ⁊ alijs bestijs que significant per sextā domū anteq̄ȝ ad infirmitates nati perueniat. Uisum est enim sapientibꝰ antiquis quibus ego satis familiariter assentio ꝙ res pecudū caprarū porcoꝝ alioruȝ aīalium tam bipediū q̄ȝ etiā quadrupediū que non equitant nec iungant ⁊ auium domesticarā atq̧ mansuetarū accipiat a domo sexta. Unde aspicienda est sexta domus ⁊ aspiciēdus est eius dñs: similiter ⁊ mars: ⁊ qualiter ipsi sint dispositi ⁊ in quibus locis ab ascendente reperiant vel alter eoꝝ: ⁊ vtrū sit mars directus vel retrogradus: qm̄ ipse habet naturaliter significatū sup aīalibus supradictis. Unde cū ipse fuerit in ariete vel capricorno in ascendēte vel in.10. vel etiā in sexta: fueritq̧ iupiter aut sol aspiciens euȝ a trino vel sextili aspectu: ipseq̧ aliter fortunatus atq̧ fortis liber ab impedimētis sigt ꝙ natus erit fortunatus in habendo multitudinē aīalium predictoꝝ: ⁊ ꝙ sequet bonum vtilitatē ⁊ gaudium ex eis ⁊ causa illorū. Et eo magis si fuerit mars in aliqua suarū dignitatū: laudat etiā vt ipse sit in leone: similiter vt sit sexta domus ex signis predictis ⁊ dñs eius in aliquo illoꝝ iunctus cum aliqua ex fortunis vel in eius trino vel sextili aspectu: ⁊ significat hoc ꝙ habebit lucrum atq̧ proficuū ex eis: ⁊ ꝙ multiplicabunt ei ⁊ in eius vtilitatem. At si sexta domꝰ fuerit taurus vel leo vel scorpio vel aquarius ⁊ saturnus in ea vel aspexerit eam ab oppositione vel quarto aspectu sigt ꝙ natus tristabitur ⁊ impediet causa predictoꝝ aīalium ⁊ damnuȝ exinde patiet: ⁊ in leone fortius q̄ȝ in alijs: in aquario vero minus. Et si mars vł iupiter habuerit tūc dignitatē in sexta maius erit impedimentū saturni nisi aliquis eorū aspiciat illū a trino vel sextili aspectu ⁊ cū receptione ipsiq̧ fortunati ⁊ fortes. ¶ Et dixit aboaly ꝙ si fuerit ibi aliquod ex signis bestiarū ⁊ cōueniens fuerit ascēdens ⁊ dñs ascendentis fuerit cū marte aut in aspectibus ipsius ex locis laudabilibꝰ erit natus diligens bestias ⁊ gaudens cū eis. Siliter si luna fuerit i locis predictis sigt tantū q̄tū dñs ascendentis.

¶ Capl̄m.3. de infirmitate nati ac de eius morbo.

Dicto in his que precesserunt in capitulo isto de seruis ⁊ ancillis nati et de ipsius animalibus paruis ⁊ que non equitant: restat nunc dicere de ipsius infirmitatibus atq̧ morbis. Et differunt infirmitas ⁊ morbus. ¶ Infirmitas enim est accidens siue debilitas corporis adueniens ⁊ recedens. ¶ Morbus vero est infirmitas siue accidens corpori adueniens ⁊ non recedens. Unde oportet te considerare ꝙ tu debes aspicere i natiuitate cuiusuis nati ascendēs ⁊ eius dñm: sextam quoq̧ ac eius dñm lunam ac dñm domus in qua ipsa fuerit ⁊ planetam qui fuerit in sexta si aliquis in eo reperiatur:

mercurium etiam ⁊ partem infirmitatũ ⁊ planetaꝫ in cuius domo ipsa fuerit tam in nati morbo q̄ꝫ in eius infirmitate: loca siłr in quibus predicti sigtores fuerint videre almutez super locis illis ⁊ maxime super sextam domum que habet significare infirmitates nati ac eiꝰ morbos: q̄ si fuerit fortuna fueritqꝫ inter ip̄m ⁊ dñm ascendentis coniuuctio: ⁊ eo fortius si receptio interueniat significat sanitatem nati ac ipsius prosperitatem: saluationem siquidem ab infirmitatibus atqꝫ morbis ⁊ ꝙ eius infirmitas atqꝫ morbi erunt pauci atqꝫ leues. ¶ Et dixit aomar ꝙ erit fortunatꝰ in animalibꝰ ⁊ seruis atqꝫ vernaculꝰ si fuerit almutez super predicta loca fortuna aut congruerit dño ascendentis Si autem almutez predictus fuerit malus qualiscunqꝫ ipse fuerit ex p̄dictis significatoribꝰ fueritqꝫ iunctus dño ascendentis vel fuerit in aliquo angulorꝫ vel succedentium impediens dñm ascendentis vel ipsum ascendens quocūqꝫ impedimento ipsum impedierit significat ꝙ natus erit inuolutꝰ ac impeditꝰ multis infirmitatibꝰ multisqꝫ morbis. Q̄d si fuerit almutez saturnꝰ significat ꝙ eius infirmitates vt multum erunt de causa frigida ⁊ sicca: erunt similiter prolixe vt sunt cancer gibbositas podagra epilepsia yposarca anasarca morphea elefancia paralisis ⁊ similes egritudines incurabiles vel quasi incurabiles seu multum difficiles ad curandum. At si mars fuerit almutez fueritqꝫ in aliquo angulorꝫ iunctus cuꝫ dño ascendentis impediens ipsum significat ꝙ infirmitates nati eiusqꝫ morbi fient de causa calida ⁊ sicca sicut sunt illi qui fiunt de colera rubea vel etiam de sanguine vt sunt febres acute frenesis ⁊ apostemata que non facile maturant. ¶ Et dixit aomar pars azemena q̄d est accidens insepabile cum luna in nona ⁊ mars in octaua fuerit in signis membrorum abscisorum in natiuitate abscindetur aliquod membrorũ eius ferro Similiter si fuerit mars cum luna in alia quarta ⁊ ascendēs fuerit impeditũ ab aliquo malo inuenient natũ accidētia in membro signi in quo fuerit luna vel in oculo sinistro in natiuitatibus diei: ⁊ in oculo dextro in natiuitatibus noctis. Et dixit luminaria cũ fuerint in coniunctione vel preuentione ⁊ mali fuerint in quarto aspectu coniunctionis vel preuentionis ⁊ ascenderit malꝰ: postea natus amittet a sole oculum dextrum: ⁊ a luna sinistrum. Preterea si vtrūqꝫ luminare fuerit impeditum ex quarto aspectu malorũ vel eorum oppositione vel fuerit in eius ꝯiunctione corporali vel non aspexerit illud aliq̄ ex fortunis perdet oculum significatum per illud luminare. Si autē vtrūqꝫ luminare fuerit impedituꝫ perdet vtrūqꝫ oculum. ¶ Et dixit aomar si fuerit luna impedita in natiuitate subaudi in aliquo signo a malis absqꝫ proiectōe radiorum fortunarum ad ipsum terminum destruetur ipsum membrũ quod pertinet ad ipsum signũ in quo fuerit luna. Et dixit cum luna fuerit in signis que significant impedimentum in oculis vt cancer leo scorpio sagittarius capricornus ⁊ aquarius significat impedimentum oculorum siłr ⁊ ascendens. Et dixit cum luna fuerit in sagittario siue impedita fuerit a malis siue non accidet ei impedimentum in oculis ⁊ timet super eum cecitas nisi aspexerit eā fortuna subaudi. Q̄d si fuerit luna impedita in gemis vel in libra vel aq̄rio a marte significat putredinem oculorꝫ ac ipsorum lippitudinem. ¶ Et dixit aomar lepram nisi aspexerit eam aliqua ex fortunis. At si fuerit impedita in

cancro vel scorpiõe vel piscib⁹ a saturno sine aspectu fortune sigcat canceres podagras bocium ⁊ lepraꝫ albaras ⁊ squinantes. ¶ Et dixit tiberiadis cum luna fuerit in quarto aspectu solis aut cum eo in vno signo subaudi cõbusta: aut in quarto aspectu martis vel in eius oppositione comburetur natus igni. Et si ven⁹ fuerit impedita simul a saturno ⁊ a marte ⁊ a sole atqꝫ mercurio in natiuitate alic⁹ sine aspectu fortũe abscindent virilia nati. Nõ si aspexerit eã dñs. 8: vel fuerit aliqs ꝑ dictoꝝ dñs. 8. morietᵉ nat⁹ ex abscisione illa. Si q̃dẽ dñi triplicitatis signi in quo fuerit tũc ven⁹ fuerint fortunati ⁊ fortes ac bene dispositi sequetur natus dignitatem atqꝫ honorem per abscisioneꝫ illam. Et si fuerint impediti sequetur inde malum supra malum qm̃ cadet illa de causa in tristiciam ⁊ angustiaꝫ ⁊ labores atqꝫ afflictiones ⁊ deꝑssiones ⁊ detrimẽta q̃ non poterit vitare. Nõ si fuerit mulier exuberabitur nec erit ei cura de vir. nec volet vti cũ eis nec aliquo amore nec de aliquo venereo solacio curabit. ¶ Et dixit aomar luna cum fuerit in primo gradu signorum vel fine eorum: proiecerintqꝫ radios mali ad ipsum terminũ ⁊ maxime saturnus diliget dilectione maxima ⁊ publicabitur ex hoc. Et si fuerit saturnus in domo infirmitatum vel fuerit in sexta a signo in quo fuerit tũc luna vel fuerit in oppositõe vel in quarto aspectu illorum locorum significat multitudineꝫ egritudinum nati de frigida causa euenientiũ: ⁊ magis si fuerit in signo hũido. Nõ si fuerit mars in sexta ab ascendẽte vel in sexta a signo in quo fuerit luna vel in predictorum locoꝝ quarto aspectu vel in eorũ oppositione significat multitudinẽ egritudinum nati de calida causa euenientium atqꝫ velociter ad bonũ vel ad malum terminantium. Nam si aspexerit dñs ascendentis aut luna martem a trino vel sextili aspectu nec recepit eum significat determinationẽ ad bonũ. Si aũt aspexerit eum a quarto aspectu vel ab oppositione vel a quouis alio ⁊ receperit eum significat determinationem ad malum: ⁊ ꝙ potius sit ex egritudinibus illis moriturus q̃ꝫ non. Et si fuerit luna ⁊ dñs domus in qua ipsa fuerit similiter ⁊ signũ sextum liberi ab infortunis significat nati a suis egritudinibus liberationem. Si quidem luna ⁊ dñs domus in qua ipsa fuerit ⁊ dñs domus infirmitatũ fuerit impediti ab infortunis significat multitudinẽ egritudinum nati diuersarũ. ¶ Et dixit ab oali ⁊ si malus fuerit in ascendẽte ⁊ maxime si mars fuerit in natiuitatibus diurnis: ⁊ saturnus in natiuitatibus nocturnis iunctus soli vel lune significat debilitatem visus vel destructionẽ oculi. Si autem luminaria fuerint impedita a malis vel a cauda iuncta eis significat visus debilitatem vel oculi destructionem. Et dixit cum autẽ luna iuncta fuerit malis vel in eorum quarto aspectu vel oppositiõe ⁊ in signo humido significat ꝙ plures infirmitatũ nati erunt ex frigiditate ⁊ humiditate. Et si fuerit in signo sicco significat egritudines ex calore ⁊ siccitatẽ.

¶ Capitulum quartum in qua etate hec accidant.

ET si planeta qui habet significare infirmitates fuerit orientalis erunt infirmitates in prima medietate vite nati. Si autem fuerit occidentalis erunt in vltima medietate vite illius. Et si fuerit in ascendẽte erunt in inicio

vite. Si vero fuerit in decima erunt in collecta etate vite sue. Qd si fuerit in septimo erunt in declinatione vite sue. Si vero fuerit in quarto erunt circa finem vite sue. Aspicias etiam esse illius significatoris quia secundum fortitudinem et debilitatem suam erunt egritudines debiles scilicet aut fortes. Uidebis etiam si pars infirmitatum et dominus domus in qua ipsa fuerit fuerint liberi ab impedimentis quoniam illud significat saluationem nati atque sanitatem ac ipsius ab infirmitatibus saluationem. Si autem fuerint impediti significat infirmitates atque dolores graues venturos: et eo fortius si aliqua fortunarum non aspexerit eos vel saltim alterum eorum. At dixit aboali et est verum: ascendens enim et luna sunt significatores corporis: et dominus ascendentis et dominus domus lune sunt significatores anime. Et si ascendens et luna fuerint impediti a malis et domini eorum fuerint salui significat infirmitatem corporis nati et sanitatem anime ipsius. Et si ascendens et luna fuerit liberi a malis et domini eorum impediti significat sanitatem corporis et pauorem et tristiciam anime. Ptholomeus vero dixit quod debemus considerare ascendens et septimam et etiam sextam que naturaliter habet significare infirmitatem eo quod ipsa cum ascendente nullam habet amicitatem. Debes similiter considerare saturnum atque martem et videre qualiter sint dispositi: nam si fuerint ambo vel alter eorum in aliquo predictorum locorum vel aspexerint illum a quarto aspectu vel ab oppositione vndecunque aspectus ille adueniat significat quod natus pluribus infirmitatibus atque impedimentis sibi aduenientibus infestabitur: et eo certius si cum hoc solem et lunam inueneris impeditos. Et adhuc eo fortius si fuerit illud impedimentum in angulis vel in eorum succedentibus. Et iterum magis si aliquis predictorum malorum aspexerit eos vel aliquem eorum. Et iterum plus si illi mali fuerint in angulis vel in eorum succedentibus et aspexerint eos a quarto aspectu vel ab oppositione: et etiam a trino vel sextili sine receptione et erunt eius egritudines debiles que per ascendens vel per septimam vel per sextam vel per ipsos malos significantur secundum quem predictorum locorum almutez super infirmitatibus fuerit inuentum vt supra dictum est.

Capitulum quintum in quo membro euenient supradicta.

Et accident egritudines in illa parte corporis que significatur per signum in quo infortunatum siue impeditum fuerit almutez predictum et que fuerit significata per ipsum almutez. Qd si almutez significauerit vnam partem corporis et signum in quo ipse fuerit significauerit aliam accident predicta in vtroque membro per ipsos significato sicut aries que significat caput: taurus collum: gemini brachia etc. et saturnus oculum dextrum splenem vesicam etc. iupiter manum dextram pulmonem costas etc. mars oculum sinistrum et aurem sinistram virilia etc. sol vtrumque oculum sed dextrum magis faciem et quasi totam partem corporis dextram: et hoc propter suam diurnitatem etc. venus nates epar etc. mercurius linguam interiora narium etc. luna interiora gutturis epiglotum stomachum etc. in mulieribus ventrem pudibunda et totam sinistram partem propter suam nocturnitatem. At dixit ptholomeus impedimenta contingent in maiori parte cum infor

tunatrices stelle que sunt eorũ occasio fuerint orientales in figura vel a sole. Infirmitates autem in maiori parte ⁊ si non semper tunc euenient cum eedẽ stelle scꝫ infortunatrices fuerit occidentales vel in mõdo vel a sole eo ꝙ inter vtrũq; istorum duorum est separatio vel differentia. Nam impedimenta nõ nisi semel contingent nec multum durabunt eoꝝ dolores: infirmitates vero vel semper durabũt vel reciprocando contingent scꝫ interuallatim. Et dixit in rebus vero per quas particularia deprehendunt accidentia cũ ipse ꝓprie experimentate sunt ⁊ obseruate figure ⁊ qualitates inuente sunt infirmitates ⁊ impedimẽta significantes: qd̃ deprehensum est ex accidentibꝰ que sequunt ⁊ accidunt in parte maiori ẜm consimiles positiones stellarũ in qualitatibꝰ. Erit enim in altero oculorꝫ visus amissio cum luna sola fuerit impedita tñ in predictis angulis scꝫ orientali vel occidentali fueritq; ipsa hora cõiunctio vel preuentio: vel cum fuerit in alia figura cum sole ⁊ habuerit alitisal cum aliqua stellarꝫ que nubibus assimilant: vel fuerit in trino vel sextili aspectu vel quarto velut stella nubilosa que est in cãcro: ⁊ pleyades que est in tauro: ⁊ acumen sagitte sagittarij: cauda quoq; scorpiõis: ⁊ id qd̃ est circa aldhafera ⁊ quasi funis vel trica ex partibus leonis calbeꝫ necnon aquarij. Cunq; luna fuerit impedita in aliquo angulorum scꝫ quarto occidentalis a sole: ⁊ mars ⁊ saturnus orientales luna quoq; ad martem ⁊ saturnum eunte vel ad alterum ipsorũ: vel fuerit sol in quarto angulo ⁊ dicte due infortune ascenderint ante solem vel fuerit ei iuncte: ⁊ fuerint luminaria in vno ⁊ eodẽ signo coniuncta: vel fuerint opposita sibi inuicem ⁊ fuerint dicte due infortune occidentales a luna accident nato in vtroq; oculo impedimenta ⁊ accidet hoc cum aliquo ictu vel ferro. Et si fuerit in ariete vel leone vel sagittario accidet hoc causa ignis. Et si fuerit dicte infortune vel saltim mars cũ mercurio iuncte accidet hoc ex prelio vel ludo qui possit quodãmodo ꝓlio assimilari: vel accidet ab aliquo qui mouebitur iniquitate contra ipsum natum. Si autem fuerit mercurius iunctꝰ cum saturno accidet hoc ex decursu aque in oculũ vel ex ipsoꝝ oculorum tortura ⁊ similibus. Et si luna fuerit in medietate orientali iuncta marti ⁊ venꝰ iuncta saturno cum mercurio modo predicto associet: fueritq; mars septentrionalis ab ea vel se inuicem oppositione aspexerint natus sua virilia non habebit aut vtroq; sexu fungetur vel nascetur absq; ano vel eius nimia ꝯstrictione. Et si fuerit mulier nõ habebit sua pudibunda vt debuerit. Et cum venus ita se habuerit cum mercurio marte atq; saturno vt dictũ est: fueritq; venꝰ petens solis cõiunctionẽ: fuerintq; lũinaria ĩ signis ⁊ q̃rtꝭ masculinis ⁊ venus ⁊ luna occidentales a sole dico: infortune quoq; in gradibꝰ sequentibꝰ ⁊ venus ⁊ luminaria impedita dixit ptholomeus si natus fuerit masculus mutilabitur vel in suis testiculis impedimenta patietur: maxime aũt cum hoc in leone ariete vel scorpione aut capricorno siue aquario fuerit. Sed si fuerit mulier erit sterilꝭ ⁊ fortassis alicꝰ oculoꝝ impedimẽta nõ effugiet. Considerabis etiã vtrũ mercuriꝰ ⁊ saturnꝰ sint in angulis ꝓdictis cũ lumĩari diurno: fuerit mercurius retrogradꝰ occidentalis vadens ad solꝭ ꝯiunctionẽ fueritq; luna in eoꝝ ꝯiũctõe mercurij scꝫ atq; satꝭni qm̃ si sic fuerit sigñbit natũ balbucientẽ futuꝝ ipsiusq; ligue tenacitatẽ: sed nõ ex toto priuabit locutõe.

Si autem mars eis iungatur significat minorem lingue tenacitatem licet nō penitus eam resoluat. Si autē iupiter aspexerit eius lingua parum impediet ¶ Et ptholomeus dixit q̄ sciet hoc per gradus directionis qui fuerint inter ipsum ꝛ luminare cuius fuerit auctoritas. Iterū si fuerint predicte infortune in principijs signorū vel prope significat q̄ erunt nati impedimenta ab vmbilico supra. Si autē fuerint in fine signorum vel prope significat q̄ erunt ab vmbilico infra. Si aūt luna in illis locꝫ fuerit impedita idē poteris iudicare.

¶ Capitulum sextum iterum de impedimentis supradictis vbi erunt ꝛ qua de causa eueniant ſm ptholomeum.

COnsiderabis etiam vtrum luminaria vadant ad coniunctionem dictaꝝ infortunarū martis atqꝫ saturni ipsis in angulis existentibus vel fuerit in eorum oppositione: lunaqꝫ in zenzahar alicuius eorum vel in eius cauda existente vel in capite vel in cauda draconis vel in signis infirmitatū que sūt vt ait ptholomeus aries taurus cancer scorpio capricornus: qm̄ significabit hoc q̄ natus erit gibbosus vel habebit aliqd̄ membrū destructū vel inuadet eum azemena vt claudicatio dislocatio aut alicꝰ mēbri officialis diminutio. At si fuerint infortune iuncte cum luminaribꝰ corporaliter vel ab oppositiōe vel a quarto aspectu in hora natiuitatis idem poteris nunciare. Qd̄ si dicte fortune fuerint in decima fuerintqꝫ a luminaribus septentrionales vel fuerit luminaria in quarta significat q̄ ista impedimēta ꝛ iste infirmitates vt multū venient per accidentia multum magna ex quibus sequuntur terrores maximi atqꝫ vltimati sicuti sunt submersio precipitatio in manus inimicoꝝ capitaliū seu desperatoꝝ latronum aut viarum absciſorum nulli parcentium casus vel per equi calcitrationem: vel bouis cornicationeꝫ ꝛ similia. Qd̄ si mars fuerit septentrionalis ab ipsis luminaribus fueritqꝫ almuteꝫ super aliquo ex locis predictis accident p̄dicta impedimenta occasione ignis vel alicuius combustionis vel magnorum vulnerum illatione. Si autem saturnus fuerit septentrionalis fueritqꝫ almuteꝫ accident impedimenta que poterunt nato euenire predictꝫ occasionibus submersiōe vel p̄cipitatiōe ꝛ paralisi ¶ Impedimēta quidem que accidūt frequentius cum luna in duobus punctꝫ equinoctialibꝰ ꝛ in duobus solsticialibus existit si luna tantum ꝛ signa ipsa fuerint impedita sunt hec: qm̄ cum ipsa fuerit in puncto eq̄noctiali vernali tūc impedimentū accidens nato erit proprie morphea ꝛ sunt macule albe ꝛ lepre particulares ꝛ sunt curabiles. Et si fuerit in pūcto solsticiali estiuali erit impetigo vel hersipila ꝛ silia. Et si fuerit in puncto equinoctionali autumnali erit albaras ꝛ similia. Et si fuerit in puncto solsticiali hyemali frequentius contingens erit lentigo. ¶ Considerabis etiam si fuerint dicte infortune saturnus ꝛ mars in angulis iuncti cum luminaribꝰ vel cum altero eorum si fuerint orientales ab eis: quoniam si fuerit saturnus significabit egritudines natum demacrantes propter humorum frigiditateꝫ ꝛ desiccantes eius membra atqꝫ vulnera atqꝫ nati corpus infirmitatibus plenum ethicam tussim vulnera intestinoꝝ ꝛ alia vulnera occulta: ꝛ quasdā alias egritudines ipsius nati corpꝰ exterminantes ꝛ desiccantes ꝛ aliqn̄ ipsum leprosuꝫ facientes. Qd̄ si fuerit mulier egrotabit in suis pudibundis. Qd̄ si fuerit mars significabit vt multum egritudines de

causa calida et sicca: sputum siquidem sanguinolentũ et etiam fetidum: et pulmonis vlcerationem atqz trachee arterie: sensus amissionem scabiem apostemata pulmonis atqz concauitatum prouenientia ex sanguine adusto atqz colerico: et etiam euenient ipsi nato impedimenta ex vulneribus et inscisionib⁹ atqz adustionibus in eum illatis vel factis propter aliquas suas egritudines et maxime occultas vt sunt fistule atqz ficus et similia que in corpore nascunt et augmentant atqz assunt vlcera calida ignea necnon et vlcera q̃ corrodendo crescunt: et in mulierib⁹ egritudĩes que sibi eueniunt propter aborsus et alios ineptos partus. Considerabis etiam mercurium qui si fuerit cum aliqua predictarum infortunarum in aliquo predictorum locorum et non aspexerit eos aliqua ex fortunis iuuabit illam infortunam in augmentando suam maliciaz in egritudinibus atqz impedimentis exercendo: augmentando suam maliciã in qualibet specie cuiuslibet egritudis ¶ Iuuãt etiã signa dictas infortunas in augmentando maliciam ipsarũ in egritudinib⁹. Nam cum fuerit ascendẽs vel septima vel sexta vel fuerit coniunctio predictarũ infortunarũ in cancro vel capricorno vel piscib⁹ vel leone vel scorpione que sunt signa egritudinũ nec tamen sola: iuuantur predicte infortune in egritudinib⁹ que corrodendo augmentantur vt cancer fistule impetigines et similia carnes nati corrodẽtia et lepre: gemini vero et sagittarius iuuant eas in faciendo epilẽpsiam siue morbum caducum et similia. Nunqz predicte stelle fuerint in vltimis partibus signorum significabunt q̃ infirmitates nati erunt in partibus postremis illius et accidet hoc propter impedimenta ei ꝯtingentia et propter discrasiã humorꝫ quorꝫ occasione erit lepra et podagra et ciragia nisi aliqua ex fortunis aspiciat tunc illas infortunas vel eis corporaliter iungatur: et erunt infirmitates atqz impedimenta que illa de causa prouenerĩt valde grauia et incurabilia. ¶ Et dixit ptholome⁹ idem eueniet cum eis associant fortune fuerintqz infortune super ipsas eleuate vel magis fortes: cum aũt in suis dignitatibus et fortiores infortunis que sunt operũ occasiones fortune fuerint tunc non erunt impedimenta turpia nec verecunda sed erunt infirmitates leues: hoc autem eueniet cum fortune fuerint orientales. Et dixit iupiter enim impedimenta occultat et facit quiescere infirmitates scꝫ cum iuuaminibus extrinsecis vt medicoruꝫ et etiam cum expensis: et eo magis si mercurius cum eo fuerit. Et dixit venus autem decorabit impedimenta scꝫ quia illa occasiõe natus vouet se deo et sic liberabitur ab impedimentis et infirmitatibus vel saltim ipsa alleuiat: et etiã iustorum incantationibus vel exorcismis et diuinis prolationibus et experimentis et medicaminibus eas aliquando delitescere facit velut aliquãdo in somnijs et apparitionibus vt si videatur sibi dici dormiendo vade ad talem crucem vel ad talem sanctum vel ad talem locum et liberaberis et aliquando sic euenit. Ista tamen licet pendeant a fide nõ sunt ob hoc abijcienda: multũ enim operat et valet fides in omni re. Et dixit siquidez saturnus cum venere iunctus fuerit erit hoc notum et manifestũ vel eorꝫ equipollens. Et si fuerit cũ ea mercuri⁹ fiet hoc cũ ꝓficuo et lucro patientisq̃ꝺ eueniet ei cã illi⁹ egritudĩs

¶ Caplm septimũ de impedimentis aĩe ac de ipsi⁹ infirmitatib⁹ atqz modis

Facta superius mentione de infirmitatib⁹ corporis ac de ipsius impedimentis: restat nunc videre de infirmitatib⁹ aĩe de ipsiusqz impedimentis

aliquid subiungendum. Et differunt infirmitates ꝛ impedimenta: nam infirmitates aīe prout ipsas accipit astrolog⁹ principalr̄ sunt due magnanimitas ꝛ pusillanimitas: ꝛ iste due vix aut nunq̄ possunt curari: licet forte aliqñ aliq̄ curentur ex ipsis: nam magnanimus magna vilipendit: pusillanimus parua magnificat prout dicit̄ alias. Quedam alie sunt scdarie vt alacritas tristicia iracundia ꝛ similia que facile curantur ꝛ remouentur ab anima ꝛ recedunt. Impedimēta vero aīe vt plurimū non recedunt sed quasi semꝑ inseparabilr̄ insunt vt cum anima debeat esse sapiens ſm equalitatē ꝛ bonitatem ipsa est sapiens excedenter ita ꝙ ex illo excessu sit decepta vel sit min⁹ sapiens q̄z esse debeat ita ꝙ nesciat cauere a malefaciendo vel sit impetuosa vltra q̄z debeat vel minus timida. Omnia ista ꝛ sīlia impedimenta sunt anīe ꝛ talia que vix aut nunq̄z ab ea recedunt ¶ Vñ tu debes aspicere in natiuitate cuiusuis nati quale sit esse mercurij atq̄z lune cum eorum intersit hoc significatū ostendere qualr̄ ad inuicē se habeant: ꝛ vtrū ipsi sint in angulis vel in eoꝝ succedentib⁹ ꝛ vtrum iungantur cum infortunis corporalr̄ vel per aspectum: qm̄ si fuerint ambo simul iuncti vel fuerint iuncti cū infortunis in ascendēte fuerintq̄z ille infortune septentrionales ab eis vel obsesserint eos vel fuerint eis opposite significabit hoc aīam nati multorum impedimentoꝝ futuram. Idem poteris dicere si almutez sup ascendens a dictis infortunis aliquo predictoꝝ modoꝝ fuerit impeditum. Alie autē aīe qualitates que modum non transgrediunt̄ nec nimis infra subsistunt cōmendabiles approbabilesq̄z dicent̄. Si aūt alie qualitates que predictis modis non fiunt sed propter excedentiā tꝑamenti nature superuenerint infirmitates aīe dici poterunt. Accident tñ hec anime irrationali ꝛ non accident rationali. Et accident aliqñ quedam egritudines que non sunt aīe rōnalis licet forte videatur in parte apta nata posse suscipe impressiones sicut videmus in quibusdam epilenticis in quorū natiuitatib⁹ luna ꝛ mercurius non associant̄ simul nec cum dño ascendentis nec cum eius almutez: fueritq̄z satur̄n⁹ in angulo ī natiuitatib⁹ diurnis ꝛ mars in noct̄nis ¶ Et dixit ptholome⁹ ita tamē ꝙ ipse huic qualitati dñetur scz saturnus in diurnis vel mars in nocturnis. Nā si natiuitas fuerit noct̄na tūc predñabit̄ saturnus: mars vero in die illi q̄litati. Et egritudines ille q̄ tunc supuenerint aīe dicent̄ insania ꝛ sīlia: ꝛ eo magis si luna ꝛ mercurius non associent̄ simul vel cum dño ascendentis ꝛ aliquis predictoꝝ malorum sit in angulo ꝛ fuerit hoc in cancro vel sagittario piscib⁹. Saturnus tñ magis demoniacos: mars vero mag̃ furiosos efficiet. Et accidēt ista ex supflua humiditate abundāte in eoꝝ cerebris: ꝛ erit eoꝝ occasio existentia infortune in angulis cum q̄litate predicta: ꝛ eo magis si fuerit saturnus in suo esse vel mars in suo super lunam eleuatus ꝛ ipsa iuxta exitū de sub radijs solis ꝛ dñs domus in qua ipsa fuerit iunctus saturno fueritq̄z natiuitas coniunctionālis: vel marti ꝛ natiuitas sit ꝑuentionalis: ipso quoq̄z in sagittario vel piscib⁹ cōmorante. Si vero sat̄n⁹ ꝛ mars in natiuitatibus predñentur fuerintq̄z ambo almutez super ipsa erunt ꝑdicte infirmitates epilēpsia insania mania ꝛ sīlia incurabiles non tñ multū intense nec multum palificabuntur. Nā si iupiter ꝛ venus in loco predictarum infortūnarum fuerint: fuerintq̄z in ascendente: infortune vero in septima erunt egritudines predicte curabiles etiam si multum videantur intendi.

Nā si solus iupiter cū luna iungat significat egritudies illas tam per dietas
q̄ per medicinas minꝰ tamē grauiter curaturas. At si venꝰ sola lune associet
significat q̄ psalmis vel exorcismis vel incantationibus vel alicuius sancti
precibus siue interssionibus aut diuinis orationibus ⁊ similibus videtur q̄
curari possit. Si vero infortune predicte fuerint in ascendēte: iupiter vero ⁊
venus fuerint in septia existente qualitate predicta significat egritudines pre
dictas incurabiles ⁊ intensas valdeq̄ fortes ⁊ manifestas ⁊ clamorosas atq̄
timorosas futuras: ⁊ q̄ tales infirmi erunt instabiles nec retinebunt nisi vin
culati siue incarcerati: ⁊ q̄ contra quoslibet tam suos q̄ alienos turpia vere-
cūdabiliaq̄ dicent: turpiaq̄ facta similiter exercebunt. In demoniaca vero
infirmitate dicet q̄ eius occasio sit quedaz humiditas q̄ nato sensum aufert
⁊ post ablationē sensus eum furere facit: nec dimittit eū vti sensibꝰ corporeis
⁊ sic dum aliqn̄ furia torquentur ⁊ etiam cum aliqn̄ furia non vexātur futura
predicunt: ⁊ aliqn̄ faciunt hi tales insultum in homines ⁊ percutiunt ipsos ⁊
his silia faciunt. ¶ Sunt ⁊ alie qualitates aliaꝝ stellarum iuuantes q̄litates
predictas. Nam si sol fuerit cū marte in predictis locis vel in angulis ⁊ spe-
cialiter in ascendente vel in septima augebunt insaniam. Si vero iupiter cum
mercurio societatem habuerit augmentabitur epilēpsia. Venus vero aug-
mentat ea que predicuntur per predictos infirmos. Si quidez saturnus cum
luna in predictis locis permanserit passiones demoniacas ⁊ humiditatū no
ciuarum abundantiaz augmentabunt: impedimenta similiter ac aīe rōnalis
nocumenta eiusq̄ infirmitates accrescent. Et he p̄dicte infirmitates sunt ille
que cura predictarum qualitatum curari consueuerūt. Ea vero que differūt
a predictis illa scz que recipiunt dispositionem in anima non rationali cum
augmento vel diminutione considerantur in rebus naturaliter accidentibꝰ
⁊ in vtroq̄ sexu apparebunt: ad que videnda ⁊ cognoscenda oportebit nos
assumere talem modum per quem ad eorum cognitionem puenire possumus
videlicet aspiciamus solem si cum luna associatꝰ non fuerit nec cum domino
ascendentis nec fuerit in ascendēte: fueritq̄ saturnus in natiuitatibꝰ diurnis
in angulo: ⁊ mars in nocturnis: fueritq̄ alter eorum almutez super ascendens
vel super domum in qua fuerit dn̄s ascendentis: aspexeritq̄ mars aut venus
solem aut lunam: ⁊ fuerit dominꝰ domus in qua fuerit luna iunctus saturno
si natiuitas fuerit coniunctionalis vel marti si fuerit ipsa p̄uentionalis ⁊ prin
cipaliter in aliqua domorum iouis: ⁊ fuerint infortune predicte vincentes in
figura illius natiuitatis: sintq̄ luna ⁊ sol in signis masculinis significat q̄ egri
tudines anime non rationalis erunt excedentes modum naturalē in actibus
veneris ⁊ vltra concessum a natura eis vtet. Innata vero ea q̄ sibi naturalr
pmissa fuerint muliebri nata in virilē transmutata eis modo virili assuescet
eis autem q̄ sibi natūra phibuerit se indebite admiscebit. Preterea si mars
aut venus in signis masculinis ⁊ in quartis masculinis in natiuitate alicuius
extiterit: nec fuerit aliquod ex luminaribus cum eis iunctum: nec cum dn̄o
ascendentis nec cū dn̄o signi in quo fuerit ipse significat q̄ natꝰ vel nata circa
venereos actus nimis solicitabit eiusq̄ intentionem in eis ponet ac in eis cō
uersabitur ⁊ dicta turpia ꝯtra legis pmissionē leuiter ac indecenter cōmittet

si fuerit vir. Si vero fuerit mulier innaturalis act⁹ venereos affectabit eosq; plus debito exercebit cōmiscebit libenter ꝛ inhoneste cū mulieribus. ¶ Et dixit ptholome⁹ si venus sola masculina fuerit id quod inde ppetrabit erit occultū ꝛ ignorabit. Sed si mars masculin⁹ extiterit ita erit illud manifestū ꝙ qn̄q; mulieres que cū eis cōuersabunt quasi sibi ꝓprias vxores fore demōstrabūt. Si aūt ambo fuerint masculini erit res int̄ vtrūq; .s. nec ex toto manifesta nec ex toto occulta ¶ Itē dixit ptholome⁹ ꝙ si eedē stelle in p̄dicti cōtrariū fuerint .s. ꝙ sola luminaria cū predictis qualitatib⁹ in signis femininis extiterint mulieres ea que sibi naturalia sunt operabunt: viri aūt ea que sibi sunt cōtra naturā cōmittēt ꝛ cū mollicie ac feminineitate aīe naturalia transgredient. Si aūt sola venus fuerit feminina illegitimos actus venereos mulier nimis adimplebit ꝛ cū quolibet ita ꝙ nulli coitū denegabit siue difformis sit coitus siue cōtra legē: hoīes aūt erunt effeminati ꝛ molles ꝛ ad venereos actus valde procliues nec prohibebūt aliquem ab illicito coitu nec ab eius turpitudinibus hoc excepto ꝙ ppetrabūt illud in occulto. Itē si mars femininus extiterit ita ꝙ nō venus istoꝝ duoꝝ .s. fornicationē ꝛ turpitudines actusq; illicitos detectos ꝛ absq; frontis rubore faciūt: ita ꝙ p̄ nimia detectione blasphemabunt. Orientales in figura .s. a sole qualitates veneris ꝛ martis in masculinitate detectionē adiuuāt: eorūq; vespertinalis a sole ꝛ occidētalis qualitas in figura femininitate iuuat occultationē. Similiter etiā si saturnus cū eis fuerit horriditates putredines magnāq; verecūdiā eos incurrere iuuat .s. natū ꝛ natam eo ꝙ ipsius natura vnūquodq; istoꝝ de more iuuat. At si iupiter cū eis fuerit rerū pulchritudinē atq; decorē aptāq; verecūdiam augmētabit. Et si cū eis mercuri⁹ fuerit rerū detectionē ꝛ futuroꝝ festinationem suarūq; specierū multitudinē ꝛ augmentū adiuuabit.

¶ De septima domo. ¶ Capl'm primū de cōiugijs nati ac de ipsius socijs eiusq; inimicis palam sibi aduersantib⁹.

Facta mentione in capitulo p̄cedenti de seruis ꝛ minorib⁹ aīalib⁹ atq; infirmitatib⁹ nati vidēdū est imediate de ipsi⁹ nati cōiugio atq; socijs necnō ꝛ ipsi⁹ inimicis palaꝫ sibi aduersantib⁹. Considerabis igit̄ in his septimā ꝛ ei⁹ dn̄m ꝛ quis ex planetis inueniat̄ in ea vn⁹ .s. aut plures: lunā quoq; ac venerē: necnon ꝛ cōiugij partē ꝛ planetā in cui⁹ domo ipsam inueneris: ꝛ aspicies planetā qui fuerit almuteꝫ sup̄ locis illis vel sup̄ angulis figure natiuitatis quā queris ꝛ eoꝝ succedētib⁹: videbisq; si fuerit liberi ab impedimētis que pluries dicta sunt atq; fortunati ꝛ fortes qui si fuerint iuncti dn̄o ascendētis natiuitatis vel eius almuteꝫ oēs vel aliqui eoꝝ: ꝛ maxie dn̄s septime vel almuteꝫ sup̄ ipso a trino vel sextili aspectu: ꝛ eo magis si receptio interueniat: sitq; ipse leuior dn̄o ascēdētis sigt̄ ꝙ natus nubet in vxorem bonā ꝛ aptam ꝛ cū qua ipse gaudebit ad suū velle. Si aūt fuerit aspect⁹ p̄dictus sine receptione vel fuerit aspectus quartus cū receptione sigt̄ ꝙ natus nubet sederit eius cōnubiū multum infra predictū. Si aūt fuerit quart⁹ sine receptione erit iterū valde magis infra ip̄m. At si dn̄s ascendētis fuerit iunctus dn̄o septime ita ꝙ ipse sit leuior eo sigt̄ natum cū mulierib⁹ copulari

desideraturū. Si quidē signū septimū fuerit cancer vel scorpio aut piscis vel fuerit coniunctio dñi septime vel eius almutez cum dño prime vel eiꝰ almutez in eis vel ex eis vel aliquo illoꝝ significat natum plures vxores siue magnam copiam aliarū mulierū habiturū. Si quidē contrariū eius quod dictū est inueneris poteris cōtrariū iudicare. Qđ si venus fuerit tunc in angulo vel in succedenti eius fortunata. s. atqꝫ fortis dñiqꝫ triplicitatis signi quod ipsa tunc possiderit similiter: fuerintqꝫ ipsa ⁊ ipsi orientales sigt natū in sua iuuētute matrimoniū cōtracturū: ipmqꝫ futurū cum mulieribꝰ fortunatū atqꝫ ab eis dilectū. Idem dicas si tu inueneris lunam in prima quarta sui mensis vel in tercia. s. in sepatione ipsius a sole vsqꝫ ad medietatē sui luminis: vel a preuentione vsqꝫ ad medietatē diminutionis ipsius: que due quarte prout alibi testať a ptholomeo dicunť orientales: tardabiť tamen eiꝰ cōiugium aliquid plus ⁊ contrahet illud cū iuuencula: eritqꝫ fortuniū eiꝰ cū mulieribus minus tamen q̄ȝ sit predictū. Si aūt venꝰ fuerit impedita cadēs. s. vel combusta vel retrograda vel iuncta malis: fuerintqꝫ dñi triplicitatis signi in quo ipsa fuerit impediti: vel fuerint occidētales ipsa ⁊ ipsi: vel fuerint inter ascendens ⁊ quartā vel inter septimā ⁊ decimā: vel in secūda quarta mensis lunaris vel ī vltima: quas duas quartas ptholomeus appellat occidētales sigt q̄ postponeť eius coniugium: ⁊ nubet post iuuentutē in sua magna etate ⁊ in vetulam causaqꝫ mulierū erit infortunatus. At si venus fuerit libera fortunata. s. atqꝫ fortis fueritqꝫ in angulo vel in eiꝰ succedēti ⁊ dñi triplicitatis signi quod ipa tunc occupauerit impediti sigt qꝫ natus nubet cum muliere bona ⁊ cōueniēte atqꝫ decenti sed tamen sequeť malū ⁊ detrimentū causa illiꝰ coniugij. Qđ si venus tm̄ fuerit impedita fuerintqꝫ dñi triplicitatis signi in quo ipsa fuerit ab impedimentis liberi significat natū cum inepta muliere atqꝫ discōuenienti matrimoniū cōtracturū: eritqꝫ tamen causa illius cōiugij fortunatus ⁊ sequeť inde vtilitatem ⁊ conueniens bonū. ¶ At dixit aboaly. Si fuerit venus in natiuitatibus mulierū vel viroꝝ a malis ⁊ ab impedimentis libera ⁊ in locis aptis significat bonā ⁊ aptam desponsationē. Si aūt fuerit impedita ⁊ in malo loco significat destructionē ⁊ malignitatē despōsationis. ¶ Aomar vero dixit si venus fuerit exaltata super saturnū ex decima erit cōiugiū in media etate in tempore sibi conuenienti ⁊ erit coniugiū medium ⁊ filij similiter. Cum aūt fuerit venus in natiuitate alicuius in signo mobili ⁊ maxime in cancro vel capricorno sigt firmam stabilitatem nati super vnaȝ vxorē Si quidem fuerint luna ⁊ venus inuicem opposite vel in quarto aspectu sigt malum atqꝫ impedimentū in coniugio. Et si fuerint in geminis aut virgine vel sagitario siue in pisce significat natum cum pluribus vna muliere coniugium contracturum.

¶ Capl'm. 2. de modo venerei actus nati.

Aspicies etiam vtrū venus sit in ariete vel scorpione sitqꝫ mars in tauro vel libra quoniā hoc significabit excessuȝ cultus venerei habundaturum in nato illo ⁊ impedimentū in persona sua ⁊ suarum rerū destructionē illa de causa. Quod si fuerit venus in capricorno vel aquario fueritqꝫ saturnus in tauro vel libra vel fuerit in geminis aut virgine: fueritqꝫ mercurius in

tauro vel libra aut fuerint venus ⁊ mercurius in capricorno vel aquario: fuerintq₃ iuncti simul ⁊ fuerit vnus petens cõiunctionẽ alterius sigt turpitudinem coitus nati ac ipsius in sodomiticũ vicium exercitationẽ: delectabit᷑ eq₃ pl us in turpitudine coitus virorum q̃₃ mulierum. Si quidem venus fuerit in domo vel exaltatione sua eleuabit᷑ mulier super natum illũ ⁊ predñabit᷑ ei: ⁊ eo magis si fuerit dñs septime septentrionalis a dño ascendẽtis. Si aũt fuerit in triplicitate vel termino suo predñabit᷑ ei sed valde minus. At si fuerit in facie sua predñabitur iterum multum ac plurimum minus. ¶ At dixit aomar si vero fuerit venus ⁊ sol ⁊ pars coniugij aut plures significatoꝝ nati ⁊ dñs domus coniugij in ariete aut leone aut libra seu capricorno que sũt significantia feriditatem coitus significat natum futurum superfluum in coitu superfluitate turpi atq₃ feda. Q̃d si fuerit venus corporaliter iuncta marti vel in eius oppositione vel quarto aspectu fueritq₃ mars in ariete vel scorpione seu capricorno sigt q̃ natus erit turpit᷑ ⁊ turpi coitu abutens: ⁊ eo magis si fuerit venus in signo masculino: quoniã tũc deturpabit᷑ illi turpi vicio sodomoꝝ. Si aũt fuerit in signo feminino deludet᷑ a mulierib᷒. Si quidẽ fuerit mulier ⁊ fuerit i signo feminino erit insaturabilis ⁊ insaturata coitu ⁊ meretrix fiet. Si aũt fuerit in signo masculino abutet᷑ mulierib᷒ ⁊ affectabit eas fricare ⁊ delectabit᷑ etiã incuruari super viros.

¶ Capl̃m. 3. qualis sit vxor nati futura.

Et dixit aomar mercurius cum fuerit almutez super venerẽ ⁊ lunam ac domũ mulierũ ⁊ partẽ earundẽ vel super plures earũ erit voluptas nati in pueris ⁊ delectabit᷑ in deludendo ipsos. Si aũt fuerit luna combusta ⁊ aspexerit eam saturnus ex oppositione vel quarto aspectu: nec aspexerit eam iupiter nec receperit eam saturnus sigt natũ vxorẽ non accepturũ. Si autem luna ex trino vl' sextili aspectu cũ fortunis iũcta fuerit: ipsaq₃ boni eẽ ac bene disposita ⁊ cũ receptione sigt natũ bonũ ⁊ vtilẽ atq₃ cõueniẽtẽ ⁊ aptã vxorẽ accepturꝫ. Si aũt cũ infortunis iũcta fuerit ꝯtrariũ ꝓnosticabis. Nã si saturno a trino vl' sextili aspectu iũcta fuerit sigt nati vxorẽ laboriosã feralẽ rigidãq₃ futurã. Si aũt a. 4. vel oppõne sigt eã vilẽ atq₃ fetidã ⁊ insulsaꝫ. Si vo fuerit iũcta marti sigt eã indoctã indomitã: male intelligẽtẽ: instabilẽ atq₃ deuastatricẽ. q̃ si fuerit mars boni esse minuet de malicia illa Et si fuerit mali esse addet in malicia ⁊ faciet eã fornicatricẽ. Siquidẽ cũ ioue iũcta fuerit ipsoq₃ nõ impedito sigt eã bonã cõueniẽtẽ ⁊ idoneã atq₃ ad res familiares disponẽdũ sagacẽ ⁊ sapientẽ. Q̃d si cũ venere fuerit iũcta sigt eã iocosaꝫ letã ⁊ valde pulchrã. Si aũt ven᷒ fuerit impedita vel mercuri᷒ erit sigtũ infra hoc q̃d dixi At si cũ mercurio iũcta fuerit sigt eã bene studiosam beneq₃ solicitã ac intelligẽtẽ. ¶ Et dixit ptholome᷒ si cũ ioue vel saturno siue mercurio ven᷒ extiterit in his q̃ ad vitã ꝑtinẽt ei satis ꝓderit. s. vxor viro: ipm etiã ⁊ filios multũ amabit. ¶ Et dixit aomar ven᷒ cũ fuerit in domib᷒ saturni ⁊ aspexerit eaꝫ saturn᷒ erit natus frigidus in coitu. Similiter cum vicerit saturnus ⁊ fuerit almutez super domum cõiugij dum non aspexerit dñs septime septimam ⁊ dominus lune lunam: dñs quoq₃ partis coniugij: partem coniugij ⁊ dominus veneris venerem tunc natus non gustabit gustum mulierum ⁊ non nubet.

Et dixit cum fuerit similiter almutez victor sup ascendens et lunã et solem et ptẽ fortune: cõiunctionẽ quoq ac preuentionẽ que fuerit ante natiuitatẽ sm esse q dixi et plures planetarũ fuerint fortune erit natus effeminat9 et mollis. Et si vicerint in supradictis locis in natiuitatib9 feminarum planete masculini puella que nata tũc fuerit erit virilis quasi masculus.

¶ De supradictis per partem cõiugij.

Aspicies etiã partẽ desponsationis et dñm dom9 in qua ipsa fuerit vel eius almutez: quos si inueneris in angulis vel in eorum succedẽtibus fortunatos. s. atq fortes iunctos cũ fortunis sigt hoc q natus nubet cũ bonis mulierib9 et pulchris atq cõuenientib9. Si aũt fuerit pars cadens et planeta predict9 saluus: vel fuerit planeta impedit9 et pars fuerit salua sigt mediocritatẽ predictorum. Qd si fuerint pars et planeta cadentes et impediti nec aspexerint eos fortune sigt q natus cũ vilibus et incestis mulieribus matrimonium cõsumaturũ. Si aũt planeta qui aspexerit partẽ dispõsationis vel dñm signi in quo ipsa permanserit fuerit fortuna fueritq in angulis directus sigt q natus cũ pluribus mulierib9 cõtrahet matrimoniũ et cũ bonis atq vicijs carentibus. Si vero fuerit infortuna fueritq impeditus cadens. s. retrogradus vl' combustus sigt natũ cum mulieribus nullius vtilitatis: nullius bonitatis: nullius proficui plenisq vicijs matrimoniũ cõtracturum. Qd si tunc venus aspexerit satutnũ: et eo magis si fuerit aspectus a quarto vel ab oppositione: fuerit alter illorum cadens ab ascendente: nec aspexerit aliquem eorum iupiter sigt natum mulieribus parum delectaturũ: et si nupserit parum delectabit' in coitu seu libidine et q̃si nihil. ¶ Considerabis etiã si venus fuerit in tauro vl' cancro vel libra siue in pisce: quoniã significabit hoc q natus sit cũ mulieribus sibi propinquis matrimoniũ contracturũ. Si aũt fuerit venus in sagitario vel pisce: vel iupiter in tauro vel libra significat nati desponsationẽ magis vergentem ad latus maioritatis q̃ minoritatis et bonitatis q̃ maliciei: et laudabit' ab hominib9 laudatione conuenienti. At si fuerit in capricorno vel aquario sigt natũ mulieri annose matrimonialit' copulaturum. Quod si fuerit in geminis vel in virgine sigt eum cũ ignobili atq vili muliere seu pedissequa vel forte ancilla matrimoniũ cõtracturũ. Si aũt fuerit planeta significator mulieris liber in domo vel exaltatione sua sigt eum cũ nobili muliere matrimoniũ contracturũ: Si aũt fuerit in alijs suis dignitatib9 sigt euz cũ alijs competentib9 mulierib9 contracturũ. Si aũt fuerit receptus sigt eũ cũ vili non tamen multũ copulaturũ. Si vero fuerit peregrin9 non receptus sigt eũ cũ ancilla matrimoniũ contracturũ. Si aũt fuerit in cancro sigt q natus matrimoniũ cũ incongrua muliere atq maligna nec cũ gaudere nec quiescere permittẽte contrahet. Et preterea cũ venus in tauro vel libra vel pisce sit in angulo vel in eius succedenti libera ab impedimentis cõbustione. s. atq retrogradatione ac malorum coniũctione atq aspectibus dic q natus sit bonũ atq aptũ cõiugiũ cõtracturus et q inde sequet' bonũ: et eo magis si tũt aspexerit eam iupit' nec vllo malo modo ipse impeditus. Et iterum magis si receptio interuenerit. At si fuerit venus orientalis significabit aliquale dominiũ mulieris super virum per moduz tamen alacritatis et ludi et tripudij.

Si vero fuerit occidentalis vel fuerit in virginē significat paucitatem dilectionis nati cum suis vxoribus ꝛ etiā cum alijs mulieribus: nisi forte iupiter tunc aspexerit venerem. Quod si videris eam impeditā retrogradā .s. vel cōbustam aut cadentē dic ꝙ tardabit matrimoniū nati eritqꝫ sibi cum grauitate atqꝫ contrario. Si aūt fuerit ascendēs aries vel scorpio: fueritqꝫ venus cōbusta siue ante siue a tergo: sed a tergo potius significat natū cū egrota muliere tamen egritudine abscōsa matrimoniū contracturū.

Caplm. 4. de tempore vxoris quando accipiet ꝛ de numero vxorum ꝛ de durabilitate in generali.

ERitqꝫ contractio illius matrimonij quando peruenerit annus illi⁹ natiuitatis ad eius septimā vel fuerit eius septima ascendens reuolutionis natiuitatis significat desponsationē in illo anno: vel erit quādo significabit per directionē lune ad planetam significatorem desponsationis. Et dixit aboaly si fuerit illud signū mobile sigt desponsationem plurium mulierum. Idem dicas si fuerit luna iuncta pluribus planetis in eodem signo vel cū eis ictisal habuerit ex trino vel sextili aspectu. Si aūt fuerit signum cōmune duas tm̄ mulieres desponsabit. Si vero fuerit fixum: vel fuerit luna tunc vacua cursu: vel cū vno tm̄ planeta fuerit iuncta vel ictisal habuerit natū cum vna tm̄ muliere matrimoniū contracturū indicabit. Aspicies quoqꝫ septimā ꝛ quartā si fuerit natiuitas viri si in aliqua ipsarū steterit aliqua ex infortunis: quoniā sigt hoc mortem vxorū nati. Si aūt fuerit natiuitas mulieris ei⁹ viri. Qđ si fuerit occidentalis fueritqꝫ peregrina iuncta infortunis vel in earuꝫ quarto aspectu vel in earū oppositione significabit festinam morteꝫ ipsaruꝫ. Uidebis etiaꝫ in natiuitatib⁹ masculinoꝝ si omnes significatores vel maior pars eoꝝ sint feminini: qm̄ significabit hoc ꝙ natus erit vilis effeminat⁹ mollis stupidus inhers humidus ita ꝙ non videbit habere ossa ac si totus esset caro. Et dixit aomar ꝙ vita istoꝝ taliū vt multū solet abbreuiari propter humiditatis multitudinē in eius complexione vincentē. In natiuitatibus aūt mulierū si maior pars ipsorū significatoꝝ fuerint masculini erit nata illa virago quasi vir: poterit enim excepto sexu vir potius ꝙ̄ mulier appellari: ꝛ talium vita propter multitudinem siccitatis predominanteꝫ in eis solet abbreuiari.

De coniugijs feminarum.

PTholomeus vero dixit ꝙ debem⁹ in cōiugijs feminarū cōsiderare qualitates solares in earū natiuitatib⁹ dicens: oportet enī nos videre vtrū sol in aliqua duarū quartarū orientaliū que sunt vt supra dictū est a decima vsqꝫ ad ascendēs: ꝛ a quarta vsqꝫ ad .7. inueniat: qm̄ significabit hoc natā in sua iuuentute viro ꝑ matrimoniū desponsaturā: vel in senectute iuuenem ꝛ nō senem in virū accepturā. At si fuerit sol inter ascendēs ꝛ quartā vel inter septimā ꝛ decimā eius cōiugiū tardabit vel ipsa existente iuuēcula nubet in senē. Qđ si fuerit sol a principio arietis vsqꝫ ad mediū tauri: vel a medietate leonis vsqꝫ ad finem virginis: vel a medietate scorpionis vsqꝫ ad medietatē aquarij fueritqꝫ significator natē orientalis fient p̄dicta in iuuentute sua vel cū iuuene. Si aūt fuerit sol a medietate tauri vsqꝫ ad medietatē leonis: vel

a principio libre vsq; ad medietatē scorpionis: vel a medietate aquarij vsq; ad finem pisciū fueritq; significator occidentalis fient in senectute vel cū se ne coniugabit. ¶ Et dixit haly q̄ si fuerit significator sub radijs significat q̄ habebit nullū. At si fuerit sol in signo fixo vni tm̄ viro copulaturā eam significabit. Q̄d si fuerit in signo illo aliquis planeta orientalis eum iuuenem futurū nunciabis: ⁊ poterit esse q̄ aliū post illum acquiret. Si aūt fuerit occidentalis erit de iuuentute iam egressus. Si vero fuerit in signo cōmuni eam duos viros habiturā pronunciabis. Q̄d si aliqui planete oriētales in signo illo reperiant pro vnoquoq; illorū illis virū aliū adiunges. Sed si nō sint boni esse pauciores maritos significabūt. Si quidem fuerit sol in signo mobili natam multos viros habiturā iudicabis.

Qualis sit futurus maritus sponse.

Videbis etiā si tūc saturnus cū sole societatē ex trino vel sextili aspectu habuerit: quoniā illud significabit viruz nate sapientē probum iustuz in suis factis atq; alienis solicitū ⁊ laboriosuz futurum. Si aūt ioui sol associatus fuerit significabit hoc nato virum humilem, mansuetū magnanimem atq; bone cogitationis exciturū. At si cum marte sol associet sigt illius puelle virum indomitū crudelē non placabilem inobedientē maleq; cogitatiōis venturū. Si quidē cū venere sol associet sigt illius virum probū decentem atq; pulcherrimū ⁊ formosuz futurū. At si cuz mercurio sol associatus fuerit laboriosum ⁊ in rebus ad vitā hominis pertinentib⁹ proficientē futuruz demonstrabit. Q̄d si saturno venus iuncta fuerit sigt nate virū fessum atq; a venereo cultu se refrenantē. Si quidem ipsa ioui iungat sigt eius virum bonū castū honestū atq; verecundū futurū. Si aūt fuerit iuncta marti sigt virum nate calide complexionis fornicatorē ⁊ in cultu venereo se libenter exercitantē atq; solicitantē extiturum. At si cum mercurio iuncta fuerit sigt q̄ erit pronus in diligendo vxorem non tamen erit firmus dilector: neq; suum diligere bene cōtinuans: diliget tamen suos filios ⁊ in eos pietatez habebit. Si aūt sol ⁊ luna ex trino vel sextili aspectu se aspexerint in vtrorūq; natiuitatibus. s. viro⁊ atq; mulierū sigt q̄ matrimoniū quod cōtraxerit natus vel nata non dissoluet nisi magna de causa hoc eueniat. Si vero sol ⁊ luna non se aspexerint vel aspexerint se a quarto aspectu vel ab oppositione vel aspexrit infortune aliquē eo⁊ sigt q̄ litigiū vel sepatio erit in eo⁊ coniugijs. Nam si aspexerint infortune lunam in natiuitate viri erit dissensio ex parte viri. Si aūt aspexerint solem in natiuitate mulieris erit dissensio ex parte mulieris. Et si steterit matrimoniū cū litigio ⁊ duricia ⁊ contentione atq; odio permanebit. At si fortune solem aut lunā aspexerint sigt si lunā viri: si solē mulieris matrimoniū in iocūditate ⁊ leticia dilectione atq; valitudine permansuruz. Si aūt mali ⁊ boni soli vel lune simul testificent sigt matrimoniū dissoluturū licet non simpliciter ⁊ post illam dissolutionē reiteraturū ⁊ in quiete atq; in dilectione permansurū. Q̄d si aspexerint mali solem a quarto aspectu vel ab oppositione nisi receperint eum q̄ habet minuere de malicia ipsorum significabit q̄ illud diuortiū erit cum lite atq; atrocitate simili ⁊ ferocitate magna ⁊ querimonia siliter. Unde si aspexerit tunc mercurius illos malos diuulgabit tunc illud diuortiū ⁊ cadet in rumorem gentiū. Siquidem venus

illis malis testificata fuerit sigt q accidet diuortiũ suspicatione adulterij vł similium.

¶ Capłm.5.qualiter matrimoniũ per significata veneris martis atq saturni pcipiat.

Aspice in re ista si venus aut mars vel saturnus corporaliter vel a bonis aspectibus admixtione cõueniẽti coniungant quoniã illud significabit q natus seu nata bono ⁊ vtili atq legitimo matrimonio iugabuntur Quoniã si venus marti bono aspectu iungat ⁊ aspexerit luna martẽ aut venerem ex dicto aspectu significabit cũ muliere iuuencula matrimoniũ cõtracturũ. Qd si saturno venus iungat vxorẽ vetulã desponsabit. Atq si sol cũ eis vel cum aliquo ipsoꝝ iunctus fuerit sigt natam cum viro iuuene facturã illud idem. Qd si mercurius illis iunctus fuerit fient predicta manifeste similiter ⁊ diuulgabunt. ¶ Et dixit ptholome⁹ q si fuerint in signis quidẽ vtriq cõibus vt capricorn⁹ ⁊ libra significabit q proprie sorori vel sue propinque cõiugabit vel stuprũ cum ipsa ppetrabit. Qd si luna in masculinis natiuitatibus cũ venere marte atq saturno iuncta fuerit significabit q natus cũ duab⁹ sororibus vel cũ duabus sibi propinquis vel ex propinquitate parentele attinentib⁹ incestũ cõmittet. Si aũt in alicui⁹ mulieris natiuitatẽ luna in signis veneri ⁊ marti cõibus inueniat sigt natã cũ duobus fratribus vel cũ duob⁹ de suis strictis consanguineis incestũ vltimabit. Et si saturno in predictis signis venus iungat sigt matrimoniũ ydoneũ atq longo tempore duraturũ Et si cum hoc mercuri⁹ veneri atq saturno applicet erit matrimoniũ illud cũ proficuo similit ⁊ vtilitate bona ⁊ cõueniẽti. Qd si cũ hoc etiã mars cũ eisdem iunctus fuerit sigt q coniugiũ nati seu nate nõ erit vtile coniugatis: neq durabile sed potius velocit desinens atq nociuũ. Si aũt dispõ veneris fuerit velud dispõ martis ⁊ saturni ⁊ ipsa fuerit in domo vel exaltatione vel termino vel triplicitate alicuius coꝝ vel in signo sibi ⁊ illi cõi sigt q mulier viro sibi coetaneo cõiugabit. Qd si oẽs orientales extiterint fueritq ven⁹ plus a sole oriẽtalis sigt natũ viro se iuniori adhesurũ. Si aũt natiuitas fuerit viri sigt eũ vxorẽ se iuniorẽ acceptuꝝ. At si fuerit occidẽtales ⁊ ipsa plus alijs sigt natã cũ viro se lõgeuiore mrimoniũ ɔcturã: atq virũ vxorẽ se magis annosam desponsaturũ. ¶ Et dixit ptholome⁹ si ven⁹ ⁊ saturn⁹ in signis sibi cõib⁹ cõmorent vt sunt capricorn⁹ ⁊ libra erit cõiugiũ int cõsanguineos Si aũt hui⁹ pdicte qualitatis luna fuerit ⁊ in ascendẽte vel celi medio qlitas ipsa pmãserit nat⁹ cũ matre vł nouerca seu matertera: mulier vo cũ ple ppria vł patre vel sororis filio seu cũ suo genero vł patruo vł matrꝭ viro veneri militabit ⁊ deliquet. Et dixit q si sol isti⁹ pdicte qlitatis extiterit ⁊ planete occidẽtales fuerint nat⁹ filie vel sui fratrꝭ seu sororis nate aut pprij filij cõiugꝭ cubilia incestabit. At si qlitas pdicta i signis naturalit masculinis q sũt aries gemini leo libra sagitari⁹ ⁊ aqri⁹ vel in signis naturalit femininis q sũt taur⁹ cancer virgo scorpio capricornus ⁊ piscis: vel in locis accidentaliter masculinis que sunt quarte orientales: vel accidentaliter femininis q sunt quarte occidentales: vel in domib⁹ accidentalit masculinis que sunt pria .3.5.7.9.11. vel accidentalit femininis vt sunt secunda quarta sexta octaua .10. ⁊.12.

vel in dignitatibus suis fuerit: ita q sit venus in signis masculinis: mars ve-
ro ⁊ saturnus in signis femininis: vel cōtra significat q natus seu nata cultui
venereo plus q̄ deceat subiacebit: nec vir in agendo nec mulier in patiendo
modis oībus quibus luxuriat se grauari ostendet. At si predicta qualitas p
pe stellam fixam aldebaram vel prope finem signi leonis vel prope principi
um capricorni extiterit significat q nat⁹ siue nata cultus venereos turpi mo
do ac verecūdabili ⁊ reprehensibili exercebit. Si aūt in ascendēte vel in .10.
fuerit suos venereos actus inuerecūdabiliter coram gentib⁹ propalabit. Et
si fuerit in .7. vel in .4. suos actus predictos q̄ absconci⁹ poterit exercebit vl
forte sine virib⁹ aut sterilis inueniet. Si vero mars tunc in predictis locis cū
eis inuent⁹ fuerit significabit nati virgam cū testiculis abscisurā: nate autem
muliebria incōuenientia vel eā fore castraturā iudicabit. ¶ Iterū si venerē
a marte vel martē a saturno in natiuitate viri separi reperias: eisq iupiter te
stificet significabit natū in coitu moderatū futurū: nec venereos actus nisi na
turali modo ⁊ debito atq debite volentē exercere. At si cū saturno solo tūc
mars iunctus fuerit natum non studiosum non volūtariū inuiolentum atq
pigrū in venereis actib⁹ iudicabit. Si aūt cū venere atq ioue mars associet
natū leuē ad cultus venereos ⁊ ipsum ad id voluntariū licet seipsum inde re
darguat demonstrabit: ⁊ nitet inde suam voluntatē atq maliciā quāuis nō
bene possit refrenare: fingetq se ab imundicijs ⁊ turpitudinibus abstinere.
Et si fuerit mars cum ioue atq venere simul iunctus vel cum altero illorum
tm̄ nec aspexerit eos saturnus videbit q sit natus in adulterio vel stupro stu
diosus atq delectaturus ⁊ q libēter cibis ⁊ potibus delicatis vtet. At si ve
nus vel mars aut iupiter occidentalis fuerit: alter vero fuerit orientalis na-
tum turpem modū coeundi tam cū viris q̄ cū mulieribus habitutū signifi-
cabit. Si aūt mars tm̄ ⁊ venus fuerint occidētales iupiter vero fuerit orien
talis turpitudinē coitus viroꝝ abhorrebit: actusq venereos cū mulieribus
exercebit. Si quidē in signis que feminina dicunt vel etiā in quartis femini
nis simul predicti significatores iungant mars .s. ⁊ venus sigt euz ad turpis
coitus scelus se submissurū. Qd si vterq mars scilicet ⁊ venus fuerint orien
tales natus ille cū viris magis q̄ cū mulierib⁹ perpetrare affectabit. Prete
rea si predicti planete oriētales ⁊ in signis masculinis extiterit fueritq mars
fortior venere ipsaq a sole remotior oīo de natus mulieres viris postponet
sollicitabitq sodomitice cū viris venereos actus turpiter exercere. At si fue
rint occidētales fueritq venus a sole remotior nat⁹ mulires poti⁹ affectabit
viles tamē atq deformes: pedissequas etiam ⁊ ancillas poti⁹ q̄ nobiles vel
formosas libent sibi subiciet. Si aūt mars fuerit magis occidentalis q̄ ve-
nus significat natum nobilibus mulieribus vel nuptis seu proprie domine
copula carnali adhesurum. ¶ Si quidē natiuitas fuerit mulieris prospicito
si venus ioui atq mercurio simul iungat: quoniam significabit hoc natam
humilem atq in suo modo coeundi verecundam ⁊ q cum mundicia omni
suo cultu venereo vtet. Qd si mercurio ven⁹ iuncta fuerit sine saturni parti-
cipatione significat natā cultui venereo libent adhesurā cū remorsu tm̄ ɔ̄scie
atq sue voluntatis refrenatione oīsq indecētis coi⁹ turpitudinis omissiōe

At si marti tantuz venus iungatur vel aliquo modo sibi associetur venereos actus libenter exercebit ⁊ in ipsis delectabit̃ indecenter. Si autẽ iupiter eos aspexerit fueritq̃ mars solis radijs coopertus nata illa in venereis actibus multum solicitabitur: ipsosq̃ libenter ac libentius exercebit: nec viles hoies vel aliorum famulos siue seruos nec etiam extraneos euitabit. Si quidẽ sub radijs venus fuerit reperta cum marte vel cum proprio domio vel cum alijs nobilib⁹ nata iacebit. At si predicti venus ⁊ mars in signis vel in quartis femininis ⁊ ipsi occidẽtales extiterint in virorum coitu delectabitur. Si vero saturnus cum venere atq̃ marte simul iungat̃ significat q̄ nata illa erit horrida atq̃ ferox. Qđ si fuerit saturnus orientalis significat eam adulteria desiderauturam ⁊ viros quos in solitudine reperiat amaturam. ¶ Et dixit ptholomeus iupiter autem hec impedimenta semper mitigabit: mercurius autez iuuabit eorum delectationes similiter ⁊ eorum turpia.

¶ Capitulum sextum quid accidat nato ex socijs ⁊ a socijs ⁊ participantib⁹ secum.

Ad sciendum vero esse nati cum socijs ⁊ eius participantib⁹: ⁊ quid accidat ei ex eis: aspice ascendens ⁊ eius dominũ: lunam quoq̃ pro nato: septimam vero ac eius dominum pro socijs ipsiusq̃ participantibus. Quale vero sit eorum esse futurum in societate atq̃ participatione scies a decima ⁊ eius domino: finem autez percipies a quarta ⁊ domino suo. Nam si domin⁹ ascendentis qui est significator nati ⁊ luna fuerint in signis fixis fueritq̃ dñs ascendentis fortuna ⁊ luna libera non impedita significat q̄ natus habeat socios cum quibus participabit participatione bona ⁊ durabili: sed nõ multũ lucrabitur cum eis nec ipsi cum eo: erit tamẽ lucrum eorum aliquale scz infra mediocritatem. Si autem fuerit infortuna ⁊ luna impedita contrarium iudicabit. Si vero sint in signis cõmunibus significabit q̄ natus sit bonos ⁊ fideles socios habiturus: lucrabiturq̃ cum eis ⁊ ipsi cum eo nisi aliquid aliud impediat: ⁊ vndiq̃ bene cedet vtriq̃: ⁊ reiterabunt sepe ⁊ sepius eorum mercimonialitates ⁊ vt plurimum cum vtilitate ⁊ lucro. At si fuerit in signis mobilibus significat q̄ eius participatio non erit vniformis sed aliquando erit inter ipsum ⁊ socios litigium ⁊ suspicatio simil'r ⁊ conturbatio: post hoc erit inter eos reconsiliatio ⁊ durabilitas. Qđ si fuerit in ascendente infortuna impediens eos significat dolum ⁊ fraudẽ atq̃ separationis causam ⁊ desideriũ venturum ex parte nati. Si vero fuerit in septima illud idez ex parte sociorum atq̃ participantium venturũ poteris iudicare ¶ Si quidẽ videris inter eos separationem esse debere ⁊ volueris scire qualis ipsa sit futura ⁊ qualis erit modus ipsius. Aspice lunam que si fuerit iuncta domino domus in qua ipsa fuerit vel planete almutez in signo illo ⁊ ipse boni esse ac bene disposit⁹ significat eius separationem a socijs seu participantibus cum dilectione plenoq̃ animo ⁊ cum vtilitate atq̃ lucro. Qđ si non aspexerit eam dominus domus sue vel eius almutez vel si aspexerit fueritq̃ infortunatus ac male dispositus significat nati separationem a socijs seu participantibus per eorum malam voluntatem ⁊ per suspitionez quam habebit vnus de altero ne ipse decipiat cũ ⁊ sua bona sibi defraudet: ⁊ eo forti⁹ si fuerint ille infortune impedientes sub

terra: nam tunc mala estimatio quam vnus habebit versus alium erit causa eorum separationis: nec remanebũt bene amici: sed tanq̃ de dorso in dorsuz inuicem se habebunt. ¶ Et dixit zael si fortune fuerint ĩ medio celi multiplicabitur lucrum eorum: si vero mali fuerint ibidez minuetur. Et dixit si fuerit luna iuncta dño domus sue ⁊ malus iunctus eis fuerit in vno signo vel aspexerit eos non separabunt ur nisi per mortem.

¶ Capitulum septimum quid accidat nato ab inimicis palam sibi aduersantibus vel ex ipsis ⁊ vtrum sit eos habituros vel non.

In qualitatibus autẽ percipiendis vtrum natus sit habiturus inimicos palam sibi aduersantes ⁊ quid accidat ei ex eis vel ab eis. Oportet nos considerare indicia que ad id cognoscendũ nos inducunt videlicet ascendẽs ⁊ eius dominum: septimam quoq̃ ac eius dominum: loca etiaz luminarium ⁊ locum partis fortune ac eius dominum: partem etiam inimicorum ⁊ eius dominuz: saturnum ac eius dominum. Si enim dicta loca ⁊ predicti significatores vel maior pars eorum fuerit male dispositi hoc est q̄ sint in eis infortune vel cum eis vel aspexerint eos ex oppositiõe vel quarto aspectu: quartꝰ tamen aspectus minus maliciosus est q̃ oppositio: vel aspexerint se dominꝰ ascendentis ⁊ dominus septime a dictis aspectibꝰ: vel fuerit dominus ascendentis in septima ⁊ dominus septime fuerit in prima: ⁊ eo fortius si dominꝰ septime fuerit infortuna vel fuerit infortuna in septima vel in loco partis inimicorum: vel fuerit aliquis predictorum significatorum infortuna vel ab infortunis impeditus: aspexeritq̃ dominum ascendent[is] significat nato plures inimicos palam sibi aduersantes habiturum: ⁊ patietur ab eis ⁊ ex eis contrarietates ⁊ damnum atq̃ detrimentũ. At si fuerit in locis predictis vel in aliquo ipsorum fortuna vel planeta bene dispositus fortunnatus scz atq̃ fortis aspexeritq̃ dominum ascendentis nec fuerit ipse dominus septime: nec aspexerit dominus septime dominũ ascendentis significat natum paucos inimicos palam sibi aduersantes habiturum. Qđ si dominus septime vel almutez super septima aspexerit dominũ prime: vel almutez super primaz impedierit eum significat q̄ accidet nato damnum ⁊ impedimentum atq̃ destructiones ab inimicis: ⁊ videtur q̄ illa occasione posset interire: ⁊ eo magis si aspexerit tunc dominus octaue domus: ⁊ iterum magis si dominus prime habuerit dignitatem aliquam in octaua preterq̃ faciem que non tantum impedit: ⁊ dñs octaue impedierit eum quoniam tunc significat mortem nati per manus inimicorum. Et iterum certius si mars fuerit dominus octaue domus: quoniã tunc vix vnq̃ poterit euadere quin ita sibi eueniat: ⁊ accidet hoc magis in bello q̃ alibi. Si quidem significator nati ⁊ significator inimicorum ipsius vel dominus partis inimicorum vltra .17. gradum ab inuicem distiterint nec in locis se aspicientibus ex aspectibus notis permanserit: vel oppositi simul fuerit significabit q̄ natꝰ inimicos publicos inter quos inimicicia erit longo tempore duratura: ⁊ forte q̄ non eo tpe finietur sit habiturus. At si a quarto aspectu fuerit minorem inter eos minusq̃ duraturam inimiciciam indicabit ⁊ erit radix atq̃ principium illius inimicicie inuidia: ⁊ ex eo q̄ vnus sit mag[is] altero lucraturus. Aspicies etiam si fuerit aliquis notus aspectꝰ alicuius lu-

minarium cum predictis: qm̄ si non fuerit aliquis inter eos aspectus notus trinus vel sextilis vel aliqua ꝯuenientia siue societas significat ꝙ cadet inter eos inimicicia inextinguibilis ⁊ que nunq̄ȝ finietur. Uidebis similiter si ylez nati separetur ab ylez inimicoꝝ quoniam illud significabit ꝙ inimicicie nati erūt temporanee nec multū durature. Qđ si saturnus fuerit ylez nati ⁊ mars fuerit ylez inimicorum vel econuerso inimicicie que fuerint inter eos accidēt quasi nulla de causa propter contrarietem naturarum corū. At si fuerit mars ylez vnius ⁊ mercurius ylez alterius significat ꝙ cadent inter eos inimicicie occasione scientiarum ⁊ similium. Considerabis itideȝ in natiuitatibus nati super inimicia: quoniā si fuerit nati significator infortuna impedieritq̄ȝ significatorem inimicorum significat natum multos inimicos habiturum: tamē superabit ⁊ vincet eos omnes: ⁊ sequentur ab eo malum ⁊ detrimentum: periclitabuntur inimici per manus eius ⁊ pernectabuntur atq̄ȝ peribunt. Preterea debes aspicere vbi ceciderit pars inimicorum quoniam natus habebit odio ipsum signum ⁊ qđ per ipsum significatur eiusq̄ȝ imaginem. Et si fuerit saturnus aut mars in domo inimicorū destruet eam: vel si impedierit domū inimicorum non cessabit natus gaudere de inimicis suis ⁊ p̄mittet eos ante se in mortem videbitq̄ȝ interitum eoꝝ. Si vero fuerit significator inimicoꝝ in angulo vel succedenti angulum habueritq̄ȝ ibi aliquam dignitatem significat nobilitatem ⁊ fortitudinē inimicorum nati aduersus eum. Qđ si fuerit peregrinus vel cadens ab angulis ⁊ fuerit combustus: vel fuerit in descensiōe siue in casu suo significabit eorum durabilitatē ⁊ malum esse: ipsosq̄ȝ in paupertatem ⁊ indigentiam casuros: ⁊ prosperitatem nati ac valitudineȝ contra ipsos: ⁊ eo magis si aliqua ex infortunis fuerit in domo inimicoruȝ: vel fuerit eorum significator impeditus a malis: qm̄ tunc prosperabitur natus contra eos in eorum detrimentum ⁊ aduersitatem. Si vero in domo inimicorū inueniatur fortuna fueritq̄ȝ significator eorum cum ea iunctus significabit prosperitatem ac fortitudinem inimicorum ac superantiam eorum contra natū. At si fuerit significator eorum in ascendente vel in oppositiōe alicuius luminarium significabit natum multos inimicos ⁊ etiam qui eum cōtemnant habiturum. Qui si fuerit infortuna significat ꝙ inimicabuntur pro magnis atq̄ȝ nominatis rebus. Si autem non fuerit infortuna erunt tam pro magnis q̄ȝ ꝓ paruis atq̄ȝ mediocribus reb⁹: ⁊ aliquando eorū inimicicie quasi pro nihilo eueniunt.

¶ De octaua domo.

¶ Capitulum primum de morte nati ⁊ de accidentib⁹ quibus mors euenire consueuit.



Facta in his que precesserunt mentione de vita nati eiusq̄ȝ substantia de fratribus de patre filijs seruis ac de ipsius coniugio videtur mihi aptum in hoc capitulo de sua morte ac de ipsi⁹ occasionibus suisq̄ȝ modis tractare. Et licet mors sit vltimuȝ accidens quod potest nato euenire conuenientius est ꝙ in octaua ponatur que a sapientibus domus mortis dicitur esse.

Considerabis ergo ea que tibi consideranda occurrēt: ⁊ sunt videlicet ascendens hora natiuitatis cuiuslibet nati ac eius dominus: similiter ⁊ eius ylez atq; proiectionez radioꝝ planetarum ad ipsam ⁊ eius aduentum ad septimā ipsius natiuitatis: quoniam si mors significabitur debere peruenire propter proiectionem radiorū planetarum ad ipsam ylez: vel per eius coniunctionez cum aliquo ex planetis interficientibus oportet nos tunc considerare loca in quibus coniungitur ylez cum planeta interficiente: erit enim causa mortis significatum illius domus in qua tunc ceciderit ille interfector: ⁊ eo magis si talis coniunctio siue aspectus fuerit quando ylez peruenerit ad septimam natiuitatis ¶ Aspicies etiā partem mortis ⁊ planetam in cuius domum ipsam inueneris ⁊ signum octauum ab ascendente natiuitatis ac eius dominum: ⁊ planetas quos in octauo inueneris vel qui aspexerit illud siue fortune fuerit siue infortune. Aspicies similiter dn̄os triplicitatis quarte domus ab ascendente natiuitatis ⁊ signum octauū a sole si fuerit natiuitas diurna: vel a luna si fuerit natiuitas nocturna: ⁊ planetas in quorum domibus ipsos inueneris Nam si omnes predicti significatores vel maior pars eorū fuerint boni esse ac bene dispositi liberi ab impedimentis retrogradatione scz ⁊ combustione atq; infortunarū coniunctione atq; ab eorū aspectibus vel fuerint in octaua fortune natus vitam suam finiet atq; in lecto suo migrabit. At si fuerint predicta loca ac predicti significatores vel maior pars eorū impediti: vel fuerit aliquis malorum in octaua mala morte atq; horribili ⁊ extranea morietur. ¶ Nā si fuerit saturn⁹ solus in predictis locis fortior: fueritq; almutez super loco significante mortem nati ex humoribus frigidis ⁊ siccis venturam. Si autem fuerit impeditus significabit nati mortem ex actuali frigiditate vel in naturali atq; humiditate vt niue glacie submersione vel ex cronica infirmitate vel catarro siue nimia corporis dissolutione: aut propter longam febrez quartanam non veram aut dolorem splenis vel ydropisiz ⁊ similibus. Et si fuerit mulier ex egritudine matricis vel eius orificij ⁊ huiusmodi egritudinibus que occasione magne frigiditatis deuenire consueuerunt venturam: veruntamen non poterit ipse: nec etiam ex planetis aliquis ita solus significator esse mortis quin dominus termini in quem ipse ceciderit sit particeps cum eo ¶ At si iupiter super domū significantē mortem nati fuerit almutez ipseq; boni esse ac bene dispositus significat q̄ mors epatica occasione vel peripleumonica vel stomatica nato continget. Si autem mali esse fuerit ac male dispositus accidet ei mors nominata que mandato regis vel alterius magni potentis ⁊ etiam iudicio populi: vel forte febre terciana maxime nota vel squinantia vel alia gutturis passione. aut cardiaca vel colica siue yliaca vel etiam ex alia qualibet egritudine que occasione multe ventositatis incluse posset deuenire: vel ex synoca vel aliqua ex illis infirmitatib⁹ que occasione nimie supfluitatis sanguinis euenire consueuerunt. At si mars fuerit mortis nati significator solus ⁊ fuerit boni esse ac bene disposit⁹ significabit mortez ipsius occasione terciane vel etiam cottidiane febris vel frenesis aut emoptoyca passione: aut aliqua morte subitanea seu repentina venturam.

Si autem fuerit mali esse maleqꝫ dispositus significabit nati mortē per ferrū
vel aliquod instrumentum bellicosuz futurā. ¶ Si quidem sol super domo
illa solus fuerit almutez ipseqꝫ boni esse ac bene dispositus significabit nati
mortem occasione febris vel caloris superflui vel ex qualibet infirmitate de
superfluitate sanguinis superueniente futuram. Si autem fuerit mali esse ac
male dispositus significat mortem ipsius ex suorum parentum occasione vel
regis vel potestatis siue alicuius principis vel cardiaca passiōe vel stomachi
calore eius vite terminum imposituram. ¶ Et dixit aboali, vel morietur in
horribilibꝰ locis ¶ Si vero venꝰ sola fuerit almutez super domo significāte
mortem nati fueritqꝫ boni esse ac bene disposita significabit mortem nati ex
dolore ventris vel ex crapula seu ebrietate futuram. Sed si fuerit impedita
nati mortē ex veneno sibi ꝑ mulieres exhibito vel ex sup̄fluo cultu venereo
ipsum consumente accessuram significat: aut stomachi vel epatis egritudine
aut cardiaca siue per superius nimia sanguinis effusione: vel forte fistularum
vel aliquo apostemate maxime que de materia sanguinea nascuntur: aut ex
venenose potionis assumptione: nec ex his egritudinibus tantū verum etiā
ex alijs quibuslibet malicia quorumlibet humoꝝ ⁊ sup̄fluitate aduenientibꝰ
accessurā ¶ At si mercuriꝰ solus mortis nati significator extiterit ipseqꝫ boni
esse ac bene dispositus tunc nati mortem per frenesim veram aut per aliquos
diuersos dolores ex diuersoꝝ humoribus simul cōmixtorum sup̄abundātia
sup̄uenientium eius vitam iudicare poteris finituram. Qđ si fuerit impeditꝰ
ex incertis doloribus quasiqꝫ inperceptibilibus natum moriturum poteris
nunciare. Si autem associatus fuerit vicem suaz socio suo cōmittet ⁊ ſm esse
illius nati vita terminabitur: vel forte maniaca passiōe aut amissione sensus
vel sincopi vel ptisi vel vt ait ptholomeus sputi superabundātia vel ethica
vel etiaz ex quacunqꝫ alia egritudine que habet ex nimia siccitate sup̄uenire
¶ Si v̄o luna sola mortis nati significatrix fuerit ipsaqꝫ boni esse ac bene di
sposita sup̄abundans cultus venereus siuē ciborū ingluuia vel inordinatꝰ
modus cibos assumendi nato mortem adducet. At si fuerit ab aliquo maloꝝ
impedita iuxta impedientis significatum mortem nati futuraz iudicabit. Si
autē non a planeta sed alio modo impedimentū sibi aduenerit ex nauigatōe
aut ex venatione aut ex nimia fatagatione aut ex crebra de loco ad locū mu
tatione mors iudicabitur nato superuentura. ¶ Et dixit aboaly cum enim
supradicti mortis auctores fuerint in domibꝰ vel exaltationibꝰ suis a malis
liberi erit mors eius inter parentes ⁊ ꝓximos suos. Si vero fuerit impediti
a malis peregrini erit mors eius ex peregrinatione. Qđ si fuerint cadentes si
gnificabit mortē nati ex casu altioris loci futuram. Si aūt fuerint in descen
sione sua significabit hoc q̄ eius mors erit in puteis siue foueis aut cauernis
vel in aquis profundis. Si quidē fuerint dicti significatores natiuitatis ac
cidet ei mors occasiōe necationis quia necabitur vel forte lapidabitur. Alij
autem significatores mortis quorū significata per modos predictos in actū
non deuenient sed naturali modo deficient sunt super quos planete malam
mortem significantes non fuerint eleuati: qn̄ illa mors que contra naturam
habet superuenire ⁊ continget preter predictos modos est qn̄ mars ⁊ saturnꝰ

fuerint ambo in loco significante mortem: vel fuerint illi loco dominati: vel aspexerint illum ab oppositione vel a quarto aspectu: vel fuerint dñati loco solis vel lune vel a dictis aspectibus aspexerint illa. Si autem aliqui ex alijs planetis aspexerint predictos malos sm naturam suam ⁊ sm naturã signorũ a quibus eos aspexerint nati mortem adiuuabunt. Preterea si saturnus in signo fixo permanserit nec fuerit in suo ayz nec in ayz solis: fueritq̃ in quarto aspectu vel in ipsius oppositione natus vulgi rumore interibit vel strangulabitur vel etiam manu alicuius de populo pernectabitur. Illud idem accidet si eo existente orientali luna ipsum sequetur ipsoq̃ domino loci significantis mortem existente. Si quidem in leone vel scorpione ipse permanserit significabit natum ferarum morsibus moriturum. Si autem in ariete vel tauro vel vltima medietate sagittarij vel capricorno extiterit domesticoꝝ animalium occasione ipsum moriturum significabit. Si vero in cancro vel piscib⁹ ipm̃ inueneris occasione piscium vel animalium in aqua degentium poteris eum moriturum nunciare. At si fuerit in scorpione tam terrestribus q̃ aquaticis aialibus venenosis eum mori debere significatur. Qđ si iupiter tunc saturno iungatur fueritq̃ impeditus saturni maliciam fortificabit. significabit etiaʒ q̃ natus in festiuo die similiter ⁊ solenni a dictis feris occidetur. Si vero sol aut luna in ascendente permanserit: fueritq̃ saturnus in oppositione illius significabit natum occasione carceris moriturum. Si quidem mercurius in figura natiuitatis saturno iungatur: ⁊ eo fortius si eorum coniunctio in leone vel scorpione fuerit vel cum cauda draconis significabit natum venenosorũ vel rapatium animalium occasione vitam suam finiturum. Si autem venus vires suas superaddiderit significabit q̃ natus venenosa potione sibi per mulieres exhibita morti subiugabitur. Qđ si fuerit saturnus in geminis aut virgine seu libra vel in prima medietate sagittarij vel in aquario vel etiam in piscib⁹ vt ptholomeus ait: fueritq̃ luna sibi associata in figura natus submersione vitam suam terminabit. Qđ si fuerit luna in leone cũ cauda significabit natum moriturũ ex veneno sibi cum medicinis purgantibus exhibito. ¶ Et dixit abolay si domin⁹ triplicitatis anguli terre vel grad⁹ ascendentis ⁊ dñs eius: vel sol in natiuitatib⁹ diurnis: ⁊ luna i nocturnis fuerit impediti morte extranea vitam suam complebit. At si fuerint significatores mortis nati super terrã vel fuerint in signis aereis: vel fuerit mars in quarta vel in decia ⁊ fuerit predicte qualitatis dñs significat hoc mortem nati palam ⁊ publice venturã vel fiet in furcis vel in aliquo ligno furcis simili: aut in loco a terra eleuato. Et si fuerit sub terra ⁊ in signo terreo significabit morteʒ occultã esse debere vel forte sub aliqua ruina futuram. Si quidem in signis fuerit igneis significabit hoc eum crematurum vel alio modo ignis occasione moriturũ. At si fuerit aliqua ex fortunis in octaua vel cũ ipsius dño: vel in quarta vel cum domino eius mortem nati suauiter venturã significabit. Sed si aliqua fuerit ex infortunis in predictis locis vel cum dominis eorum morte mala moriturũ natũ indicabunt. Qđ si fuerit infortuna illa mars fiet mors illa per ferrũ vel igneʒ Si autẽ fuerit saturnus erit ex veneno vel ruina seu precipitatione siue tem-

pestuosa maris inundatione vel alia submersione. At si fuerit saturnꝰ a q̃rto gradu sagittarij vsq; ad. 15. gradū capricorni: vel a. 20. gradu cancri vsq; ad 15. gradū leonis: vel fuerit in ariete vel in tauro corporaliter soli iunctus: vel fuerit mars ei oppositus: vel fuerit ipse idem saturnus oppositꝰ soli significat natum alicuius ruine casu moriturum. At si fuerit saturnus in decima: mars quoq; in quarta vel ei corporaliter iunctus: fueritq; ipse mars dñs qualitatꝭ predicte sc; ꝙ ipse sit dominus domus vel termini gradꝰ significantis mortē significat natum ex precipicio vitam suam finiturā. Qđ si fuerit mars in q̃rta ab ascendente natiuitatis ⁊ fuerit dominus qualitatis mortis nati vel fuerit aliqu o d ex luminaribꝰ ei oppositum ⁊ fuerit extra suū ay;: fueritq; in gemi aut virgine vel libra vel pria medietate sagittarij vel in aquario significabit natum occasione rixe siue altricationis inter suos consanguineos nasciture seu contingentis mortis patibulum intraturū: vel alicuius alterius belli occasione capitis abscisionem non euasurum. ¶ Et dixit ptholomeus vel sibi causa mulierum manum propriam inferet aut mulierum manibꝰ interficiet. Et dixit istud eueniet cū venus iterū marti testificabit. Qđ si marti mercuriꝰ in figura sit associatus latronū ⁊ piratarū insidiatorꝫ ue manibus dilacerabit Et dixit at in abscisis mēbra prout in capite algol vel imperfectarū formarū signis vel cum capite draconis mars fuerit ipsoq; domino predicte existente qualitatis nati caput truncabitur: vel occasione alicuius alterꝰ membri mutilationis interibit. Si aūt in tauro vel scorpione significatū mortis extiterit ⁊ mars ibidē affuerit conditionibus predictis significabit natū ex adustione aliqua vel ex cauterisatione seu alijs abscisionibus vel perforationibus: vel medicorum scissionibꝰ per modum medicamis ei exhibitis vel forte spasmo vita priuaturum. At si fuerit mars in ascendente vel in septimo ⁊ sup aliquo illorum almute;: fueritq; saturnus ei de signo igneo testificatus significat ꝙ natus in ignem vt comburatur viuus mittetur. ¶ Item dixit ptholomeꝰ ꝙ si fuerit mars in signis quadrupedibꝰ natus cadendo conteret. Et si iupiter marti testificatus fuerit ipsoq; infortunato existenti causa regis seu potestatꝭ iudicium mortis inibit: eritq; hoc manifestum non occultū. Et si mars ⁊ saturnus in loco nati mortem significante hora natiuitatis iungant vel fuerint inuicem sibi oppositi prout superius dictum est: vel habuerint dignitatē: vel fuerit aliquis eorꝫ almute; super loco significante mortem grauabitur modꝰ seu qualitas mortis nati: ⁊ erit grauitas illa in duplo q̃ si non essent ita dispositi predicti mali: nec sepelietur cadauer ipsius: ⁊ eo veriꝰ si fortuna non aspexerit predictos malos: vel non habuerit dignitatē in loco significante mortē ⁊ fiet cadauer eius esca siue cibus quadrupedum rapatium ⁊ auium de raptu viuentium: ⁊ eo magꝭ si fuerint predicte infortune in leone vel scorpione vel in alijs locis in quibus forme predictarū auium depingunt. Si aūt fortune aspexerint dicta loca vel dictos malos: ipseq; fuerint sub terra nō ita ibit vt dictū est imo quacunq; morte natꝰ moriat sicq; ibitq; ꝯgruo atq; debito modo morietur. Si quide; fuerint dicti planete interficientes in tercio vel nono ⁊ eo magis si luna in predictis locis itinerū ꝑmanserit vel ea ex q̃rto aspectu vel ex

oppositione aspexerit significabit hoc natum non inter suos consanguineos sed inter extraneas gentes moriturū. ¶ Et dixit ptholome⁹ aspice almutez super loco nati mortem significantē quoniam si fuerit impeditus in loco qui dicit audax qui est prope caput scorpionis vel luna ipsa significat natum ex morsu serpentis vel ferri venenati pcussione vel veneno sibi per aliquod ingenium exhibito vita proprie priuaturuȝ. Et si fuerit impeditus prope locū qui dicitur vultur cadens qui est in capricorno: vel vultur volans qui est fine capricorni eius cadauer non sepelietur sed fiet cibus cornicum ⁊ aliarū auiū viuentium de raptu vt sunt vultures milui ⁊ silia. Et si fuerit impedit⁹ iuxta caput algol quod est in tauro natus capite trucidetur. Qd si fuerit iunctus in locis predictis soli aut lune seu ioui ipsiqȝ impediti significat mortē nati pessimam futuram. Et si fuerint ei oppositi significat natū manu regū vel aliorum potentum moriturum.

¶ De nona domo. ¶ Capitulū primū de religione atqȝ fide nati eiusqȝ scientia similiter ⁊ de ipsius peregrinationibus seu longis itineribus.



Cum in precedenti caplo sit de nati morte ipsiusqȝ occasionib⁹ dictū sufficienter: in isto capitulo conueniens puto de religiōe ipsiusqȝ fide necnon ⁊ de suis peregrinationibus seu longis itineribus fore subijciendū. Est tibi nanqȝ aspiciendū ascendens in cuius natiuitate predicta inuestigare voluer ⁊ videre vtrū dn̄s ascendentis ⁊ luna vel fortior eorum sit in nona vel cum dn̄o e⁹ iunctus qd habet significare fidem nati ac eius scientiā ⁊ religionem. Nam si vterqȝ illorū fuerit vt dictum est fueritqȝ in bono loco circuli ⁊ specialr in predicto boni esse ac bene disposit⁹: fueritqȝ ipse fortuna significat natū religioni conuenienti atqȝ decenti seu licite adhesurū ¶ Nā si fuerit saturnus significator religionis significabit eum adhesurum religiōi graui atqȝ laboriose maxime religioni cuius seqces credēt se meliores ceter alijs religiosis atqȝ digniores deo: ⁊ maxīe vestes nigras induentes. Si aūt fuerit iupiter significator religionis significat eum adhesurum religioni cui⁹ sequaces dicuntur clerici seculares propter illius religionis largitatē vt sunt episcopi archiepiscopi ⁊ alij qui p̄sunt ecclesie. Si vero fuerit sol significator religionis significat eum adhesurū religioni large atqȝ nobili videlicet inter spiritualia ⁊ temporalia religiosorum degentium ⁊ similia. Qd si fuerit venus significatrix sigcat eū adhesurū religioni in qua posset p̄esse mulierib⁹ degētib⁹ in ea ⁊ silia Si quidē fuerit mercuri⁹ significator religionis solus fueritqȝ boni esse significat natū adhesurum religioni iuuenum seu literatorū virorū satqȝ sapientum ⁊ silia. At si fuerit luna significatrix religionis significat eum adhesurum religioni hominū instabilium ⁊ leuiter ac velociter de proposito ad propositum se mutantium nec suam religionem bene seruantium. Si aūt fuerit significator scientie seu religionis videlicet almutez super nona domo iunct⁹ ioui aut soli a trino vel sextili aspectu ⁊ cum receptōe: fueritqȝ in p̄mo q̄cunqȝ ipse fuerit ex planet p̄ter martē iudicabit nato religionē aduenturā casualiter ⁊ eo nesciente atqȝ ab inopinato ⁊ quasi accidet hoc ineuitabiliter

¶ Capitulum secundum de fide nati ac ipsius scientie profunditate.

In investigatione fidei nati ac ei⁹ scie profunditatē debes aspicere mercuriū ꝛ videre qualiter ipse sit dispositus: qm̄ ipse pre omnibus alijs planetis est almutez sup significatione fidei nati ac ipsius scientie profunditate: qui si fuerit orientalis liber ab impedimentis fortunat⁹. s. atq₃ fortis significabit natū bone fidei futurū ꝛ scientijs libenter adherentē ꝛ in eis ꝓfundum ꝛ cū religiosis libenter cōuersaturū ꝛ q̄ eos diliget. ¶ Aspice similiter partē fidei ꝛ locū in quo ipsam inueneris ac eius dn̄m qualiter ipse fuerit disposit⁹ qm̄ si fuerit saluus exemptus ab impedimentis: fuerintq₃ domus tercia ꝛ nona ꝛ earū dn̄i liberi ab impedimentis: fuerintq₃ fortunati atq₃ fortes. s. liberi a combustione atq₃ retrogradatione: similiter ꝛ a casu ac maloꝝ aspectib⁹ ipsi ꝛ predicte dom⁹. s. tercia ꝛ nona ꝛ dn̄i domoꝝ in quibus eos inueneris significabit hoc q̄ natus erit vt dixi religiosus ac in scientijs valde profundus atq₃ sublimis cui pauci similes inuenient̄. At si cōtrariū inueneris cōtrarium poteris iudicare. Nō si mercuriū vt dictū est liberū atq₃ fortunatū ꝛ fortem: ꝛ nati religionis atq₃ fidei ꝛ scie significatorē liberū inueneris vide in quod ex signis vel in cuius planete aspectū ipse ceciderit. Nā si fuerit in capricorno vel aquario aspexeritq₃ ipsum a trino vel sextili aspectu saturnus fueritq₃ saturnus boni esse ac bene dispositus significabit natū religiosum: boneq₃ fidei: ac in scientijs valde profundum ꝛ sublimem futurū: ꝛ ipsas scientias valde bene memorie cōmendaturū: atq₃ lectioni ꝛ studio libenter vacaturū: nec ex illis scientijs pecuniarū cōmodū affectabit: ꝛ si affectauerit nō consequet̄ illud: eritq₃ homo solitarius delectatiōes temporales vt risus ludos gaudia secularia fugiet nec illas vllatenus desiderabit: eritq₃ ab ipsis omnimode recedens: erit etiā humilis: ꝛ quasi omnia que sibi euenient quātūcūq₃ fuerint aduersa bene sustinens: nec tristabit̄ illa occasione de leui: ipsaq₃ leuiter ꝛ in pace portabit: angustias tribulationes labores infestationes illatas euitare non curabit. Si vero fuerit in sagitario vel pisce aspexeritq₃ ipsum iupiter a trino vel sextili aspectu: ꝛ ipse boni esse ac bene dispositus fortunatus: s. atq₃ fortis significat natum legibus ciuilibus atq₃ canonicis adhesurū ex quibus sequet̄ laudes atq₃ honores ꝛ bonā famam: similiter ꝛ dignitates clericales altas ꝛ noiatas: ꝛ cū hoc erit largus: boni animi: boneq₃ fidei: gaudēs in his que habuerit nisi cōtraoperet̄ mars. Quoniā si aspexerit sigt̄ q̄ ipe despiciat legem suā: sitq₃ ipsius preuaricator. Si aūt fuerit in leone: fueritq₃ sol bene dispositus fortunat⁹. s. atq₃ fortis: aspexeritq₃ ipsum a trino vel sextili aspectu sigt̄ natum sapientem extiturū: humilem atq₃ discretū: boneq₃ fidei: religionē amaturū: in rebus fidei profundum: ipsasq₃ bene intellecturum: ꝛ cum religiosis libenter conuersaturū. At si fuerit in tauro vel libra ꝛ aspexerit eū venus a trino vel sextili aspectu ipsaq₃ bene disposita fortunata. s. atq₃ fortis sigt̄ natum religioni adhesurum in qua non bene perseuerabit ꝛ vix fiet quin eam derelinquat: nec studio libenter vacabit: nec in scientijs profundabitur: licet bone credulitatis reperiat̄: delectabit̄ in alacritatibus multum. Quod si fuerit in geminis aut in virgine: fueritq₃ ipse mercurius boni esse ac bene dispositus fortunatus: s. atq₃ fortis ꝛ solus significator significabit natū bone fidei atq₃ religiosum futurum ex dote scientiali vndiq₃ beatum: eritq₃ li-

bros scientiarū bene intelligens ⁊ tā diuinos q̄ alios mirabiliter exponēs ⁊ sequet̄ exinde laudem ⁊ bonam famam ⁊ eo fortius accident ei hec si tunc iupiter a trino vel sextili aspectu eum intuebit̄: ioue tamen boni esse fortunato. s. atqꝫ libero existente. Siquidem fuerit in cancro fueritqꝫ luna boni esse ac bene disposita fortunata. s. atqꝫ fortis siḡt natum boni esse boneqꝫ fidei ac bone credulitatis futurum bonamqꝫ famam affecturū. ¶ Et dixit aboaly si fuerit nona domus signum cōmune siḡt ꝙ natus erit instabilis in fide seu religione cui adheserit: ⁊ eo magis si tūc mars aspexerit eam a trino vel sextili aspectu: quoniā erit deridens atqꝫ vilipendens legem seu religionē quā sibi assumpserit nec eam bene seruabit imo erit ipsam vituperans ⁊ deridens. Et iterum magis si fuerit mars infortunatus atqꝫ debilis aspiciēs ipsum a trino vel sextili aspectu vel ab oppositione quoniā omnē bonitatē auferet tūc nato: facietqꝫ ipsum alieni sanguinis effusorem: ⁊ alijs libenter iniurias inferentem: ⁊ hoc postq̄ religionis quam assumpserit corroserit torquem. Si autē fuerit mars cum aspexerit eam liber ab impedimentis erit natus fingēs multa mendacia etiam existens in religione que nunq̄ credibilia videbunt̄ nec scirent̄ ab alio excogitari. At si fuerit signum mobile fueritqꝫ ipsius dn̄s in signo mobili significabit natum in aliqua fide non bene securum: ⁊ ꝙ de vna opinione in aliam leuiter ac cito mutabitur nec in aliqua bene perseuerabit nec sciet ex eis eligere meliorem. Siquidē fuerit in signo fixo significabit ei⁹ constantiā siue firmitatem in fide atqꝫ religione cui adheserit: ⁊ operabit̄ in ea bonum: eritqꝫ in suo consilio atqꝫ proposito firmus ⁊ etiam in alieno ex quo veritatem eius perceperit nisi mars contra operet̄. ¶ Et dixit aboaly si dn̄s noni vel tercij fuerit in ascendente vel in medio celi liber a malis siḡt dn̄ationem nati super socios suos: ⁊ erit boni sensus ⁊ moribus optimus ⁊ in fide perfectus: maxime si iupiter fuerit dn̄s noni: vel fuerit dn̄s noni in ascendente in aspectu iouis. Et scito ꝙ cum fuerit sicut dictū est fueritqꝫ mercurius orientalis natus apparenter atqꝫ manifeste fidem atqꝫ legem nēcnon ⁊ religionē in qua deget ⁊ ea que illius legis atqꝫ fidei fuerint bene faciet atqꝫ seruabit. Et si fuerit occidentalis legem suam atqꝫ fidem abscondet atqꝫ celabit. Aspicies etiā vtrū mercuri⁹ sit in geminis aut in cancro siue in virgine cum luna fueritqꝫ pars fidei vel pars scientie cum eis in aliquo predictorū locorū: quoniā hoc significabit natum in scia ⁊ sapientia profundum similiter ⁊ quasi prophetam. Nā si aspexerit eos iupiter ab aspectibus notis vel cum eis corporaliter iunctus fuerit significabit natum veracem atqꝫ legalem extiturū ⁊ in rebus profundis atqꝫ prouectis altis etiam atqꝫ magnis expertum notorem atqꝫ creditū consultorē: ⁊ etiā si nō fuerit tamē credet̄ ⁊ stabit̄ cōsilio suo: nec credet̄ ꝙ alius sciat in his melius eo. Aspicies itidē si caput draconis in natiuitatibus diurnis fuerit in nono: vel in nocturnis fuerit ī tercio quoniam significabit natum bone memorie ac in suo proposito firmū ⁊ suā fidem atqꝫ legem bene seruaturū: ⁊ eo fortius atqꝫ feruentius si iupiter ⁊ sol atqꝫ mercurius ab aspectibus notis aspexerint locum illum: quoniā tunc exaltabit̄ eius bonitas atqꝫ fama in altum atqꝫ per multas regiones seu pro-

uincias transuolabit. ¶ Et dixit aboaly si nona domus fuerit domus iouis & luna in ea in natiuitatibus nocturnis signat quod natus erit astronomicus sapiens diuinationum ac futurorum annunciator. Similiter si mercurius dominus noni fuerit in eo extiterit. Et quando inueneris lunam in ascendente fueritque ascendens signum habens formam humanam signat quod natus erit horribilis mali animi. Similiter si saturnus in natiuitatibus fuerit in ascendente vel in angulo terre. Videbis etiam si pars fidei fuerit cum saturno quoniam hoc significabit quod natus erit inquisitor rerum profundarum atque subtilium ac ipsarum subtilis inuestigator: eritque in sermone grauis nec non & verba proferens ponderosa sententijsque plena. At si fuerit cum ioue signat quod erit natus bone legis seruator: boneque fidei: pulchra verba proferens atque honesta. Si vero fuerit cum marte natus erit male fidei: maleque opinionis & praui ingenij. Si autem fuerit cum sole: fueritque tunc sol fortunatus ac boni esse signat quod natus erit magne apparentie plus etiam quam sit rei veritas: nihilominus tamen erit bone fidei: boneque legis bonas religiones collaudans. Quod si fuerit cum venere significabit quod natus erit beniuolus ludi atque gaudij amator. Si autem fuerit cum mercurio significabit ipsum in scientia mensurandi: in numero similiter & mercatione probum futurum. At si cum luna dicta pars fuerit animi largitatem ipsiusque nati mundiciam indicabit. Si vero nona domus fuerit aries aut cancer vel piscis: fueritque sol aut iupiter siue venus ille .s. eorum qui fuerit dominus triplicitatis signi in quo fuerit luminare cuius fuerit auctoritas & in bono loco figure natiuitatis significat natum propter sue fidei siue legis occasione victum bonum atque honorabilem hominumque noticiam & laudem similiter & dilectionem habiturum siue acquisiturum: & eo magis atque fortius si tunc aliqua ex fortunis in tercia vel in nona reperta fuerit: & iterum fortius si dominus none domus vel tercie salui atque ab impedimentis liberi fuerint. ¶ Et dixit aomar si fuerit mercurius dominus none domus & congruerit domino ascendentis erit natus contendens in fide & disputator habens disciplinam in verbis Si autem erit tunc mercurius fortunatus & orientalis erit prudentia in hoc & acquiret inde substantiam & bonum ac etiam laudabile esse eius. Si vero impeditus fuerit & occidentalis occurret ei ex hoc malum. ¶ Et dixit aboaly si saturnus dominus none fuerit signat natum esse sapientem & maxime si fuerit in aspectu fortunarum non retrogradus nec sub radijs solis. ¶ Et dixit bernhardus planeta in natiuitate alicuius existens in combustione significat pigriciam & ociositatem etiam nati atque illegalitatem: cum vero fuerit retrogradus significat eum mendacem futurum. ¶ Et dixit remigius aspice signum tercium atque nonum nec non dominos eorum: ac partem fidei & dominum signi eam tunc retinentis. Si autem isti tres planete fuerint boni esse ac bene dispositi fortunati .s. atque fortes liberi a malis & ab alijs impedimentis significat natum bone fidei boneque legis similiter & bone religionis futurum. Si autem fuerint impediti & maxime in nono vel tercio a coniunctione malorum vel eorum quarto aspectu vel ab oppositione signat natum male fidei maleque legis & corrupte multeque simulationis mouentem rem commixtam in fide ac nullius religionis futurum.

¶ Et dixit vuellius si fuerit in natiuitate alicuius cancer tercia vel nona do
mus fueritqz luna vel mercurius in aliqua ipsarū: ⁊ fuerit iupiter aut venus
in ascendente vel in decima: ipsiqz liberi ab impedimentis fortunati .s. atqz
fortes significabit hoc natum causa sue fidei sueqz legis atqz religionis ad
magnā dignitatē seu prelaturā ascensurū. ¶ Et dixit bernardus si recte con
sideraueris esse dñoꝝ triplicitatis partis fidei poteris percipere in qua ter-
cia sue vite natus sit melioris fidei ac melioris legis meliorisqz religionis ex
titurus. ¶ Et dixit aomar aspice ex nono vel tercio ⁊ planetis qui fuerint in
eis: ⁊ a parte fidei ⁊ eius dño. Aspicies etiā almutez super hec loca: qui si fue
rit saturnus ⁊ fuerit saluus a malis a cōbustione .s. ⁊ retrogradatione: aut fue
rit iupiter vel mars aut sol ⁊ fuerint liberi a malis erit natus vni⁹ dei cultor
absqz diuisione intentionis ⁊ saluabit natus ex fide illa ⁊ seruabit eam nec
mutabit ad aliam.

¶ Capl'm .3. de peregrinationib⁹ nati ac de ipsi⁹ longis itineribus.

Uiso in his que precesserunt de fide nati atqz ei⁹ religione cōueniens fo
re credo de ipsi⁹ peregrinationib⁹ eiusqz longis itineribus subsequent
aliquid enodare. In peregrinationib⁹ quidē nati eiusqz longis itinerib⁹. As
pice nonā domū ab ascendēte natiuitatis illi⁹ ⁊ eius dñm: ⁊ si aliquis fuerit
in ipsa considerabis illū siliter: necnon ⁊ martē atqz partem pegrinationis ⁊
dñm dom⁹ in qua ipam inueneris: ⁊ vide quis ex planetis fuerit almutez sup
locis illis vel super aliquo illoꝝ siue vnus siue plures fuerint: ⁊ videbis etiā
qualiter se habeant cū dño ascendētis vel cū ipsi⁹ almutez: ⁊ qualis sit eoꝝ
simul aspect⁹ siue cōiūctio siue applicatio: qm̄ si fuerint boni esse ac bene dis-
positi fortunati .s. atqz fortes bene simul applicati seu corporalit̄ iuncti: vel
aspexerint seinuicē ab aspectib⁹ notis: ⁊ eo magis si fuerit hoc cū receptione
significabit natū pegrinationes ⁊ longa itinera libenter opaturū: ⁊ maxīe in
regionib⁹ a terra sua elōgatis atqz remotis: ⁊ iterū magis si luna in figura na
tiuitatis occidētalis extiterit ab angulo .10. dom⁹ remota ⁊ maxīe si fuerit in
9. ab ascēdēte ntitatis. Sil'r poteris dare iudiciū si martez in .9. vel .8. vel in
7. inueneris: fueritqz in oppōne vel in .4. aspectu solis uel lune: nō tñ ita fer-
uent̄ itinera vel pegrinationes affectabit. Qd̄ si fuerit in .9. fortuna vel cum
dño .9. iuncta: vel fuerit dñs .9. fortuna: vel aspexerit aliqua ex fortunis lo-
ca pdicta: vel aspexerit martē aut solē vel lunā significabit hoc ei⁹ itinera sal
ua ⁊ vtilia ⁊ salubria ⁊ q̄ breuiter atqz salutifere nat⁹ a suis pegrinationib⁹
reuertet̄ ⁊ cū lucro q̄muis forte non sit multa itinera seu pegrinatiōes celebra
turus. At si cōtrariū inuener̄ cōtrariū poteris iudicare. Nā erūt ipsi⁹ itinera
grauia ⁊ inutilia siliter ⁊ laboriosa: nec nō ⁊ timorosa tardeqz reuersiōis cre
denda. Qd̄ si nihil hoꝝ inueneris dic natū pegrinationes ⁊ itinera predicta
euitaturū: ⁊ q̄ in locis habitationis proprie lucrum suū perscrutabit̄. Aspi
cies itidem dños triplicitatis domus in qua fuerit mars ⁊ ſm locum ⁊ dispo
sitionem ⁊ esse illius coꝝ qui fortior atqz fortunacior fuerit meliusqz dispo-
situs in pte vite sue illi planete attributa meliora siquidē ⁊ vtiliora magisqz
proficua sunt futura sueqz peregrinationes similiter ⁊ ecōuerso pronūciabis
Uerūtamen si extra predicta loca cum predictis significatoribus aliqua for

tunarū associet augebunt bonum ⁊ diminuent malum. Si aūt infortune fuerint contrariū perpetrabunt ⁊ ꝙ eueniet nato ex suis itineribus damnū atq̧ malū atq̧ substantie diminutio ⁊ ꝙ ipse parue fidei existet. Aspicies etiam si sol ⁊ luna fuerint ab angulo decime dumus versus ascendens vel in ipso ascēdente vsq̧ ad angulū quarte domus: quoniā significabūt eius peregrinationes: eiusq̧ longa itinera versus orientem atq̧ versus meridiē vt plurimū eē futura. Si vero a predicto angulo decime dom⁹ versus occidentem vsq̧ ad angulum quarte domus predicte vel in ipsa septima fuerint versus occidentem atq̧ versus septētrionē eas eaq̧ ventura nō dubitabis. Nō si predicte domus tercia vel nona fuerint signa fixa: fuerintq̧ ipsarū dñi fortune nec nō ⁊ in predictis domibus vel in aliquibus alijs in signis fixis ⁊ in bonis locis ab ascendēte significabit hoc ꝙ natus nō multū frequētabit itinera seu pegrinationes ⁊ si peregrinatus fuerit peregrinabit interuallatim. Et si fuerint ꝑdicta loca ⁊ predicti significatores in signis cōibus sigt eum itinera siue peregrinationes frequētaturum. Et si fuerint loca predicta vel loca solis ⁊ lune taurus vel cancer aut libra vel sagitarius aut piscis sigt hoc ꝙ eius itinera eiusq̧ peregrinationes erunt ꝓm ꝙ ea natus optauerit prospera equidē atq̧ secura. ¶ Et dixit aboaly aspice lunam in tercio die natiuitatis que si fuerit applicata marti aut fuerit in eius domo vel termino ipso eam aspiciente sigt peregrinationes ⁊ itinera multa. Et dixit cum fuerit dñs ascendentis contrarius ascendenti: ⁊ dñs domus lune contrarius lune: vel fuerit dñs ascendentis in descensione sua sigt victum nati extraneis regionibus aduenturū. Et dixit si vero fuerit dñs domus solis contrarius soli significat ꝙ natus erit ꝑgens multa itinera. Et si dñs domus solis predictus fuerit fortuna adipiscetur natus bonum atq̧ proficuū ex suis itineribus. Si vero malus fuerit malum iudicabis. Et dixit si luna fuerit applicata in tercio die post natiuitatez mercurio ⁊ ipse fuerit impeditus a marte sigt ꝙ euenieēt nato res horribiles in suis itineribus. Si aūt fuerit luna vel dñs domus eius in angulo septime domus sigt ꝙ natus diliget itinera. Similiter dñs ascendentis cum fuerit in nona vel dñs none fuerit in ascendente sigt ꝙ natus desiderabit itinerare ⁊ a regione in regionem mutari.

¶ Capitm. 4. qui planete adiuuent itinera ⁊ qui non:

Et scito ꝙ planete adiuuant itinera ⁊ aliquādo impediunt ea. Nam saturnus ⁊ sol si fuerint boni esse ac bene dispositi fortunati .s. atq̧ fortes adiuuabunt itinera versus orientem facta: si aūt fuerint impediti eis contrariabunt. Jupiter vero itineribus versus septentrionez factis suum prestabit auxilium. Uenus itidem adiuuabit itinera que versus meridiē fiunt. Mars aūt ⁊ luna que versus occidentē fuerint itinera fortificare nitent. Mercuri⁹ vero ꝓm naturam illius cui iunctus fuerit aminiculum itineribus prestabit. Considerabis planetas ꝑdictos significatores itinerū seu pegrinationū adiuuantes qui sint: qm̄ si fuerit saturnus ipse boni esse ac bene dispositus significabit natū sua itinera suasq̧ pegrinationes in seruicijs magnorū prelatorū ⁊ maxie induentiū nigras vestes vel senū aut iudeoꝝ exercitaturū. Si autē fuerit iupiter ipsa in seruicijs magnatū ⁊ diuitū atq̧ nobiliū vel magnorum

atq famosorū iuristarum vel suo amicorum operabit. Si vero mars fuerit in seruicijs bellicoso militū ducuz exercituū laborabit. Quod si fuerit sol in seruicijs magnorū regum atq diuitum qui sunt apti regno fatigabit. At si fuerit venus magnis dñabus etiam suis amicis seruicia propria exhibebit Si quidem fuerit luna sua seruicia in populariū vilium natione operabit Mercurius aūt illis quibus seruiet ille cui fuerit ipse applicatus litteratis etiam iuuenibus aminiculū prestabit. Uidebis itidem si iupiter aut venus predictos significatores peregrinationū siue itinerū iuuerint vtrum mercurius eis applicet ipseq boni esse ac bene disposito existente: quoniam hoc significabit q natus ex predictis itineribus seu peregrinationibus magnū bonum atq vtilitatē consequet illa bene atq fm optata perficiet honorez atq stipendia ex eis acquiret. At si sol aut luna predictos iuuerint significatores: fuerintq in ariete vel scorpione vel capricorno siue aquario mars aut saturnus fuerit in eorū oppositione sigt q ex suis itineribus seu peregrinationibus magna incōmoda nec non impedimenta nato deuenient. Nō si tūc mars in cancro vel in ei⁹ triplicitate moret ex marinis vndatōibus vel etiam aliarū aquarū: vel propter itinerū importunitatē atq intollerabilitatem vel propter latrocinitatē seu viarū abscisiones vel submersiones nato predicta contingent. At si fuerint mars .s. saturnus in geminis vel in ei⁹ triplicitate predicta ex valido vento flatu eueniēt. Si aūt in tauro vel in ei⁹ triplicitate permanserint ea ex ruina ventura portendent. Si quidē in ariete vel in eius triplicitate ipsos inueneris dic q accident nato impedimēta que ipsuz circūdabunt ex casu de alto vel ex pcipitatione inopinata siue fortuita ¶ Et dixit ptholomeus si fuerint saturnus mars in signis solsticialibus vł equinoctialibus ex earū rerū quibus opus habent .s. homines defectu priuatione ac propter qualitates corrupti aeris egritudinē inferentis hoc accidere non dubitabim⁹. Si aūt in signis forme humane fuerint ex viarum abscisoribus hominūq aggressionibus siue insultib⁹ vel proditoribus seu depredatoribus euenire dicem⁹. Et dixit si fuerint in signis quo forme siluestriū aīaliū formis assimulant ex luporū rapacitate siue ex terremotu vel ex aliqua re que ruet in eum continget. ¶ Et dixit aboaly cū fuerit luna in tercio die natiuitatis applicata fortunis ipsa ī bono loco fortunata .s. atq fortis sigt profectū nati in suis itineribus. Si vero fuerit in contrario cōtrariū indicabit. Et dixit aspice nonum: q si fuerit in eo fortuna vel in eius quarto aspectu aut in eius oppositione sigt proficuū nati ex itineribus: maxie si dñs ascendentis fortuna fuerint siue aspexerint eū fortune. Si aūt cōtrariū videris poteris cōtrariū iudicare: maxime quidē si dñs none fuerit infortuna vel aspexerit eum infortuna: si dñs none fuerit in ascendēte vel in eius decima sigt amorē nati in itinerib⁹. Si vero ven⁹ fuerit dña none fueritq in ascendēte sigt gaudiū nati in suo itinere atq desponsationez. Si vero fuerit iupiter dñs none fueritq in ascendēte vel in decima sigt natū in suis itinerib⁹ laudē atq bonā famā acquisiturū At si fuerit dñs none sol fueritq in ascendēte vł in decima sigt natum in suis itineribus scientias atq res nobiliū a nobilibus acquisiturū. Nō si fuerit saturnus dñs none fueritq in ascendente vel in

decima in aspectu iouis signat in suis itineribus ex rebus aquaticis et terreis atque bestiis natum substantiam acquisiturum. Si quidem mars fuerit dominus none fueritque in ascendente aut in decima significat eum adepturum substantiam in suis itineribus causa bellicosorum militum et quibus commissa sunt bella et exercitus.
¶ Et dixit aboaly si vero dominus domus solis non aspexerit eum: et dominus domus lune non aspexerit eam: et dominus ascendentis non aspexerit ascendens: vel fuerit mars in tercia vel nona: et dominus partis itineris fuerit contrarius domui sue significat multitudinem itinerum cum labore atque metu et amissione substantie. Et si fuerit pars itineris in aliquo angulorum iuncta domino ascendentis et lune significat quod natus amabit itinera et itinerare.

¶ De decima domo. Capitulum primum de magisterio nati ac de ipsius operibus suisque officiis: ac de ipsius valitudine similiter de prosperitate atque regno et de esse matris.

Cum de re magisterii nati eius quoque operis qualia futura sint et de ipsius valitudine atque prosperitate suoque regno necnon et de suis officiis atque de rebus maternis certificari volueris. Aspice ascendens natiuitatis illius et vide si aliquis ex planetis inueniatur in eo: quoniam ille quem in ascendente inueneris erit considerandus et ab illo accipies predictorum significationem: quod si non fuerit in ascendente planeta tunc aspicies decimam in qua si aliquis ex planetis fuerit ab eo accipienda est predictorum significatio: decima tamen significabit nati pigriciam in opere suo similiter quarta: et sint predicti significatores orientales a sole et occidentales a luna. Quod si non fuerit in ascendente nec in decima aliquis ex planetis aspice tunc quartam vel septimam si aliquem ex planetis in aliqua earum inueneris poteris accipere significatum operis nati ab eo sunt tamen eius significata debiliora predictis. Quod si non fuerit in aliquo predictorum locorum planetarum ullus: aspice almutez super vtroque illorum siue dominus siue almutez fuerit super ascendens vel super decimam vel quartam seu septimam. Aspice etiam tunc planetam cui luna primo iungitur post eius corporalem separationem a sole si natiuitas fuerit diurna: vel planetam qui fuerit primo iunctus cum parte fortune si fuerit nocturna. Aspicias etiam vtrum aliquis planetarum nouiter de sub radiis solis sit apparens non plus. 20. gradibus ab eo remotus si fuerit de superioribus sit orientalis ab eo. Si autem fuerit de inferioribus sit occidentalis. Et vide si ille planeta quem nunc dixi vel ille qui fuerit in prima vel decima vel quarta vel septima habeat ytisal cum luna. Si autem inueneris aliquem planetarum siue de predictis sit siue de aliis cui duo ex predictis accidentibus contingunt illum tantummodo considerabis: alios pretermittes: quia non erit de ipsis multum curandum. Quod si vnum tantum ex eis tunc inueneris ita dispositum. scilicet quod ipse solus sit in aliquo predictorum locorum cum aliqua predictarum coniunctionum: vel sit ipse almutez super aliquo ipsorum illum considerabis et ab ipso nati magisteria et singula supradicta suscipies et maxime si martem aut venerem siue mercurium in ascendente vel in decima inueneris et iterum magis si dominium vel exaltationem vel terminum ibi habuerit siue triplicitatem: facies tamen licet aliquid operetur in hoc erit multum eius significatum infra predicta: fueritque aliquis predictorum trium planetarum in aliquo

notoꝝ aspectuum cū sole, siue cū luna: ⁊ eo forti⁹ si receptio interuenerit signi ficabit hoc ꝙ natus cuicūqꝫ operi siue officio siue magisterio adherere volu erit poterit illud bene atqꝫ leuiter adipisci ⁊ ex quocūqꝫ voluerit ex eis acci pere vtilitatē atqꝫ lucrum sibi placibile ſm ꝙ aliquis planetarū illud signifi cauerit consequeť. Qđ si plures in locis predictis fuerint ex planetis illum qui maioris auctoritatis aut plures ibi habuerit dignitates alijs omnib⁹ ꝓ pones. Quod si nullū predictorū inueneris fueritqꝫ natiuitas diurna accipe significatū a planeta qui cum sole fuerit iunct⁹. ¶ At si nocturna fuerit tūc ac cipies illud a planeta cū quo iuncta fuerit luna si vero luna non fuerit tūc cū aliquo iuncta erit accipiendū significatuꝫ ab illo a quo ipsa fuerit nouissime separata: vel a dño domus in qua fuerit pars fortune vel ab illo .s. qui meli⁹ dispositus fuerit. Qui si fuerit fortunatus boni esse .s. atqꝫ fortis: ⁊ eo magis si mercuri⁹ fortunatus atqꝫ fortis fuerit: ⁊ eum amicabili aspectu aspexerit si gnificat natum boni magisterij boniqꝫ operis ac bone mechanice futurum ⁊ ꝙ in illo ⁊ ex illo magisterio proficiet: necnon ⁊ lucrū atqꝫ vtilitatē magnūqꝫ ꝓficuum cōsequeť: eritqꝫ in scīa numeroꝝ doctus atqꝫ scripture subtilis ope rarius ⁊ in predictis omnibus fortunatus: eritqꝫ boni ingenij boniqꝫ intelle ctus. At si aspexerit dictū significatorē ipsius nati saturn⁹ laudabili aspectu fueritqꝫ saturnus boni esse ac bene dispositus fortunatus .s. atqꝫ fortis signi ficabit nati in cultu terrarū arborūqꝫ plantatione suum fortuniū preualitu rū. At si aspexerit saturnus a .10. vel in .10. significabit natū ad magnos dña tus atqꝫ ad magna officia magnas baiulationes accessurum. Si quidē a di ctis aspectibus eum iupiter intueať significabit eum natuꝫ probum atqꝫ sa pientē nec non ⁊ scriptorē alijs preualentē futurū ⁊ cū principibus regib⁹ .s. ⁊ magnatib⁹ domesticitatē habiturū. Quod si aspexerit eū mars ab aspecti bus ⁊ locis supradictis. vel fuerit ipse significator operis nati significabit na tum in medicina ⁊ maxime in cyrurgia nec non ⁊ in theologia probū extitu rū: erit quoqꝫ ingenij satis cōis ⁊ applicātis se nec difficulteř ad ea que volu erit: eritqꝫ callidus ac ingeniosus. ¶ Et dixit aboaly. Si sol aspexerit eum vel cum eo fuerit in vno signo ita vt eū nō cōburat sigt eū alti magisterij ma gneqꝫ sublimitatis ac scriptorē regum: plurimiqꝫ precij apud ipsos. Et si ve nus eū aspexerit vel fuerit significatrix opis nati sigt natū esse cōmixtū cum mulierib⁹ regū ac nobiliū ⁊ plurimū valiturū apud eas ⁊ ꝓficuū ab eis adi piscentē. Si aūt testificat⁹ fuerit ei mercurius natū in scīa scripture probū ⁊ ī numero ⁊ cambio ⁊ fictib⁹ futurū. At si luna eū aspexerit sigt sciam ꝑfectaꝫqꝫ nati fortunā in his que velociť terminanť. Sed si aliqs maloꝝ malo aspectu eū aspexerit sigt laborē in magisterio ⁊ studiū. Nā si fuerit mars qui eū aspe xerit ipseqꝫ mali esse ac male disposit⁹ vel fuerit ipse mars in ascendēte vel ī 10: fueritqꝫ natiuitas diurna significabit natū ex causa sui magisterij damnū atqꝫ periculum incursurum: flagellabiť eni inde atqꝫ vinculabitur vel fusti gabitur aut condemnabiť. Si autem saturnus fuerit ⁊ ipse mali esse ac male dispositus fueritqꝫ in prima vel decima ⁊ fuerit natiuitas nocturna signifi cat ꝙ vincietur natus occasione predicta ⁊ constringetur constrictione forti ⁊ incarcerabiť vel suspendetur vel martyrio suspendio simili torquebitur.

¶ Et dixit aboaly q in anno in quo ascendens radicis peruenerit ad signum medij celi si fuerit in eo aliquis ex planetis magisterium significantibus renouabit natus magisterium suum sm substantiam planete qui ibi fuerit. ¶ Et dixit ptholomeus q cum acceperimus significationē magisterij atq operis nati a decima erit natus ociosus in magisterio atq ope suo. et q nos debem9 accipere qualia opera nati eiusq magisteria futura sint per martē per venerē atq mercurium et per signa in quibus fuerint principalr dico: per alios vero planetas et loca secundario. Si enim mars solus operis atq nati magisterij significator extiterit et in suis dignitatibus fuerit significabit eius magisteriū atq opus ferro vel igne perficiendū et lapides inscidere atq sigilla sculpere illum sciturum indicabit. At si fuerit mars in dignitatibus saturni fueritq saturnus ei testificatus et fuerit boni esse ac bene disposit9 significabit nati magisterium in compositione nauium et maxime nauium piratarum et predonū atq per modum abscisorum viarum equitantium mare futurū. ¶ Et dixit ptholomeus q erit nauigator et natator atq pictor et q in magnis aquis atq in balneis libenter morabitur. Si autē fuerit in dignitatibus iouis fueritq iupiter ei testificatus et vnus eorum fuerit bene dispositus: alter vero male significat eius opus in militia et in penarum illatione tam in sontes q insontes et finget se hospitem viatorum et libenter surripiet eis quod poterit. Eritq similiter pedagiorum emptor vt aliquid sibi vsurpet. Qđ si fuerit in dignitatibus solis fueritq sol ei testificatus et cum hoc fuerit sol debilis significabit hoc opus nati ac eius magisterium in conflatione ignis atq in his que ignis conflatione fiunt futurum et maxime ignis in quo fundunt metalla et minere Si vero fuerit in dignitatib9 veneris fueritq venus ei testificata significabit hoc opus nati ac eius magisterium in mulierum ornamentis ac metallorum auri scz et argenti et in ludis et in cantationib9 inueniendis atq musicis instrumentis et componendis completurum. Et si fuerit in dignitatibus mercurij aut lune fueritq aliquis eorum testificatus significat opus nati ac magisteriū eius in monetarum cauatione atq annulorum et monilium factione necnon et in preciosorum lapidum sculpturis euenturum. ¶ Et dixit ptholomeus si duo planete in magisterio nati conuenerint fuerintq venus et mercurius exercebit se in musica vel ludis: hoc ideo dixit quia venus significat delectationes: mercurius vero significat numerum: aut erit eius studium in cantilenis siue in cantationum inuentionibus: vel in qualibet specie reperiendi cantus maxime autem cum in sua cōmutabuntur loca: tūc enim erit natus ioculator et maxime si venus fuerit in dignitatibus mercurij et mercurius fuerit in dignitatibus veneris siue histrio vt sunt illi qui vtuntur barbastellis et similibus: eritq cytharарum violarum timpanorum organorum leutarum et aliorum instrumentorum musicorum compositor siue factor: et erit sollicitus ad mulieres stuprandum et decipiendū atq deludendū. ¶ Sed vt ait ptholome9 non ad eas nubendum: eritq pictor et fidium predictorum bonus operator siue confactor: erit etiam predicator atq in suis predicationibus blandiciarum atq mendaciorum immixtor ¶ Et dixit ptholomeus q si saturn9 eis

testificetur vt sit particeps magisterij nati cū predict. significatorib⁹ erit eius opus ⁊ magisterium cum his que predicta sunt in mercationib⁹ etiam: ⁊ vendet ea quibus mulieres adornantur. Et dixit si iupiter fuerit eis testificatus fueritq; in dignitatibus mercurij erit placitator ⁊ semper in locis congregationis hominū libenter morabitur. Si autem fuerit in suis dignitatibus circa regias portas cōmorabitur docebitq; pueros. Si autē fuerit iupiter debilis in rebus vulgi solicitabitur. Et dixit at si operis ⁊ magisterij dominiū mars ⁊ mercurius habuerint erit doctus in compositione imaginum ⁊ armorum: eritq; sculptor in rebus quibus diuine domus vtuntur: ⁊ animaliū imagines faciet: eritq; luctator: medicus cyrurgicus: maleficus: fornicator: ⁊ cartarum falsificator. Et dixit si saturnus eis testificatur erit natus interfector ⁊ aliorū vestimenta diripiet: eritq; viarum abscisor. Et dixit si iupiter eis testificetur ꝙ diliget arma ⁊ duella propter iouem: erit etiam rector procurator ac versipellis: ⁊ hoc quia vnus est fortuna ⁊ alius infortuna opera diliget ⁊ circa extraneos solicitabitur ⁊ huiusmodi lucrabitur. ¶ Et dixit ptholomeus si aūt significator opis natiq; magisterij fuerit venus ⁊ fuerint ei testificati saturn⁹ ⁊ mars vel saltim saturnus: fueritq; venus in aliqua dignitatū solis vel lune siue saturni ⁊ ipse boni esse ac bene dispositus significat natum auri ⁊ argenti atq; specierum emptorem ⁊ venditorem futurū: ⁊ licet luminaria non significent res specialiter: significant eas vniuersaliter ⁊ maxime in tali casu. Si autem non fuerit saturnus boni esse dūmodo non aliter infortunatus significat eum tinctorem: plumbi ⁊ ferri ⁊ similium mercatorem atq; aliorū operū que per res obscuras tractantur extiturū: eritq; similiter diuini numinis imolator: atq; mortuoꝝ defletor: ⁊ solicitabitur in funeribus mortuis inducendo ⁊ ad sepulturam preparando: ⁊ cantus funerales per modum laycalem exercebit: morabiturq; libenter in locis occultis: ⁊ ibi similiter per modum tirisicum diuinabit. Tyrisia fuit quidaʒ cetus diuinatorum. Si autem fuerit in dignitatibus iouis fueritq; sibi testificatus iupiter significabit natuʒ domos religionis frequentaturum ⁊ in eis libenter moraturū: cum religiosis moraʒ contracturū ⁊ inde victum ⁊ que sibi competenter necessaria fuerint exequet. Sciet similiter matrimonia tractare ipsaq; sagaciter ducere ad effectum ⁊ exinde sequi vtilitatem: ⁊ etiam erit augur. Si autem fuerit venus in dignitatibus martis ⁊ fuerit sibi testificatus mars significabit natum in medicinali scientia competenti modo valiturum: ⁊ ꝙ in portationibus armorum delectabitur: potius tamen ꝙ̄ in eorum exercicio: in portando ea delectabiliter propter martem: non curabit ea multum exercere propter venerē. ¶ Et non solum planete significant opera seu magisteria nati verū etiam ⁊ signa ptholomeo teste illa iuuant. Nam si fuerit significator operis nati siue ipsius magisterij currens per aliquod ex signis que figuris hominū assimilantur: omne magisterium quod ad natum pertinuerit exinde adiuuabitur. Si vero fuerit in signo quadrupedum ⁊ natus adheserit magisterio minerarum aut merca-

tionum metallorum auri scz et argenti eris plumbi ferri edificationum: vsui quoqz dolabre atqz similium illa perfecte sciet: quoniam signa quadrupedia cuncta predicta iuuāt et specialiter domestica. ¶ Et ptholomeus dixit signa equinoctialia et solsticialia translationis et variationis interpretationis geometrie necnon rerum domorum orationis magisteria iuuant. Et dixit at signa quorum figure ferarum et aquaticorum animalium figuris assimilantur magisteria que sunt ad humiditatē vt piscari nauigare et in quibus humectantia ponuntur vt facere vegentes torcularia et similia auxiliantur: et herbarum vt custos ortorum et messium et compositionis nauium solertiam: salita vt salire pisces quocunqz modo et salientia vt facere salem iuuant. Et dixit at si luna prope locū magisterij dominata fuerit: hoc dico q habeat in ascendente vel in decima dignitatē et exiens de sub radijs solis post separationē ab eo mercurio primo iūcta fuerit: et in capricorno vel tauro siue cancro eam inueneris significabit hoc q natus in subalternis scientijs sicut in augurijs sapiens erit et fiet auruspes geomanticus ydromanticus cyromanticus agurgusticus spatulamanticus incantator coniurator et imolator et hoc in hunc modū ¶ Nā si fuerit coniunctio predictorum significatorū operis nati ac eius magisterij et solis et lune in tauro: quoniam est domus veneris et exaltatio lune significabit q natus erit ariolus siue augur. At si fuerit in capricorno quoniam est domus saturni et exaltatio mart et de triplicitate lune significat q natus erit imolator. Si quidem fuerit in cancro quoniam est domus lune significat q natus erit ydromanticus. ¶ Et dixit ptholomeus si fuerit in sagittario vel piscibus per mortuos diuinabit: et malignos etiam spiritus de loco ad locū per suas incantiones moueri faciet. Sed si fuerit in virgīe vel scorpione fiet astrologus atqz nigromanticus et iudicabit occulta: et predicet futura etiam si non multam vel nullam habuerit scientiam literarū. Qd si fuerit in ariete vel leone vel libra erit propheta vel sapiens ac somniorū interpres. Et hec est via quam ad magisteriorum nati qualitates eorumqz species rationabiliter cognoscendas ptholomeo teste nobis obseruare ꝯuenit. ¶ Qualitates autem operum seu magisteriorum nati per planetas eorum significatores ac per eorum dispositionē si bene intuearis perpendes. Nam si tu videris eos bene dispositos fortunatos scz atqz fortes orientales directos in angulis et maxime in decima vel etiam in prima: vel in aliqua suarum dignitatū domo scz vel exaltatione vel termino seu triplicitate significabit opera siue magisteria nati ex dignitatibus atqz fortitudinibus et dominationibus exitura. Si autē extra dignitates predictas occidentales vel cadentes eos inueneris eius magisteria siue opera ipsumqz in eis alijs substiturū pronunciabis: et eo magis atqz fortius si dictos significatores aliqua ex infortunijs aspexerit: vel sup eos eleuata fuerit: qm̄ significabuntur opa siue magisteria nati vilia et ꝯtēnibilia et despectibilia futura: et q in eis securus existere non poterit et decipietur

in eis & ab eis & eorum de causa. Quod si fuerit illa infortuna saturnus: fueritque eiusdē triplicitatis cū significatore magisterij nati significabit quod accidet hoc ex pigricia ac eius lentitate atque frigida dispositione male complexionata. At si fuerit mars fueritque in signo sue nature conuenienti accidet hoc ex timiditate nati & eius vilitate ac pusillanimitate & malum atque destructionem exinde patietur. Si vero ambe predicte infortune fuerint impedientes significatores operis atque magisterij nati erunt eius opera eiusque magisteria displicibilia quasi omnibus indifferenter & semper. ¶ Utrum natus sit habiturus multitudinem seu paucitatem operum siue magisteriorum: & vtrum vocetur vel non vocetur ad magisteria seu opera constituenda vel exercenda ex esse vel dispositione significatorum operum percipies. Nam si bene dispositi fuerit bonum indicabunt: si autem male contrarium promittent. Si quidem eos aspexerint fortune vel super ipsos fuerint eleuate significabuntur opera nati eiusque magisteria cōuenientia similiter & cōmoda: & quod exinde cōmendabitur natus: & in illis & ex illis securus existet: nec eorum de causa verecundiam vel opprobrium aliquod patietur: sed honorem atque vtilitatem prout opus seu magisterium in sua natura fuerit: & eo magis si iupiter & venus aspexerint: & ex illa occasione sublimabitur: & pro eo magister dicetur.

¶ Capitulum secundum de valitudine atque prosperitate nati & de ipsius officijs & de suo regno.

Cum de valitudine atque nati prosperitate suisque officijs ac ipsius regno indagare volueris: aspice solem in natiuitatibus diurnis: lunam vero & saturnum in natiuitatibus nocturnis & decimam & eius dominum & partē regni atque planetam in cuius domo ipsam inueneris: & si videris dictos significatores solem scilicet & lunam vel alterum eorum in angulis fortunatū scilicet atque fortem iunctum fortunis vel etiam alijs bene dispositis & cum receptiōe fuerintque aspicientes solem orientales: aspicientes vero lunam & saturnum fuerint occidentales significabit hoc natum indubitanter regem futurū. Quod si non fuerit de luminaribus sicut dixi aspice tunc dominū decime & planetā in cuius domo fuerit pars regni & aspice decimam atque ascendens & planetā almutem super dicta loca siue vnus siue plures fuerint & cōmixtionem eius super ascendens vel super decimam vel cum eorum dominis: quoniam si fuerint ea que dixi tibi vel pars eorum significabit natum futurum regem vel principē regi similem & quod eius dignitas diu duratura inuenietur. Et si fortune aspexerit luminaria vt dictum est fuerintque in angulis: vel aspexerint aliquem de predictis significatoribus in decima existentē: fueritque significator ille bene dispositus fortunatus scilicet atque fortis: & eo magis si fortune aspicientes illum supra terram extiterint: & iterum magis si cum ipso in decima corporaliter iuncte fuerint: & eo fortius si receptio interueniat & luminaria fuerit in signis masculinis: fuerintque dicti significatores vel maior pars eorum bene dispositi significabit natum magni nominis esse magneque valitudinis atque etiam magne potentie necnon & regem futurum vel etiam ad minus regi similem.

Si aũt non aspexerint se dñs ascendentis cum almutez predicto significabit natum parue potentie paruecz valitudinis futurum: ⁊ paucũ erit eius cõmercium cum regibus ⁊ magnatibus. Si autem alij planete preter luminaria in angulis extiterint vel cõmixtionem cum planetis existentibus in angulis habuerint: fueritcz sol in signo masculino ⁊ luna in signo feminino ⁊ vnus tantũ eorum in angulo fuerit significabit natum non futurum regem sed regimina in quibus licebit ei nocentium atcz culpabilium sanguinez effundere ipsoscz suspendere atcz decapitare: modiscz alijs per modum regiminis interficere habiturum. Et hi tales sunt illi quibꝰ reges cõmittunt vices suas in factis regni ⁊ faciunt eos suos vicarios ⁊ dant eis potestatem regiminis ⁊ habent ratum quod illi faciunt. Qđ si predicte stelle non fuerint in angulis nec planete qui luminaribus testificantur nec fuerint anguli ex eoꝝ ayz significabit hoc natũ nominandum futurum: verũtamen eius valitudo siue ipsius potentia posse illius qui ex toto non habet regimen non excedet: erit enim eius dominium sicut illius qui magni atcz potentis dñi vicem gerit. Si vero luminaria non fuerint in angulis sed fuerint in eis planete qui fuerint eis testificati vel cũ eis cõmixtionem habuerit significabit natum non tante valitudinis esse debere in factis supradictis: sed erit valens in regiminibus ciuitatum ⁊ similibus: ⁊ sciet etiã mediocriter disponere sui domui similiter ⁊ sue vite. ¶ Haly vero dixit si luminaria non fuerint in angulis sed fuerint in eis q̃plures stellarum circũdantium vel cum eis associentur tunc erit natus mediocris valentie: sed si fuerint luminaria ⁊ stelle circũdantes in dignitetibus suis erit mediocris in dispositione rerum que pertinent ad ciuitates. Uerbi grã si fuerit mars dator substantie erit mediocris acquisitionis ⁊ in rectificandis ponderibꝰ seu mensuris ciuitatis. Si autem fuerit iupiter erit mediocris iniusticiam exercendo Si vero fuerit saturnꝰ erit mediocris in artificio edificandi. Si quidẽ fuerit venus erit mediocris in religione. Qđ si fuerit mercuriꝰ erit mediocris in scribendo. Et dixit si luminaria ⁊ stelle circũdantes non fuerint in dignitatibus suis erit natus mediocris in conditione sua vtpote in mercationibus ⁊ sic de ceteris officijs. ¶ Et dixit ptholomeus si omnes stelle que luminaria circũdederint nullam cum angulis similitudinez habuerint natus in suis operibꝰ miser ⁊ infelix apparebit. Qđ si luminaria nec in angulis nec in signis masculinis extiterint nec etiam fortune ea circundederint erit in extremo miserie ⁊ improsperitatis. Et dixit via igitur qua in harum rerum inuestigatione est incedendũ hec est quam in augmento valitudĩs ac diminutionis monstrauimꝰ Quãplures autem qualitates que sunt inter augmentum ⁊ diminutionẽ per ea que in illa specie particularis alterationis inuenta sunt quam habẽt luminaria ⁊ stelle que ea circũdederint ⁊ que in circundantibus disposuerint nos obseruare debemus. Nam cum dispositrices fuerint dñe ayz loci solis ⁊ lune vel fuerint dñe ayz alie fortune natus in valitudine magis durabit. Si vero stelle q̃ cõtrarie fuerint ayz lũinariũ dispositrices fuerint aut fuerit infortũe valitudo nati debilis erit ⁊ cito finiet atcz leuiter trãsibit. ¶ Et dixit ptholomeus res vero valitudinis future ex proprijs stellarum qualitatibus que luminaria circũdant sunt obseruande. Nam cum saturnus fuerit dispositor

prosperitatis nati que sibi ventura fuerit ⁊ ipse boni esse ac bene dispositus fortunatus scʒ atqꝫ fortis significabit ꝙ fortunium nati ac eius valitudinem suamqꝫ prosperitateʒ ex hereditatibꝰ sibi recasuris ⁊ etiam ex alia substantie congregatione seu accumulatione. Si autem debiliter dispositus fuerit erit eius significatum multum infra predictum. Si vero iupiter aut venus nati valitudinem atqꝫ prosperitatem disposuerint eam in iocunditatibus ⁊ ala-critatibus atqꝫ donationibus sibi exhibitis: honoribusqꝫ sibi collatis suaqꝫ magnanimitate similiter accessuram. Qꝺ si mars eius significator extiterit si-gnificabit eius valitudinem atqꝫ prosperitatem ex victoria inimicorum seu contrariantium ac ex suorum subditorum qui eum timebunt ⁊ reuerebuntur causa adueniuraʒ. Et si mercurius dominator valitudinis fuerit significat ꝙ ex intellectu suo ⁊ disciplina rerumqꝫ dispositione sublimabitur ⁊ exinde ꝓ-sperabitur atqꝫ valens habebitur. Aspicies etiam vtrum dñs primi iungat̃ cum domino decime vel econuerso. Nam si dominus prime iungitur dño decime scʒ ꝙ ipse sit leuior eo a trino vel sextili aspectu cum receptõe vel sine receptione: vel a quarto cum receptione significat natum adepturum bonuʒ ⁊ vtilitatem atqꝫ proficuum ex regibus ⁊ a regibus sed non sine inquisitione atqꝫ petitione sua. Si autem dominus septime fuerit leuior ⁊ iungatur dño prime a dictis aspectibus significat eum adepturum predicta sine sua inqui-sitione seu petitõe: ⁊ eo magis si receptio interuenerit nec ipsi fuerint cadẽtes vel alias infortunati. ¶ Et dixit abolay si fuerit hec applicatio ab angul' erit dignitas quam ipse consequetur magna ⁊ cognomiata ⁊ maxime si fuerit ab ascendente vel medio celi. Et dixit si dominus ascendentis in angulo fuerit dominusqꝫ medij celi cadens significat natum esse nominatũ opusqꝫ eius esse vile. Et si dominus medij celi in angulis fuerit: fueritqꝫ dominꝰ ascendentis cadens significat operis magnitudinem ⁊ eum esse vilem. Si auteʒ ambo ca-dentes fuerint significat vilitatem tam nati ꝙ̃ operis. Et dixit dominꝰ ascen-dentis cum in medio celi fuerit significat eum esse natum ex genere regũ vel cõmixtũ eius. Et si aspectus qui inter eos fuerit bonus sit significat amiciciã inter natum ⁊ regem esse: ⁊ si fuerit malus significat inimiciciam ⁊ grauitateʒ Et dixit si vero inter dominum ascendentis dominum medij celi applicatio non fuerit aspice applicationẽ que inter dominũ ascendentis ac solem fuerit ⁊ iudica super eam sicut iudicasti super applicationem domini ascendentis ⁊ medij celi superius. Et dixit si fuerit dominus ascendentis coniunctus soli si-gnificat natum esse regi familiarẽ ac fidelem scientẽqꝫ secreta eius ac receptũ in verbis suis erga eum. Et dixit si dñs ascendentis fuerit vnus de planetis superioribus fueritqꝫ in medio celi domino eius applicatus significat eũ esse cõmixtum tam nobilibus ꝙ̃ regibus ac eum circa dignitatem eorum consi-scari conficere vel consistere. Si vero vnus ex planetis inferioribꝰ fuerit dñs ascendentis in medio celi existens ⁊ applicatus domino eius significat ipsuʒ aliquod officium regis tenere infra id qꝺ predixi. Et si inter dominum ascen-dentis ⁊ aliquod luminarium applicatio fuerit significat regum cõmixtionẽ ⁊ si cum receptione fuerit adipiscetur inde maximum bonum: sin autem non Et aspice in valitudine nati planetam qui habet applicationẽ cum domino

ascendentis: vel qui fuerit dominus domus in qua fuerit pars operis nati ac regni eius: quem si inueneris in exaltatione sua significabit natum valitudinē atq3 magnitudinem ac celsitudinem sue valitudinis ꝛ cōmixtionem cum regibus atq3 magnatibus habiturū. Et si fuerit in domo sua significabit aliq̄d infra hoc ꝛ cōmixtionez nati cum his qui fuerint infra predictos. Et si fuerit in termino suo significat adhuc aliquid infra hoc. Si autem fuerit in triplicitate sua significabit iterum aliquid infra istud. Et si fuerit in facie sua significabit adhuc valde minus aliquid infra predicta. Si autem fuerit dominus partis vacuus cursu significat multitudinem feralitatis nati ac ipsius solitudinem ꝛ ꝙ amabit loca solitaria ẜm naturam signi quod tunc occupauerit. Deinde aspice partem operis nati ac eius regni eiusq3 dominum: quem si ab ascendente in bono loco inueneris a malis ac ab alijs impedimentis liberū vel fuerit ipse atq3 dominus ascendentis in angulis liber ab impedimentis predictis significabit natum multi operis ac pauce quietudinis extiturum.

¶ Et dixit aomar aspice quoq3 solem qui si fuerit in quartis orientalibus inueniet natus honorem ꝛ sublimitatez ꝛ regnū in iuuentute sua. Et si fuerit in quartis occidentalibus erit hoc in senectute sua ꝛ in fine vite sue. Esse aūt eius in opere suo ꝛ in quo tp̄e erit maioris dignitatis atq3 honoris aspicies ex dominis triplicitatis solis: qui si omnes tres fortes fuerint durabit regnū eius ꝛ honor toto tempore vite sue. Si autem eos omnes debiles inueneris dic ꝙ toto tp̄e vite sue detrimentum atq3 debilitatem ꝛ infortunium patiet̄. Si autem primus debilis extiterit in prima tercia parte vite sue ipsum infortunia circumuenient atq3 fragilis memorie fiet. Si vero fortunatus fuerit in eadem tercia prospera sibi contingēt. idem in scd̄a ꝛ in tercia pronunciabis.

¶ Et dixit aomar saturnus in nocte cum fuerit in angulo ꝛ mars in die ꝛ maxime in ascendenti vel medio celi non erit mē oria nec erit ei cōgregatio nec opus neq3 regnum vsq3 in expletionez annorum planete minoꝝ. Nō si transierit terminū erit ẜm ascensionē signi ī quo fuerit planeta. Et dixit mars cū fuerit in angulis ꝛ maxime in ascendente vel in medio celi in die periclitabit̄ natus causa operis sui ꝛ flagellabitur corpꝰ eius ꝛ morietur. Et dixit si fuerit sol in oppositione lune non dirigetur nato regnū neq3 opus siue principatus ꝛ si directum fuerit contrariabūtur ei diuites illius regni atq3 magnates. Et dixit si videris opus seu magisteriū siue regnum esse significatū nato aspice planetam almutez super medium celi ꝛ solem ꝛ partem operis siue regni. Et vide cuius substantie sit ille almutez super loca illa qm̄ erit opus seu regnum suum siue officium nati ẜm significatum predicti almutez. Nam si fuerit sol erit natus princeps siue rex eritq3 sapiens dispositor rerū boneq3 discretiōis.

¶ Et dixit aomar similiter dices ex natura huius almutez ꝛ aspicientium eū siue vnꝰ fuerit siue plures sc3 duo vel tres. Et dixit aspice sil'r almutez ꝛ vide q̄s aspicit eū ex planetis ꝛ cōmisce opus eorū cum ope almutez ꝛ dic ẜm hoc

¶ Et dixit ptholomeus etiā ꝙ natus tunc habebit magisteriū cū fuerit planeta orientalis mane in medio celi cū luna vel fuerit almutez sup mediū celi oriental': ꝛ si hic nō aspexerit ita vniuersitati eoꝝ natoꝝ nō erit magisterium.

Consideraverunt sapientes antiqui quosdam annos in nativitatib⁹ qui non dicuntur maiores neq₃ medij nec etiam minores: verũ vocauerũt eos ãnos firdarie id est ãnos dispositos. Nam quilibet planeta disponit suã partem vite nati ẜm suam partem annoꝝ firdarie in hunc modum: quoniam qualiscunq₃ fuerit nativitas incipiet dispositio annorum firdarie a luminari cuius fuerit auctoritas ꝛ illud disponet vitam nati ẜm quantitatẽ annoꝝ sue firdarie: non tñ sine alioꝝ planetarũ participatione. ¶ Nã si nativitas fuerit diurna incipiet a sole quod est luminare diurnũ qui disponet vitam nati ẜm quantitatẽ annoꝝ sue firdarie qui sunt .10. cum ꝑticipatione alioꝝ planetarũ oĩm: sed ipse obtinebit principatum ꝛ maxime in prima septima parte illorũ annorum. In scđa parte participabit cum eo venus in dispositione vite nati que ipsi succedit in ordĩe circuloꝝ. In tercia septima parte participabit cum eo mercurius qui succedit veneri in ordine circulorũ. In quarta septĩa parte participabit cum eo luna que succedit mercurio in ordine circuloꝝ. In q̃nta septima parte participabit cum eo saturnus qui succedit lune circulariter in ordine circuloꝝ. In sexta septĩa parte ꝑticipabit cum eo iupiter qui succedit saturno in ordine circuloꝝ. In septĩa vero septĩa parte atq₃ vltĩa ꝑticipabit cum eo mars qui succedit ioui in ordine circuloꝝ ꝛ est planeta septim⁹ a sole. Post hoc disponet venus que succedit soli in ordine circuloꝝ vitã nati ẜm quantitatem annoꝝ sue firdarie qui sunt octo ꝛ oẽs alij planete ꝑticipabunt cum ea in dispositione illorum annorũ quilibet ẜm suam septimã partem vt dictum est de ꝑticipatione ipsorũ cum sole. Deinde disponet mercurius ẜm quantitatẽ annorum sue firdarie qui sunt .13. ꝛ partcipabunt cum eo alij sc₃ quilibet eorum ẜm suam septimã partem illorum annoꝝ. Deinde disponet luna ẜm q̃ntitatẽ annoꝝ sue firdarie qui sunt .9. ꝛ ꝑticipabit quilibet eoꝝ ẜm suam septimã partem eoꝝ annoꝝ. Deinde disponet saturnus ẜm quantitatẽ annoꝝ sue firdarie qui sunt .11. cum participatione aliorum sicut dictũ est de sole. Deinde disponet iupiter ẜm quantitatẽ annoꝝ sue firdarie qui sunt .12. cum participatione alioꝝ planetarũ vt dictum est de alijs. Deinde disponet mars ẜm quantitatem annoꝝ sue firdarie qui sunt septem cum participatiõe aliorum planetarũ vt dictum est supra. Deinde disponet caput draconis ẜm quantitatẽ annoꝝ sue firdarie qui sunt tres. Deinde disponet eius cauda ẜm quantitatẽ annoꝝ sue firdarie qui sunt duo. Post hoc revertitur dispositio ad solem sic faciendo vt dictum est successiue vsq₃ in finem vite nati.

¶ De nativitate nocturna.

Quod si nativitas fuerit nocturna incipiet dispositio a luna que est lumi nare nocturnum: ꝛ fiet in omnib⁹ ꝛ per omnia vt dictum est qñ incipit dispositio a sole tam de ꝑticipatione planetarũ cum ea q̃ de ipsoꝝ successiõe in ordine circulorũ: ꝛ disponent oẽs predicti significatores seu dispositores ẜm q̧ fuerit esse ac dispositio cuiuslibet eoꝝ vt si fuerint bene dispositi augẽdo fortunia ꝛ diminuendo infortunia. Et si fuerit male dispositi augendo infortunia ꝛ diminuendo fortunia. Et est hec res laboriosa tñ bene servanda: qm̃ quidam astrologorum vitantes laborem non considerant eam aliqñ in suis

iudicijs vnde in deceptionē labunt. ¶ Et sunt isti anni firdarie oēs simul collecti. 75. qui aliqñ licet raro contingāt: dant aliquib⁹ natis oēs. nec dant tūc anni nato p alcocoden: posset enī esse tante debilitatis q̄ nō sufficeret ad dādum annos quos dant per firdariā: vnde potest aliqñ astrologus in pcipiēdo numerū annoꝝ nati decipi si nō sibi caueret nec est mirū.

¶ Caplm. 4. de planetarū eminētia seu transitu vni⁹ super alterū.

De eminentia vero planetarū siue transitu vnius sup alterū dixit alchabicius q̄ debes aspicere mediū cursuȝ cuiuslibet planete ꝛ silr̄ locum eius equatū. Nā si fuerit locus eius equatus min⁹ medio cursu planete ipse planeta erit ascendēs a medio sui epicicluli ad eius sūmitatē accedēdo ad lōgitudinē longiorē. Et si fuerit locus eius equat⁹ plus medio cursu illius erit planeta descendens a medio sui epiculi ad inferiorē partē ipsi⁹ veniendo ad lōgitudine ppiorē. At si ambo equales fueriut erit planeta in meddio sui epicicluli videlicet inter longitudinē longiorē ꝛ longitudinē ppiorē: quib⁹ veratiter atq̄ certissime inuentis minue minoꝝ ipsoꝝ de maiori: ꝛ qd̄ residuū fuerit multiplicabis illud in. 7. ꝛ quod inde puenerit diuide p. 22. ꝛ qd̄ ex diuisione tibi prouenerit erit quantitas ascensionis vel descensionis planete in suo circulo.

¶ De venere ꝛ mercurio.

Dixit alchabicius q̄ debes accipere quod est inter locū solis ꝛ locū veneris: similiter ꝛ q̄ est inter euuȝ ꝛ locum mercurij ꝛ minuere minorem de maiori ꝛ multiplicare atq̄ diuidere sicut superius dictum est: qm̄ per hoc sciem⁹ quis eoꝝ sit fortior in circulo. Et dixit cū ven⁹ ꝛ mercuri⁹ fuerint oriētales ꝛ fuerit locus alicui⁹ eoꝝ equatus minus loco solis debemus accipere residuū quod est inter locū solis ꝛ locū eius ꝛ facere cū ipso sicut dictuȝ est supra in planetis superiorib⁹ ex multiplicatōe atq̄ diuisione ¶ Et dixit q̄ fortior ꝛ propior sit significatio planetaruȝ dum abierint super seinuicē alter. s. super alterū in cōiunctione: in preuentione aūt ꝛ in quarto aspectu erit significatio eoꝝ debilior ꝛ minus apparens. Et cū fuerit vnus eoꝝ ascendēs ꝛ alter descendens tunc ascendēs vadit sup descendentē: ꝛ ille qui fuerit minoris descensionis vadit sup illū qui fuerit maioris descensionis quādo ambo sūt descendētes. Cū aūt ambo sunt ascendentes ille qui est maioris ascensionis vadit super illū qui est minoris ascensionis.

¶ De alio modo eleuationis planete super alterum.

Dicit ꝛ alio modo planeta eleuari super planetā ꝛ esse fortior eo. Naȝ si fuerit vn⁹ planeta septētrionalis ꝛ alter meridian⁹ septētrionalis vadit sup meridianū licet alias tetigerim tibi hoc. Et si fuerint ambo septētrionales ille qui fuerit magis septētrionalis vadit sup illū qui fuerit minus septētrionalis. Si aūt fuerint ambo meridiani ille qui fuerit min⁹ meridian⁹ vadit super illū qui fuerit magis meridionalis: ideoq̄ dicit q̄ luna vadit super oēs planetas: ꝛ q̄libet alioꝝ vadit sup oēs alios istis duob⁹ modis ¶ Similiter si fuerit aliquis planetarū in medio sui epicicluli hoc est in extremo lōgitudinis longioris vel propioris vel fuerit in suo zenzahar tunc ascendens in epicicluło vadit sup illū qui est in longitudine lōgiore vel ppiore: ꝛ septentrionalis vadit sup meridianū ꝛ etiā sup descendētē ꝛ sup illum qui fuerit in

suo zenzahar: et ille qui fuerit in suo zenzahar vadit sup meridianū et etiā sup descendentē et super illū qui fuerit in longitudine propiore.

¶ Capitulum .5. de apertione portarū secundum alchabiciū.

PRedicta sequit apertio portarū: et hoc fit qn̄ duo planete quorum dom⁹ sunt opposite iungunt simul vt saturnus et luminaria: iupiter et mercurius: mars et ven⁹: qn̄ aliquis istorum leuior iungit cū aliquo predictorum pondero sorum et inuenit eū in domo vel in exaltatione sua: vel in duab⁹ de alijs suis dignitatibus minorib⁹ recipit eū et dicit apire sibi portas: sicut faceret aliquis qui cū suū inimicū inueniret in domo sua honorabit eū nec faceret ei rusticitatem dūmodo non esset inimicus capitalis nisi esset homo procax aut siluestris siue feralis qui nō haberet domesticitatē cū hominib⁹ sicut fuit ille ecilinus de romano qui non pepcit sexui nec etati nec ordini nec dignitati: et hoc totū quod dictū est supra dicit apertio portarū.

¶ Capitulum .6. de .12. horis solis et lune que applicant soli.

DEinde sequit de .12. horis solis et lune quas alchabitius albuiz vocat qui sequunt imediate post sepationē lune a cōiūctione solis corporali. ¶ Et dicit alchabicius q sapientes antiqui diuiserunt has .12. horas trinas hoc est in tres partes equales quarū quelibet ex quatuor horis inequalibus cōstat: quas .12: horas applicabāt soli et iudicabāt super illis horis secundum dn̄os triplicitatis in qua fuerat sol hora cōiunctionis ei⁹ cū luna: incipiendo a sole dando sibi primas quatuor horas: secūdas q̄tuor dando secundo dn̄o triplicitatis eiusdē: vltimas vero .4. horas tercio dn̄o triplicitatis ipsi⁹. Deinde dabant sapiētes predicti veneri post .12. horas solis alias .12. et diuidebant eas in .3. diuisiones vt dictū est in sole: et iudicabāt sup quālibet illarū diuisionū dando prias q̄tuor horas veneri: secūdas q̄tuor horas scdo dn̄o triplicitatis veneris: vltimas vero quatuor horas tercio dn̄o triplicitatis illi⁹ et iudicabāt secundum q predicti dn̄i triplicitatis et alij erāt dispositi. Illud idē faciebāt cū mercurio et cū dn̄is triplicitatis ipsi⁹. Similit et cū luna et dn̄is triplicitatis ipsi⁹. ¶ Deinde cū saturno et cū dn̄is triplicitatis ipsi⁹: nec nō et cum ioue atqz marte et cū eorum dn̄is triplicitatū. Deinde reuertit orbis ad solē vsqz ad aliā cōiunctionē.

¶ De .12. horis combustis post cōiunctionē.

ET dixit alchabicius q quidā dicebāt q albuiz sit hoc. s. q post coniunctionē solis et lune sint .12. hore inequales que vocant combuste: et non oportet aliquē in eis incipere aliquod opus.

¶ De .72. horis incōbustis.

ET post horas .12. cōbustas fuerūt .72. incombuste: et post .72. incombustas sūt alie .12. cōbuste similiter: et sic de singulis vsqz ad aliā cōiunctionē que succedit. Post hoc diuidebāt supradictas .12. horas cōbustas in .3. diuisiones equales: et dixerūt q qui incepit in quatuor primis horis bellare timenda erit perditio aīe sue. Et qui incepit in q̄tuor horis secūdis timēdū erit detrimētū corporis sine amissiōe aīe: et qui incepit in eis arare timendū erit magnum detrimentū in oīb⁹ que possidet et in suo corpe absqz amissione aīe: et timebit sup eos qui ad eū ptinēt perditio. Et qui inceperit in quatuor horis vltimis ti

men dū erit detrimentū substantie prout alibi tangit.

¶ Capl'm. 7. de profectione annoꝝ tam mundi q̄ꝫ natiuitatum.

Facta superi⁹ mētione de numero annoꝝ qui vnicuiqꝫ nato attribuit cō uenies mihi videt ꝛ rectū subsequent de ipsoꝝ annoꝝ loqui ꝓfectione Profectio aūt est significatū qd resultat ex his que accidūt ex signo qd īmediate succedit signo qd fuit ascendens natiuitatis ac eius dño bonū siue malum aut mediate prout in superiorib⁹ dicet. Dicit nāqꝫ profectio qm̄ proficit mutando se omni anno vno signo iuxta cōtinuā signorū successionē: cui⁹ dñs significatori anni reuolutionis p̄stat amminiculū tam in bono q̄ꝫ in malo vnūquodqꝫ aliqñ augens: aliqñ minuēs: cui⁹ interp̄tatio est alcocodē qd est ꝑticeps accidentiū que nato in anno cuiuslibet sue reuolutionis ventura sūt Cui⁹ inuentionis scia talis est. ¶ Considerabis annū diem mensem ꝛ horam cuiuscūqꝫ natiuitatis volueris ꝛ videbis quot annos solares cōpleuerit iam natus ꝛ accipies omni anno solari vnū signum ab ascendente natiuitatis: incipies ab hora natiuitatis illius nati ſm successionē signoꝝ dando vnicuiqꝫ anno signum vnum: ꝛ vbi finitus fuerit ille numerus illud signum quod imediate succedit est signū profectionis ab ascendēte natiuitatis illi⁹: ꝛ erit ascēdens profectionis anni qui tunc sequit quē non misisti adhuc in tuo numero eritqꝫ ꝓfectio illius anni in tali gradu signi illius qualis fuit gradus ascendētis hora natiuitatis: ꝛ ita intellige de qualibet profectione: quoniā erit semper omni anno in tali gradu signi in quod ceciderit in quali fuit i signo quod antecessit illud in anno qui iam transiuerat īmediate illuꝫ quem tu queris: ꝛ planeta qui fuerit dñs illius signi dicet alcocoden quod est adiutor illius .i. planete qui fuerit dñs illius signi quod fuerit ascendens reuolutionis anni quem reuolueris: ꝛ per talem planetā ostendet tibi dispositio status illi⁹ nati in anno illo: etiā si contingeret in eo debere fieri plures reuolutōes. ¶ Ad honores vero ꝛ dignitates annales nati aspicies signum profectionis a sole ſ. vnicuiqꝫ anno solari vnū signum integrum vt percipias profectionem illi⁹ Ad esse vero corporis ꝛ anime nati aspicies signum profectionis a luna. Ad magisteria vero ipsius atqꝫ officia poteris aspicere signuꝫ medij celi. Ad sciēdum aūt lucrum atqꝫ prosperitatē ipsius poteris aspicere signum profectionis a parte fortune ꝛ a signo domus substantie. Ad profectionem fratrū aspicies a signo profectionis a domo fratrum. Ad profectionē patruꝫ aspicies a signo profectionis a domo patrum. Ad profectionē filioꝝ aspicies a profectione signi domus filiorum Ad profectionem seruorum ꝛ ancillarum aspicies a signo profectionis a domo seruorum. Ad profectionem quidem vxorum ꝛ sociorum atqꝫ inimicorum aspicies a signo profectionis a domo vxorum. Ad profectionem substantie ipsoruꝫ aspicies a signo profectionis a domo substantie vxorum. Ad profectionē religiosoꝝ aspicies a signo profectionis a domo religiosorum. Ad profectionē regum aspicies a signo profectionis a domo regum. Ad profectionē amicorum aspicies a signo profectionis domus amicorum. Ad profectionem inimicorum occultorum aspicies a signo profectionis domus inimicorum occultorum. At scito q̄ profectio est res quodammodo alterans reuolutionem que fit singulariter secundum

successionē signoꝝ: qualecūqꝫ ēni fuerit ascendēs ꝓfectio non fit nisi de signo in signū qđ sequit᷑ illud imediate: qđ in reuolutione nō sic accidit. Et alterat ꝓfectio reuolutionē ꝑm hūc modū: ꝙ si ꝑ reuolutionē significat᷑ bonū in anno illo ⁊ ꝑ ꝓfectionē significat᷑ bonū auget᷑ bonū quod significat᷑ ꝑ reuolutionē. Si aūt ꝑ eā significat᷑ ꝯ̄riū minuit᷑ bonū qđ significat᷑ ꝑ reuolutionem Siquidē ꝑ reuolutionē ⁊ ꝓfectionē significat᷑ malū auget᷑ malū qđ significatur ꝑ reuolutionē. At si ꝑ reuolutionē significat᷑ malū ⁊ ꝑ ꝓfectionē bonum minuet᷑ malū qđ significat᷑ ꝑ reuolutionē: ⁊ sic ꝑm hoc ꝓfectio est altera reuolutio.

¶ Capitulum. 8. de ordine profectionis.

PRofectionis ordo talis est ponam⁹ ꝙ aliquis nascat᷑ ascendente ariete 10. gradib⁹: in sequēti anno erit taurus signū ꝓfectionis. 10. gradibus: nō tñ erit ascēdēs reuolutionis: erit tamē quodāmodo gerens vicem illius. In tercio anno erit gemini signū ꝓfectionis. 10. gradib⁹: sed nō erit ascēdēs reuolutionis sequētis: ⁊ ita ꝑ ordinē vsqꝫ in finē signoꝝ. Post cōplementuꝫ vero. 12. signoꝝ reuertet᷑ ꝓfectio ad primū signū: ⁊ ita ordinabis vsqꝫ in finē vite nati. Et ex hoc ponā tibi quoddam verum exemplum.




Figura natiuitatis nepotis guidonis bonati.

¶ Natus fuit quidā meꝰ nepos era arabū.665.anno tercio mense.9.diebꝰ Et era xpi.1267.die sexto intrāte ianuario cuiꝰ natiuitatis fuit ascendens capricornꝰ:13.gradꝰ ⁊ mars in eo.6.gradꝰ ⁊.5.minuta.sol in eo.12.gradꝰ ⁊.10.minuta. Secūda domꝰ fuit aquariꝰ.20.gradꝰ. Tercia domꝰ aries.2.gradus Quarta domꝰ taurꝰ 12.gradꝰ. Luna in eo:5.gradꝰ ⁊.5.m̄. Pars fortune.6.gradꝰ.5.m̄. Gemini quinta domꝰ.4.gradꝰ. Cauda in eo.1.gradꝰ.31.m̄. Sexta domꝰ gemini gradꝰ.24.15.m̄. Septima domꝰ cancer.13.gradꝰ. Saturnꝰ in eo.4.gradꝰ.15.m̄. Octaua domꝰ leo 20.gradꝰ Jupiter in eo.23.gradꝰ.20.m̄. Nona domꝰ libra.2.gradus. Scorpio decima domꝰ.12.gradꝰ Sagittariꝰ vndecima domꝰ.4.gradꝰ. Caput in eo.1.gradꝰ.31.m̄. Mercuriꝰ in eo.5.gradꝰ.55.m̄. Venꝰ.22.gradꝰ.16.m̄. Jdē sagittariꝰ.12.domꝰ.23.gradꝰ. Unde cū ipse iam transiuisset.5.annos solares aspexi quandā eiꝰ reuolutionē: ⁊ ꝑuenit.5.annus ab ascendēte natiuitatis sue ad geminos quod est sextū signū a capricorno ad.13.gradū ipsiꝰ: ⁊ ꝑuenit ꝓfectio solis ad.13.gradū eiꝰ similit̄ ⁊ fuit mercuriꝰ alcocoden siue dn̄s illius anni seu reuolutionis: ⁊ ꝑuenit ꝓfectio martis ad geminos ad.7.gradū ipsiꝰ: ⁊ ꝑuenit ꝓfectio lune ad.6.gradū libre: ⁊ est signū sextū a tauro: ⁊ ꝑuenit ꝓfectio partis fortune ad.7.gradum ipsiꝰ libre: ⁊ ꝑuenit ꝓfectio saturni ad.5.gradū sagittarij quod est.6.signū a cancro: ⁊ ꝑuenit profectio iouis ad.24.capricorni quod est sextū signū a leone: signū virginis fuit inclusum: ⁊ ꝑuenit ꝓfectio mercurij ad sextuȝ tauri qđ est sextū signū a sagittario. Et ꝑuenit profectio veneris ad.13.gradū eiusdeȝ tauri: ⁊ ꝑuenit ꝓfectio decime domꝰ ad.12.gradū arietis qđ est sextū signum a gradu medij celi natiuitatis. Dicere que sibi euenerūt in anno illo esset iaȝ longū enarrare vnde nō insisto sed magis vtilia ꝓsequar ¶ Cōsiderabis igit̄ oēm ꝓfectionē qualēcūqȝ volueris qm̄ ipsa semper erit in tali gradu in signo ī quo ip̄am inueneris in quali erat in signo in quo erat hora natiuitatis mutādo se de vno signo in aliud qđ īmediate atqȝ successiue sequitur ipsum omni anno.s.solari vno signo integro: ⁊ plāeta qui fuerit almuteȝ sup loco illo vel qui fuerit in eo vel qui proiecerit radios suos ad eū dicet̄ coadiutor signtoris reuolutōis illiꝰ cū alcocodē nō tn̄ dicet̄ alcocodē nisi ip̄e esset dn̄s illiꝰ signi. Et si aliqs planetarū fuerit in eo vel eiꝰ radij: volueris qȝ scire quādo ꝑueniet ꝓfectio ad ipsum vel ad eius radios. Dixit alchabicius ꝙ aspicias quid sit inter gradū ad quem ꝑuenerit profectio anni ⁊ planetā ex gradibus ⁊ minutis ⁊ multiplicabis illud in.12. ⁊ sextam vnius diei ⁊ quod tunc prouenerit erit dies illius anni in quo fueris.

¶ Capl̄m.9.de profectione annoꝝ mundi.

PRofectio aūt annoꝝ mundi variat̄ aliquid a profectione annorū natiuitatis nam profectio annoꝝ natiuitatū accipit̄ ab ascendēte natiuitatis alicuius deinde mutat̄ omni anno solari vno signo integro prout dictuȝ est. Profectio aūt annorū mundi accipit̄ a primo minuto arietis vel etiam alicuius inceptionis alterius magne rei sicuti est aliquod regnum vel aliqđ imperium vel aliqua secta vel aliqua religio vt quando incepit regnum nabuchodonosor vel incepit regnum ptholomei ⁊ regnum philippi ⁊ regnuȝ alexandri ⁊ regnum yesdargit regis ⁊ regnum romanorū: ⁊ sicut fuit quando

incepit secta siue religio augustini: ⁊ secta benedicti: ⁊ secta fratrum minoꝝ
que incepit era arabum .609. anno mēse rabe vltimi. Era xpi. 1211. anni cuiꝰ
principiū fuit tale ascendēs ꝙ ipsa subradicabit oēs alias sectas ⁊ alios ordi
nes sub romana ecclesia degentes: sed eiꝰ finē dicere nō audeo timore ne inci
dā in rumorē vulgi. Erit tamē publicus valde cum aduenerit ac de ipso ru-
mor immensus. Et similia quoꝝ habent principia scientur imperpetuū eoꝝ
vniuersaliter accidentia: ⁊ per eorum reuolutiones annales scientur annalia
considerato principio ipsius: ⁊ profectio interponet partes ꝓm esse suum ali
quando addendo aliquando diminuendo vel detrahendo reuolutioni: con
siderando ipsam de signo in signum successiue vt dixi poterunt sciri acciden
tia illius rei cuius reuolutionē volueris in reuolutione illa: nec tamen est ista
profectio talium principiorum simpliciter sicuti est profectio annorum mun
di sed assimilat ei quodammodo propter suam longam durabilitatē. ¶ De
profectione aūt ab ascendente profectionis: ⁊ de significatore qui fuerit ī ali
quo angulorum vel in aliquo ex alijs locis preter angulos: ⁊ de significato-
re circuli directi: ⁊ de significatore circuli obliquiꝰ ⁊ de quibusdam alijs que
sunt in quarta differentia introductorij alchabicij ad iudicia huius artis nō
dico modo cum per ipsuꝫ sit in tractatu illo satis de ipsis omnibus longo ser
mone determinatū: ita ꝙ non oportet ꝙ nūc super illis in sudem: ⁊ etiā quia
id opus licet sit vtile atqꝫ profundum in scientia tamen reddit quid maioris
laboris q̄ꝫ manifeste vtilitatis: tamen que magis sensibiliter vtilia fuerint ti
bi resoluam. De directione ꝓm dños terminoꝝ dictum est supra in secunda
parte in capitulo de scientia vite nati ⁊ eius esse: dicat ergo vlterius de signi
ficatoribus dirigendis ⁊ quomodo ⁊ qualiter eos dirigere debeamus.

¶ Caplm .10. de directione significatoꝝ dirigendorum in circulo ⁊ quot sūt
significatores quos nos oportet dirigere qui a sapientibus dirigunt.

Significatores qui dirigunt sunt .7. videlicet gradus ascendētis: gradꝰ
solis: gradus lune: gradus partis fortune: gradus medij celi: gradus cō
iunctionis necnon ⁊ gradus preuentionis. ¶ Et gradus quidē ascendentis
dirigit ad sciendū accidentia q̄ vētura sunt nato in ꝑsona sua bona. s. aut ma
la vł mediocria. Nā si videris directionē venire ad bonos plāetas dic ꝙ bo
na erunt accidentia corporis sui. Si aūt ad malos peruenerit cōtrariū iudi-
cabis. Si vero ad bicorporeos vel conuertibiles seu ad mediocriter disposi
tos mediocritatem accidentiū: hoc est nec vere bona nec vere mala pronun
ciabis ¶ Sol vō dirigit ad sciēdū ad quas dignitates seu exaltationes que
ad honorem ⁊ famā laicaleꝫ spectare vident natus debeat peruenire. Unde
si sol fuerit boni esse ac bene dispositus ⁊ peruenerit directio ad fortunas be
ne dispositas significabit natum ad magnos atqꝫ famosos honores peruen-
turum. Et si contrarium inueneris contrarium poteris iudicare. Si autem
mediocriter fuerit dispositus sol: uel fortune ad quas peruenerit directio fue
rit mediocriter disposite significabit natum ad aliquales dignitates nō mul
tum tamen famosas peruenturum. ¶ Luna quidē dirigit ad sciendū disposi
tionē corporis nati eiusqꝫ aīe qualitatem: similiter ⁊ eius coniugij. Quod si
fuerit luna boni esse ac bene disposita fueritqꝫ directio ad fortunas bene dis-

positas significabit q dispositio corporis nati erit bona et laudabilis atq anime qualitas: et q bene coniugabitur si dns septime fuerit boni esse ac bene dispositus et in bono aspectu cum dno ascendentis: vel cum ipsa luna: vel cu dno partis coniugij. Ex contrario aut contrariu deprehendas. Ex mediocribus dic mediocritate. ¶ Pars vero fortune dirigitur ad sciendum lucru nati ac ipsius pecuniaru profectum: eius etiam acquisitionem. Unde si fuerit pars fortune bene disposita pervenerítq directio ad fortunas bene dispositas significat natu pecunia multa per phas acquisituru atq accumulaturu. Si aut fortune fuerint impedite significat q acquiret ea sed post acqsitoez dissipabit ipsaz. At si cotrariu videris cotrariu poteris iudicare. Si aut mediocritate inveneris mediocritate pronucia ¶ Mediu aut celi dirigitur ad sciedu opa nati ac eius artes sive magisteria vt alchabitius ait et ad oes dispositones pticulares et esse eoz. Unde si fuerit dns medij celi bene dispositus vel ipm mediu celum pvenerítq directio ad fortunas bene dispositas bene se habebit natus erga magisteria et erga officia et ad oes habilitates atq res laycales et que spectat ad eas ¶ Gradus aut coniunctionis dirigitur ad precognoscendu vniversaliter atq considerandu super omnibus predictis vsq ad medietatem vite nati si nativitas fuerit coniunctionalis. Unde si fuerit ipse bene dispositus augebit significatu significantiu bonum et minuet significatum significantiu malum. Si aut fuerit male dispositus augebit significata significatiu malu et minuet significata significantiu bonuz. Idem poteris dicere de gradu preventionis post medietate vite si nativitas fuerit preventionalis. et coicabis aspectus fortunaru vel infortunaru cum almutez sup predictis gradibus et eoz significatoribus: quonia addent vel minuent sm sua esse et sm suas dispositiones. Hec itaq predicta consideranda sunt in nativitatibus vniversaliter atq aliaru rerum inicijs quorum finis exspectatur ¶ Siquide in revolutionibus annorum tam mundi q nativitatu predicta intueri volueris aspice ascendes cuiussuis il lorum annoz. Nam si volueris dirigere ad annu mundi dixit alchabicius q ad precognoscendu esse rusticoz debemus dirigere gradum ascendetis revolutionis et dare omnibus. 59. minutis et. 8. secundis vnu diem: et sm q directio pervenerit ad fortunas vel ad infortunas sm illud iudicare poteris de ipsoz esse atq statu in diebus illis vsq in fine illius revolutionis: et hoc sm circulu obliquu. Si aut volueris aspicere in directione reguz aspicies eis a gradu medij celi sm circulu directu dando quibuslibet. 59. minutis et. 8. secudis die vnu: et sic scies accidentia que debent evenire regibus in revolutione illa in eo q ipsi sunt reges. Sed in eoz factis proprijs et in eoz personis debes eis aspicere sicut alijs personis singularibus: et sm q videris directione pvenire ad fortunas vel ad infortunas sm illud iudicabis de ipsoz esse bono seu malo sive mediocri tam regum q rusticoz. Idem poteris dicere in esse revolutionu nativitatu: veruntamen oportet q tu consideres revolutiones nativitatu ab ascendente nativitatis ac ab ascendente revolutionis. Revolutioes aut mundi ab ascendente revolutionis annorum mundi: ad sciendum esse vulgi sm circulum obliquum: revolutiones aut regu sm circulu directu ad eorum esse sciendu sm q dictu est.

¶ Capitulum .11. de natura graduũ signoꝝ in quolibet signo.

Et est sciendũ quoddam aliud qđ antiqui sapientes ⁊ maxime indi considerauerũt in natiuitatibꝰ ⁊ questionibꝰ ac rerũ principijs ⁊ vocauerũt illud .12. planetarũ ⁊ domoꝝ siue .12. signoꝝ. Diuidit̃ nãqꝫ quodlibet signuꝫ in .12. diuisiones quarũ quelibet ex duobꝰ gradibꝰ ⁊ dimidio constat: ⁊ dant̃ iste diuisiones .12. signis ita ꝙ vnũquodqꝫ signũ habet in quolibet signo suã duodecimã: ⁊ in illa duodecima figit illud signũ cui attribuit̃ illud quod ptinet ad proprietatẽ sue nature ẜm ꝙ albumasar videt̃ velle. Unde cũ volueris scire in cuiꝰ natura signi sit aliquis gradus alicuiꝰ signi prout ipse dicet accipe gradus qui sunt ab inicio signoꝝ vsqꝫ in gradũ cuiꝰ duodecimã q̃sieris ⁊ multiplica illud in .12. ⁊ quod collectũ fuerit diuide in hũc modũ dando s. vnicuiqꝫ signoꝝ .2. gradus ⁊ .30. minuta ⁊ vide quo perduxerit te numerꝰ tuus quia ibi erit natura eiusdem gradus signi in cuiꝰ duodecimã ceciderit. ¶ Nõ videt̃ quibusdã ex sapientibꝰ modernis sic esse intelligendũ videlicꝫ ꝙ accipiat̃ gradꝰ ascendẽs cuiusuis signi uel cuiusuis alterius domus ẜm ꝙ illa domꝰ significauerit ⁊ multiplicet̃ in .12: ⁊ ei quod collectũ fuerit addant̃ gradus signi ascendentis vel cuius domus fuerit principiũ ⁊ proiciant̃ p. 30 dando .s. vnicuiqꝫ signo vel domui .30. ⁊ proiciat̃ numerus ab ascendẽte vl̃ a domo in qua incipere volueris ⁊ vbi finitus fuerit numerus ibi erit significatũ .12. signoꝝ ⁊ planetarũ. Uide tũc in cuius signi duodecima ceciderit numerus qm̃ illud signũ ⁊ eius dñs prestabunt aminiculũ ascendenti vel alteri domui a qua inceperis ⁊ eius dño. Unde si fuerit signũ illud ⁊ eius dñs bene dispositi addent aliquid in bono ⁊ minuent aliquid de malo .s. pro duodecima parte vtriusqꝫ. Si aũt fuerint signũ ⁊ eius dñs dispositi male addent aliquid in malo ⁊ minuent aliquid de bono pro .12. parte. Quod si fuerit signũ bene dispositũ ⁊ eius dñs male vel ecõtrario addent vel diminuẽt in bono vel in malo pro .24. parte. At si vnum fuerit bene vel male dispositũ: ⁊ alteꝝ nec bene nec male sed mediocriter nec addent nec diminuent. Et hec omnia ẜm ꝙ fuerit de natura illius signi vel illius planete. Et hoc intellexerunt sapientes fore duodecimã planetarũ ⁊ domorum. Et licet hoc capituluꝫ non videat̃ multum magne vtilitatis ⁊ sit difficile: tamẽ cõueniẽs est vt tu scias illud: reddit enim te quodãmodo facundiorẽ.

¶ Capitulum .12. de nouenarijs signorum ⁊ quid significent.

Facta superius mentione de duodecima signorum in capitulo precedẽti siue de natura duodecim signorum in quolibet signo eorum nouenaria pretermittenda non sunt. ¶ Dixerunt namqꝫ sapientes antiqui ꝙ nos scire oportet quantũ ambulauerit planeta in signo in quo ipsum inueneris ex gradibus atqꝫ minutis: aut quot gradus ascenderunt de domo cuius nouenariam scire volueris. Deinde diuide signum illud in .9. diuisiones quarum quelibet ex tribus gradibus ⁊ .20. minutis constat: incipiesqꝫ proicere a principio signi in quo fuerit planeta vel gradus domus a quã inceperis: ⁊ vide in quo nouenario gradꝰ ille ceciderit ⁊ dabis illud nouenariũ dño signi mobilis illius triplicitatis ascendẽtis .s. vel domꝰ predicte: ⁊ secũdũ nouenariũ dabis domino signi quod imediate succedit ascendenti uel domui predicte.

Et tercium domio tercij signi quod succedit secundo: ꝛ quartum dño quarti signi quod succedit illi: ꝛ quintum dño quinti signi quod succedit illi: ꝛ sextũ domino sexti quod illi succedit: ꝛ septimum dño septimi signi quod succedit primo: ꝛ octauum domino octaui signi quod succedit primo: ꝛ nonum dño noni signi quod succedit primo: ꝛ semper facias hoc donec inueneris planetã dñatorem nouenarij quod queris sub tali exemplo. ¶ Si fuit ascendẽs vel domus a qua incepisti aries vel leo siue sagittarius: mars est modo dominus primi nouenarij quoniam est dñs signi mobilis istius triplicitatis scz arietis Venus ẽ domina secundi nouenarij quoniam est dña tauri quod est signum secundum a primo videlicet ab ascendente ꝛ succedit ei immediate. Terciũ nouenarium est mercurius qui est dñs geminoꝝ qđ est signũ tercium a primo Quartum nouenarium est lune que est domina cancri quod est quartũ signũ a primo. Quintum nouenarium est solis dñi leonis quod est quintum signũ a primo. Sextum nouenarium est mercurij domini virginis quod est sextũ signum a primo. Septimum nouenarium est veneris domine libre quod est septimum signum a primo. Octauum nouenarium est martis dñi scorpionis quod est octauum signum a primo. Nonum nouenarium est iouis dñi sagittarij quod est nonum signum a primo. ¶ De secunda triplicitate.

Si aũt fuerit ascendẽs vel predicta domus taurus virgo aut capricornꝰ erit primum nouenarium saturni domini capricorni. Secundum vero nouenarium erit eiusdem saturni domini aquarij. Tercium nouenariũ iouis domini pisciũ. Quartum martis domini arietis. Quintum veneris domini tauri. Sextum mercurij domini geminoꝝ. Septimum lune domine cancri. Octauum solis dñi leonis. Nonum mercurij dñi virginis. Et sic intelligas de tercia ꝛ quarta triplicitate si fuerit ascendens vel domus aliqua aliquod signum de dictis triplicitatis incipiendo semper a signo mobili illius triplicitatis ascendentis vel domus ꝛ procedendo per ordinem vt dictũ est ¶ Exemplum ad predicta: videas ergo exemplũ ad predicta: ponat᷑ ergo ꝙ aliqͣs planeta vel principium alicꝰ domus a qua incipere volueris sit in .21. gradu tauri: diuidas totũ taurũ per nouẽ diuisiões: erit ergo pria diuisio videlicet primum nouenarium saturni domini capricorni ꝛ habes de tauro tres gradꝰ ꝛ .20. minuta. Secundum nouenarium est eiusdem saturni domini aquarij ꝛ modo habes sex gradus ꝛ .40. minuta. Tercium nouenarium erit iouis dñi pisciũ ecce habes .10. gradus integros. Quartum nouenarium est martis dñi arietis ꝛ habes .13. gradus ꝛ minuta .20. Quintum est veneris domine tauri ꝛ habes .16. gradus ꝛ .40. minuta. Sextum mercurij domini geminorum et habes .20. gradus integros. Septimum est lune domine cancri ꝛ ecce habes 23. gradus ꝛ .20. minuta. Modo ergo cadet planeta vel gradus domus predicte necessario in nouenarium lune: vnde oportet ꝙ luna sit domina illius nouenarij: ꝛ ſm ꝙ luna fuerit tunc disposita ita pstabit aminiculũ ascendenti ac eius dño siue domui a qua incepisti rem vel almutez natiuitatis vel questionis vel alicuius alterius inceptionis: vel detrahet ei a significato suo. Nã si fuerit bene disposita ꝛ ascendens bene dispositum suffragabitur pro septiã parte fere in bono. Si autem vtrũqꝫ fuerit male dispositum detrahet sibi ſm

similem partem. At si vnum fuerit bene dispositū ⁊ alterum male nec addent nec diminuent. Considerabis tamen semper dños triplicitatum ⁊ terminoꝝ quoniam semper remanebunt in suis esse ac in suis significat͛ prout superius dictum est. ¶ De dorungez non dico hic aliquid quoniam videtur spectare ad considerationē facierū de quibus latius ac sufficienter dictum est superi⁹ in tractatu primo in capitulo de faciebus.

¶ Capitulum tredecimum de domino circuli siue orbis signorum.

Considerabis in natiuitatibus dñm orbis siue circuli signorum in hunc modū: aspicies siquidem dñm ascendentis natiuitatis cuiusuis nati ac eius primaꝫ horam: ⁊ dabis ascendens eiusqꝫ dñm ⁊ dñm illius hore primo anno eiusdē nati: qm̄ isti duo significabunt esse nati quale sit futurū in primo āno vite sue. Unde si fuerint ambo bene dispositi bonū erit esse suum in āno illo: si aūt fuerit contrarium ꝯtrium iudicabis. At si vnus fuerit bene disposit⁹ alter vero male tunc esse nati mediocre futurū poter͛ nunciare: nisi luna vel dñi triplicitatum vel terminorum contra operentur. Idem poter͛ dicere de columitate ⁊ incolumitate corporis sui. Deinde aspicies dñm secunde dom⁹ atqꝫ dñm secunde hore qualiter sint dispositi: nam si fuerit eorum dispositio bona bene disponet᷑ nati substantia in anno secundo: de contrario ꝯtrarium iudicabis. Qđ si vnus fuerit bene dispositus alter vero male substantia nati mediocriter disponetur. Post hoc aspicies dñm tercie domus ⁊ dñm tercie hore qualiter sint dispositi: nam ꝑm eorum esse disponetur esse fratū in tercio anno. Et ita per ordinē procedendo ꝑm dispositionē ⁊ esse dñorum domorū ⁊ horarum vsqꝫ ad. 12. iudicabis de significatis omnium domorum in annis suis ꝑm predictum modum qui nunc dictus est in prima scđa ⁊ tercia domo.

¶ Capitulum decimūquartum de dominis. 12. horarum residuarum.

De dñis autem. 12. horarum residuarum post predictas considerabis in hunc modū successiue sicut considerasti predictas ⁊ eorū dños. Dabis nanqꝫ. 12. horaꝫ ⁊ eius dñm prime domui: prestabit enim aminiculum ascñti ⁊ eius dño ⁊ dño prime hore in augmentū boni pro. 24. parte si fuerit vterqꝫ scꝫ hora ⁊ dñs hore bene dispositi ⁊ ascendens etiam ⁊ eius dñs. Si autem ascendens ⁊ eius dñs fuerint male dispositi minuet de quarta parte malicie ipsorum. At si fuerit. 13. hora dñs male dispositus minuet. 24. partem boni ⁊ augebit malum tantūdem in anno primo: ⁊ ita per ordinē intellige de reliqs horis successiue procedendo. Nam ꝑm ꝙ ipse ⁊ eorum dñi sunt dispositi ita iuuabunt vel impedient dispositionem aliorum significatorū ꝑm significata 12. domorum in annis suis prout etiaꝫ ꝑm rerum naturam deuenire potest in annis illis: sicut dictū est de. 13. ⁊ eius dño que dantur ascendenti ⁊ eius dño ita ⁊. 14. ⁊ eius dño dantur scđe domui ⁊ sic per ordinem. Et ꝑm hunc modū prouidebis omnib⁹ domibus ⁊ earum dñis ⁊ omnibus horis ⁊ earum dñis. Nam quilibet dñs harum domorum ⁊ harum horarum prout alchabicius testatur est dñs orbis: ⁊ habet omni āno significatum super omni significato illius anni cui deputat᷑ ꝑm ꝙ habet alcocoden: ⁊ disponit significata nati ꝑm ꝙ ipse fuerit bene vel male dispositus addendo vel diminuendo in bono vel malo pro partibus superius nominatis. ¶ Et dixit alchabicius ꝙ quidam

astrologorum ponunt dñm ascendentis radicis natiuitatis dñm scz orbis in anno primo: ⁊ in secundo planetam qui huic succedit sicut predictū est in dño hore: quod mihi videt posse conuenienter sustineri: non q sint domini orbis simpliciter sed sunt coadiutores predictorum. ¶ Dicam etiam quedam fm q ipse protulit que tibi scire conueniens videt esse: ⁊ licet sit maioris laboris q̄z vtilitatis reddit te tñ profundiorem in scientia profectionis: fuitq locutꝰ super profectionibus quarundam erarū ⁊ etiam quarundaz aliarum rerum prout in sequentibus tibi recitabo. ¶ Dixit nanq dictus phus q alchindi dixit q fuerunt inter annum cōiunctionis que significauit sectam saracenorū ⁊ inter annū alhigerat qui fuit primus annus annorū arabum. 51. anni solares ⁊ fuit ascendens anni coniunctionis predicte secte in regione illa signum geminorum: ⁊ peruenit profectio eiusdem anni ad virginez ⁊ inter ipsum annū primum annorum arabum ⁊ primum annorū yesdagert regis persarū fuerūt tria milia ⁊ centū ⁊. 24. dies. Cum ergo volueris habere noticiam huius rei accipe annos yesdagert ⁊ verte eos in dies sicut expositū est in libro cursuū planetarum: ⁊ adde desuper dies qui sunt inter primum annorum arabum ⁊ yesdagert ⁊ diuide hoc per. 365. dies ⁊ quartam partem diei vnius: ⁊ quot diuisiones euenerint tot erunt anni solares: ⁊ quot remanserint ex mensibus ⁊ diebus erunt ex āno imperfecto. Quod q coniunctum seu collectum fuerit ex annis ipsi sunt anni solares ab inicio annorum arabum: proijce ergo omni anno signum vnum ⁊ incipe a virgine: ⁊ ad quodcunq signum produxerit te numerus ipsum erit signum ad quod peruenerit annus mundi ab ascensione coniunctionis predicte secte. ¶ Alijs autem sicut fuerunt albumasar ⁊ eius sequaces visum est q adderemus super annos yesdagert perfectos. 51. annū ⁊ duos menses ⁊. 12. dies ⁊. 18. horas ex annis persarum qui sunt sine fractōe ⁊ sine q̄rta diei ⁊ extenderunt hos ānos in dies ⁊ verterūt dies illos in ānos solares vt dictū est ⁊ inceperūt proijcere ab inicio libre. Quod si volueris scire pfectionē a signo cōiunctionis talis secte fiat proiectio a scorpione quoniaz coniunctio planetarum que significauit sectam incepit a scorpione. Si vero volueris profectionem ab ascensione regni minue ex annis yesdagert pfectis 118. annos perfectos ⁊ verte ipsos in annos solares sicut predixi ⁊ incipe pijcere a virgine. ¶ Hic tamen sciendum est q machometus non fuit predictus rex sed propheta: ⁊ ita regnum non incepit a tempore suo: sed incepit multo post forte. 117. annis persidis: ⁊ inceperunt arabes regnare ⁊ redierat ascendens ad virginez: ⁊ videtur q sit error in litera ista: hoc enim non est ita sed est tunc mutatum regnum arabum ad nigredinem ipsius diei: ⁊ habetur hoc in secunda figura trium figurarum vltime differentie libri alalraren.


¶ Profectio ab ascensione profectionis.

Rursus si voluris ab ascensione profectionis mutationis coniunctiōis a triplicitate aquatica ad triplicitatez igneā minue ex annis yesdagert perfectis. 176. annos ⁊ verte illos qui remanent in annos solares: ⁊ incipe pijcere a leone ⁊ quo peruenerit numerus in eodem signo erit profectio vniuscuiusq inicij eorum que predicta sunt

¶ Capitulum quindecimum de directione significatoris.

Et ex hoc directio significatoris hoc est q dirigas significatorem quem volueris ad aliquem locũ signorum: & scias quid sit inter eos ex gradibus directionis & accipies vnicuiq; gradui annũ vnum. Cum ergo volueris scire hoc & fuerit ille significator in ascendente quem vis dirigere ad aliquã partẽ circuli minue ascensiones gradus in quo fuerit sigtor per ascensiones regiõis de ascensionib9 grad9 illius ad quem volueris eum dirigere & qd remanserit erunt gradus directionis. Qd si fuerit sigtor in opposito gradus ascendentis minue ascensiones oppositi gradus in quo est sigtor de ascensionib9 oppositi gradus ad quem volueris eum dirigere in regione illa: quoniã occasus alic9 signi concordat cum ortibus sui oppositi. Et est sciendũ q grad9 directiõis pro quorum vnoquoq; accipitur vnus annus sunt gradus equatoris diei: & gradus qui diriguntur & ad quos fit directio sunt gradus circuli obliqui. Si vero fuerit sigtor in decia vel in quarta minues ascensiones gradus sigtoris ab ascensionib9 gradus ad quem volueris eũ dirigere per ascensiones circuli directi: & quot remanserint erunt grad9 directiõis. Et si non fuerit sigtor quẽ volueris dirigere in aliquo angulorum aspicies longitudinem eius ab angulo a quo minus distat scz ab angulo decime domus vel ab angulo quarte domus qui si fuerit inter ascendens & decimã minue ascensiones gradus decie dom9 ab ascensionib9 gradus sigtoris per circulũ directũ: & si fuerit inter septimaz & decimã minue ascensiões gradus sigtores per circulum directũ de gradib9 decime domus silr per circulum directum: & qd remanserit ex quocunq; horum locorum diuides per partes horarũ diei illius gradus in quo fuerit sigtor: & qd exierit de diuisione illa erunt hore longitudinis ab angulo. Et si fuerit inter ascendens & quartã domum minues ascensiones gradus sigtoris per circulũ directũ de ascensionib9 quarte domus. Rursum si fuerit sigtor inter quartaz & septimã minues ascensiões gradus quarte domus de ascensionib9 sigtoris per circulũ directũ: & qd remanserit ex quocunq; horum locorum diuides illud per partes horarũ noctis gradus in quo fuerit sigtor & hoc si sint sigtores in vna qrta circuli & non in diuersis. Et si fuerit sigtor in medio circuli orientalis qd est a decia vsq; ad quartã de eis que succedũt ascendens minue ascensiões gradus in quo fuerit sigtor de ascensionibus gradus illius ad quem volueris dirigere per circuluz directum & qd remanserit erit sigtor circuli directi serua tibi: post hoc minue ascensiones gradus in quo fuerit sigtor per ascensiones regionis de ascensionib9 gradus ad quez volueris eũ dirigere per ascensiões regionis & qd fuerit erit sigtor regionis. Post hoc aspicies residuũ qd fuerit inter sigtorem circuli directi & sigtorem regionum: accipiesq; sextam partem residui illius & multiplicabis in horis longitudĩs ab angulo & qd exierit erit equatio: hoc est si longitudo fuerit vnius hore accipies vnã sextã: & si fuerit plus accipies plures sextas ita q pro vnaquaq; hora accipies vnam sextã: & si fuerit sigtor circuli directi minor sigtore regionis addes illam equationez super sigtorem circuli directi. Et si fuerit maior minues illã equationẽ ab eo & qd remanserit erunt gradus directionis. Et si fuerit sigtor in medio circuli occidentalis facies vt dicit alchabicius ad longũ qui etiam plene dat modũ dirigendi.

¶ Incipit tractatus de ymbribus ⁊ de aeris mutationib⁹ ⁊ que circum circa illa versantur.



Cum mihi videatur in his que precesserũt satis seruasse pmissa eoꝝ que in principio hui⁹ opis promulgaui ne forte dicas te in aliquo esse deceptum conueniens fore arbitror in isto tractatu de aeris mutatione: ac de his q̄ concidunt ex mutationibus illis ⁊ quid ex concidentia illa resultet: ⁊ de his que nos exinde percipe possumus ⁊ ad quem mens humana pertingere potest q̄ȝ compendiosius potero facere mentionē. ¶ Et licet act⁹ ymbrιũ ⁊ alioꝝ que ex aeris mutationibus concidunt valde sit particularis atq̧ ceteris alijs particularibus particularior: tñ ea que possunt exinde dici atq̧ sciri mihi omittenda non videntur: ⁊ ſm nostroꝝ sapientum predecessoꝝ dicta ⁊ ea que insuper videri poterunt que videantur vtilia fore veritateȝ eius prout certius poterit discurrere nec ab eoꝝ sentencijs deuiare ſm q̄ visum est reuerendis precessorib⁹ nostris gafar ⁊ lencuo ptholomeo ⁊ alijs qui nobis viaȝ ad hec nisi sunt elucidare. Sub breuiloquio igitur cum quo citius potest ad excogitatoꝝ proposita perueniri: nec magnum accessum ad principium huius: nec te multiloquio grauem facere intendo: sed ad ea q̄ ad rem optatam citius te perducunt ⁊ circa illa mentē atq̧ intentionē fidelr̄ adhibere.

¶ Que premittuntur in hoc opus.

In his que spectant ad hoc opus omnes planete ⁊ lune mansiones licet quedam alia ita primitus considerentur vt oportet. Et vt iam dictũ est lunam pre alijs oportet considerare: ⁊ eius consideretur cum sole coniunctio atq̧ ipsoꝝ oppositio: necnon ⁊ eorum quadrature: atq̧ tunc ad eorum alioꝝ aspectus ipsorumq̧ coniunctio corporalis etiam ⁊ ipsius luminaris luminis augmentũ ⁊ diminutio: suiq̧ cursus velocitas atq̧ tarditas: ⁊ su⁹ ortus ascensus ⁊ descensus silr̄ ⁊ occasus: necnon ea que ad generationem ex suis motib⁹ ⁊ ad corruptionem facere videntur considera: qm̄ in tpibus predictis effect⁹ mutationũ aeris eorũq̧ ꝯcidentie magis apprehendunt᷑ prout in sequētib⁹ dante deo latius ostendetur. ¶ Et dixit gafar nihilominus quoq̧ ipsius in austrum ⁊ septentrionem consimilis reditio ⁊ eiusdem applicatio ⁊ quecũq̧ accidunt figure hoc idem insinuat᷑: quorum oīm actus ipsiusq̧ efficacia lune patientiaq̧ animalibus ⁊ terregerminantibus que sensus percipit ⁊ visus di iudicat facilime differentur.

¶ De cognitione fortunarum ⁊ infortunarum atq̧ omnium temperatorum vel conuertibilium habenda.

Cum cognitio de mutatione aeris intendatur vt plenius habeat᷑ presciendum est qui planetarũ sunt fortune qui infortune: similr̄ qui nunc ad fortunium ⁊ qui nunc ad infortunium prius te scire oportet. Naȝ vt antiqui sapientes vnanimiter fatent᷑ ⁊ est verũ iupiter ⁊ venus naturalr̄ sunt fortune atq̧ fortune operatores. Saturnus vero ⁊ mars naturaliter sunt infortune ⁊ ex sui natura infortunā inferunt prout idem sapientes affirmant: ⁊ ex veritat᷑ experimento manifestissimo apparet. Solem vero ⁊ mercurium ⁊ lunā cōes

ꝛ temperatos esse dixerunt solē scȝ aliquando fortunam ꝛ aliqñ infortunam sed mercurium ꝛ lunam conuertibiles ita ꝙ ad naturam illorum quibus applicantur siue fortune sint siue infortune conuertuntur.

¶ Ad sciendum quando significentur pluuie venture ꝛ quando non.

IN pluuiarum quidem futurarum cognitione habenda solis ꝛ lune coniunctionem vt superius tactum est te considerare oportet atqȝ si aliquis planetarum tunc cum eis iungatur: aut aliquo aspectu eos aspiciat: quoniaȝ si iupiter aut etiam venus corporaliter eis iungatur vel eos iupiter a trino vel sextili aspectu aspiciat: nec aliqua ex infortunis cum eis extiterit: nec proijciat radios suos ad eos: vel post ipsius separationem a sole ipsam aspexerit pluuias indubitanter futuras denegabit. Si autem quartus vel oppositus ad luminaria fuerit iouis aspectus absqȝ infortunarum admixtione vt dixi: pluuias lenes vel quasi nullas futuras significabit. At si aspexerit aliqua infortunaꝝ sine alicuiꝰ fortune aspectu: vel post cōiunctionē corporalr̄ primitꝰ vel per oppositionē luna fuerit iuncta absqȝ dubio pluuias poteris nunciare futuras. Proprium enim fortunarum est naturalr̄ subtiliare aerem ac ipsum a grossis vaporibus depurare: ꝛ similiter infortunarum malicijs resistere: et econtra infortune fortunarū bonitatibus resistere nituntur: ꝛ quoniam nal̄a grauitatis atqȝ īmundicie ipsarum concordat cum vaporibus grossis in aere coadunatis generant grauitates que ad partes inferiores propter illam grauitatem atqȝ aeris īmundiciam ꝛ ingrossationē descendentes potentes pluuias necnon ꝛ aeris inducūt turbationē. Uerūtamen licet venus sit de stellis fortunatis: tamen quoniam eius natura versus latus humiditatis quodammodo declinat: si cum aliqua ex infortunis misceatur nec alia fortuna adiuuerit pluuias mouere permittit: nec tamen multum nocibiles nisi forte ipsa nimium debilis ꝛ infortune fortes inueniantur ita ꝙ ipsa non possit eoꝝ malicias infringere: tamen ea semper aliquid alleuiat.

¶ De pronosticatione pluuiarum in generali.

IN pluuiarum autem pronosticatione oportet vt discretionē adhibeas ꝛ consideres loca situs tempora climata regiones ꝛ similia que tibi consideranda occurrunt. Nam mutationes aeris diuersimode diuersificari consueuerunt: sepius enim ac fortiuss consueuit pluere necnō ꝛ ningere propter grossiciem aeris ꝛ vaporum ingruentiam in alpibus ꝙȝ in locis planis: plus in septimo climate propter occasioneȝ predictam ꝙȝ in sexto: plus in sexto ꝙȝ in quinto: plus in q̄nto ꝙȝ in quarto: plus in quarto ꝙȝ in tercio: plus in tercio ꝙȝ in secundo: plus in secūdo ꝙȝ in primo: ꝛ ita de vnoquoqȝ climate ꝛ de vnaquaqȝ regione ꝰm suum esse atqȝ ꝰm suos situs intelligas.

Que mansiones lune sunt humide que sicce ꝛ que cōmunes.

COnsiderabis etiam in quibus ꝛ a quibus mansionibus lune predicte cōiunctiones ꝛ predicti aspectus fiant: quoniaȝ quedam ex mansionibus

illis sunt humide: quedam sicce: quedã cõmunes: quedã felices seu fortunate quedam infelices seu infortunate prout tibi sequenter exponã. ¶ Mansiões nanqꝫ predicte sunt. 28. quarum prima vocatur albarain: secunda altamazer tercia aldebaran: quarta albachia: quinta aluata: sexta alziraa: septima albiathia: octaua altarsin: nona algetua: decima alaracen: vndecima alzarfa: duodecima alafraze: tredecima alzamee: decimaquarta achafre: quintadecia alzebene: sedecima aliachil: decimaseptima alchabin: decimaoctaua astiala: decimanona abuaarca: vicesima albelaca: vicesimaprima azea: vicesimascda bolah: vicesimatercia zacazad: vicesimaquarta alasboa: vicesimaquinta alhumadez: vicesimasexta almaiehe: vicesimaseptia alahut: vicesimaoctaua anate. ¶ Et quelibet dictaꝝ mansionum continet. 13. gradus ⁊. 20. minuta: quibus subalternanť alie. 28. secundarie: hoc est includũtur ab eis videlicet alazelazenet prima: secunda agasie: tercia azulierie: quarta alchil: quinta alchali: sexta alzula: septima almara: octaua albeldic: nona alzabel: decima alialciz: vndecima zaudazaa: duodecima zaudolabia: tredecima alsugãfaboel quartadecima alsurgalabet: quinta decima racamauide: sedecima alnatha: decimaseptima albucan: decimaoctaua alciraze: decimanona aldabatan: vicesima alchada: vicesimaprima aluzana: vicesimasecũda alamoha: vicesima tercia alirazma: vicesimaquarta alcaubua: vicesimaquita alcebira: vicesima sexta alarařẽ: vicesimaseptia alzaut: vicesimaoctaua alaacen prout in trãslatione iohannis hec nomina reperta sunt. Et sub alternantur secundarie predictis primordialibus in hunc modum. Nam alazelazenet subalternať albaraya; agasie subalternatur altamazer: azulierie subalternatur aldebaran: alchil subalternať albachie: alchali subalternať aluata: alzula subalternať alziraa: almara subalternatur albiathia: albeldic subalternatur altharsin: alzabel subalternatur algetua: alialciz subalternatur alaracen: zaudazaa subalternatur alzarfa: zandolabia subalternatur alafraze: alsuganfaboel subalternatur alzamee: alsurgalabet subalternatur achafre: racauiauide subalternať alzubene: alnatha subalternatur aliachil: albucan subalternatur alchabin: alcirazẽ subalternatur astrala: aldabatan subalternať abuaarca: alchada subalternatur albelaca: alamoha subalternatur azea: aluzana subalternatur bolah: alirazma subalternatur zacazad: alcabua subalternať alasboa: alcebira subalternatur alhumadez: alararen subalternatur almaiehe: alzaut subalternatur alahut: alaacen subalternatur anathe. Ex quibus. 28. mansionibus cũ suis subalternis. 27. computantur in earum effectibus. Vicesimaoctaua illa scꝫ in qua fit coniunctio solis ⁊ lune non computatur licet tamen quasi insensibiliter aliquid operetur: sed virtus quam habet luna in illa mansione relinquitur soli necnon ipsius mansionis fortitudo: nihillominus tamen ⁊ ipsius luna virtutem quã planeta cum ipsa iungitur ei dat qđ sibi acq̃rit. ¶ Quarũ mansionũ sex sunt sicce alzarfa alafraze alzamee alchabin alasboa albelaca. Ex quib⁹ sex mansionibus q̃tuor sunt felices ⁊ fortunate scꝫ alzarfa alzamee alchabĩ alasboa. Alie v̾o due scꝫ alafraze ⁊ albelaca sunt ĩfelices ⁊ ĩfortũate

